BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVIII
III
1
NAPOLI
LVIII H 1.
M. 115. 4.
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

HISTORIA
ECCLESIÆ
ULTRAJECTINÆ.

Digitized by Google

Digitized by Google

HISTORIA ECCLESIÆ ULTRAJECTINÆ

A tempore mutatæ Religionis in Fœderato Belgio.
In qua oſtenditur

ORDINARIA SEDIS ARCHIEPISCOPALIS ET CAPITULI JURA INTERCIDISSE.

Accedunt varia Monumenta huc ſpectantia, cum Diſſertationibus in quibus elucidantur occurrentes difficultates Facti, & Juris.

E T

Refutatio Inſtrumenti Appellationis Presbyterorum Ultrajectenſium à Conſtitutione UNIGENITUS.

AUCTORE
CORNELIO PAULO HOYNCK VAN PAPENDRECHT
Presbytero, J. U. Licentiato, & Eccleſiæ Metropolitanæ ac Primatialis S. Rumoldi Mechliniæ Canonico.

Hi quæſierunt Scripturam Genealogiæ ſuæ, & non invenerunt: & ejecti ſunt de Sacerdotio. 1. Eſdr. 2. v. 62.

MECHLINIÆ,
Typis LAURENTII VANDER ELST Typographi Eminentiſſimi & Reverendiſſimi Domini Cardinalis Archiepiſcopi. 1725.

Cum Approbationibus.

Digitized by Google

Inter omnes Christianorum virtutes, sine quibus nemo Catholicus esse, aut dici potest, prima habetur Obedientia, *per quam .... efficimur filii Dei, & imitatores* Jesu-Christi.... *Qui ne quid ad salutis viam nobis deesset, Ecclesiam suam hic in terris militantem* Visibili Capite, *& summâ potestate exornavit;* certitudinem salutis *in ejus veneratione &* obauditione *statuens.*

Ita Sasboldus Vosmerus Archiepiscopus Philippensis, Primus Vicarius Apostolicus Fœderati Belgii. *Apud Heussenium in Batavia Sacra Par. 2. fol. 66. col. 2. in fin.*

Digitized by Google

EMINENTISSIMO ET REVERENDISSIMO
PRINCIPI
THOMÆ PHILIPPO
SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ
PRESBYTERO CARDINALI
DE ALSATIA
ARCHIEPISCOPO MECHLINIENSI
BELGICÆ PRIMATI
&c. &c.

EMINENTISSIME ET REVERENDISSIME DOMINE

QUi lucubrationes ſuas in lucem emiſſuri ſunt, ſolent committere ſe in Principum Virorum fidem & clientelam, ut eorum patrocinium & præſidium privati ſtudii productionibus pondus adferat & auctoritatem. Hâc mihi defenſione magnoperè

* mul-

multùmque opus esse, & agnosco & profiteor, in iis nimirum omnibus quæ ex paupere nostra penu prolata sunt.

Sed non est mihi animus obrepere ad famam; quod tamen omnino committerem, si tacitus occultarem quid à Te in hoc Opere cùm instituendo tum perficiendo præstitum sit; atque, undè mihi venerint & scribendi facultas & refellendi copia: media, inquam, universa veritatis aperiendæ.

Quare longè alia mihi ratio servanda est hodie, & non rectè facerem, si multis apud Te agerem, ut Opus meum benignâ fronte susciperes; cùm non offeratur Tibi, EMINENTISSIME PRINCEPS, labor undequaque meus, sed Tibi potiùs reddatur Tuus.

Jam diu est, quod EMINENTIA TUA ad Metropolitanam & Primatialem Sedem Mechliniensem pro meritis evecta, oculos circumquaque tulit, atque observavit deplorandum schisma paucorum Presbyterorum Ultrajectensium, qui S. Sedi Apostolicæ, & supremo in terris Pastori resistentes, *gregem* ibi Dominicum *dividere* primùm, dein *mactare, ac perdere velle deprehensi sunt*; uti testatum reliquit Sanct.me mem. CLEMENS PP. XI. in Brevi Apostolico ad universos Catholicos Hollandiæ dato die 7. Aprilis 1703.

Ad hujus calamitosi statûs conspectum exarsit in Te sancta ira, & pia indignatio adversùs Schismatis auctores; erga Catholicos verò nata est Christiana non tantùm miseratio quæ laborantibus

qui-

quibuscumque opem ferre gestit, sed præterea excitata est sollicitudo illa Episcopalis, quæ aliis etiam Ecclesiis, præcipuè vicinis, piâ benignitate succurrit. Hanc inflammavit paterna charitas ejusdem Sanctissimi Pontificis CLEMENTIS XI, qui Tuam in capiendo consilio prudentiam, in dando fidem, sæpe multùmque expertus, à Te audire voluit ea, quæ ad rem labentem sustentandam, restituendamque conferre poterant; id interim Tibi negotii relinquens, ut pereunti per Hollandiam Fidei Catholicæ & Disciplinæ Ecclesiasticæ, omni quâ valeres operâ adesses, & auxilio.

Non defuisti Sanctissimi Pontificis jussionibus & postulatis. Hominem è tuis unum ter in Hollandiam ablegasti, ut in Ecclesiarum calamitatem inquireret, & in viam, modumque, quibus superari illa posset. Illinc etiam evocasti ad Te peritos & prudentes, & habentes præterea longum usum rerum, ut & nascentis rebellionis causas atque incrementa cognosceres, & remedia audires ab aliis; & invenires ipse; ac tandem Catholicos Hollandos, alienâ culpâ miseros, eriperes periculo, dum non omnes salvari poterant, quia plures perire volebant.

Cùm ob clandestinas aliquot Hollandorum ordinationes imperata esset animadversio, & ad Nuntii Coloniensis Tribunal evocarentur temerarii errones furtivè initiati; & ea res, quamvis justissima, accurantibus tamen Ultrajectensibus, displiceret graviter adeo Præpotentibus Fœderati Belgii Ordinibus, ut in Sacerdotes Catholicos,

nihil

nihil quidem commeritos, tota incumberet invidia & indignatio, & universæ Rei Ecclesiasticæ grave immineret periculum, atque interim Nuntio non liceret cœpto desistere; omnem curam & sollicitudinem posuisti, ut à Pontificia Majestate impetrares punitionum inducias: prædicans, ex novo patientiæ Apostolicæ, quamvis nimiùm nimiùmque læsæ, specimine, spem fieri, ut aut hi redirent ad cor, aut tota simul Factio insidias poneret, aut, si neutrum inimicus homo sineret, saltem servarentur innocentes, quum pœnæ dilatio & intermissio, Præpotentium Ordinum tribueretur desiderio. Et quidem ex voluntate Tua res evenit, ut aliàs sæpius, magno, ut tunc visum fuit, Missionis Hollandicæ commodo, sed nullo deinceps fructu.

Implevisti proinde schismaticorum Ultrajectensium desiderium, qui in nupera *Dissertatione de misero statu Ecclesiæ Ultrajectinæ &c. Cap.* 5. voluerunt, ut EMINENTIA TUA ad vicinam Missionem Hollandicam Episcopalem charitatem suam extenderet. Fecisti id namque annis prope decem, fructus colligam, sed alios quàm quos ipsi optarunt.

Prætereo, quod adventantes sive Clericos sive Laicos benignè susceperis, & omni studio solatus fueris, ut lenire potuerint illi dolorem suum, donec, Deo faciente, sanaretur. Non dinumerabo quos & quales Sacris Ordinibus initiaveris, ex potestate videlicet legitima, aut quot roboraveris S. Confirmationis Sacramento, non dicam, fidelibus in Missione operariis Sacra Olea subministrata; non adferam triumphos, quos ex malo dæmone

mone egisti, dum Refractariorum aliquos ad officium reduxisti. Reticebo & illud, quod charitas Tua, verè benigna, exules foverit, eosque & tecto receperit, & mensâ. Abscondam præterea alia multa, quæ ora loquuntur omnium, & quæ solemnibus ad Te litteris testata habes à Presbyteris in Fœderato Belgio Catholicis, qui beneficiorum Tuorum memores, gratias Tibi conjunctim retulerunt, exultantes cum gaudio in Rei Catholicæ, Te satagente, profectu.

Hæc transeo omnia, ut unum illud loquar, quod EMINENTIA TUA præ reliquis, dignum erat.

Ediderant jam diu, & porro in dies singulos protrudebant Sacerdotes Ultrajectenses in lucem varios, multosque libellos, quos Summus Pontifex, æternùm venerandæ memoriæ, CLEMENS XI. dixit, *jurgiis, maledictis, mendaciis, calumniis, apertâque in Apostolicam Sedem irreverentiâ ac temeritate undequaque scatentes*; in quibus præterea *subdolis artibus, falsisque narrationibus candidos Hollandorum animos decipiebant*, ac causam suam, & personati Capituli tuebantur. Cum his narrationibus captarunt aliquot Juris-Consultorum responsa in rem suam; ex iisdem illis prodiit Quesnelli fetus amarus, & inimicæ insultationes anonymi transfugæ Galli, aliorumque, furores magis, quàm sermones. Hæc lugebant & execrabantur boni omnes, sed lugebant tantùm. Ploratores aderant multi, defensores nulli. Detegendæ erant latentes, nocentesque artes, & mendaces narrationes refellendæ. Sed hoc opus erat, hic labor; Hìc lan-

* * guebat

guebat ardor omnium, ſtudium omne deficiebat, cùm unicum veritatis detegendæ compendium, ſuperiorum, inquam, temporum Acta, ab Ultrajectenſibus occultarentur ſollicitè, & nobis eſſent extra omnem ſpem poſita. Sed hìc adfuiſti nobis EMINENTISSIME PRINCEPS, adfuiſti Eccleſiæ Ultrajectinæ, & afflictis per Miſſionem Catholicis adfuiſti, cùm ex Urbe Roma, atque ex S. Congregationis de *Propaganda Fide* Archivio, incredibili cum utilitate & juvamine, ſubminiſtraſti illa INSTRUMENTA quæ hìc fide Tuâ damus, atque adeo, quæ nullus audeat in dubium vocare, nedum reſpuere. Adfuit autem Tibi, atque Rei Catholicæ univerſæ, Sanctæ memoriæ Pontifex INNOCENTIUS XIII. cùm Opus hoc adornari, atque evulgari juſſit, & diligentiæ Tuæ commiſit INSTRUMENTORUM ſententiam omnibus ſuis partibus & numeris proferre atque explicare.

Plura horum ante ſemeſtrium publicata ſunt in quadam hujus Conatûs noſtri ſumma, ſeu compendio, ubi prodromâ velitatione Sacerdotes Ultrajectenſes exarmati ſunt. Accedunt hìc alia multa quæ EMINENTIÆ TUÆ virtuti rurſus & fortunæ debentur, & ex quibus id conſecuti ſumus, ut Ultrajectinorum Sacerdotum rebellio jam manifeſta facta ſit & evicta; & nemo deinceps dubitare poſſit, quin prætextus, quos attulerunt, & vani ſint & ſeditioſi. Porro ex Queſnelli Epiſtolis, ex Steenovii ſchedulis, atque ex libellis ſupplicibus (quæ omnia non ſine numine Divûm ad manus

Tuas

Digitized by Google

Tuas pervenerunt) ipsi Ultrajectenses schismatici adeo eximiis & propriis coloribus, sine fuco aut arte, tam sunt omnium oculis expositi, ut in illis dignoscendis errare nullus jam possit.

Nonnullis visum fuit, ut fallaciis, dolis, imposturis & insidiis Ultrajectensium enarrandis parceretur. Sed & horum & superiorum temporum experientia docuit: Ecclesiasticæ tranquillitati minimè consulere illos, qui sperant nascentem rebellionem dissimulatione posse compesci; & moderationem, quam à Catholicis exigunt Refractarii, ipsos minimè tenere: tantoque tunc audacius quantò liberiùs cornua erigere, cùm benignius secum agi conspiciunt; quasi ex ipsomet Catholicorum non tempestivo silentio, tantùm non approbata videatur illorum temeritas.

Cæterum quæ nos, extra prolata INSTRUMENTA, commemoramus, illa ex Summorum Pontificum, S. R. E. Cardinalium, & S. Sedis Apostolicæ Ministrorum increpationibus adferimus, nisi quod singillatim adduxerimus, quæ illi subinde in universum perstrinxerunt.

Atque hæc est EMINENTISSIME PRINCEPS, ratio Operis Te jubente suscepti, Te juvante perfecti, & Te faciente in lucem producti. Restat, ut EMINENTIÆ TUÆ de magnitudine consilii gratuler, de beneficio faciam gratiam, de proposito Tibi fructu votum; atque (ut Deus citò etiam donet spem) Ultrajectensibus Sacerdotibus precer bonam mentem, & illis Nomine Tuo edicam:

edicam : Nihil Tibi adeo sanctè in votis esse, quàm, ut quos hodie reprehendere debuisti pro perfidia, cras amplexari possis pro pœnitentia.

Et EMINENTIÆ TUÆ purpuram demissè veneratus, me, meosque conatus in clientelam Tuam commendo,

Mechliniæ xv. kal. Octob. MDCCXXV.

EMINENTIÆ TUÆ

Humillimus, obedientissimus
& devinctissimus Servus
CORNELIUS PAULUS HOYNCK VAN PAPENDRECHT.

PRÆFA-

Digitized by Google

PRÆFATIO

Quâ proferuntur scribendi Occasio, & Necessitas,
Synopsis Historiæ & Controversiæ vindicatur;
aliaque ad rem facientia exponuntur.

PARAGRAPHUS I.

Occasio & Necessitas scribendi.

I. NEmo ullus, ut ego quidem in animum induco meum, inficiari quoquo modo potest, quin regimen Ecclesiæ cujusque particularis, quæ Catholico nomine haberi vult, componi debeat ad Leges & ad Disciplinam Ecclesiæ Romanæ, à qua omnis Disciplina Ecclesiastica sumpsit exordium, modumque accepit. Diversi siquidem Ecclesiarum mores, ex nepotum progenie vitiosiore nati, & pro diversa Nationum necessitate (ut res & tempus dant sese) tolerati, ab illa ipsa tandem auctoritatem acceperunt suam; & particulares consuetudines Ecclesiarum, non tam diversæ, quàm divisæ, pro cujusque Regionis observantia indultæ sunt ab illo, quem Ecclesiæ conditor Christus Dominus suum voluit esse in terris arbitrum & directorem, uti Nationum omnium, ita & morum diversorum. Viæ etiam multiplices, quæ ad eamdem ducunt domum aut patriam, diversæ, vel divisæ (non interest; dummodo viæ sint, & non labyrinthi) eò ducunt, quò eundum est. Ubi verò quis viam deserit, & petulanter ingreditur semitam prohibitam, aberrantem, atque abducentem, tendit divorsùm, & non attingit domum aut patriam; sed in deserta intrat loca, mille periculis consita, & in perditionem propellentia citiùs, aut seriùs.

II. Fuit ea, inter cæteros, Presbyterorum Ultrajectensium sors; non omnium quidem, sed illorum paucorum, qui à viginti & ampliùs annis Ca-

piculum

Digitized by Google

pitulum se falsò dixerunt, & Canonicos Ecclesiæ Metropolitanæ Ultrajectinæ, à centum quadraginta quinque annis proprio Episcopo destitutæ. Illi, morem Ecclesiis Hollandicis constitutum, & Romanæ Ecclesiæ probatum, invertere conantes; atque Summi Pontificis, ac S. Sedis Apostolicæ Delegatis, seu Vicariis parere deinceps recusantes, aliam ingressi sunt viam, sæpè prohibitam; dum scilicet imaginario Capitulo Jurisdictionem affinxère Ecclesiasticam. Hanc, inquam, viam ingressi sunt petulanter, sed, ut aberrantibus contingit, non pervenerunt illi ad Ordinem in Ecclesia Senatorium quem ambiebant, quinimò ejecti sunt de Sacerdotio, plebis etiam ludibrium facti.

III. Non repugnabo equidem, quin habeant Ecclesiæ quæque inferiores jura sua, & privilegia, quibus veluti viis ad eamdem pergant, & perveniant semitam, ad quam illas invitat, & ducit Ecclesia Mater, & Ecclesiæ Sponsus ac Rector Romanus Pontifex; qui illa filiis suis conservant sedulò, imò bene utentibus piè augent, & benignè. Sed & illud ego mihi per omnia concedi volo, quod, ubi dissolutus adolescens concessis abutitur gratiis & donis, & jam grandiusculus factus & potens, filium se esse obliviscitur, & Matrem spernit, ac Patrem ferox adoritur; quinimò blandis nil movetur Matris minis, nec torvo terretur vultu Patris; quod, inquam, ad validiora jam progrediendum sit terriculamenta. Proinde in nullius debet reprehensionem venire Pater ille, ex cujus imperio subtrahitur invenusto puero omnis lasciviendi materia; tolluntur prætiosæ vestes, & quidquid parentum contulit liberalitas: subducitur esca delicatior, ut qui turdis pastus & clunibus apri, ac multo madidus Falerno, luxuriabat ut pecus in pratis, jam fabis impleatur, & pressi lactis copiâ, imò cujus,

Horat. ——— *Cum sale panis,*
Latrantem stomachum, bene leniat...

donec attenuato corpore & succedente macie, Bellulus noster vix hæreat ossibus. Hæc ubi nondum proficiunt, indocili ac furioso etiam vincula adveniunt & carceres, & optarint illum licet generum Rex & Regina, puellæ rapuerint, & quidquid delicatulus ille calcaverat, odoriferam conversum fuerit in rosam, jam omne illud nihil impedit, quo minùs auferatur è conspectu publico corruptus puer, atque inter captivos & mancipia detrudatur, jam vulgi quoque fabula futurus. Hæc tamen agit idem ille Pater, eo præcipuè consilio: ut constituta castigatio, quamvis pertinaci non profutura filio, aliis tamen exemplum sit, & fratribus, & æqualibus, & omnibus malè consultis, ut scilicet, de Patris Majestate universi filii sentiant humiliter, & de Matris benignitate non præsumant petulanter. Atque hìc nullus æquus rerum æstimator, aut Patrem dixerit crudelem, aut Matrem oblitam uteri sui.

IV. Quis igitur intellectu capere possit, quò spectent depravata adeò ingenia multorum, qui inhumanos, corruptos, rebelles, & castigatos quotidie filios imitantur, & nec alienis moventur periculis, nec terrentur propriis: qui decretâ semel contumaciâ, ideo unicè insurgunt in sapientissimum, benevolentissimumque Patrem, quia is filio, aut juvenili ardore abrepto,

aut

aut ex pravorum colloquio, atque commercio malis moribus imbuto, in-
dulgere non vult, imò indulgere non potest? Est profectò rabies, ger-
mana furoris, cùm Patri sana suadenti auscultare non vult filius quia vult
esse insanus; & ideo planè ruere vult in interitum, quia eum Pater suus
vult esse salvum. Furiosum quoque dixeris illum, qui cùm jam præcipi-
tio imminet, & retrahitur à lapsu, etiam in salvantem se asper est & fe-
rox, & quem renuit habere custodem, jam negat esse Patrem; cùmque
non liceat ei facere ingenium suum, Patris oppugnat imperium, naturam-
que diffitetur suam; ac tandem infeliciter elapsus è manibus, patriâ se
putat exüisse potestate, fratres suos ac socios in rebellionem armat, ca-
putque petit ejus è quo genitus est. Quem non malè habeat talis impie-
tas filii, & quis non lugeat benigniorem, quàvis matre, Ecclesiam Catho-
licam quæ tam degeneres filios sustinet!

V. Batavorum Ecclesiæ à sesquisæculo triste præbuêre spectaculum Ec-
clesiarum omnium Patri, ac nutritio Romano Pontifici, cùm emissis
ex orco furiis, & ambustâ ex novarum opinionum, & vitæ dissolutio-
ris incendio vicinâ Germaniâ, contagionis hujus scintillæ, certissimæ
flammæ semina, Belgicam pene universam ardere fecerunt; donec pro-
pulso potiùs, quàm necato igne, in mediis aquis hæsit crematio, &
Batavicis nequidquam mersum paludibus alienum à Fide Dogma, invi-
sum ibi caput extulit, & multos inter juncos, calamosque, nutantem
sedem fixit. Successit persecutio, vexatio, vastatio. Avita Fides pro-
culcata; templa dejecta, aut profanata; abacti rerum Sacrarum Mini-
stri; alia facies Reipublicæ data; hinc ejulatus multi, clamores magni,
spiritualis egestas plurima. Quid faciant miseri? Audiant posteri: Non-
dum valuerant illi attollere oculos, cùm respexit illos communis Pater
Romanus Pontifex, adferens afflictis solatium, præbens auxilium, ad-
dens animos; atque, ut Patrem viderunt, respirarunt.

VI. Fovenda erat atque enutrienda secunda quasi Ecclesiæ Batavæ infan-
tia. Hanc sinu acceptam suo dissuaviata est Mater Romana Ecclesia,
hanc dilexit Pater, & supremo suo tutatus est præsidio. Crevit igitur
infans, adolevit; atque ex multis Patris donis, & ex tacitis Matris lar-
gitionibus grandis facta est, & potens. Nemo hìc facilè explicet, quàm
speciosa fuerit forma Missionis Hollandicæ, quis ejus decor, quæ glo-
ria: quamdiu Romanus Pontifex agnitus fuit ab Ultrajectensibus ut Pater,
auditus ut Præceptor, & eorum extitit formator morum. Donec per
intromissos, seu potiùs advocatos, novos homines, qui alibi quiescere
non potuerant, imò suis pulsi Sedibus, latibulum quæsierant nequitiæ,
satietas eos cœpit, & odium paternarum traditionum; & de communi
olim servati diluvio, in ignotum pelagus novarum opinionum demersi
sunt volentes. Cùm enim illorum nonnulli attenderent ad vocem alieni-
genarum aliter catechizantium quàm Summus Pontifex, & Ecclesia Ro-
mana, abierunt ad ineptias & errores. Revocantur tamen à via mala, sed
resistunt; admonentur, ast contemnunt; crescunt plagæ, verùm illas ex-
plodunt; & tandem, detractâ quæ iracundo hærebat vultui, dissimulatio-
nis

nis larvâ, apertamque intrantes rebellionem, cum ipso Summo Pontifice Patre suo, & nutritio contendunt de Imperio. Parum siquidem erat, nolle disciplinam componere ad praxim Ecclesiæ Romanæ, mores induere planè novos, pravos, damnatos; præceptis non acquiescere Pontificiis, usurpare imperium, contemnere Censuras, & pœnas Canonicas omnes; parum, inquam, erant hæc omnia: præterea namque, alium sibi nutritium constituerunt, alium Patrem, vero Genitore repulso, contempto, negato; & ut nihil deesset, quò nominis sui memoriam consecrarent, etiam rebellionis coryphæum inaugurari fecerunt.

VII. Quis hìc expectet, ut dicendum sit, Sacerdotes Ultrajectinos contendere, rectè abs se actum esse per omnia? Id tamen omnimodis volunt, & S. Sedi Apostolicæ, ac Summo Pontifici tyrannidem objiciunt & violentiam; spoliatos se dicunt pretiosis vestibus, exutos honore, privatos facultatibus, redactos ad egestatem. Sed quid? Ubi primùm moras nectere cœperunt, & in S. Sedis Apostolicæ mandatis implendis callidè tergiversari, fueruntne illicò oppressi & contriti? Imò verò fuerunt benignè habiti, multoties admoniti, frequenter ut obedirent invitati, sæpenumerò ex elevata & ostensa virga territi duntaxat. Cùm hæc non succederent, & ipsi dolosam dissimulationem abrumperent, leviter fuerunt percussi, ablatâ nimirum potestate ex qua sæviebant. Sed ubi jam nihil ampliùs erubescerent, indulgentiam excepit justitia; & initium datum est castigationi, ne improbitas impunitate augeretur. Magnis inde clamoribus impleverunt Orbem; sed cùm persuadere non possent, propriæ Causæ judices esse voluerunt, & vindices; arripientes regimen Ecclesiasticum quod habuerant numquam, & veluti filii immorigeri, ac rebelles, Pontificiæ se subtrahere conantes potestati, correctioni, atque imperio. Et hæc rursus ritè à se fieri, innumeris editis Libellis contendunt.

VIII. Non defuerunt Viri docti, qui ante hos annos Ultrajectensibus Sacerdotibus restiterunt, adnotatis ipsorum erroribus, castigatâque immoderatione. Cùm enim emissæ essent famosæ PROTESTATIONES, & prætensum Capitulum Ultrajectinum apertiùs usurparet jurisdictionem Ecclesiasticam, atque in varias Stationes (quas Pastoratus vocant) intruderent sese dissidentes à S. Sede Apostolica Missionarii, visum fuit in nonnullos, frustra admonitos, animadvertere per Censuras & pœnas Ecclesiasticas. Sed cùm illæ, multiplicatis indies sacrilegiis, haberentur contemptui, necesse fuit, fideli populo hæc scandala renuntiare, ut à quibus sibi cavendum esset, non ignoraret. Id præstiterunt illi, qui ex auctoritate Eminentissimi Cardinalis Bussii tunc Nuntii Coloniensis, *Consolatoria* Scripta *duo* & *Epistolas familiares ad Joannem Christianum Erkelium* emiserunt in lucem, quibus occurrere conatus est idem Erckelius, tribus (*a*) famosæ Protestationis vindiciis. Hoc certamen spectabat præcipuè, cùm Causam privatorum quorumdam quos Excommunicationis sententia à Catholicorum cœtu removerat, tum rebelles illos conatus Ultrajectensium, qui decreverant S. Sedi Apostolicæ non obedire. Pugnarunt nostri, argumentis

(*a*) Protest beweerd 1710. Protest andermael beweerd 1712. Protest derdemael beweerd 1714.

...entis ex S. Theologia, & ex SS. Canonum, Legumque auctoritate,
...c ex Ecclesiasticæ Disciplinæ observantia petitis, quibus responderunt
Ultrajectenses ut potuerunt, adjicientes insuper injurias in personam Ad-
versarii sui. Sed hæc aggressio, nec in præsentem causam cadit, nec per-
tinet ad nos. Ad alia intento animo opus est: commemoranda namque
duo, quibus veluti fundamentis tota rebellionis structura innititur.
IX. Et primò quidem dicendum est, quod accumularint Ultrajectenses
sui defensionem, Titulos varios, & Acta, pro prætensi Capituli ju-
& quinimò pro exercitæ jurisdictionis Ecclesiasticæ possessione fa-
...tia, ut multis se demonstrasse credidit Heussenius in Volumine illo,
quod BATAVIAM SACRAM cognominavit. Dimicabatur igitur illinc Ju-
hinc Facto: imparibus utique telis. Imò verò Nostros fecit inermes
MONUMENTORUM, quorum copia Adversarios reddidit audaces,
inopia & ovantes. Cùm Facta illa valere vellent contra quamcumque Ju-
quia disciplinæ rationem, illaque à nostris nec inspici possent nec ex-
& sexcentis Libellis ac foliolis exprobrarunt suis in illa tunc Con-
certatione Adversariis, quod inopiâ responsionis ex arena discedere
coacti fuissent. Et Erckelius (b) gloriatur „ quod complura instrumen-
„ ta, atque documenta, ex angulis atque latibulis conquisita, indubi-
„ tabilis tamen auctoritatis, neque censuræ opportuna, ad manus suas
„ devenerint. „ Quibus egregiè se munitum instructumque credens,
„ fidenter ita pronuntiat: „ In hujus materiæ pertractatione aliquantum
„ prolixiùs fui exspatiatus, & istarum Litterarum non paucas, fortassis
„ etiam plures quàm opus esset, huic scriptioni intexui, cùm *Ecclesiæ no-*
„ *stræ ruina vel incolumitas sit præcipuus cardo & velut arx præsentium dis-*
„ *putationum*, ad quam cætera omnia facilè referuntur: Tum, ut hæc
„ documenta, Ecclesiæ nostræ tam utilia, nec in editis Libris exstan-
„ tia, in lucem proferantur, atque ab interitu & oblivione vindicata,
„ perpetuo sint munimento, atque propugnaculo Ecclesiæ nostræ. „ De
Adversario ibi suo, immite judicium profert his apicibus: „ Mitto, quod
„ probationum nostrarum potissimas, homo aliàs minimè taciturnus, &
„ intempestivissimè ac ferocissimè loquax, ne levi quidem responsione, vel
„ respondendi conatu audeat vellicare. „ Ita efferunt se gloriando. Per
totam verò scriptionem suam mirificè sibi plaudit ille de repertis, ac
prolatis ex destructi Capituli Archivio documentis. His etiam usi sunt
(c) Doctores Lovanienses, & Anonymus Auctor (d) Memorialis Gallici,
& alter Anonymus (e) hujus Interpres Belga, aliique plurimi. Ex his *Factis*
ausus est inferre Gallus ille, sine foco & lare homo, quod S. Sedes Apo-

stolica

(b) Protest. denuò afferta. in Prologo sub init.

(c) CASUSPOSITIE, *cum quinque Juris Doctorum Lovaniensium Responso, signato Anno* 1717. *in* CAUSA ECCLESIÆ ULTRAJECTINÆ, *secundo loco.*

(d) *Memoire pour l'Eglise & Clergé d'Utrecht, ou l'on fait voir que depuis la naissance de la Reforme dans les Provinces Unies, cette Eglise n'a rien perdu de ses droits & de sa jurisdiction. A Amsterdam* 1722.

(e) *Bewysschriften toonende dat de Kerk van Utrecht met des zelfs Aertsbisschoppelyck Capittel en geestelyke Rechten nog hedendaegs in weezen zyn.* 1723.

ſtolica MALA FIDE (*f*) juriſdictionem exercuerit per Miſſionem Hollandicam.

X. His factis, ac narrationibus quamvis perſæpe falſis, & contra ipſosmet facientibus, cùm nemo nullus reponeret quidquam, duplex inde ſupervenit incommodum. Adverſarii quidem, ineluctabilia *Facta* eſſe, ſibi perſuadentes, tantam conceperunt opinionem de propagato ritè Capitulo Ultrajectino, ut JURA negarent ſibi eſſe nata; atque ex hoc ſilentio triumphum ducentes, populo facilè impoſuerunt. Catholici verò, dubitationibus, & obſcuritatibus ſciſſi, æſtuabant animo, nec quid tenendum eſſet, quid abjiciendum, certò cognoſcebant. S. Sedes nullam in prætenſo Capitulo Ultrajectino auctoritatem eſſe declaraverat ſæpiùs, illi, ſuam *quaſi poſſeſſionem*, auctoritatemque, ſi non factis quotidianis, ſaltem libellis in dies ſingulos evulgatis adſtruebant, ut poterant. Hinc pendêre animi plures, alii adſtipulari Ultrajectenſibus, multi omnem illis fidem ſubducere, omnes optare, ut eluceret quantùm adducta FACTA valerent. Prodiit interim, tertio poſt partum anno, præclara illa Conſultatio Doctorum Lovanienſium Anni 1717. quæ furtivis typis impreſſa, ad manus meas devenit Anno tandem 1720. poſtea juris publici facta. Succeſſit Opuſculum (*g*) Queſnelli, & tandem Memoriale illud Gallicum jam citatum; cùm magnus in Eccleſia Princeps, & Dignitate fulgens, Summæ proximâ, miſeriis ac periculis Miſſionis Hollandicæ commotus, operam, auctoritatemque ſuam contulit ad comparanda Inſtrumenta illa quæ in APPENDICE damus. Creſcente interim audaciâ, & ſtimulante Queſnello, clanculariæ Ordinationes perſtrepebant; divulgabatur Inſtrumentum Appellationis Sacerdotum Ultrajectenſium; & inaudiebatur monſtroſum illud conſilium de eligendo ſibi Epiſcopo; cùm, Deo ita permittente, ad ejuſdem Eminentiſſimi Viri Principis manus devenerunt Autographæ Queſnelli Epiſtolæ, aliaque Acta exhibita in APPENDICE MONUMENTORUM à N. XCVII. uſque ad CVII. incluſivè. Tunc cepi manum operi admovere, & ut plurimorum in hac re deſiderio fieret ſatis, contexui Hiſtoriam Eccleſiæ Ultrajectinæ ARTICULIS XIX. comprehenſam, in quibus ARCEM *præſentium Diſputationum*, (ut Erckelius loquitur) id eſt: *Eccleſiæ Ultrajectinæ incolumitatem* non dubiis argumentis everti, ruinamque ejus certiſſimam, tam clarè exhibui, ut illa non intellectu tantùm, ſed etiam oculis teneri videatur.

XI. De Conſiliis porro meis, monendus es, Lector benevole. Modernum Schiſma Ultrajectenſium Sacerdotum initium ſumpſit à lamentabili Cauſa Petri Coddæi Archiepiſcopi Sebaſteni & per Fœderatum Belgium Vicarii Apoſtolici, qui ab officio ſuſpenſus fuit per Summum Pontificem CLEMENTEM XI. Huic ſurrogabatur interim Pro-Vicarius Apoſtolicus, Theodorus de Cock. Statuerant illi, nec ſuſpenſioni acquieſcere, nec ſurrogationem revereri. Quærendus erat titulus inobedientiæ, cùm primùm

(*f*) *Memoire &c.* Pag. 25. (*g*) *Juſtification du droit des Chapitres de l'Egliſe Catholique des Provinces Unies dans le Gouvernement de cette Egliſe. Avec une addition ſur l'injuſtice de la depoſition de feu M. l'Archevèque de Sebaſte. Ouvrage poſthume du R. P. Paſquier Queſnel.* 1720.

Digitized by Google

Primùm adinventa sunt Capitula Cathedralia, quibus sub initium non aliam tribuêre prærogativam, quàm ut de illorum *assensu* Vicarius dandus esset Hollandis. Cùm nulla haberetur hujus somnii ratio, & ipsi interim statuissent nequidquam obsequi S. Sedi, finxerunt, prætensum Capitulum gaudere etiam Jure & Jurisdictione à Sacris Canonibus tributâ Cathedralium Ecclesiarum Collegiis, dum aut Sedes vacat, aut Episcopus suspensus est, aut aliàs ab Ecclesiæ regimine impeditus. Postea etiam addiderunt, Sedem Archiepiscopalem Ultrajectinam vacare, cùm elegerunt prætensè Vicarium, & eodem semper petulco pede procedentes, nuper etiam Episcopum; quem, ad consummandam iniquitatem fraudulentâ molitione consecrati fecerunt. Ad hujus rationis justitiam probandam eruerunt illi ex angulis, atque latibulis *Instrumenta* illa atque *Documenta*, de quibus tantopere gloriatur Erckelius. Sed hæc dispersè dederunt multis locis, variis libellis, nullâ uspiam institutâ continuâ rei serie, aut servato sermonis contextu, vel temporis ordine; ascendentes nunc ad Schenckii tempora, nunc relabentes ad dolos à morte Neercassellii adhibitos, & ex omnibus illis decerpentes semper aliquid, quod malæ Causæ favere videretur. Quare, ne genuina superiorum temporum gesta, ex obscura, & incomposita narratione dubitationem potiùs adferrent, quàm instructionem, visum fuit, Ecclesiæ Ultrajectinæ Historiam dare nudam & simplicem, rejectâ quavis cum hodiernis Sacerdotibus controversiâ ac Disputatione, ut temporis rationem & Acta, & quæ successerunt eorumdem vicissitudines, simul & semel sub conspectum daremus, evitatâ confusione, quantùm fieri potuit in re tam vasta, & hactenus incognita. Historiam me dare dico Ecclesiæ Ultrajectinæ; meliùs dixissem me dare *Conatum* quemdam ad Historiam dictæ Ecclesiæ, etiam à tempore mutatæ Religionis: brevissimè enim singulorum Vicariorum Apostolicorum gesta complecti jussus, illa ferè tantùm retuli; quæ evertendis Adversariorum opinionibus satis esse existimavi; reliquis omnibus in aliam occasionem reservatis. Adnotavimus tamen suis locis difficultates, ac dubia, tum ex ipsis Actis nata, tum ab Adversariis objecta, quorum omnium discussionem rejecimus in DISSERTATIONES, quibus tota agitatur Controversia. Denique medio loco collocavimus MONUMENTA varia, ut dictorum nostrorum fides adesset, & eliderentur innumera Facta ab Ultrajectensibus adducta, & quæ, quantumvis falsa; eodem tamen semper modo jactata sunt per viginti annos integros, unde etiam nimiam illa fidem invenerunt apud nonnullos. Apud Ultrajectenses verò incredibilem Instrumenta illa peperêre fiduciam. Audi Lector eumdem Erckelium. „ Ex quibus (*Documentis*) Ec-
„ clesiæ nostræ cum juribus suis incolumitas atque perduratio, tam lu-
„ culenter enitescit, & ex caligine sua, si qua tegi videbatur, tam illu-
„ stris & omnibus monstrabilis evolvitur, ut posthac nequaquam illi
„ metuenda sit Censorum vel invidorum malignitas. „ Tu Lector inspice & nostra; & Erckelium inter & nos pronuntia; non ex malitia, ut malus ille timet, sed ex recta ratione, & veritate. Atque hæc de primo malæ Causæ præsidio.

XII. Alterum adminiculum, & priori iofirmius est & longè probrosius. Invadunt illi auctoritatem Matris Ecclesiarum, S. Sedis Apostolicæ, putaotes Pontificiæ auctoritatis debilitationem (si tameo debilitari illa potest) suarum esse stabilimentum prævaricationum. Io vanum quidem pugnant contra primæ Sedis potestatem à Christo ordinatam, sed tamen pulchri sibi videntur cùm ausi sunt resistere Romano Pontifici, quasi ditiores facti essent, aut validiores, dum qui Catholici haberi volunt, linguâ, moribusque se Calvinistas probant. Io libellis seditiosis, & plerumque emissis à scriptoribus obscuris, nullâ auctoritate aut dignitate præditis, legem scribere volunt toti Ecclesiæ, ejusque Capiti, cujus etiam potestatem circumscribunt illi certis limitibus, idque adeo, ut illa ad ipsos nil quidquam pertineat. Si illos audias, loqui putes Ecclesiam universam, ipsisque solis revelarum quibus erroribus expurgandus, quibus defectibus liberandus sit Orbis Catholicus, & quid cuique justo discrimine, ac partitione competat: adeo ut, nisi Romanus Pootifex ultra Montes, imò Romanos intra muros sese contineat, statim clament ad ravim, & res ad restim redierit. Si homines illi à S. Sede damnantur, ut jam sexcenties jure damnati sunt, statim prosiliunt in arenam, quasi totidem athletæ inuncti quos tenere non possis, & qui experimentum sint daturi, quid valeant humeri, ferentes poteotissimas probationes, Orbi hactenus ignoratas, scilicet: Pontificiæ auctoritati modum esse ponendum, si Catholicam Fidem salvam esse velimus. Illi interim taliter ooscuntur esse constituti, ut, si per impossibile à S. Sede probarentur illorum errores, aut usurpationes indulgerentur, nihil antiquius haberent, quàm omnibus lateribus, vocèque clamare, curare, & anniti, ut Romanus ille Pontifex per Orbem Universum Apostolicum obtineret Principatum. Tantùm caliginis objicit mentibus humanis infelix rebellio!

XIII. Nemo non videt agere hìc solas animi impotentis iras, rectamque rationem abesse longè. Idem apparuit deinde postea. Cùm enim ad clamosissimas Ultrajectensium voces nondum caderet potestas Pontificia, sed illa ipsa contempta opprimeret rebelles; iniquum, injustum, inhumanum, sævum, ac (*h*) Barbarum dixerunt, quidquid Romana Decreta injunxerunt circa Missionis Hollandicæ regimen. Id verò consequens erat ex positis per ipsos principiis. Joannes Christiaous Erckelius jam aliquoties nominatus, & porrò sæpius nobis nominandus, prudentissimè (*i*) *circumscripserat supremi Pontificis auctoritatem*, ita scilicet, ut apud Hollandos valeret omnino nihil. Et quamvis eamdem circumscripsisset vir ille, ipse solus, *nullo ex Collegis suis vel adjutore vel impulsore habito*, circumscripserat tamen; adeo ut *facultates*, *ad obeundas res sacras à* (prætensorum) *Canonicorum Collegio concessæ*, *tutiores & magis legitimæ*

(*h*) *Le Clergé d'Utrecht traité par la Coûr de Rome de la maniere la plus odieuse, condamné sans être entendu, excommunié pour la juste defense de ses Droits, & sans aucune forme juridique, & depouillé de ses plus anciens Privileges, n'a opposé à un traitement* SI BARBARE *que la conduite la plus sage & la plus equitable. &c.* Memoire pour l'Eglise & le Clergé d'Utrecht &c. pag. 72.

(*i*) *Protestatio denuò asserta &c.* Edit. Lat. in Prologo.

legitimæ essent, quàm eæ, quæ à Legatis Pontificiis erant profectæ.
Hanc sententiam sequentes, facilè aggressi sunt quidlibet; & Tutiorem
gerant sibi Steenovium in Episcopum, cujus Confirmationem jam sele-
ccrandi licentiam, cùm frustra petiissent à S. Sede, ipsi moræ & con-
ces, novamque repulsam ad novæ etiam injuriæ rationem impatien-
centes, edixerunt: (k) *existimare se, hoc ad officium suum spectare di-*
TIFICIS DETRECTATIONE NIHIL DETERRITI, *pertinere, ut* PON-
Ec nc pravè detorta videretur isthæc opinio, *Electum ordinari curarent.*
suorum pondus, atque momenta publicanda, atque existimatio, consilio-
rum id per Collectanea sua, quibus nomen est: censuerunt. Præstite-
TRAJECTINÆ. Hic primam exhibuerunt seriem: CAUSA ECCLESIÆ UL-
trajectina à tempore mutatæ Religionis rei gestæ in Ecclesia Ul-
hactenus acta, in unum veluti contextum in Fœderato Belgio, & dispersa
methodo, sed novis etiam artibus, (minimè mittentes, novâ non tantùm
popularibus suis credulitatis errorem. liberalibus) captarunt in
lentes dicimus) perspicuè deteximus in Fraudes & imposturas (quod do-
stris, & maximè in illa, quæ est ordine Posterioribus Dissertationibus no-
XIV. Interim cùm Opus hoc nostrum XX.
lum, & Sacerdotes Ultrajectenses, qui non nondum esset paratum ad pre-
nec legunt duobus oculis, sed sexcentas unâ manu dexterâ scribunt,
bent in auxilium, tantam libellorum manus, & oculos mille adhi-
cem, ut nonnulli Viri gravissimi, ex multitudinem protruserunt in lu-
labor; judicarint, liberandos esse quorum imperio hic susceptus est
omni opinione, ut viso hoc Opere Catholicorum animos à præjudicata
sæ Ultrajectensium Sacerdotum. nostro sentire possent injustitiam Cau-
rum præscripto adornatum fuit Quare de eorumdem principum Viro-
iterùm damus. MONITUM, quod Paragrapho sequenti

PARAGRAPHUS II.

Monitum.

A Viginti & ampliùs annis, pauculi Sacerdotes Ultrajectini, falsò se dicentes Capitulum & Canonicos Ecclesiæ Metropolitanæ Ultraje-ctinæ, à centum quadraginta quatuor annis proprio Episcopo destitutæ, spiritualem Jurisdictionem Ecclesiasticam, quantumvis sæpè prohibiti, usurparunt per Missiones Hollandicas. Et in hujus prævaricationis defensionem advocarunt nonnullos Viros doctos & Juris Ecclesiastici peritos, falsis utique Ultrajectinorum suggestionibus deceptos. Sed, quod caput est, Summo Romano Pontifici & S. Sedi Apostolicæ jam olim injurii ac rebelles effecti, à tribus præcipuè mensibus evulgarunt Libellos varios, etiam hisce in partibus distractos, in quibus falsis, confictisque titulis & narra-

(k) *Epistola Capituli Ultrajectensis Romano-Catholici ad Perillustres & Amplissimos Dominos Cathedralium Ecclesiarum, præcipuè per Germaniam, Decanos atque Canonicos.* Data 1. Junii 1724. pag. 11. lin. 3.

Digitized by Google

narrationibus Reipublicæ Litterariæ conantur imponere: nihil minùs persuadere volentes, quàm injustitiam & iniquitatem totius Rationis, quam ab hujus seculi initio eadem S. Sedes Apostolica tenuit circa rerum sacrarum & spiritualium in dictis Missionibus administrationem. Cùm itaque prelo paretur Opus, in quo Ultrajectensium errores, lapsus, falsa ratiocinia, usurpationes & imposturæ referuntur & confutantur, atque S. Sedis Apostolicæ justitia, æquitasque liquidò demonstrantur; rem nec inutilem nec importunam se facturum arbitratus est Auctor, si interim emitteret Operis sui specimen, ut ex illo, veluti totius rei controversæ imagine, statueret secum omnis Litterarum & Veritatis amator, alios etiam præter Ultrajectenses audiendos esse, tum de accusata S. Sedis Apostolicæ Ratione, tum de ipsorummet Ultrajectensium Causa: atque ut interim illi, quibus aut animus deest, aut otium inquirendi in veritate, aut qui vagis tantummodo rumoribus Summo Pontifici & S. Sedi detrahi vident, suspenderent tantisper judicium, quod illi extorquent; ne leviter & auditâ nondum utrâque parte pronuntient inter Romanum Pontificem Sanctamque Sedem Apostolicam, & hos infimi Ordinis Sacerdotes. Titulus Operis est sequens:

Historia Ecclesiæ Ultrajectinæ à tempore mutatæ Religionis in Fœderato Belgio. In qua ostenditur ordinaria Sedis Archiepiscopalis & Capituli Jura intercidisse. Accedunt varia Monumenta huc spectantia, cum Dissertationibus, in quibus elucidantur occurrentes difficultates Facti & Juris.

HÆc Editio paratur contra *Assertionem Juris Ecclesiæ Metropolitanæ Ultrajectinæ Romano-Catholicæ* Joannis Christiani Erckelii Anni 1703. *Bataviam Sacram*, Hugonis Francisci van Heussen Anni 1714. Opus posthumum Quesnelli, sub hoc titulo: *Justification du Droit des Chapitres de l'Eglise Catholique des Provinces Unies dans le Gouvernement de cette Eglise, avec une Addition sur l'injustice de la deposition de feu Mr. l'Archevêque de Sebaste. Ouvrage posthume du R. P. Pasquier Quesnel* 1720. Et contra Scriptum Anonymum: *Memoire pour l'Eglise & Clergé d'Utrecht ..... à Amsterdam, chez Nicolas Potgieter* 1722. aliosque Libellos plurimos Latino, Gallico & Belgico idiomate in hanc rem editos.

Auctor porrò orditur narrationem suam ab Erectione novorum Episcopatuum in Belgio, factam anno 1559. & Sedis Ultrajectensis in Archiepiscopalem 1560. Exponit hujus leges & statuta, quibus omnibus retrò temporibus standum esset. Inaugurationem Frederici Schenckii è Baronibus de Tautenburch primi & unici Archiepiscopi 1561. Ejus deinde gesta; celebratam Synodum; institutos Canonicos Graduatos, non completo tamen eorum numero; denique mortem 1580.

Explicat statum Ecclesiæ Ultrajectinæ, Sedis Archiepiscopalis, & Capituli

Piculi post mortem Schenckii. Refert, Philippum II. ad vacantem Sedem
nominasse primùm Hermannum Comitem Rennebergium, Postea Joan-
nem Bruhesium; neutrum confirmatum, aut consecratum. Ostendit, Se-
dem Archiepiscopalem destructam per superinductam Religionem præ-
tensè Reformatam & Acatholicorum Dominationem. Docet Capituli in-
tericum, per admixtos primò Catholicis Canonicis Acatholicos, dein
Catholicorum exclusionem 1622. ac tandem Capituli (ut loquimur) se-
cularizationem. Narrat, Catholicos Canonicos dispersos, & neglectam ab
iis curam Religionis & Ecclesiæ; Adversarios ipsos fateri: *celeberrimum*
illud olim Capitulum non potuisse non interire. Pastores etiam confuso ordi-
ne Sacra administrantes. Diœcesim sine Episcopo, sine Vicario Capitulari.
Probat, Nuntium Coloniensem derelictæ Ecclesiæ providisse de Vica-
rio in Spiritualibus generali in persona Sasboldi Vosmeri 1580. Hunc
nunquam fuisse Canonicum Ultrajectinum; hunc à Gregorio XIII. Vi-
carium creatum Apostolicum 1583. nullâ interveniente Cleri electione:
atque ab Archiduce Alberto Belgii Principe ad Cathedram Ultrajecti-
nam nominatum 1602. Prosequitur Sasboldum Romam euntem cum lit-
teris clausis Archiducis ad Clementem VIII; consecratum ibidem, non
Ultrajectensem, sed Philippensem Archiepiscopum *in partibus.* Com-
memorat ejus in patriam reditum; exilium; patrimonium fisco addictum;
gesta ejus reliqua; mortem 1614.

Docet, hoc tempore vix superfuisse Ecclesiam Ultrajecti. Majores no-
stros non nisi *Catholicorum reliquias* agnovisse. Non vacasse Sedem Ar-
chiepiscopalem Ultrajectinam, utpote eversam; neque dignitatem Vicarii
Capituli Ultrajectini, destructi scilicet & exauctorati.

Adducit Philippum Rovenium Vicarium Apostolicum secundum, à
Paulo V. constitutum 1614, nullâ pariter interveniente Cleri electione;
consecratum eodem peregrino titulo Archiepiscopi Philippensis 1620; dis-
sidium ejus cum Patribus Societatis JESU, ob quod proficiscitur Romam
1622. Nullam Romæ factam instantiam, ut ad Archiepiscopatum Ultra-
jectensem promoveretur; nullam omninò faciendam (ipso testante Ro-
venio) nisi de consensu Regis aut Infantis Isabellæ. Cleri Catholici co-
natus, ut Rovenius à Rege nominaretur ad Archiepiscopatum Ultrajecti-
num 1626. sed irrito effectu. Alia præterea ejus gesta loquitur, & erectum
ab illo, pro meliore Missionis regimine, *Vicariatum quemdam* 1633. Hunc
compositum ex Sacerdotibus Hollandis, prætermissis antiquis Canonicis
Ultrajectensibus, quorum aliqui adhuc existebant in vivis. Ejus deinde
exilium 1640. Mortem 1651.

Hinc gradum facit ad Jacobi La Torrii Missionem ab Urbano
VIII. acceptam, ut Coadjutor esset Rovenii 1640. Cui successit tertius or-
dine Vicarius Apostolicus 1651. consecratus titulo Ecclesiæ Ephesinæ, *in*
partibus. Adducit confirmationem ejusdem Vicariatûs à La Torrio factam
1658. reliqua ejus gesta, & mortem 1661.

Narrat, Zachariam de Mez, insciis Ultrajectensibus Sacerdotibus, da-
tum La Torrio Coadjutorem ab Alexandro VII. 1656. hujus quoque
gesta

gesta exponit, & habita cum Ultrajectensibus dissidia. Probatum tamen ab illo Vicariatum, 1659. Mortem 1661. in vivis adhuc existente La Torrio.

Narrat, Cleri Ultrajectini vota, precesque pro Joanne Neercasselio, ut à Summo Pontifice constitueretur Vicarius Apostolicus 1661. Docet, has preces non fuisse exauditas. Balduinum Catzium quartum Vicarium Apostolicum (insciis rursus Ultrajectensibus) ab eodem Pontifice creatum, eique datum Joannem Neercasselium in Coadjutorem 1662. Utrumque consecratum titulo peregrino: hunc Castoriensis, illum Philippensis Ecclesiarum *in partibus*. Divisam inter illos Missionem, quòd Neercasselius detrectaret subesse Catzio. Catzii obitum 1663. Neercasselium illo anno Vicarium Apostolicum quintum.

Ejus gesta varia fusiùs enarrat. Concessam primò licentiam à S. Sede, ut Neercasselius Missionis Hollandicæ regimen totum haberet. Secundò restrictam, circa Sacerdotes Ordinandos, potestatem. Tertiò rejectam ejus instantiam, ut in Vicariatu haberet omnem potestatem, quâ gaudent Episcopi in suis Diœcesibus. Loquitur Statum Missionis à Catzio, Neercasselioque exhibitum S. Sedi, 1662. expensum Romæ 1663. injunctum Neercasselio, ut explicaret quomodò Vicariatus Ultrajectinus efformaretur, unde sumpsisset exordium & progressus, & ex cujus auctoritate Sacerdotes illi in Missionis administratione adhiberentur. Exhibet trepidationem Neercasselii, magnosque timores. Profert ejus Declarationem ad S. Congregationem, quâ respondet: *Collegium sive Vicariatum erectum à Rovenio. Confirmatum & amplificatum à La Torrio. Constare octo Sacerdotibus. Esse Vicario à consiliis in Diœcesi Ultrajectina. In reliquis Episcopatibus nihil habere Collegium hoc. Illos Sacerdotes adeò habiles & obsequiosos eidem existere, ut aliquibus eorum uteretur in Daventriensi & Middelburgensi Diœcesibus. Optare se, ut eidem Collegio Robur Confirmationis Apostolicæ adderetur. Se non confirmaturum, nisi S. Congregatio permittat.* Ostendit Auctor, Sacram Congregationem, hoc responso habito, mandasse, ut Instrumentum Erectionis mitteretur Romam. Missum fuisse & examinatum, non tamen approbatum Vicariatum. Neercasselium non stetisse verbo, & sine licentia S. Congregationis confirmasse Vicariatum. Selectis tamen illum verbis, Consiliariorum expressisse cœtum, non Canonicorum Collegium. Auctor jubet notari, ex mente Neercasselii, nullum hìc esse Capitulum, nullos Canonicos.

Tum prosequi gesta Neercasselii. Iter in Urbem 1670. & signatum ibidem, cum juramento, Formularium Alexandri VII. Ejus Epistolam Pastoralem pro observantia Decreti Innocentii XI. contra 65. Propositiones 1679. Nihilominus à Neercasselio invitatos & receptos in Missionem Hollandicam, famosos profugos Gallos, Arnaldum, Du Vaucel, Gerberonium, Quesnellum, quasi *Angelos Dei*; veriùs quasi totidem vulpes ad suffodiendam Missionum Hollandicarum vineam 1680. 1685. Institutos ab illo Pro-Vicarios Petrum Codde, & Josephum Cauſebant, qui etiam post ejus mortem, ex accepta à S. Sede potestate, Missionis regimen tenerent donec eidem de Vicario Apostolico provideretur. Obitum Neercasselii 1686.

Explicat

Explicat rejectam Romæ Ultrajectensium Propositionem de Hugone
Heussenio in Vicarium Apostolicum præficiendo. Profert Petrum Cod-
deum à S. Sede constitutum Vicarium Apostolicum ordine sextum 1688.
Consecratum titulo Archiepiscopi Sebasteni *in partibus* 1689. Initium Mi-
nisterii ejus prudens, & ex debito. Querelas contra Coddeum, ejus-
que Missionarios, super Doctrina Janseniana, rigoribus exoticis, aliis-
que 1690. Exhibet illum timentem sibi de ignominiosa abdicatione;
Internuntii moderatione defungentem Periculo; periculosè ægrotan-
tem 1691. in defensionem Cleri accusati dictantem testimonium; conva-
lescentem ex morbo; novas offensionis causas præbentem 1692. exa-
minatas Romæ 1694. Missionarios suos non cohibentem ab administra-
tione Sacramentorum Matrimonii, Baptismi & Extremæ Unctionis, &
Ceremoniarum funeralium, in lingua vernacula 1695. Intimam cum
Quesnello, Gerberonio &c. amicitiam colentem 1696. Bajanorum, Jan-
senianorumque librorum impressionem, distractionemque permittentem
1697. Tum enarrat exortos inde motus in Missione Hollandica, novas
& tertias Romam querelas delatas à pluribus de Clero Seculari & Re-
gulari Sacerdotibus; à Catholicorum Principum Legatis; ab Archiepis-
copo Ancyrano; à Ministris Apostolicis. In lucem emissum: *Breve Me-
moriale extractum ex prolixiore de statu ac progressu Jansenismi in Hollandia*;
impugnatum ab his, propugnatum ab illis; accusatum per ipsum Cod-
deum apud S. Sedem 1698. cum adjuncta pro se, *Brevis Memorialis
Refutatione.* Denique omnia discussa in Congregatione habita 25. Sep-
tembris 1699. cùm exiit Decretum, quo Coddeus evocabatur in Ur-
bem, & Theodorus de Cock designabatur interim Pro-Vicarius.

Ad hæc, refert Coddeum, Romanum iter aversantem, metuentem;
variis quæsitis coloribus declinantem; Internuntii instantias, Coddei de-
fensiones; Illius minas, hujus terrores; Quesnellum denique persuaden-
tem; & odiosam de Formulario quæstionem, veram utique timoris cau-
sam, fortunæ committentem & tempori. Narrat discessum Coddei;
constitutos ab illo Pro-Vicarios quatuor, qui interim Missionis regimini
intenderent; adventum ejus in Urbem 1700. Post decem nondum die-
rum mansionem, exceptum ad pedes Clementis XI. tantâ cum bene-
volentia, ut inde Belgium universum ad acclamationes permoverint Ul-
trajectenses. Adnotat, semestri spatio Coddeum quater se, suamque
Causam Pontifici exposuisse; quinque habitas Cardinalium Congregatio-
nes; coram tribus Eminentissimis Deputatis auditum quinquies, 1701.
Adeò ut de maturato examine, de frequenti deliberatione, & de in-
stituti judicii æquitate, immeritò questi sint Ultrajectenses. Adducit Cod-
deum concinnantem *Responsiones & Declarationem* suas; declinantem For-
mularii Alexandrini subscriptionem.

Explicat ultimam Congregationem habitam 7. Maii 1702. præsente
ac præsidente Clemente XI. & latum inibi Decretum, quo Petrus Cod-
deus Archiepiscopus Sebastenus ab omni exercitio & administratione
Vicariatûs Apostolici suspenditur, & in ejus locum deputatur Theodo-

rus

rus de Cock Pro-Vicarius Apostolicus. Probat, Decretum illud Coddeo traditum fuisse in Urbe die 22. Julii 1702. Causamque suspensionis nec illi, nec sociis fuisse ignoratam.

Exponit turbas in Hollandia excitatas contra Neo-Provicarium; spreta S. Sedis Mandata; seditiosas Ultrajectensium voces; exhortationes Internuntii inutiles; quæsitos inobedientiæ prætextus; adinventa tunc primùm prætensa Capitula, quibus inauditis & invitis Cockius non posset Missionibus præfici; datas ab Ultrajectensibus ad Clementem XI. litteras officiosas, eodem tempore, quo palam Pontifici resistebant, ejusque Delegato. Profert Edictum Ordinum Hollandiæ, quo Cockius interdicitur Muneris sui administratione; vesanam quorumdam de Edicto lætitiam; Catholicorum mærorem. Narrat, vocatum Pro-Vicarium ad Ordinum Cœtum; factumque eidem rigorosum mandatum, ut adesse curaret Coddeum ex Urbe; pericula rei Catholicæ totâ Missione ventura, nisi remeandi in patriam licentia fieret 1703. Adducit S. Sedis Declarationem de gravibus causis, maturoque consilio, ex quibus deputandus fuerat Cockius Pro-Vicarius; Exhortationes ejusdem S. Sedis ad obedientiam.

Explicat, Pro-Vicariorum à Coddeo Romam eunte institutorum anxietates, dubitationesque circa Jurisdictionis Spiritualis exercitium. Consultum desuper Quesnellum; & hunc respondentem, quod in illo rerum statu (id est, stante Coddei suspensione, & cognitâ delegatione Cockii) Pro-Vicarii Heussenius, Catzius, & reliqui, possent non tantùm, sed & deberent Jurisdictionem arripere Ecclesiasticam. Hanc sententiam transiisse in summæ Auctoritatis Decisionem. Defuisse tamen *Titulum* Potestatis novæ & insolitæ. Consultum desuper Juris utriusque Doctorem. Hunc inter Catholicorum in Hollandia reliquias, titulum non invenisse, sed confinxisse anno 1703. scilicet JURA *Capitulorum Cathedralium*. His fortiter institisse Ultrajectenses & secundùm ea perrexisse generosè.

Narrat à Pro-Vicariis usurpatam per omnia Jurisdictionem Ecclesiasticam; omnes actus à S. Sede rescissos; declaratos irritos & nullos; Pro-Vicariis interdictam administrationem; hos semper perrexisse. Adfert Clementis XI. Breve de 3. Aprilis 1703. ad universos Catholicos in partibus Hollandiæ & Provinciis conterminis constitutos. In quo Pontifex docet: Coddeum justis gravibusque de causis suspensum; Cockium ei subrogatum; nulli in Missione Presbytero, sive Pro-Vicariatûs, Archipresbyteratûs, aut prætensorum Capitulorum Assessoratûs titulo, Jurisdictionem competere Ecclesiasticam, sub pœna Excommunicationis majoris ipso facto incurrendæ. Probatum dat, has Litteras Apostolicas ab Ultrajectensibus explosas, ut *infame Breve*, ut *obreptitium*, ut *seditiosum*. Narrat reditum Coddei in patriam, Cockii excessum ex Hollandia; nova Monita S. Sedis ad Coddeum directa; hujus conatus varios, ut Muneri restitueretur, sed inutiles; novas rursus Declarationes S. Sedis, de non existente penes prætensa Capitula Jurisdictione ulla Ecclesiastica.

Refert, contra has Declarationes, aliaque mandata S. Sedis, magnam exiisse

exiisse copiam Scriptionum, Coddeum quoque edidisse Epistolam ad *Catholicos Incolas Fœderati Belgii*; damnatos Romæ Libellos suos *Declarationem & Responsiones*; ipsum verò à Missionum regimine, à quo suspensus fuerat, penitus remotum 1704. De restauranda in Missionibus tranquillitate variè multùmque sudatum; nonnullos Sacerdotes S. Sedi devotos in exilium missos; *Secundam* à Coddeo *Epistolam* evulgatam; datum Coddeo consilium, ut spretâ suspensione ac Privatione regimen Ecclesiarum Hollandicarum usurparet audacter; rejectum à Coddeo consilium; de novo Vicario in Cockii sese absentantis locum substituendo actum; Exhortationes S. Sedis; Eminentissimi Bussii, tunc Internuncii, iter in Hollandiam; colloquium cum Ultrajectensibus 1705.

Exponit, Gerardum Potcamp à S. Sede constitutum Vicarium Apostolicum Missionis Hollandicæ ordine septimum; Coddeum huic provisioni acquievisse, sed difficulter; numquam agnovisse legitimè se & jure Vicariatu Apostolico privatum. Potcampium constituisse Pro-Vicarios contra datam Cardinali Bussio fidem; post integri vix mensis præfecturam obiisse 1705. Narrat novas in Hollandia turbas; Pro-Vicarios Coddei & Potcampii Ecclesiasticum regimen rursus usurpantes; Pro-Vicarios desuper S. Sedis prohibitionem 1706. Hanc ab Ultrajectensibus spretam; novam Pro-Vicarios se dicentes electos Cleri Vicarios, & Pontificiam Delegationem nullam; apertum Schisma; plurimos Libellos damnatos 1707.

Adamum Daemen per Cardinalem Bussium, tunc Nuntium Coloniensem, institutum per Missiones Hollandicas Vicarium Apostolicum octavum. Consecratum titulo Ecclesiæ Adrianopolitanæ *in partibus*; impeditum statim à Muneris sui administratione; Jesuitas Hollandiâ pulsos 1708. occupatas ab Ultrajectensibus varias stationes; datam Sacerdotibus asseclis suis Jurisdictionem nulliter; Jubilæum à Clemente XI. indictum, Fœderati Belgii Catholicis submissum; exclusos à Jubilæo Refractarios.

Litteras Apostolicas, Bullas, Brevia, aliaque Decreta Romana proscripta Edicto Ordinum 1708. Ab Ultrajectensibus laudatum Edictum; ab illis scriptum, *Bullas ad seditionem emissas esse*. Edictum à Cardinali Bussio, vitandos esse Ultrajectenses, & spiritualia subsidia quærenda esse à Sacerdotibus in Communione S. Sedis existentibus; Mandatum, ut Adamum Daemen in Vicarium Apostolicum reciperent. Adversùs hæc, emissas esse famosas *Protestationes* 1709.

Hìc commemorat novum Vicarium ab Ultrajectensibus rejectum; ab Harlemensibus commendatum Ordinibus Hollandiæ, sed frustra. Narrat obitum Coddei 1710. denegata eidem solita fidelium suffragia, tamquam notoriè inobedienti & Refractario. 1711. Magnas in Missione anxietates & pericula in administranda re Ecclesiastica; publicatam à Cardinali Bussio tunc Nuntio *Instructionem pro Catholicis & præsertim Confessariis in Fœderato Belgio degentibus circa validitatem Sacramentorum*; Magnam hinc secessionem factam ab Ultrajectensibus; hos erubescentes exiguum adhærentium numerum, de pace cogitasse; Deputatos ab Ultrajectensibus

Colo-

Coloniam missos ad Nuntium, sed re infectâ rediisse, cùm edixissent :
se credere non posse illa, quæ Ecclesia præscripsit in puncto Doctrinæ.
Refert Censuras & Excommunicationes in privatos latas; illas con-
temptui habitas, impugnatas, rejectas; Hinc aperto marte pugnatum
contra S. Sedem; ab Ultrajectensibus decretum, sollicitè conservandas,
quæ ipsis reliquæ erant Stationes; ob penuriam Sacerdotum, dari cœp-
tas Dimissoriales Litteras ad suscipiendos Sacros Ordines, 1716. Ques-
nellum procurasse Episcopos, qui junioribus Ecclesiasticis ordinationes Sa-
cerdotales impenderent 1718.

Ex hoc successu, nullum ampliùs modum servatum; Citatos ad Tri-
bunal Coloniense varios Stationum occupatores; Querelas Consulibus
Gaudanis delatas; Mandatum Joanni Byleveld ut evocationes impediret;
Ipsi Byleveltio datam à Nuntio Delegationem, ut intrusos conveniret 1717.
Oblatum ab Ultrajectensibus Libellum supplicem Ordinibus Hollandiæ,
gravissimè contumeliosum in S. Sedem, ejusque Ministros. Joannem
Byleveltium à Clemente XI. Vicarium Apostolicum, per Missiones Hol-
landicas ordine nonum, 1717. Exulare jussum 1718. Heussenium à præ-
tenso Capitulo Ultrajectino electum Vicarium; Usurpationes Ultrajectri-
norum varias; Mortem Heussenii & Quesnelli 1719. Apellationem Ul-
trajectinorum à Constitutione Unigenitus 1719. publicatam 1720. Usurpa-
tiones Steenovii prætensi Vicarii Capitularis 1721. *Memoriale* patrio ser-
mone conscriptum, & Ordinibus Hollandiæ oblatum, pro consequendo
Episcopo 1722.

Docet datos fuisse à suspensione Sebasteni quatuor Vicarios Apostolicos
Missioni Hollandicæ; inter hos consecratum unum; consecrandos fuisse
plures, si per Ultrajectenses licuisset; adeo ut immeritò querantur nega-
tos sibi Episcopos. Pseudo-Electionem Steenovii in Episcopum 1723. alia-
que ausa inaudita.

His ita per varios ARTICULOS distinctis & explicatis, subjicit Auctor plu-
rima MONUMENTA, eaque omnia, vel authentica, vel partium consensio-
ne recepta; ut dictorum suorum fides constare possit omni Lectori, illa
inspicere atque examinare volenti. Quibus etiam addidit Opusculum Theo-
logicum, quo Instrumentum Appellationis Ultrajectensium refutatur.

Tandem variæ succedunt DISSERTATIONES, in quibus examinat q[...] id-
quid occurrit, aut objicitur circa Factum vel Jus. In illis ostendit, an-
tiquum Jus Electionis Episcopi Trajectensis periisse omne; non [...] pe-
reisse liberam electionem, ex antiquo jure; non secundariam, ex Pa-
ctione cum Carolo V. anni 1528. neque subsistere novum Statutum in
Erectione novorum Episcopatuum conditum 1559. Evincit etiam, non [...]sse
postliminio locum; & Ultrajectenses non extitisse amissi juris, pri[...]
Dominos.

Demonstrat Sasboldum Vosmerum & Philippum Rovenium non [...] fuis-
se Ultrajectenses Archiepiscopos, sed meros Summi Pontificis & S. S[...]dis
per Fœderatum Belgium Delegatos, uti reliquos Vicarios Apostolicos [...]m-
pes; Sedem Episcopalem, ab inducta prætensa Reformatione, & [...]
d[...]

dicta Civitate sub potestatem Ordinum, nec mansisse erectam, nec etiam nunc subsistere, ubi occurritur Ultrajectinorum argumentis.

Ecclesiam Ultrajectinam habendam esse velut collapsam, omni jure & jurisdictione exutam, & ad conditionem nudæ, nec ideo tamen despiciendæ, Missionis redactam; Capitulum Ultrajectinum, ejusque jura conservata non esse, imò conservari non potuisse.

Nullos umquam, præ temporis iniquitate, à morte Schenckii Vicarios fuisse Capitulares, id est à Capitulo electos. Nihil juvare, quod priores duo Vicarii Apostolici varias Prælaturas, Canonicatus aliaque Beneficia Auctoritate Apostolicâ contulissent, tam in Metropolitana, quàm in aliis Ecclesiis Civitatis & Diœcesis Ultrajectinæ; Sasboldum Vosmerum, aliosque Vicarios Apostolicos non fuisse veri nominis *Ordinarios*;

Vicariatum à Philippo Rovenio erectum, & à Jacobo La Torrio confirmatum, non esse, nec esse posse, veri nominis Capitulum Cathedrale; Antiquum Capitulum in dicto Collegio non subsistere, nec subsistere jure aut ratione posse; dictum Vicariatum, nec verè, nec convenienter Capitulum repræsentare, & consequenter nec debere, nec posse Ecclesiæ Batavæ curam habere, vel ulla omninò Munia exercere, quæ Capitulis Cathedralibus Sede vacante incumbunt.

Et in his fusè refutat Responsum quinque Doctorum Juris in Universitate Lovaniensi, qui ad *Casus-positionem* ab Ultrajectensibus formatam Anno 1717. pronuntiarunt in rem ipsorum. Deinde examinat Auctor, an pro authenticis habenda sint Diplomata Rovenii & La Torrii circa Vicariatum Ultrajectinum, prout illa obtruduntur ab Adversariis.

Ostendit postea, quod Collegium à Rovenio erectum, sive Vicariatus ille, post obitum Vicariorum Apostolicorum, numquam habuerit aut exercuerit Jurisdictionem Episcopalem, quasi Sede vacante, ut falsò prætenditur. Evictum dat & illud, quod omnes omnino Vicarii Apostolici à S. Sede pro arbitrio constituti sint, & quod penes dictum Collegium, seu Vicariatum numquam fuerit, aut esse possit Jus eligendi Vicarium, multò minùs Episcopum, ut etiam prætenditur invitâ ratione, & repugnante jure; & quod in diversorum Vicariorum Apostolicorum institutione, ex parte Ultrajectensium intervenerit nihil aliud, præter vota, precesque, licita & permissa omnibus, quorum interest.

Examinat postea Auctor, an moderni Sacerdotes Ultrajectini habendi sint velut Schismatici, si in defensione prætensorum jurium imaginarii Capituli persistant. Excutit etiam ultimos conatus, omni jure schismaticos; in eligendo sibi Pseudo-Episcopo Steenovio; ubi de jure S. Sedis circa Episcoporum Confirmationes & Consecrationes. Refellit etiam Ultrajectinorum Sacerdotum cavillationes, quibus præjudicatas opiniones suas indoctæ plebi instillarunt; nec non stultam invidiam, quam etiam per patrii sermonis Libellos, de Romani Pontificis potestate ac Jurisdictione, ex Quesnelli Opusculo posthumo, creare conati sunt. Objectiones denique omnes, ex Auctoritate Venerandæ Antiquitatis petitas, diluit & conticescere facit.

Digitized by Google

Libellis verò nuper admodum editis, & *Causa Ecclesiæ Ultrajectinæ* atque *Epistolis* ad diversos hoc Anno exaratis, divulgatisque, operam dabit; ut nihil conquerantur neglectum.

Imprimatur. Datum Bruxellis die 16. Septembris 1724.

De mandato Eminentissimi & Reverendissimi Domini Cardinalis Archiepiscopi Mechliniensis.

B. DE RUDDERE Secret.

PARAGRAPHUS III.

Auctoris MONITUM *atque Synopsis Historiæ ac Controversiæ vindicantur ab impugnationibus Erckelii.*

I. EVulgatum fuerat *Monitum* nostrum die 16. Septembris 1724. quod acceptum Erckelius abscondere non potuit in sinu suo, donec promissum Opus proditet, sed cùm id animum illicò suum percussisset, atripuit calamum, & IV. kal. Octob. id est die 27. Septembris elaboravit Scriptum hìc examinandum, quod (multò pòst publicatum) liberaliter nobiscum communicavit ille, misso per Cursorem publicum Exemplari uno. Primam igitur Erckelii oppugnationem, non levi studio limatam, tenemus.

II. Accipe Titulum: ADMONITIO CONTRA MONITOREM ANONYMUM ECCLESIÆ BATAVÆ JURIBUS INFESTISSIMUM.

Non est ita, ut scribis, Erckeli: neque enim Missionis Batavicæ juribus adversor ego; sed alieni juris invasores, res animo adinventas, commenta, figmenta, & fabulosa imperia, indèque natam prævaricationem, rebellionem, ac schisma, odi, detestor, confuto. Malè proindè arguis, hìc addi afflictionem afflictis; è contrario, errantibus vobis veram exhibeo Ultrajectinæ Ecclesiæ imaginem, ut in viam justitiæ redire festinetis, respuentes quidquid huic est inimicum, & sectantes illa, quæ apta sunt superandis calamitatibus. Has, culpâ vestrâ in vos concitatas esse, negas tu, ajo ego; eruditus Orbis judicabit. Dicis, „ me silentio præterire illa quæ pro Ecclesiæ conservatione à Majoribus nostris facta „ sunt: quæ verò illis temporum iniquitas extorsit, ultra modum exag„ gerare; dubia seu ambigua communiter in pessimam partem inter„ pretari; à famoso Patre Desirantio, Bonaventura Dyckio, & Theo„ doro Cockio antehac objecta, & solidis responsionibus dissoluta, „ iterum repetere, nullâ responsionum mentione factâ; subinde his ex„ cessibus meis, ipsum me Desirantium vincere.„ Dabis veniam Erckeli, ut in his querelis tuis præcipitem Te dicam & immaturum. Nondum videras *Historiam* meam, aut *Monumenta*, aut *Dissertationes*, undenam igitur, amabo Te, hæc Tibi erant comperta? Sed hìc non irascar, imò verò hanc Tibi culpam condono. Jam profecto Tibi integra Acta Majorum nostrorum, quorum ingenuitas & candor animi, iniquissimis [illegible] potentem

temporibus, sibi constitit; patescit etenim, quod de illis dici non possit, quod aliud egerint, & aliud voluerint intelligi, ut contendis Tu. Et quæ Sasboldus egit, quæ Rovenius fecit, (Vicarii ambo Apostolici) neuter umquam veluti ab Archiepiscopo Ultrajectino actum, factumve haberi voluit. Adeo ut nihil occurrat in ipsorum Actis quod Historicus debeat oratione exaggerare, aut amplificare verbis; nec inveniat Disputator dubium quod interpretetur, aut ambiguum quod explicet. Obscura porrò & involuta, ad clarissima alia & apertissima Facta revoco, ut leges in *Dissertatione* V. ubi an ego deceptus sim, vehementer ex Te intelligere cupio. Scriptores quos objicis, illos mihi Auctores non habui, & priores duos citavi numquam; tertio usus sum quandoque, sed illum *solidâ responsione* à Te, tuisve confutatum hactenus non vidi. Clamas, *excessibus meis ipsum me Desirantium vincere*, & quid excessuum meorum nomine intelligas, dein prodis pag. 8. ubi doles, Sasboldum, Roveniumque à me expunctos è Catalogo Archiepiscoporum Ultrajectensium. Expunxi enimverò; sed non levibus argumentis, quæ pensanda Tibi relinquo. Quod hanc meam sententiam *impudentiæ* damnes, illa profectò mira libertas tua est, quæ in Scriptis tuis spirat largè, atque inde tibi acerbitas est multa, & salis abundè. Si vidisset DESIRANTIUS *Instrumenta* mihi suppeditata, & Rovenii testimonium, non habuisset Te tam liberaliter.

III. Pag. 2. Falsi me arguis, imò calumniæ postulas, quod in *Monito* dixerim: „ Deputatos ab Ultrajectensibus Coloniam missos ad Nuntium; „ sed re infectâ rediisse, cùm edixissent, *se credere non posse illa quæ Ec-* „ *clesia præscripsit in puncto doctrinæ*. „ Sanè quidem id dixi, sed jure dixi, & illo Auctore dixi, cujus Tu fidem elevare possis numquam, quidquid Steenovius & Dalenortius opponant, vel pœnitudine jam ducti, vel pudore. Ipse Nuntius, jam Eminentissimus Cardinalis Bussius, Viro Catholico, in Civitate inter Hollandicas primaria degenti, statim post auditos Deputatos illos, socios tuos, scriptis Litteris testatus est, „ quod „ omnes itus & reditus Steenovii & Dalenortii instituti non fuerint alio „ fine, quàm ad circumveniendam, fallendamque Ecclesiam; quod illos „ inter & ipsum (*Eminentissimum Cardinalem tunc Nuntium Coloniensem*) „ actum non fuerit de mutando Vicario (*Adamo Daemen*) sed de satis- „ factione, quam circa DOCTRINAM debebatis præstare Ecclesiæ; quod „ millenis modis ipsum fallere conati fuerint (*Deputati tui*) aliorum hæ- „ reticorum more, sed postquam viderunt hoc ipsis succedere non pos- „ se, APERTE FASSI SINT, SE CREDERE NON POSSE ILLA QUÆ EC- „ CLESIA PRÆSCRIPSIT IN HOC PUNCTO (Doctrinæ.) „ Hæc mihi repetenda non fuissent, nisi jussisses. Vides igitur plenissimè liberatam fidem, quam in *Monito* dedi. Ante oculos habeo Cardinalis Autographam Epistolam cujus exemplar publicâ fide descriptum exhibeo inter (*l*) *Monumenta*. Nimis festinanter voluisti me subire odium *atrocis criminationis*, aut *nigerrimæ Calumniæ*, ut Deputati illi tui detonant. Scribant si ausint,

(*l*) Vid. Append. N. XCVI.

ausint, post tredecim annos, dicam calumniæ Eminentissimo Bussio, ex recentis rei memoria testimonium danti. Sed Tu non advertis, nec intelligis, quod in hac ipsa tua defensione quam suscipis, apertè fatearis: *vos credere non posse illa quæ Ecclesia præscribit in puncto Doctrinæ*. Quid enim? Numquid Formulam Alexandrinam contra quinque Propositiones Jansenianas Ecclesia præscribit in puncto Doctrinæ? Atqui *fateris*, quod hujus Formulæ *subscriptionem non explicatam ac nudam, ab animo vestro impetrare non possitis*. Et LUCAS AHUYS ac JACOBUS KRYS (ll) omnium vestrûm nomine profitentur, quod *Formulario* CLEMENTIS XI. (dicere volunt ALEXANDRI VII.) *subscribere detrectetis, tremendum Dei nomen ad rem vobis incertam (factum scilicet vulgò Jansenii) testificandam, invocare horreatis &c.* Igitur fatemini, vos credere non posse illa quæ Ecclesia præscribit in puncto Doctrinæ. Hic manifestè teneris, Erckeli, nec rimam ullam invenies per quam Te surripias. Non rimam, sed patens ostium reperisse Te putas ut à Constitutione *Unigenitus* Te expedias. *Ad Concilium Generale*, inquis, *appellavimus*. Prudentissimum profectò remedium, quo sententiam rejicias ad Kalendas Græcas! sed vide-sis *Refutationem Appellationis*.

IV. Deinde vidêris me circumferre velle pro Jesuita. Falleris Erckeli. Sed ut id ita esset, quid inde Tibi lucri? An, si aut meâ confessione, aut tuâ imaginatione assequutus sis, ut illius societatis membrum sim, omnia Te adeptum arbitraberis? Nimirum, Adversarium arriperes non causam, & Lectorum tuorum omnium animos aliò diverteres; & cùm nos de Ecclesia Ultrajectina, de Sede Archiepiscopali eversa, de destructo Capitulo, de ablata jurisdictione, eaque sacrilegè resumpta, sermonem habuerimus, Tu respondebis de Jesuitis, narrabisque quid illi docuerint de Detractione, de Mendacio, & de Restrictionibus mentalibus, ut Pag. 3. promittis. Non est mihi animus in hanc sylvam ire, aut alium insequi cervum, quàm qui excitatus est. Hactenus Jesuitas in Causa vestra edidisse quidquam non comperi. Si Te nimis angunt, stringunt, pungunt promissæ in *Monito* demonstrationes, illasque ideo Jesuitis affingis, quia times fore invictas, videsis ne illos nimis honores., quos deprimere statuis. Æquo Te animo esse jubeo, Erckeli; Jesuita non sum, nec fui unquam, nec ero aliquando, nisi fortè Tu pacto publico constituas illi Societati nomen dare, cùm ego Te exemplo meo provocaverim; nihil enim est quod aggredi detrectem Tui juvandi causâ.

V. Eàdem pag. 3. inclamas Eminentissimum Cardinalem de Alsatia Archiepiscopum Mechliniensem; sed quæ tua est modestia, non meam *punitionem* à Viro Principe petis hodie, sed solùm, ut jubeat dicere, *quo fundamento nixus*, scripserim hanc (quam non ampliùs calumniam vocabis) periodum: *Ultrajectenses edixisse, se credere non posse illa quæ Ecclesia præscripsit in puncto Doctrinæ*. Fundamentum illud jam aperui, ejusque inspiciendi copiam feci Tibi, tuisque, ut palinodiam à me exigere desistas deinceps. Ad alia progredientem Te pone sequor.

VI. Hæc

(ll) Responsum ad Epistolam sub nomine Illustrissimi D. Josephi Spinelli Pontif[illegible] in Belgio Internuntii 4. Maii 1724. evulgatam. pag. 19.

VI. Hactenus quidem me unum adortus eras jurgio ex quo nulla Tibi provenit utilitas; jam verò, sub finem paginæ tertiæ, subis certamen. Hæreat itaque pedi pes, densusque viro vir. Ad emissa porrò tela, quæ fracta esse dubitare non poteras, suffecerit indicare Tibi ubi frusta colligas, si lubet.

VII. Sedem Archiepiscopalem Ultrajectinam destructam dixi per superinductam Religionem prætensè Reformatam & Acatholicorum dominationem. Tu objicis, magnam civium partem in Fide Catholica fideliter perstitisse. Id enim verò agnosco. Interrogas Pag. 4. *quare pars fidelis in istis rerum circumstantiis Episcopatum & cætera jura Ecclesiæ non potuerit conservare?* Rationem disce, si lubet, in DISSERTATIONIBUS III. IV. & VII.

VIII. Agnovi præterea, Hermannum Comitem Rennebergium, Joannem Bruhesium & Sasboldum Vosmerum nominatos fuisse ad Sedem Archiepiscopalem Ultrajectinam; sed non secuto effectu. In ARTICULO V. & in DISSERTATIONE II. doceberis, quod Archidux Albertus, abjectâ nondum omni spe recuperandi Fœderati Belgii, & animo possidens quod corpore prohibebatur apprehendere, Sasboldum nominarit ad Cathedram illam, sed quod mutarit consilium etiam ante Sasboldi è Patria discessum, qui propterea Romæ titulum accepit, non Ultrajectinæ, sed Philippensis Ecclesiæ *in partibus*. Ostendo ibidem, quibus modis destruantur Episcopatus, Capitula, eorumque jura, quos modos, quasque fati miserias Ecclesiam Ultrajectinam destruxisse, adeò negare non potestis, ut, non nisi ex iisdem rationibus concludere potueritis lapsum & interitum Hipponensis, aliarumque sub barbaris gentibus Ecclesiarum. Expecto differentiam ut adferatis solidam, antequam contra repararum telum novo opus sit clypeo.

IX. Doceo, Capituli Ultrajectini interitum per admixtos primò Catholicis Canonicis Acatholicos; deinde per Catholicorum exclusionem Anno 1622. ac tandem per Capituli, ut loquimur, secularisationem. Hoc argumentum dicis *stramineum*, sed non probas; neque advertis, etiam ex stamine confici laqueum qui arctè stringat, & ex quo Te expedias numquam. Sed si tam infirma Tibi visa sit hæc ratio, quid non jussisti ab illa se abstinere advocatum illum tuum Gallum, qui ex hac *sola* ratione conclusit pro interitu Capituli Ultrajectini, imò pro interitu necessario & inevitabili? Verba dedi in ARTICULO VI. Non illo *solo* nitor argumento, sed aliis pluribus, præcipuè verò, quod statim ab obitu Schenckii, immire fatum non destruxerit tantùm, sed etiam evanescere fecerit Capitulum Ultrajectinum, quod nullum umquam Jurisdictionis actum arripuit aut exercuit, aut Vicarium umquam creavit Capitularem. Vide si placet DISSERTATIONEM V.

X. Sasboldo, Rovenioque potestatem ORDINARII attribuis. In DISSERTATIONE VIII. multis Te rogavi, mi Erckeli, ut hanc stultitiam seriò & in perpetuum ex animo ejicias tuo. Id ut facias, non ego Tibi Auctor sum, sed ipsimet Sasboldus, Roveniusque; &, quod hactenus fortè ignorabas, La Torrius quoque, Neercasseliusque & hic infra * alius aliquis qui Tibi, tuisque est [illegible].

* Vide infra N. XXVI.

XI. Hìc fortè pro tua festinatione, me dices *maleferiatum*, ut in sequentibus Tibi loqui placuit, quia Capitulum Ultrajectinum dixi *secularisatum*. Sed hoc dissimulo. Non offendit Te, ut video, barbara locutio, quæ me ipsum malè habet, sed res ipsa offendit. Contendis: " Spiritualem potestatem & potestatem secularem, esse potestates duas, naturâ disparatas; quæ sicut subinde utraque in eamdem personam concurrit, scilicet in Episcopos, Abbates, Canonicos, Canonicorum Collegia, ita & separari queat. " Vix intelligo quid velis. Potestatem secularem in Episcopis, Abbatibus, Canonicis, Canonicorum Collegiis quà talibus, non agnosco. Fructus illis dari seculares seu temporales, ut ipsi faciant fructus spirituales hoc capio. Sed ipsi illi fructus temporales & spirituales adeò indivulsâ connexione per Ecclesiæ dispositionem sibi cohærent, ut hi sine illis nec admitti possint, nec conservari. Nam cùm depositi fuerint Episcopi, Abbates extincti, exauctorati Canonici, destructa Canonicorum Collegia, potestas spiritualis sic aufertur, ut sublatum sit omne etiam jus ad fructus temporales, & ad illam, quam fingis, potestatem secularem. Illud ipsum obtinet in sensu contrario, videlicet: cùm ab Episcopo, à Canonico, à Capitulo sic aufertur quidquid ipsis est temporale, ut simul destruatur Episcopatus & Capitulum, etiam destruitur quidquid ipsis erat juris spiritualis. Et verò, Tu concedis Pag. 5. *dici posse isto casu Episcopatus & Capitula secularisari.* Id etenim est illud ipsum quod dixi & volui. Addis autem *nemo tamen sanæ mentis dicet quod tum jus spirituale secularisetur.* Hæc tua est hallucinatio. Neque enim ego dixi, aut volui, jus spirituale transire ad seculares etiam Acatholicos, qui omne à Vobis jus temporale abstulerunt, destructo scilicet Episcopatu, & everso Capitulo; sed omne illud jus spirituale ordinarium, extinctum dico, & rediisse ad illum, à quo omnia jura spiritualia dispensantur. Has easdem argutias consectaris in *Dissertatione* tua *de misero statu Ecclesiæ Ultrajectinæ &c.* Sed quantum in illis futile sit, exposui in DISSERTATIONE mea XXI.

XII. Dixi, IN MONITO, *Adversarios ipsos fateri*, CELEBERRIMUM ILLUD OLIM CAPITULUM Ultrajectinum NON POTUISSE NON INTERIRE. Hìc Erckelius assurgit, & dicit: *Numquam id fassi sumus.* Postulat igitur me aut falsitatis aut erroris; sed neutrum subest. Conjiciat in oculos, animumque in Paginam quintam Libelli Gallici, *Memoire pour l'Eglise & Clergé d'Utrecht*, & lineâ ultimâ hanc legat illationem: AINSY CE CHAPITRE AUTREFOIS SI CELEBRE NE POUVOIT EVITER DE PERIR. Interitum rursus agnovit idem Gallus Pag. 24. AU DEFAUT même DE CE CHAPITRE, *il y a toujours eu dans cette Eglise un Clergé subsistant &c.* CAPITULI DEFICIENTIS LOCO *semper subsistit in illa Ecclesia Clerus &c.* Displicere nemini potest, si hìc exigam, ut Erckelius canat palinodiam & tecantet opprobrium.

XIII. Dispersionem Canonicorum Ultrajectensium comparari non vult Erckelius, cum dispersione Canonicorum Constantinopolitanorum de qua Pontifex in *Cap. 3. de Elect. Extrav. Comm. Lib. 1.* Neque verò nos id volumus. Nam Capitulum Constantinopolitanum jure gaudebat electionis

electionis liberæ & Canonicæ, quo jure Ultrajectenses sese exuerunt longè ante mutatæ Religionis tempora, Anno scilicet 1528. Sed de comparatione utriusque Capituli egimus in DISSERTATIONE IV.

XIV. Non fert Erckelius quod Ultrajectensis Ecclesiæ Canonicos Catholicos, *negligentes* dixerim *circa curam Religionis & Ecclesiæ*. Et speciosâ excusatione occurrere, se putat, cum dicit: *Id non habuit locum in omnibus*. Utque doceat aliquos saltem fuisse diligentes, adfert fragmentum Epistolæ Sasboldianæ ad quemdam Patrem Oliverium, quâ & nos utimur in ARTICULO VII. In qua Epistola datâ Anno 1597. testatur Sasboldus, se venisse in Diœcesim Ultrajectinam ante septemdecim annos, id est Anno 1580. & *reperisse se confusa omnia & cuncta sine Ordine, excepto quod Ecclesiæ Harlemensis Vicarius in Ecclesia sua satis laudabilem ordinem restituerat*. Hoccine probat Canonicos Ultrajectenses, etiam aliquos, diligentes fuisse circa curam Religionis & Ecclesiæ? Laus quæ tribuitur Vicario Harlemensi, non spectat ad Canonicos Ultrajectenses, quantum quidem ego puto. Sed aliud quid putat Erckelius, scilicet: loqui se pueris, vel viris quibus obrepit somnus.

XV. Pag. 6. Contendit Sasboldum fuisse *Sedis Ultrajectinæ vacantis Vicarium Generalem*; Quid inde ipsi est lucri, cum non extiterit *Vicarius Capitularis*, id est à Capitulo electus? Propè est ut agnoscat, Nuntium Apostolicum in Sasboldi constitutione supplevisse Capituli negligentiam; Ego in DISSERTATIONE V. commonstrasse me puto, *impotentiam* Capituli, jam tum impediti, dispersi, & cessantis ab omni Jurisdictione, fuisse adjutam. Excutio ibidem obscurissima verba Archiepiscopi Ephesini, nihil minùs perhibentia quàm id quod Erckelius voluit.

XVI. Pag. 7. Adfert somniorum suorum ludibria facetissima de Cleri Ultrajectini *electione*, quæ in singulorum Vicariorum Apostolicorum constitutione intervenisset. Huic fabulæ confutandæ impendimus DISSERTATIONEM XIII.

XVII. Pag. 8. Decertat pro Sasboldo, Rovenio, imò La Torrio quos Archiepiscopos Ultrajectinos fuisse contendit. Nuper in *Cæsa Ecclesiæ Ultrajectina*, etiam Catzio, Neercasselio, & Coddæo hanc dignitatem attribuit; his diebus tributam illam vidimus Steenovio, Episcopo abortivo; & cras fortè illa dabitur Cornelio Berckman, aut Gisberto Van Dyk, aut alteri aleatori. Fortunatior enim Erckelio faber inventus est nullus, qui tot nomina procudere & vanas sibi Dignitates fingere valuit umquam. Sed de his ipsum conveniam statim.

XVIII. Pag. 9. Novam induit personam Erckelius, & subtiliter admodum se, Causamque suam commendans, novo etiam artificio incautum Lectorem in partes suas trahere nititur. Dudum observaverat animo, & aliquando sibi objiciendum esse præviderat, quod ex actis Majorum nostrorum nihil concludi posset pro desperata Causa sua, viderat, inquam, quod Vicarii Apostolici per Fœderatum Belgium, se dixissent *Vicarios Apostolicos*, & non Archiepiscopos Ultrajectinos; quod *Capitulum* Ultrajectinum in ipsa Catholicæ Fidei ruinâ, jam sub initium mutatæ Religionis, fuisset

XI. Hìc fortè pro tua festinatione, me dices *maleferiatum*, ut in sequentibus Tibi loqui placuit, quia Capitulum Ultrajectinum dixi *secularisatum*. Sed hoc dissimulo. Non offendit Te, ut video, barbara locutio, quæ me ipsum malè habet, sed res ipsa offendit. Contendis: " Spiritualem potestatem & potestatem secularem, esse potestates duas, naturâ „ disparatas; quæ sicut subinde utraque in eamdem personam concurrit, „ scilicet in Episcopos, Abbates, Canonicos, Canonicorum Collegia, „ ita & separari queat. „ Vix intelligo quid velis. Potestatem secularem in Episcopis, Abbatibus, Canonicis, Canonicorum Collegiis quà talibus, non agnosco. Fructus illis dari seculares seu temporales, ut ipsi faciant fructus spirituales hoc capio. Sed ipsi illi fructus temporales & spirituales adeò indivulsâ connexione per Ecclesiæ dispositionem sibi cohærent, ut hi sine illis nec admitti possint, nec conservari. Nam cùm depositi fuerint Episcopi, Abbates extincti, exauctorati Canonici, destructa Canonicorum Collegia, potestas spiritualis sic aufertur, ut sublatum sit omne etiam jus ad fructus temporales, & ad illam, quam fingis, potestatem secularem. Illud ipsum obtinet in sensu contrario, videlicet: cùm ab Episcopo, à Canonico, à Capitulo sic aufertur quidquid ipsis est temporale, ut simul destruatur Episcopatus & Capitulum, etiam destruitur quidquid ipsis erat juris spiritualis. Et verò, Tu concedis Pag. 5. *dici posse isto casu Episcopatus & Capitula secularisari.* Id etenim est illud ipsum quod dixi & volui. Addis autem *nemo tamen sanæ mentis dicet quod tum jus spirituale secularisetur.* Hæc tua est hallucinatio. Neque enim ego dixi, aut volui, jus spirituale transire ad seculares etiam Acatholicos, qui omne à Vobis jus temporale abstulerunt, destructo scilicet Episcopatu, & everso Capitulo; sed omne illud jus spirituale ordinarium, extinctum dico, & rediisse ad Illum, à quo omnia jura spiritualia dispensantur. Has easdem argutias consectaris in *Dissertatione* tua *de misero statu Ecclesiæ Ultrajectinæ &c.* Sed quantum in illis futile sit, exposui in DISSERTATIONE mea XXI.

XII. Dixi, IN MONITO, *Adversarios ipsos fateri*, CELEBERRIMUM ILLUD OLIM CAPITULUM Ultrajectinum NON POTUISSE NON INTERIRE. Hìc Erckelius assurgit, & dicit: *Numquam id fassi sumus.* Postulat igitur me aut falsitatis aut erroris; sed neutrum subest. Conjiciat in oculos, animumque in Paginam quintam Libelli Gallici, *Memoire pour l'Eglise & Clergé d'Utrecht*, & lineâ ultimâ hanc legat illationem: AINSY CE CHAPITRE AUTREFOIS SI CELEBRE NE POUVOIT EVITER DE PERIR. Interitum rursus agnovit idem Gallus Pag. 24. AU DEFAUT même DE CE CHAPITRE, *il y a toujours eu dans cette Eglise un Clergé subsistant &c.* CAPITULI DEFICIENTIS LOCO *semper substitit in illa Ecclesia Clerus &c.* Displicere nemini potest, si hìc exigam, ut Erckelius canat palinodiam & recantet opprobrium.

XIII. Dispersionem Canonicorum Ultrajectensium comparari non vult Erckelius, cum dispersione Canonicorum Constantinopolitanorum de qua Pontifex in *Cap. 3. de Elect. Extrav. Comm. Lib. 1.* Neque verò nos id volumus. Nam Capitulum Constantinopolitanum jure gaudebat electionis

electionis liberæ & Canonicæ, quo jure Ultrajectenses sese exuerunt longè ante mutatæ Religionis tempora, Anno scilicet 1528. Sed de comparatione utriusque Capituli egimus in DISSERTATIONE IV.

XIV. Non fert Erckelius quod Ultrajectensis Ecclesiæ Canonicos Catholicos, *negligentes* dixerim *circa curam Religionis & Ecclesiæ*. Et speciosâ excusatione occurrere, se putat, cum dicit: *Id non habuit locum in omnibus*. Utque doceat aliquos saltem fuisse diligentes, adfert fragmentum Epistolæ Sasboldianæ ad quemdam Patrem Oliverium, quâ & nos utimur in ARTICULO VII. In qua Epistola datâ Anno 1597. testatur Sasboldus, se venisse in Diœcesim Ultrajectinam ante septemdecim annos, id est Anno 1580. & *reperisse se confusa omnia & cuncta sine Ordine, excepto quod Ecclesiæ Harlemensis Vicarius in Ecclesia sua satis laudabilem ordinem restituerat*. Hoccine probat Canonicos Ultrajectenses, etiam aliquos, diligentes fuisse circa curam Religionis & Ecclesiæ? Laus quæ tribuitur Vicario Harlemensi, non spectat ad Canonicos Ultrajectenles, quantum quidem ego puto. Sed aliud quid putat Erckelius, scilicet: loqui se pueris, vel viris quibus obrepit somnus.

XV. Pag. 6. Contendit Sasboldum fuisse *Sedis Ultrajectinæ vacantis Vicarium Generalem*; Quid inde ipsi est lucri, cum non extiterit *Vicarius Capitularis*, id est à Capitulo electus? Propè est ut agnoscat, Nuntium Apostolicum in Sasboldi constitutione suppleviſſe Capituli negligentiam; Ego in DISSERTATIONE V. commonstrasse me puto, *impotentiam* Capituli, jam tum impediti, dispersi, & cessantis ab omni Jurisdictione, fuisse adjutam. Excutio ibidem obscurissima verba Archiepiscopi Ephesini, nihil minùs perhibentia quàm id quod Erckelius voluit.

XVI. Pag. 7. Adfert somniorum suorum ludibria facetissima de Cleri Ultrajectini *electione*, quæ in singulorum Vicariorum Apostolicorum constitutione intervenisset. Huic fabulæ confutandæ Impendimus DISSERTATIONEM XIII.

XVII. Pag. 8. Decertat pro Sasboldo, Rovenio, imò La Torrio quos Archiepiscopos Ultrajectinos fuisse contendit. Nuper in *Causa Ecclesiæ Ultrajectinæ*, etiam Catzio, Neercasselio, & Coddæo hanc dignitatem attribuit; his diebus tributam illam vidimus Steenovio, Episcopo abortivo; & cras forte illa dabitur Cornelio Berckman, aut Gisberto Van Dyk, aut alteri aleatori. Fortunatior enim Erckelio faber inventus est nullus, qui tot nomina procudere & vanas sibi Dignitates fingere valuit umquam. Sed de his ipsum conveniam statim.

XVIII. Pag. 9. Novam induit personam Erckelius, & subtiliter admodum se, Causamque suam commendans, novo etiam artificio incautum Lectorem in partes suas trahere nititur. Dudum observaverat animo, & aliquando sibi objiciendum esse præviderat, quod ex actis Majorum nostrorum nihil concludi possit pro desperata Causa sua; viderat, inquam, quod Vicarii Apostolici per Fœderatum Belgium, se dixissent *Vicarios Apostolicos*, & non Archiepiscopos Ultrajectinos; quod *Capitulum* Ultrajectinum in ipsa Catholicæ Fidei ruina, jam sub initium mutatæ Religionis, fuisset

Digitized by Google

fuisset sepultum; quod *Canonicorum* etiam appellatio à Catholicis fuisset abjecta, nec umquam resumpta. Sed ne ex his conficeret quis ferale telum, quod lateri suo hæreret, & evelli non posset, præoccupandos censuit animos. Movet igitur ad commiserationem; narrat temporum iniquitatem; & huic indulgeri vult Majorum suorum imbecillitatem; atque excusandas dicit locutiones nimiùm humiles; id est, cùm audis Sasboldum dicentem se *Vicarium Apostolicum per Unitas Belgii Provincias*, commiserario, & indulgentia exiguut, ut intelligas, Sasboldum se dicere: *Archiepiscopum Ultrajectinum*. Cùm Rovenius enuntiat: *Vicariatum se quemdam erigere pro meliore Missionis regimine*; temporum illorum iniquitas jubet, ut hic agnoscas, *Capitulum Ecclesiæ Metropolitanæ Ultrajectinæ*: Et cùm Tibi semper & ubique, & constanter occurrent Sacerdotes, qui se dicunt *Vicariatus Ultrajectini Assessores*, urbanitas, commiseratio & benignitas volunt, imperant, ut animo tuo statim imprimas formam *Canonicorum Ecclesiæ Metropolitanæ S. Martini Ultrajecti*. Plura alia æquè curiosa suggerit Erckelius, ut piaculum sit non adferre verba; in quibus si occurrat quidpiam quod Summo Pontifici, & S. Sedi Apostolicæ injuriosum videri posset, aut irreverens, aut ab hæreticis mutuatum, rogat Erckelius Te, mi Lector, ut ex eodem commiserationis affectu omne illud indulgere velis; nam sicut ille queritur, quod *Aulæ Romanæ & Nuntiorum Romanorum invasiones Jurisdictionis Ordinariæ, non satis validè repelli potuerint*, iniquis nimirùm illis temporibus; sic in præsentibus rerum circumstantiis in quibus ille cum suis versatur, haud aliter loqui ipse potest de Summo Pontifice. Præmissâ hac admonitione pernecessariâ, audi Erckelium loquentem.

XIX. „ Majorum nostrorum imbecillitatem quod attinet, puta locu„ tiones nimium humiles, toleratum subinde servitutis jugum, auctori„ tatem Romanæ Aulæ supra modum delatam, non repulsas Nuntio„ rum Romanorum usurpationes &c. hæc omnia contra Nos Monitor „ producturus est; ac si nihil prorsus jurisdictionis ordinariæ Ultrajecten„ si Ecclesiæ reliquum mansisse agnovissemus, atque *Jus omne in Ro„ manum Pontificem foret à nobis translatum.*

„ Ast circa hanc imbecillitatis materiam *non nihil temporum iniquitati* [...]*adul„ gendum*, neque imbecillitas ista ultra veritatis terminos exaggeranda. No„ tum Orbi est vehemens Romanæ Aulæ studium ad potestatis suæ t[...]mi„ nos extendendos. Adulantium turba, commodis suis consulentium [...] qui „ in nostras quoque Provincias penetraverant, Aulam istam non seg[...]iter „ stimulabat. Sub specie honoris Pontificii, cui tum populus, tum nos „ ipsi, ut decet, plurimùm favemus, multorum mentes fascina[...]ant. „ Deerat supremæ potestatis protectio, imò eam adversam habeba[...]mus. „ Quomodo potuisset sic constituta Ecclesia jus suum, quamvis fun[...]atis„ simum, per omnia servare illæsum?

„ Hinc usitata ferè solùm nomina Vicariorum Apostolicorum. Hinc [...] loco „ electionum preces humiles, supplicationesque adhibitæ. Hinc invas[...]ones „ jurisdictionis ordinariæ non satis validè repulsæ. Vix aliud in t[...]libus [...]rum r[...]

„ rerum circumstantiis poterat accidere. „

„ Verumtamen non omnem juris sui memoriam Majores nostri amiserunt, sed ejus subinde mentionem injiciebant. Cùm verò hanc Romanæ Curiæ auribus parum gratam ferrent, & plus precibus quàm Juris allegationibus sese impetraturos cognoscerent, precum, supplicationumque viam ineundam censuerunt. „ Hactenus Erckelius.

XX. Grata res est in vita, miseratio impensa prostratis, & ad hanc præstandam quotidie nos natura admonet, excitatque. Hoc verò humanitatis officium, tantùm habet dulcedinis ac suavitatis, ut solamen semper aliquod adferat miseris omnibus, etiam ubi sterilis est comploratio. Hæc quamvis non restituat collapsas res, leviorem tamen reddit dolorem, dum vanis spebus erectus miser, visionibus ludit & mente, & jam se putat causam sui vertisse casûs, cùm illam ipsam in suum cedere beneficium delirat. Ecclesia Ultrajectensis Episcopatu & jurisdictione, Sacerdotes Capitulo & Præbendis exuti sunt. Hoc agnoverunt ex vero Majores nostri. Afflictio est magna, quam commiseratione dignam esse & fateor, & prædico. Stragem hanc intulit mutatio Religionis, & Acatholicorum Dominatio. Romanus Pontifex avitam Fidem in Fœderatis Provinciis incolumem præstare frustra curavit; Dominationem evertere, nequidquam etiam tentavit Hispaniarum Rex. Proinde dedit Pontifex pro Episcopis Vicarios, pro Capitulo & præbendatis, Missionarios. Adjuti sunt prout tulerunt iniqua tempora.

XXI. Sed ecce incedit pauculos homines libido superandi casum; fundunt querelas; aperiunt vulnera sua; impenditur ipsis miseratio, sed sterilis, quia iniqua perdurant tempora. Tandem complorator accedit Erckelius, qui ventis imperaturus & mari, illam ipsam causam interitûs, id est Dominationem Acatholicorum, in suum cedere vult beneficium. Nimirum ibi quærit remedium, ubi accepit morsum. Eversus est fortunis, sed vel ideo in illis restitui vult, quia *iniquis temporibus* amisit sua. Imò ne restitutionem quidem petit, sed nocturnis visionibus mentem implens, adesse sibi dicit quod abest. Res transiit ad alios possessores, sed non ideo est erepta sibi. Sasboldus dicit se *Vicarium Apostolicum*; Rovenius profitetur (*m*) *per Sanctissimum Dominum nostrum, sanctamque Sedem Apostolicam curam sibi Ecclesiarum per Confœderatas Belgii Provincias demandatam fuisse*; Majores nostri restificantur (*n*) *Ecclesias Provinciarum Fœderatarum suis Ordinariis carere; Vicarios Apostolicos potestatem tantùm delegatam habere*: In Hollandia non superesse nisi (*o*) *Catholicorum reliquias*; Romanum Pontificem (*p*) *Vicarium Christi, non solùm Episcopum Episcoporum esse, verùm etiam Episcopum Ecclesiæ Dei.* Sed hæc nihil faciunt contra somnia sua. Sunt namque LOCUTIONES NIMIUM HUMILES, ET HIC TOLERATUR SERVITUTIS JUGUM, AUCTORITAS ROMANÆ AULÆ SUPRA MODUM DEFERTUR, ET DEPELLENDÆ SUNT HÆ NUNTIORUM ROMANORUM USURPATIONES; Verbo: hic NONNIHIL TEMPORUM INIQUITATI INDULGENDUM EST, ac firmiter tenendum: Vicarios Apostolicos, veros

(*m*) Bat. Sac. Part. 2. fol. 85. (*n*) Append. N. XXVI. (*o*) Append. N. XXV. (*p*) Append. N. XXVI.

veros fuisse Præsules Ultrajectinos, veros Ordinarios; perstare & perdurare etiamnum Capitulum Ultrajectinum, illique esse jurisdictionem Ecclesiasticam; & Romanum Pontificem nullum habere imperium in Hollandos.

XXII. Igitur, *nonnihil indulgere temporum iniquitati*, phrasi Erckelianâ significat, non videre quid iniquis Religioni Catholicæ temporibus Ecclesiæ Ultrajectinæ acciderit; ita ut, cùm Sasboldus, ac Rovenius se dicunt à S. Sede missos, tu intelligas à Capitulo Ultrajectino, à Clero electos; cùm Majores nostri solemniter coram omnibus Belgii Episcopis, auctoritate S. Sedis congregatis, edicunt, quod Rovenius (q) ad sollicitationem Cleri secularis, ad commendationem Cardinalis Bentivoglio, ad voluntatem Archiducis Alberti promotus sit, suspicio statim tibi subeat temporum iniquorum, & firmiter teneas, illum à Capitulo electum; & cùm iidem illi dicunt, eumdem Rovenium à Paulo V. Vicarium Apostolicum constitutum, tu dicas, eum in Vicarium Capitularem electum.

XXIII. Hæc non capis tu Lector, nec ego capio. Sed velis nolis tu, & quantumvis repugnem ego, ita credi, imò ita intelligi jubet Erckelius. E Portûs-Regii sodalibus unus (fortè Arnaldus) eoque nomine Erckelio charus ac venerandus, haud insulsum Librum composuit, cui titulus: ARS COGITANDI. Fallor plurimùm, si Auctor ille hanc Erckelianam artem cogitandi suis insertam vellet regulis & Logicæ suæ præceptis. Sed quid ex antiquorum temporum iniquitate extrudit Erckelius, nisi iniquitatem novam, dum per stultam indulgentiam credi jubet somnia, falsitates, & mendacia? Eò enim ducit misera subtilitas.

XXIV. Nec felicior est in affingenda Majoribus nostris *imbecillitate*, quæ est suæ iniquæ objectum indulgentiæ. In Sasboldi aut Rovenii Actis nihil inveniet imbecillum aut ignavum, cùm post exilia & proscriptiones, & post bona Fisco addicta, Viri verè Apostolici, in mediis periculis perstiterint & manserint nudi & inermes, sed tamen ovibus sibi commissis intendentes impavidè. In verbis igitur erat quærenda imbecillitas, quam tamen in illis inveniat nullus nisi is, cui ignavum visum est omne quod non servit rebellioni, aut quod non resistit Romano Pontifici. Cui, quidquid est, non jam obsequiosum, sed reverens atqu[illegible] observans supremæ potestatis à Deo constitutæ, vocatur adulatio; & ipsa obedientia, quæ melior est quàm victima, lividis oculis apparet ser[illegible]itus. Sancti & Apostolici viri, quos laudo, quibus data à Sede potesta[illegible] abundè suffecit, & qui eâ usi sunt ad ædificationem non ad destruction[illegible]em, locutiones nimium humiles protulerunt, quia schismaticis modern[illegible]rum Missionariorum operibus nimis adversas. Vellet suo illos modulo ac [illegible] pede metiri Erckelius, sed longè aliter formati erant ut infra N. XXVII. exhibebitur. Mendaces profectò faceret ille Sasboldum atque Rover[illegible]ium, si locutionibus uterentur ad mentem suam; sed illi loqui non volu[illegible]runt de potestate quam non habuerunt, aut de Capitulo quod viderunt [illegible]umquam. Ego verò existimo, imbecillitatem esse, ubi deficit animus [illegible] ubi vires desunt, esse impotentiam. Si Tu, mi Erckeli, (quod Ego n[illegible] [illegible]im) [illegible]reda-

(q) Append. N. XXV.

redactus sis ad petendam stipem, putas imbecillitas erit, an impotentia, quæ vetabit apponere Te mensam Amplissimis Dominis prætensi Capituli Ultrajectini Assessoribus? Res loquitur ipsa, ut nec ego debeam respondere, nec Tu. Cave igitur his Majoribus nostris imbecillitatem objicias; illis, inquam, quibus infractus fuit animus in bono, constans in Fide, fidelis in veritate, sed quibus defuerunt vires superandi mala, & iniqua tempora tua.

XXV. Conquereris præterea, quod videar suspicari ego, *ac si Tu, Tuique, nihil prorsus jurisdictionis Ordinariæ Ultrajectensi Ecclesiæ reliquum mansisse, agnovissetis.* In hac rursus objectione plurimùm mihi admirabilis extitis. Etenim postquam omnes qui ratione utuntur, ex *Historia* nostra & ex subjunctis *Dissertationibus* intellexerint, quòd Majores nostri, non locutiones nimiùm humiles, sed veras ac sinceras protulerint; quòd Ecclesiæ Batavæ administri, non servituris jugum subierint, sed debitæ obedientiæ obsequium, & necessarii in Ecclesia Ordinis modum servaverint; quòd Romana Aula non potestaris suæ terminos extenderit, sed ex datâ primæ Sedi potestate afflictæ Ecclesiæ pro sua benignitate succurrerit; quòd nullæ Nuntiorum Apostolicorum usurpationes, sed S. Sedis delegationes intervenerint; tunc enimverò judicabunt & concludent omnes qui regulas Dialecticæ norunt, *quod nihil prorsus Jurisdictionis Ordinariæ Ultrajectensi Ecclesiæ manserit aut superfit*; nemo verò absonum adeo consequens ex præmissis formabit: *quod id* AGNOSCAT *Erckelius cùm suis.* Sciunt enim omnes, qui Te norunt, quod jacta tibi sit alea, & quod numquam AGNOSCES intercidisse jurisdictionem Ordinariam Ecclesiæ & Sedis Archiepiscopalis ac Capituli Ultrajectini. Et ideo susceptus à Nobis labor, non tam Tui causâ impenditur, quàm illorum qui à Te decepti sunt. Noli mihi propter hæc irasci, qui, quod vult, dicit, quod non vult, audit. Nondum tamen de Tua conversione despero, potens est enim Deus, ut augeat Tibi gratiam suam, pro qua etiam ampliùs oro, quàm Tu arbitreris. Tu popularis meus es; Tu es Sacerdos, & ego. Hæc faciunt, ut non tantùm ex communi charitate quam lex Christi imperat, sed etiam ex ductu, & benevolentia civili, atque ex propensione quam Sacri Ordinis excitat communitas, tuæ salutis singulariter sim studiosus. Sed cùm Tu adeò superbis, ut putes *jus omne Ecclesiæ Ultrajectinæ in Romanum Pontificem posse* A VOBIS *transferri*, quæ mihi spes est super? Christus Petro & successoribus suis Romanis Pontificibus, Primatum dedit jurisdictionis in Orbem terrarum, quo certè concluditur Ultrajectum. Pontifici igitur subditi estis ex Christi Ordinatione, illique obedire debetis, vel estis mihi schismatici. Aut majores estis Paulo Apostolo, qui Petrum accessit, non ut jurisdictionem ei daret, sed ut datam à Christo, in illo agnosceret? Audio Hieronymum dicentem, (r) quod Paulus post triennii præparationem accesserit Hierosolymam videre Petrum, ut *Priori Apostolo honorem deferret.* Audio Chrysostomum hujus visitationis rationem adferentem, cùm dicit (s) *Os erat Apostolorum* (Petrus) *& Princeps & vertex ipsius Cœtus*: PROPTEREA *&* *Paulus*

(r) *in Epist. ad Gal. Cap.* x. (s) *Homil.* 87. *in Joannem.*

docebis me, quod Petrus per *Paulus eum præter alios visitatus ascendit.* Et jam & per BENEDICTUM XIII. CLEMENTEM XI. per INNOCENTIUM XIII. feliciter gubernans Sanctam Romanam, Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam, descendere debeat ad Joannem Christianum Erckelium, ut ab illo accipiat *jus omne Ecclesiæ Ultrajectinæ.* Mihi crede, Erckeli, hæc est arrogantia, quæ proprio & adamato Tibi nomine vocaretur *invasio* Jurisdictionis Pontificiæ, nisi adesset pertinacia, vis & violentia, quæ jam constituunt rebellionem.

XXVI. Ut exeamus ex inepta tua cogitandi arte, juvat Te instruere postremò, quod *nomina Vicariorum Apostolicorum* Sasboldo, Rovenio &c. usitata fuerint, non ex imbecillitate quadam ut Tu hîc fingis, vel odii Protestantium declinandi causâ, ut nuper asserebas, & ego refutavi in DISSERTATIONE XX. sed ob aliam rationem unicam, verissimam, & indubitatam, sed quam molestissimè fers Tibi à me proferri; ideoque producendus est Tibi alius majoris apud Te meriti vir, ad cujus solius nominis conspectum vel auditum, tanta animum tuum subeat reverentia, ut statim abscedant omnes motus præcipites ac molesti, ex quibus *impudentes* dixisti illos, qui Sasboldum, Roveniumque expunxerunt è Catalogo Archiepiscoporum Ultrajectensium; quærendus, inquam, est Auctor, cujus etiam virgam osculeris, & virgam verberantem, & qui Tibi imponat necessitatem, ut non gravatè feras, duos illos Præsules inposterum, imò in perpetuum dici, scribi, & haberi Vicarios Sedis Apostolicæ, & non ORDINARIOS Sedis Ultrajectinæ, aut totius Belgii Fœderati. Ne diutiùs suspensa tua expectatio teneatur, rem aperio, Tu pectus tuum sacra Religione impleto. Hic vir, hic est Cornelius Jansenius Episcopus Iprensis, Rovenii amicus & familiaris, qui ad Joannem Vergerium Abbatem Sancyranum, amicorum suorum intimum, & studiorum suorum stimulatorem ac fautorem, scripsit in hæc verba: (1) „ J'ai attendu à vous écrire, touchant ce que vous aviez demandé „ du Vicaire Apostolique d'Hollande, parce qu'on l'attendoit icy, pour „ en pouvoir être plus pertinement informé. Il est *Archiepiscopus Philippensis*, & souvent il s'écrit aussi *Ultrajectensis*, mais ce titre ne lui „ a jamais été donné à mon avis. Il est Vicaire Apostolique d'Hollan„ de, & des Provinces Unies avec pouvoir d'Ordinaire, quoi-qu'il ne [illegible] mble „ pas être Ordinaire des Evechez qui y sont. Il a eu des difficulté[illegible] avec „ des Religieux, particulierement de la Compagnie, aussi bien qu[illegible] e son „ Predecesseur *D. Sasboldus Archiepiscopus Philippensis &c.*„ *Distuli T[illegible] bi respondere ad ea quæ quæsieras de Vicario Apostolico Hollandiæ, quia ex[illegible] pectabatur hîc, ut plenius de illis essem instructus. Est* ARCHIEPISCOPUS PHILIPPENSIS *& sæpe etiam se scribit* ULTRAJECTENSEM, *sed hic titulus, meo judicio, numquam illi datus fuit: Est Vicarius Apostolicus Hollandiæ & Fœderatarum Provinciarum* CUM POTESTATE ORDINARII, *quamvis non [illegible] videatur esse Ordinarius Episcopatuum illarum partium. Difficultates habuit c[illegible] Regularibus, maximè cum Societatis JESU, prout etiam prædecessor ej[illegible] D.* *Sasboldus* ARCHIEPISCOPUS PHILIPPENSIS &c. Huc

(1) *Lettre CX. de M. Jansenius à M. Jean du Verger de Hauranne Abbé Cyran, Edition de 1703. pag. 269.*

Huc aures, animumque Erckeli. Habes sententiam Jansenii de Rovenii Episcopatu, imò de Episcopatu Sasboldi. Habes Sententiam, inquam; non opinionem privatam aut propriam existimationem Jansenii: consuluit enim Rovenium. Habes judicium, quod nec incogitanter, nec inexploratè protulit Jansenius, sed expectato Rovenii adventu, ut ex hujus ore disceret, quod Sancyranum doceret. Habes denique id, quod credi ipse jubeas, nimirum: fidelem Jansenii relationem, quem accusare non audeas, quod Sancyrano imposuerit, qui de rei veritate instruendus erat, & pro instructione interpellarat amicum talem ac tantum. Cave igitur, ne testem excipias omni apud Te fide majorem. Scio, procul alienus es ab hoc scelere; adeo ut opus non sit hæc tam valde adstruere; nutus enim Jansenii tibi fidem facit. Videamus, an de verbis etiam ejus Tibi plaudas.

Docet Jansenius, Rovenium protulisse de se ipso, quod esset *Archiepiscopus Philippensis*. Hoc agnoscimus ambo. Addit, quod *sæpe etiam se scriberet Ultrajectensem*. Credimus Jansenio id asserenti. Sed rata, imò nulla superesse Rovenii documenta, in quibus posterior ille titulus ei usurpatus fuerit, videre poteris in DISSERTATIONE II. Sed cùm minùs referat, an titulum facto, quàm, an jure sumpserit, habemus rei caput, quod in medio relinquendum non est. Pronuntiat inter nos Jansenius: *Hic titulus, meo judicio, numquam illi datus fuit*: quod est tantumdem ac si diceret, Rovenium perperam ac falsò usurpasse titulum Ultrajectensem, quem suo judicio habuit numquam. Nec evadis si dicas, Jansenii hac in parte judicium aut leve fuisse aut injustum, nam præterquam quod illthæc tua enuntiatio ferenda non sit, utpote in Magistrum tuum summè irreverens: Tu tecum minimè reputas, quod consulto præviè Rovenio ita judicarit Jansenius. Nescio an Rovenium pariter consuluerit Jansenius cùm ad eumdem Sancyranum scripsit in hæc verba (a) *Scito igitur quod Prælatus ille sit Episcopus titularis Archiepiscopatûs in Græcia, plenam habens potestatem Vicarii Apostolici per totam Hollandiam, quia Episcopatus possidentur ab hostibus Regis Hispaniæ*. Non opus est hic Commentariolum scribere ad verba Jansenii. Insilit enim Tibi in oculos, quod Rovenium dicat Archiepiscopum in Græcia, non in Fœderato Belgio; in quo cùm dicit Episcopatus omnes possideri ab hostibus Regis Hispaniæ, clarè enuntiat, Ultrajectinum Archiepiscopatum non possideri à Rovenio. Non volo Tibi animum omnem tollere, secando ac dividendo in frusta ac partes reliqua Iansenii verba, illa enim integrè ac nudè proposita cruciant Te, ac enecant. *Est Vicarius Apostolicus Hollandiæ & Fœderatarum Provinciarum cum potestate Ordinarii, quamvis non videatur esse Ordinarius Episcopatuum illarum partium*. Quàm verum ac rectum sit, hac in parte, Iansenii judicium, intelliges, si docili animo accesseris ad DISSERTATIONEM nostram VIII. in qua respondi in antecessum ad hanc tuam interrogationem quam instituis Pag. 17. *Ordinariorum nomen illos gestasse cùm agnoscas, cur hujus nominis veritatem illis abjudicas?*

Ex his omnibus concludes Erckeli, (id quod ex me audire non sustines)

(a) App. Monum. N. XXVIII. Litt. B.

stines) quod Vicarii Apostolici appellatio ideò usurpata fuerit Sasboldo, Rovenioque, quia hi per Fœderatum Belgium tales erant, prætereaque nihil.

Post hæc expecto, ut de Archiepiscopis Ultrajectinis post Schenckii obitum, nullam ampliùs quæstionem moveas, & cùm in Iansenii tui sententiam consenseris, ut tuum erga illum officium exigit, de his in posterum sileas.

XXVII. Excogitatæ Tibi temporum iniquitati tribuisti & illud: quod loco *Electionum preces humiles, supplicationesque sint adhibitæ*. Quod contigisse dicis ex eo, quod Majores nostri cognovissent, *se plus precibus, quàm juris allegationibus impetraturos*. Et adfers verba La Torrii Nobis hactenus non visa, sed aliud nihil probantia, nisi quod Causam tuam pessumdat, ut ostendi variis in locis. Sed hîc aliud agimus. Tu dicis Pag. 10. ideò Majores nostros precibus egisse apud S. Sedem Apostolicam, quia verebantur, NE AULAM TAM PENE INTRACTABILEM OFFENDERENT. Talis loquela, mi homo, non est Sasboldi, aut Rovenii, sed Lutheri & hæreticorum, quos Te non pudet imitari. Audi Sasboldum in Decreto suo de 28. Iunii 1609. his verbis loquentem: (v) „ Inter omnes Christianorum virtutes, *sine quibus nemo Catholicus esse aut* „ *dici potest*, prima habetur *obedientia*, per quam ad virtutum culmen „ & præmium quasi manu ducimur, & quam suave jugum Domini „ ejusque onus leve sit, discimus & degustamus; efficimur Filii Dei, „ & imitatores Iesu Christi, qui pro nostra salute factus est Patri obediens „ usque ad mortem. Qui, ne quid ad salutis viam nobis deesset, Ec„ clesiam suam hîc in terris militantem, *visibili Capite, & summâ po-* „ *testate* exornavit; *certitudinem salutis* in ejus veneratione, & *obauditione* „ statuens, dum dixit Petro: *Pasce oves meas.* „ Ab hac insigni pii Præsulis erga S. Sedem veneratione atque observantia, illum jam diu ante non parum laudaverat Paulus V. Pontifex Maximus cùm ad eum 25. Augusti 1605. scripsit in hæc verba: (w) *Fraternitatem tuam de hac Sancta Apostolica Sede præclarè merentem, summâ in Domino Caritate complectimur.* Eadem mens, idemque animus fuit Rovenio qui 10. Martii 1624. in Epistola Dedicatoria, quam Tractatui suo de Missionibus præfecit, ita loquitur: *Me, meaque omnia S. Romanæ & Apostolicæ Sedis Judicio e toto corde committo.* Et lib. 4. Institutionum Christianæ Pietatis. Cap. 8. *Sect.* 5. Docet, duplicem esse obedientiam, aliam necessariam, aliam voluntariam. Et tum ita pronuntiat: NECESSARIO *debemus humiliter obedire superioribus Ecclesiasticis, ut Pontifici &c.* Consonat Neercasselius, cùm ad Internuntium Bruxellensem scribens (x) ita profitetur: *Beatitudinis Suæ Mandato me omnino subjicio, quidquid enim ille de me statuerit, mihi Sanctum erit.* Tum maximè in Epistola sua Pastorali (y) quæ venerationis & obedientiæ plena est. Quinimo Coddæus ipse, cùm Anno 1691 gravi morbo correptus ad æternitatis sese iter præpararet, non dubitavit eadem premere vestigia cùm loquitur his verbis: (z) *Clero item Regulari-*

(v) *Batavia Sacra.* Par. 2. fol. 66. Col. 2. (w) Ibid. fol. 64. Col. 2.
(x) Append. N. XXXVIII. (y) Append N. LXVI. B. (z) Append. N. LXXIV.

Digitized by Google

gularibus *omnibus fraternitatem, charitatem ac debitam erga Apostolicam Sedem observantiam unicè commendo; quemadmodum & ego in communione, adhæsione ac sincerissima obedientia erga hanc Sanctam Sedem semper vixi, & etiamnunc morior.* Utinam in hac sententia mortuus fuisset Coddæus, qui sui oblitus, dicere potuit cum Poëta: *Monitis sum minor ipse meis.* Decennio pòst, sincerissima illa obedientia Coddæo fuit ignorata, adhæsio ad S. Sedem Apostolicam in verbis stetit, Communio etiam factis fuit abrupta. Et hoc est, quod deflent ac lugent Catholici omnes: quod neque Coddæus neque ejus sectatores aut socii, neque, qui in hæc tempora reservati sunt, deplorandi schismatis consummatores, culpam humiliter agnoscere & à Pontificia Majestate pœnam deprecari, aut indulgentiam petere voluerint, quæ ipsis tamen seriò redeuntibus parata est, quinimo oblata sæpius. Sacrum horrorem incutiunt verba Sasboldi, dum pronuntiat, *neminem Catholicum esse posse aut dici* cui deest obedientia; & *certitudinem salutis* in Pontificis Romani veneratione & *obauditione* sitam esse. Et adhuc humiliari durum videbitur? Erubescant enimverò Ultrajectenses, ad exemplum gloriosi Regis Franciæ Caroli Calvi, qui nec in simili cum ipsis rebellione, nec in periculosissima obstinatione existens, sed Pontificiam dumtaxar determinationem nimiùm festinanter præveniens, præclarum posteris documentum dedit & venerationis, & obauditionis erga visibile Caput Ecclesiæ. Hic Rex Franciæ scribens (a) DOMINO ET REVERENTISSIMO PATRI NICOLAO CATHOLICÆ ET APOSTOLICÆ SEDIS SUMMO PONTIFICI ET UNIVERSALI PAPÆ, profitetur, *congruum decentissimumque esse, ut reverentiæ Pontificatûs sui regia colla submittent, ejusque saluberrimis monitis aurem cordis ad obtemperandum humillimâ devotione subderet.* Consecrari fecerat Rex Carolus Vulfadum Archiepiscopum Bituricensem, non expectato Pontificio Rescripto de ejus, ab ordine Clericatûs antea depositi, restitutione. Ex hac acceleratione offensum Pontificis animum flexit Carolus his verbis: „ Necessarium duximus, „ nos humillimè & devotissimè ante conspectum Majestatis vestræ nostris apicibus excusabilem reddere, eo quod ante reversionem Egilis „ Reverendi Archiepiscopi, vel rescriptionem vestri Præsulatûs, præfato „ Vulfado Sedem Bituricensis Archiepiscopatûs commendavimus, & „ eum Episcopi nullâ temeritate, sed magnâ incumbente necessitate, *fisi* de „ magnitudine misericordiæ vestræ, ad honorem Episcopatûs provexerunt. „ *Infra verò*: „ In qua acceleratione, si quid vestræ sanctæ Serenitatis animo „ displicuit, vestrâ sanctâ paternitate nobis donari deposcimus „ *Et quibusdam interjectis*: „ In cujus ordinationis maturatione quia vestra licen- „ tia .... expectata non est, vestrâ benignissimâ Sanctitate petimus in- „ dulgendum. „ Indulsit Pontifex, & Vulfadum confirmavit, eique Pallium largitus est. Quàm procul sunt Ultrajectenses nostri ab humillima illa ac devotissima magni Regis veneratione erga Romanum Pontificem? Docuit tamen suprà Sasboldus, quod per *obedientiam* discatur & degustetur, quàm suave sit jugum Domini, ejusque onus leve. Hæc medi-

retur

(a) Caroli Calvi Regis Galliæ Epistola ad Nicolaum I. Papam. Apud Sirmondum Tom. 3. fol. 359.

tetur Erckelius, & porrò imitetur, ut exemplo etiam suo probet, S. Sedem Apostolicam omnibus, justa rectaque petentibus, esse benignam; hæreticis verò & schismaticis non tantùm *intractabilem*, sed & implacabilem atque inexorabilem esse, donec convertantur.

XXVIII. Postea venditat Nobis Erckelius *Vicariatûs Ultrajectini* institutionem, & nescio quæ verba ex Commentariis suis. Sed de hoc Vicariatu disputavimus ad nauseam. Vide ARTICULUM IX. & DISSERTATIONES IX. X. & XI. Tum subdit verba HADRIANI I. ad Bertherium Viennensem Episcopum ex quibus probet, Ecclesiam quamcumque particularem, nihil juris pristini posse amittere ex quavis demum Superiorum, Præsulumve suorum imbecillitate, aut negligentia. Hujus Pontificis Rescriptum mirè placet Ultrajectensibus, illudque occurrit ubique in Libellis & foliolis quotidianis. Ego demonstrasse me puto, nisi me nimis amem, quod omnium ineptiarum ineptissimum sit, velle casum HADRIANI I. applicare ad Causam Ecclesiæ Ultrajectinæ. Adi, Lector, DISSERTATIONEM VII.

XXIX. Deinde dilabitur Erckelius ad alias nugas. Electiones Episcoporum cessasse, & in earum loca successisse vota, precesque admisit superiùs. Jam verò pag. 11. contendit *Cleri Nominationem* intervenisse. omnia contrà ac ille dicit evenerunt. Verùm ut & hic parcatur repetitionibus, consulenda est DISSERTATIO XIII. Unum tamen tacendum minimè est, videlicet: verum non dici ab Erckelio, cùm ex Epistola quadam ad INNOCENTIUM XI. datâ, adfert: ab Apostolicis Ministris promissa non semel data fuisse, de non præficiendo Missionibus Hollandicis Vicario *à Clero non nominato*. Voluêre Summi Pontifices, & Ministris suis præceperunt diligenter, ut constituendus per ipsos Vicarius, homo esset potentissimis Fœderati Belgii Ordinibus non ingratus, aut invisus. Provoco Erckelium ut constare faciat, ampliùs aliquid fuisse promissum, vel injunctum. Quod de Concordatis Germaniæ, ac de pactione cum Carolo V. mussitat, id omne eversum est in DISSERTATIONE XIX. Quærit Pag. 12. quomodo jus omne Ecclesiæ Ultrajectinæ ad S. Sedem redierit? Id intelligere poterit ex DISSERTATIONIBUS III. IV. XVI. & alibi spatsim, quò rursus remittimus, ne actum agamus.

XXX. Idem planè faciendum mihi est, ad Canones 13. & 14. Caus. 16. q. 3. quos objicit mihi Pag. 13. & quos expendimus in jam dicta DISSERTATIONE IV. Fingit ille, agi ibidem de jure præscriptionis: Agitur enimverò de jure postliminii, cui in Hollandia locus non est, *Rebus sic stantibus.* Sed hæc alibi latiùs. Canones alios omnes ab Erckelio cum suis aut levi oculo lectos, aut non probâ fide adductos excussimus diligenter, sed cùm illi non cessent eadem semper regerere, nec cessaturi videantur à subdolis antiquorum Canonum citationibus, (ut factum fuisse adnotavimus persæpe) pro universali responso sit illud GELASII Papæ ad Faustum Officiorum Magistrum, de Græcis in sua quoque obstinatione permanentibus. (*b*) „Nobis opponunt Canones, dum nesciunt quid „loquan-

(*b*) Tom. IV. Concil. Labb. Col. 1169.

loquantur. Contra quos hoc ipso venire se produnt, quòd primæ
„ Sedi, sana rectaque suadenti, parere fugiunt. Ipsi sunt Canones, qui
„ appellationes totius Ecclesiæ ad hujus Sedis examen voluêre deferri.
„ Ab ipsa verò nusquam prorsus appellari debere sanxerunt: ac per hoc
„ illam de tota Ecclesia judicare, ipsamque ad nullius commeare judi-
„ cium, nec de ejus umquam præceperunt judicio judicari, sententiam-
„ que illius constituerunt non opportere dissolvi, cujus potiùs Decreta
„ sequenda mandarunt .... Nobis ausi sunt facere Canonum mentio-
„ nem, contra quos semper *ambitionibus illicitis* fecisse monstrantur.„ Pec-
carem omnino, si his verbis, à maximo certè Pontifice prolatis, & cui
hæreticorum & rebellium artes notæ erant ac perspectæ, quidquam ad-
dere præsumerem.

XXXI. Dixeram in MONITO, nullam Romæ factam fuisse instan-
tiam, ut Rovenius ad Archiepiscopatum Ultrajectensem promoveretur,
& nullam omnino, ex ipsius Rovenii confessione, faciendam fuisse, nisi
de consensu Regis, aut Infantis Isabellæ. Hìc rursus Erckelio præceps
est in dicendo celeritas. *Nulla hìc*, inquit, *Historiographo Fides adhibenda.*
Atqui hæc expressi ego ipsissimis Rovenii verbis ex Epistola quam 17.
Martii 1623. Româ dedit ad Jacobum Boonen Archiepiscopum Mechli-
niensem, ut videre est in *Appendice Monumentorum* N. XXVIII. Mihi
igitur adhibenda fides est, quidquid alii senserint de Rovenii Episco-
patu. De Historicis porro hac in parte errore lapsis egi in DISSERTA-
TIONE II. Quæ subjungit Erckelius de Sasboldo, cujus lapidi Sepul-
chrali Coloniæ in æde Franciscanorum inscriptus sit Titulus *Ultrajectensis
Archiepiscopi*; & de quo Rovenius scripserit: *Suspicor D. Sasboldum ha-
buisse pallium, eò quòd Crucem ante se gestari fecerit*; hæc, inquam, debi-
lia sunt & infirma. Neque enim Elogiis Sepulchro inscriptis, aut pri-
vatorum assertione probatur Dignitas Ecclesiastica, sed Litteris Aposto-
licis. Has proferat Erckelius, & victas dabo manus.

XXXII. Pag. 14. Dicit, me *non sine dolo à veritate deflectere, & frau-
dulentum deceptorem agere*, cùm in MONITO dixi, Vicariatum à Rovenio
erectum, compositum fuisse è Sacerdotibus Hollandis, prætermissis antiquis
Canonicis Ultrajectinis, quorum aliqui adhuc existebant in vivis. Ag-
nosco verba mea; sed illa non erant tam inclementer excipienda, do-
nec vidisset DISSERTATIONEM X. in qua hoc caput Historiæ certis do-
cumentis commonstro. Scio id Erckelio cum suis displicere debere quàm
quod maximè, enecat enim fabulosum Capitulum; sed, si vir sit, oppo-
situm doceat, & mittat malè loqui.

XXXIII. Ægrè id impetravero, imò neutiquam. Etenim Pag. 15. re-
fert hæc mea rursus verba: „ A Neercasselio invitatos & receptos in Mis-
„ sionem Hollandicam famosos profugos Gallos, Arnaldum, Du Vau-
„ cel, Gerberonium, Quesnellum, quasi Angelos Dei; veriùs quasi to-
„ tidem vulpes ad suffodiendam Missionum Hollandicarum vineam.„ Hæc
verba ita excipit ille: *Mendax Scriptor, erubesce, nisi frons Tibi ærea sit,
tantorum Virorum, quibus dignus non erat mundus, sæpe obtritas criminationes*

Digitized by Google

recantare. Neque arbitreris, quod Schola, Mendaciorum Calumniarumque patrona, discipulos suos poterit tueri contra Judicis sententiam, qui edixit: MALEDICI REGNUM DEI NON POSSIDEBUNT. Hic miseret me Tui, Erckeli, qui tuam causam agis non rationibus, sed injuriis. Possum & ego mordere si velim; etiam de me dici potest: *Fenum habet in cornu, longè fuge*; & possem Tibi regerere ea quæ S. Hieronymus in Ruffini Invectivam dixit, (c) sed quia melius est injurias tolerare, quàm reddere, satis habui indicare Tibi, quod mala Facta mihi flavam bilem moveant, mala verba non item. Hæc soleo contemnere, illa reprehendere. Et verò, cùm Tu conceperis furias, multumque fueris tumultuatus in me, & ego, commoto quoque stomacho, altissimè clamitavero in Te, putasne linguas hominum vitaverimus ambo? Imò verò vitaverit neuter. Igitur pacatè rem agamus. MENDACEM me dicis. Quæro ex Te; vel ideo Tibi mendax visus sum, quia Quatuorviros illos dixi, *in Missionem Hollandicam invitatos quasi Angelos Dei*; vel ideo, quia subjeci, veriùs esse, *illos receptos quasi totidem vulpes ad suffodiendam Missionum Hollandicarum vineam*? Alterutrum namque tibi visum est mendacium, vel fortè utrumque. Ego tibi utrumque probatum dabo. Quo facto, si abs animo tuo impetrare non valeam ut malè dicta revoces, tamen illud consecutus fuero, quod mea fama non nisi apud Te in dubium veniet.

XXXIV. Jam in *Historia* mea adnotavi (d) quod novæ Theologiæ principia attulerint pauci illi viri, qui ob Jansenismum defensum è Gallia profugi Missionem Hollandicam intrarant, & quod hinc initium sumpserint animorum dissidia, perversa Dogmata & luctuosa illa ac diuturna scandala, quæ universos Fideles in Fœderato Belgio commorantes jam diu conturbarunt, & hodie etiam divexant ac lacerant.

XXXV. Negavit jam pridem Christianus Philireous, vero nomine, Andreas Sehurius, quod Jansenismus, qui omnium in Missione turbarum causa exstitit, Gallis aliquibus, ac præcipuè Arnaldo adscribi deberet. „ Lepida, *inquit* (e) enimvero fabula, Arnaldo ut imputetur Batavo„ rum ille Jansenismus, ejusque origo ab istius ad oras nostras appul„ su recenseatur. Si quis omnino sit hujus spectri ortus, ab ipso potiùs „ Jansenio erit repetendus. Ridicula sanè res sit, Hollandiæ Theologis, „ quò dogmata è Libro ab Auctore in Hollandia nato notoque, à multis an„ nis latinè in lucem edito, imbiberent, si quidem imbibisse vellent, ex„ pectandum fuisse, donec è Gallis adveniret Theologiæ Doctor qui „ librum reseraret & legentibus facem præferret. „ Hanc gloriam si Sacerdotes Hollandi Arnaldo invideant, velintque se dudum ante pestiferâ Jansenii doctrinâ fuisse imbutos, non magnopere hac in re reluctabor. Habeant illi gloriam suam coram hominibus aliter sentientibus quàm Catholica Ecclesia sentit, & docet. Nos gloriationem hanc probrum dicimus & turpitudinem, ac perversitatem. Nec incipiant jurare,

(c) Vide S. Hieron. Apologiam adversùs Ruffinum Lib. 3. Cap. 1. sub initium.
(d) Vide Articulos XIII. & XIV. (e) Cleri Cath. per Fœd. Belg. & Archiep. Sebast. Religio vindicata. Ep. 4. pag. 50.

rare, ut nobis persuadeant, se eruditos esse ab aliis quàm à Fidelium Omnium Magistra, Romana Ecclesia. Ex dicendis, luce meridianâ clarius erit, ab istiusmodi hominum in Hollandiam ingressu, & ex contracta cum ipsis necessitudine, hoc malum opinione latiùs fuisse disseminatum, & quosdam, quod animo venenum presserant, palam cepisse evomere.

XXXVI. Anni jam plures abierant, à quibus nonnulli in Gallia, aperto marte pro aris veluti ac focis decertantes, ut Jansenii doctrinam Vaticano fulmine prostratam manu tenerent, Constitutionibus Apostolicis debitam observantiam deferre contumaciter detrectabant, omnemque, qua valebant, auctoritatem impendebant ad Factionis suæ incrementum & confirmationem. Malum indies serpebat ut cancer: nec Christianissimi Regis armata potentia, nec Episcoporum meritò in eos concitati animi, nec optimæ quæque ac ineluctabiles rationes efficere poterant, ut duratæ cervicis homines inter continua Fidei discrimina, inter tam varios dissidentium opinionum fluctus, propria lumina ceu fatuos ignes sequi desisterent; atque oculos potiùs converterent ad Cathedram Petri, indèque peterent documenta, quò error hactenus penetrare non potuit, & quò, juxta inviolata Christi promissa, aditum numquam reperiet.

XXXVII. Damnatam igitur ab Ecclesia Doctrinam non dimittebant, sed frontem obdurantes suam, tueri illam pergebant gnaviter, contemptâ scilicet Ecclesiæ auctoritate. Præcipui, ut alios taceam plurimos, erant hoc tempore Gerberonius, Du Vaucel, Quesnellus, aliique, calamo apud omnes, & auctoritate apud multos conspicui. Ante omnes tamen, quem proinde primo loco nominatum oportuit, primas referebat Antonius Arnaldus, summum, & in terris visibile, (nisi quod multum latuerit) Janseniani cœtus Caput, multorum stigmatum non ignobilis, & tractu temporis in Campo Floræ propemodum Jubilarius gladiator.

XXXVIII. Rex Christianissimus ut defensionem hæresis, & quæ inde oriri poterant mala plurima reprimeret, statuit audacissimos homines Regno suo ejicere, ne latius in illo grassaretur pestis. Hoc ne facere in punitionem juberetur Arnaldus, ipse sese priùs è Galliis proripuit, alibi securius ac melius Janseniana Sacra propagaturus. Hunc pone secuti sunt Du Vaucel, Gerberonius, Quesnellus, ubique jactantius decantantes, voluntarium se pro veritatis defensione pati exilium.

XXXIX. De hoc Arnaldi è Galliis excessu operæ pretium erit audire Auctorem Hollandum. „Quod, *inquit*, (f) se deinceps patriæ, ami-
„ cis ac Civitati subtraxit, factum fuit heroicâ virtute dignum, cui æmu-
„ lando & imitando pauci sunt pares. Non potuit animum inducere ad
„ assentandum homini, cujus neque mores sibi approbandos esse, neque
„ gratiam ambiendam esse arbitrabatur. Existimabat cedendum perse-
„ quentium iris & invidiæ, omnemque calumniandi ansam præscinden-
„ dam. Lubens ergo sese obtulit ut pacis victimam, in retruso quo-
„ piam exteræ regionis angulo immolandam: pluris æstimans beatam
„ sortem

(f) Ibid. pag. 48.

„ fortem liberè serviendi Ecclesiæ Dei dum in obscuro lateret ; quàm „ omnes mundi spes, & lenocinia, quæ sibi polliceri, si tempori ac- „ commodaret animum, potuisset. „ *Tum pergit* : „ Habes veram causam „ liberi discessûs : quem æmuli quidam, ut Arnaldi gloriam arrodant, „ quasi exilium aut turpem fugam libenter depingunt. „ Per fucata hæc verba nubem student fraudibus objicere, & noctem peccatis, ut & seipsos palpent, & incautos ludant ; sed nulla sunt tam densa simulationum involucra quæ prohibeant detegere animum ad res in Ecclesia novandas projectissimum. Addit præterea idem Auctor pag. 49. „ Quo- „ cumque locorum divertit, honorificè exceptus fuit .... habitus ubi- „ que tamquam vir Deo charus, ac bonorum veneratione dignus. „ Sic est, in honore ac pretio apud multos fuit Arnaldus. Affectatâ etenim modestiâ suâ, morum gravitate, & eximiâ eloquentiâ, magnam sibi, sed apud suos, comparaverat venerationem. Veruntamen, ex omnibus his planum fit, quantùm quis possit Ecclesiæ Dei adferre detrimentum, dum virtutis specie turbulentum animum celans, hæreticæ Factionis ducem se præstat, & caput.

XL. Dum è Galliis se proripuit in Belgium, primò substitit in Oratorio Montensi, sed non hæsit, cùm oculos dudum, mentemque convertisset in Hollandiam, ubi sub Acatholicorum imperio facere poterat quæ volebat, & minore cum periculo Regis voluntati resistere, & Romana fulmina tutò contemnere. Eò loci degebat, cùm Joannes Neercasselius Episcopus Castoriensis, Vicarius Apostolicus, ad Oratorii Montensis Superiorem sequentem dedit Epistolam. (g) *Admodum Reverende Pater. Scripsit ad me Dominus Vivier, Sanctissimum Virum Dominum Arnaldum, dum sævit tempestas, se in Hollandia velle à vento celare. Potes ei significare, quod ipsum* TAMQUAM ANGELUM DEI *excipiemus, & quod in urbe Ultrajectina, vel in alia perinde commoda & salubri, ei locus erit paratus quando huc accedere dignabitur. Tantum rogo, ut tempestivè de suo ad nos veniendi proposito me certiorem reddere dignetur. Desidero enim ei aliquem ex meis obviam mittere qui possit esse dux itineris, ut tutò & secretò apud nos & nobiscum possit latitare. Ipse ei scriberem ; sed deest scribendi tempus, quia tardiùs Vivierii Litteræ mihi redditæ fuerunt, directæ illæ fuerunt Hussiam. Verùm ab aliquot mensibus fui in Hollandia, nempe in Urbe Amstelodamensi. Velim, ut* SANCTISSIMO VIRO *meam testeris observantiam, atque ipsum de officiosa voluntate reddas certiorem. Dum à Te, Pater admodum Reverende, istud officium postulo, me profiteor humillimum famulum, J. Episcopum Castor. V. A.* Neque hunc solum fautorem & Patronum suum sibi futurum spondere poterat Arnaldus ; de plurium aliorum propenso in illum animo testatur idem Castoriensis in hæc verba : (h) *Si dum vos celatis à tempestate & absconditis à vento persecutionis, apud nos latitare dignemini, experiemini hic corda, ut vos capiant, esse dilata, nec hic vasa carnis tam esse angusta, ut Durvallius illa premere, & non potiùs extendere, ornare, & beare possit .... Audeo spondere, quod huc veniens, invenies homines, qui omnia sua tuis usibus summâ devotione consecrabunt.*

XLI.

(g) Caus. Quesn. pag. 282. (h) Ibid.

XLI. His Litteris, amore certè & æstimatione plenis, invitatus Arnaldus, non sat citò tantorum virorum desiderio paruit, quare Neercasselius longioris moræ impatiens, denuò ad Arnaldum scribit 1. Maii 1680. apertèque significat, summâ flagrare se cupiditate ANGELUM illum videndi. *Speraveram*, inquit, (i) *quod hoc mense Vir Perillustris & Domine observandissime, Te colere & venerari mihi licuisset .... Potes ergo & de me & de meis omnibus disponere tamquam de rebus, Tibi Domine Colendissime, omninò devotis.* Quantis verò lætitiis incesserit, cùm intellexit Arnaldo statutum fuisse in Hollandiam sese recipere, alteris suis Litteris testatus est 15. Octobris ejusdem Anni. (l) *Je suis bien aise, que la resolution soit prise pour venir icy. J'ose vous assurer, que vous vous contenterez du choix, que Vous avez fait. M. Gael viendra vous trouver.*

Arnaldum igitur habemus *invitatum* in Missionem Hollandicam, & invitatum *tamquam* ANGELUM DEI.

XLII. Aderat Arnaldo Ludovicus Du Vaucel; advenit quoque Gabriel Gerberonius, qui eadem in domo habitarunt cum Arnaldo intra Beginagium Delphense. (m) Sub finem Anni 1682. Gerberonius migravit Roterodamum (n) ubi Magistratui præstitit juramentum fidelitatis, utì Civis (o) & admissus fuit à Neercasselio Vicario Apostolico utì Missionarius, (p) quando etiam mutavit nomen suum, se vocans *Augustinum Kergré.*

XLIII. De Quesnello res est expeditissima. Siquidem Neercasselius die 9. Martii 1685. ita scribit ad illum. (q) *Gaudemus, quod* INIQUITATEM FUGIENS *nobis propinquior sis factus: tua eruditio ac doctrina nos* CERTANTES *adjuvabunt.* Et iterum 18. Aprilis 1686. (r) *Gratæ meæ voluntatis specimina vidisses, si ego hìc nunc remanere possem: unde* ETIAM DOLEREM, *quod absente me vos hìc essetis. Die Mercurii proximo proficiscar in vicinam nobis Germaniam ...* SPERO POST REDITUM NOSTRUM, VESTRUM AD NOS ADVENTUM. Excurrit Quesnellus in Hollandiam, & illic hæsit diutiùs etiam quàm placeret Arnaldo tunc Bruxellis latitanti, qui ad illum scripsit hæc verba: (s) *Vôtre Pelerinage nous paroit bien long, & il commence à nous ennuier de ne vous point voir. Je n'envie pas neanmoins à nos amis d'Hollande le bien qu'ils ont de vous entretenir, ni à vous celuy de* RECEVOIR TANT DE MARQUES DE LEUR BONTE ET DE LEUR AFFECTION. Si quidquam intelligo, hìc certè Quesnellus invitatus, receptus, fotus est ab Hollandis.

XLIV. In Neercasselii propensionem & benevolentiam erga Quesnellum & Jansenistas successit Sebastenus, qui ita habet in litteris ad Gerberonium datis 3. Januarii 1698. (t) *Ce m'est une joie, que la personne que vous connoissez* (Quesnellus) *se tient sur ses gardes. Mais je ne pense, qu'il luy sera jamais permis de rentrer en France du vivant de ce Roi, ni que le Secretaire de S. Gudule retourne à Bruxelles pour y demeurer, pendant la vie de l'Ar-*

(i) Ibid. pag. 283. (l) Ibid. (m) Process. Gerberon. Cap. 2. ad N. 17. & 18. (n) Ibid. ad Art. 26. (o) Ibid. ad Art. 40. (p) Ibid. ad Art. 111. (q) Caus. Quesn. pag. 80. (r) Ibid. (s) Ibid. pag. 81. (t) Ibid. pag. 107.

l'Archevêque. (Mr. Humbert Guillaume à Precipiano) *Il est toûjours le très-bien venu chez nous*, COMME VOUS LE SEREZ AUSSY, *Monsieur*, TOUTES LES FOIS, QU'IL VOUS PLAIRA DE VENIR EN CE PAYS. Krysius Sebasteni socius ita scribit 8. Januarii 1700. (*u*) *Mr. Godefroy* (Sebastenus) *m'écrit dans sa derniere la periode suivante en Flamend : comment vat-il avec Fraxineus* (Quesnellus) *& sa Compagnie? Osent-ils rester plus longtems dans la place ou ils sont*, OU ONT-ILS QUELQUES PENSEES DE VENIR CHEZ NOUS? Et rursus 3. Septembris 1701. (*v*) *J'ai fait part à Mr. Gottefredi* (Sebastenus) *de ce que vous me marquez touchant le P. Prieur.* (Quesnellus) *Si celui-ci vouloit se retirer en Hollande, Mr. Gottefredi en auroit beaucoup de plaisir, & il le serviroit de grand cœur, & de tout ce qu'il pourroit.* Et 14. Januarii 1702. (*w*) *M. Godefroi croit, que la meilleure retraite pour le Prieur* (Quesnellus) *feroit* ROTTERDAM, UTRECHT, *ou* AMSTERDAM. *Il preferroit* AMSTERDAM. Neque hæc Sebasteni pro Quesnello sollicitudo in admirationem nos rapere debet; summa enim jam pridem inter illos consuetudo fuerat, & familiaritas. Anno 1689. Quesnellus amicitiam suam cum Archiepiscopo Sebasteno subarrhavit Icone S. Caroli Borromæi, de qua ita scribit, Sebastenus: (*x*) *Comme M. Timothée* (Heussenius) *ne trouve point l'image sur laquelle vous aviez souhaité que je misse mon nom, je prens la liberté de vous en envoier une autre.*

XLV. Et ab hoc tempore se invicem coluerunt non tantùm (Sebastenus & Quesnellus) verùm etiam mutuis laudibus & encomiis alter alterum celebravit. Quesnellus ad Cardinalem quemdam scribens ait, (*y*) *L'Oratoire a donné à la Mission d'Hollande ses deux derniers Evêques, & celui qui la gouverne encore aujourd'hui* ..... *qui a été Grand Vicaire sous Monseigneur de Castorie est un homme fort capable; qui a de pieté, & de zele, & qui est d'une douceur fort grande, je l'ai connu en France même sous le nom du P. Colle lorsqu'il a demeuré à l'Oratoire.* Vicem rependit Sebastenus in Epistola data 3. Julii 1696. (*z*) *Je suis ... entierement convaincu des bonnes intentions de cet Auteur* (Quesnellus) *comme aussi de ses tres-grands merites, & j'ai pour luy toute l'estime & tout le respect que l'on doit à un des plus savans & des plus pieux Ecrivains, qui soient presentement dans l'Eglise de Dieu, que je prie de le conserver longtems en vie pour la defense de la Saine Doctrine.* Vicarios Apostolicos imitati sunt Presbyteri Hollandi non pauci, ut Heussenius, Erckelius, Vander Schuren, Prauwels, Krysius &c. uti in CAUSA QUESNELLIANA observare est in singulis ferè paginis.

XLVI. Evicimus, opinor, Arnaldum, Wallonium seu du Vaucel, Gerberonium & Quesnellum in Hollandiam invitatos fuisse uti Angelos Dei; receptos, & benè habitos; adeò ut ab assertione nostra in MONITO facta, absit omne *mendacium*, velit, nolit Erckelius. Superest, ut videamus, an rectè dictum sit, illos potiùs extitisse vulpes, quæ Hollandicarum Ecclesiarum vineam suffoderunt.

XLVII. Vineæ nocet quisquis vitium uvas deprædatur, aut qui cùm satis

(*u*) Ibid. pag. 108. (*v*) Ibid. (*w*) Ibid. pag. 109. (*x*) Ibid. pag. 106.
(*y*) Ibid. pag. 105. in fine. (*z*) Ibid. pag. 85.

facis virium non habet ad vites eradicandas, eas cùm teneræ sunt & florent, vellicat, atrodit, floresque decerpit. Qui verò terram juxta radices effert, dispergit, abjicit ut vitis humore destituatur, ac Soli exposita ejus radiis uratur, & exarescat, dicendus est vineam suffodere ac subvertere. Qui palmites abscindit aut immaturos racemos carpit, is vineam demolitur. Qui vitis putationem impedit, & cultorem abigit, is in vineæ dominum injurius est, & ad omne damnum tenetur, & exterminatore crudelior est.

XLVIII. Radix Vineæ nostræ, Ecclesiæ, inquam, Ultrajectinæ, est Fides quam Romana tenet Ecclesia. Superiorum temporum vires, nova, inquam, dogmata omnem in illa vitem eradicare non potuerant. Fecit igitur teneros flores, & ex unitate cum Capite Ecclesiæ, ex obedientia illa, sine qua *nemo Catholicus esse potest, aut dici* ut Sasboldus loquitur (*a*) fecit uvas, innumeros gignens Christo Fideles, Ecclesiæ Romanæ Filios, Summis Pontificibus subditos. Has uvas depasti sunt peregrini deprædatores illi per inobedientiam & contumaciam in quam adduxerunt vitis nostræ palmites nonnullos, Sacerdotes Ultrajectinos; Vitis cultores, Cockium, aliosque, à supremo Vineæ Rectore missos, abegerunt; radicem vitis, Fidem Romanam nudaverunt terrâ, & privarunt necessario humore, qui extra S. Sedis Apostolicæ communionem haberi non potest. Vulpes igitur demolitæ sunt vineam. Ipsas jam vulpes cognoscamus.

XLIX. Diximus in HISTORIA nostra (*b*) quos Arnaldus in Beghinasio Delphensi habitans Auditores habuerit, novæ Theologiæ suæ mysteriis imbuendos. Nicolaus Erckelius, Joannis Christiani Erckelii patruus auditus est dicere de nepote illo suo (*c*) *plus eum Theologiæ unicâ hyeme, Doctore Arnaldo addidicisse Delphis, quàm sibi annis omnino quatuor Lovanii procuraverat*. Scilicet, minori temporis spatio hauritur venenum, quàm extinguitur. Hoc factum in *Responsione ad Breve Memoriale* non negatur, nedum evertitur.

L. Wallonius, quid consiliis, & operibus aliud egit, quàm vineam Hollandicam subvertere? Hujus rei specimina occurrunt plurima in CAUSA QUESNELLIANA, & nos varia protulimus sparsim in HISTORIA nostra. Cùm Romæ omnia moveret pro Heussenio in Vicarium Apostolicum assumendo, & id non succederet ob plurimas accusationes contra hunc factas, etiam ex Thesibus à se Lovanii defensis, in quibus erant *propositiones pravæ & erroneæ* (*d*) indeque necesse haberet, doctrinæ suæ rationem S. Sedi submittere; veritus Wallonius, ne Heussenius non placitura loqueretur, excideretque omni spe Præfecturæ Hollandicæ Missionis, pro qua tantopere laborabat ipse cum Arnaldo, & Quesnello, suggerit consilium, quod in Jesuita damnaret, ut flammis dignum. *Je ne sai*, inquit, (*e*) *si dans ces circonstances on est obligé de repondre d'une maniere si claire & si precise, & si l'on ne peut pas se contenter de ne rien dire dans le fond, qui soit contraire à la verité & au sentiment que l'on a, encore qu'on prevoie*

(*a*) Sup. N. XXVII. (*b*) Fol. 39. col. 2. (*c*) Breve Memor. pag. 10. (*d*) Caus. Quesn. pag. 81. (*e*) Ibid. pag. 83.

Digitized by Google

prevoie que ceux, à qui l'on parle, ne comprendront pas entierement nôtre pensée & qu'ils expliqueront nos paroles en un sens, qui favorisera l'opinion, dont ils sont prevenus. Ubi jam sunt fulmina contra locutiones ambiguas, & restrictiones vibrata tanto cum fragore? Corrigebat idem ille Wallonius scripta Sebasteni Romæ exhibenda (*f*) & in *Responsione ad Breve Memoriale* inseruerat hanc pro Arnaldi memoria elegantiam: (*g*) *Verum est, quod Illustrissimus Castoriensis Episcopus, aliique nonnulli, humanitatis officiis senem illum famosum, annosum, in calumniarum fornace probatum, Pontificiis encomiis coronatum, prosecuti fuerint.* Ad hæc verba sibi Romæ probro data respondit Sebastenus: (*h*): „ Si fortè quid in ejusmodi verbis „ Eminentissimis Patribus minùs placuerit, noo is sum ego, qui pro „ eis pugnare velim. Alioquin Doctorem Arnaldum fuisse senem annos „ numerantem plurimos; famam ejus volitasse per ora virum; varias „ easque graves ipsum sustinuisse calumnias; Summorum denique Pon„ tificum jussu & nomine aliquando humanissimis litteris condecoratum „ fuisse nemo ignorat, nisi qui in literaria Republica hospes & pere„ grinus sit. „ Hac lepidâ, audacique responsione apud S. Sedem pro„ bare voluit æternam suam pro Arnaldi memoria venerationem.

LI. Gerberonius vineam Hollandicam subvertit etiam in multis. Fatetur primò (*i*) „ se ad requisitionem Illustrissimi Domini Episcopi Ca„ storiensis Vicarii Apostolici Hollandiæ, composuisse ibidem quædam „ scripta contra Patrem Hazart. „ Inter alia composuit Libellum: *La Verité Catholique victorieuse contre le triomphe, ou grand Catechisme du P. Hazart.* Hoc opusculum multâ contagione aspersum est, & sub adumbratæ veritatis specie, profligata Jansenii dogmata fidelium animis afflare molitur. Illud tamen è Gallico Belgicum fecit Joanoes Roos Pastor seu Missionarius in Beghinasio Delphensi, quod *adoptavit Carolus de Bont, ex eo, quod hoc gratum esset Illustrissimo Castoriensi.* (*l*)

LII. Deinde fatetur (*m*) se composuisse Anno 1690. Flandricum scriptum quoad lectionem Scripturæ Sacræ sub hoc titulo: *Korte en noodige Onderwysinge voor alle Catholycken van Nederlant, raeckende het lesen der H. Schrifture.* „ Quale autem hoc opus sit, ignis probavit; nam manu tor„ toris Anno 1691. Ruremundæ ignominioso igne, publico in foro, „ arsit ex sententia Senatûs Geldriæ à Sanctiore Regis Concilio dein „ laudatâ, ac approbatâ. „ (*n*) Dicit autem in hoc Opusculo Pag. 22. Episcopum, promiscuam Sacræ Scripturæ Lectionem prohibentem, non Patrem, non Pastorem, sed potiùs Tyrannum fore. *Dien en soude noch Vader, noch Herder, maer eerder een Tyran zyn.* Decretum porro Episcoporum Belgii quo promiscua lectio inhibetur, dicit non à Deo prodiisse, sed à Diabolo. *Dat sulcken verbodt niet van Godt, maer van den Duyvel gekomen is.* Pag. 25. Habemus, quo Doctore didicerint Hollandi Superiorum Mandata spernere & calumniari, & tamen novis prelis impressa est

(*f*) Ibid. pag. 116. (*g*) Resp. ad Breve Memor. pag. 7. in Edit. Causæ Coddæan. (*h*) Respons. Archiep. Sebasteni pag. 161. in Edit. Causæ Coddæan. (*i*) Process. Gerberon. cap. 2. ad Art. 19. (*l*) Ibid. ad Art. 20. & 21. (*m*) Ibid. ad Art. 41. (*n*) Ibid. Cap. 3. ad N. 7.

Hæc furia Anno 1701. quamvis Vaticano fulmine adusta fuisset ab An. 1693. est

LIII. Fassus prætereà fuit Gerberonius ad Libellum Officii Fiscalis Curiæ Ecclesiasticæ Mechliniensis, (o) quod composuerit novam editionem Operum Michaëlis Baii, ad quam multa sibi subministrata sunt ab Heussenio, Vander Lisse, & Erckelio Sacerdotibus Hollandis. Editionem curarunt Amstelodami duo Sacerdotes alii, Gabriel Prauwels, & Guilelmus de Pratet. Hic ad Gerberonium scribebat 18. Augusti 1695. (p) *Ex Baijanis facilè viginti folia sunt impressa quorum numerus præter opinionem excrescet. Morbus D. Prauwelii etiamnum durat, hinc Operi isti non potest intendere.* Sic mutuam operam contulerunt Jansenistæ Hollandi, & Galli, ut contra S. Sedem, Fidemque Romanam junctis viribus certarent. Patet ex compluribus Gerberonii, quod plura exemplaria Editionis Operum Baii à variis è Clero Batavo empta fuerint, aliqua dono data, uti Erckelio; aliqua etiam distracta curâ Krysii, dilecti illius Sebasteni socii. Idem est de alio Gerberonii fetu: *Histoire Generale du Jansenisme*, impresso quoque Amstelodami typis *de Lorme* Anno 1700. (q) Denique idem Gerberonius præter litterarum commercium quod cum Presbyteris Ultrajectensibus coluit, multa sibi commissa habuit ab Heussenio *pro Clero Hollandiæ in negotio Archiepiscopi Sebasteni*. (r) Quàm sana fuerint in hoc negotio Gerberonii consilia, conjicere licet ex Epistolis Heussenii, & Erckelii. (s) Sed has in HISTORIA nostra dedimus.

LIV. Superest Quesnellus, qui charam Superis vineam Hollandicam suffodit, evertit, destruxit crudelissimè. Hujus rei veritas ex CAUSÆ QUESNELLIANÆ §. 5. constat abundè. Novissima hominis facinora, quæ Missionis Hollandicæ ruinam consummarunt, exhibuimus & detestati sumus in HISTORIÆ nostræ Articulo XIX. ex Autographis Epistolis quas servamus. Addam illud unum, quod jam sub initium luctuosi divortii Presbyterorum Ultrajectensium à S. Sede, Quesnelli potissimùm consiliis nata sit rebellio. Primum scriptum quod adornavit Sebastenus in sui defensionem, est *Responsio ad Breve Memoriale*. Ad hanc concinnandam Archiepiscopus ille imploravit auxilium Quesnelli. (t) Rursus, cùm jam res longius processisset, & evulgandum esset aliud Opusculum: *La Foi & l'Innocence du Clergé d'Hollande &c.* communi studio Sebasteni & Quesnelli illud prodiit. (u) Quinimò cuncta quæ spectabant Missionem Hollandicam ad Quesnellum fuisse perlata, & Sebastenum, præcipuosque Missionarios, ab irrequieti hominis consiliis non tantùm, sed uncubus, totos pependisse, plenissimè constat ex authenticis documentis à viginti & ampliùs annis publici juris factis in CAUSA QUESNELLIANA, quæ documenta Adversarii negarunt numquam, sed nec possunt negare. Et verò malè me habet, affligitque, quod ingrata hæc & probrosa acta, æterno digna silentio, proferre oporteat. Uritur verò cor mihi, dum video spectabilem in Ecclesia Præsulem ad tantam descendisse vilitatem, ut pro factione Janseniana, pro tenebrionibus, & nullius laris hominibus, erumenam suam

(o) Ibid. Cap. 2. ad Art. 82. & 83. (p) Caus. Quesn. pag. 111. (q) Process. Gerberon. Cap. 2. ad Art. 98. (r) Ibid. ad Art. 114. & 116. (s) Caus. Quesn. pag. 136. 138. & 143. (t) Ibid. pag. 114. (u) Ibid. pag. 118. & 119.

exhauserit sæpius, imò collectas instituerit per Missionem Hollandicam. (v) Ad eamdem stultitiam sæpenumero descendit Erckelius (w) quem tamen levitatis non pudebit; quidquid enim in homines illos erogatum est, ipsi in lucro ponunt: nam perturbarores illos reputant ipsi supra homines.

LV. Audi Krysium scribentem ad Brigodæum Quesnelli Secretarium die 6. Junii 1696. (x) *Rogo curam habeas petitorum Catalogorum. 1. Operum* ARNALDI. 2. QUESNELLI .... *si adhuc sint Opera aliqua Gallorum bonorum quæ mihi utilia judicas, rogo indices, scis enim me illa ex animo desiderare, & si possibile foret, me pro* EORUM AUCTORIBUS LUBENTER SANGUINEM DATURUM: *exprimere nequeo, quantum mihi gaudium attulerit generositas D. De Witte. Utinam in hac causa habeamur digni aliquid pati.* Animum prodit martyrio dignum. Sed hæc laurea venit certantibus pro Fide, non pro rebellione. Hæc, & plura similia quæ proferri possent ostendunt, quantùm hi duo Jansenianæ hæresis defensores fascinarint Hollandorum animos. Imò eò rem suâ astutiâ adduxerunt, ut veluti Theagenis Hecateum sese in hac Missione esse jusserint; nam, sicut superstitiosus ille nec manum, nec pedem movere volebat, nisi consultâ priùs Hecate suâ, ita nec illi quidquam aggrediebantur, nisi consultis Arnaldo, Wallonio, Gerberonio, Quesnello; quorum judicio non acquiescere, Religioni sibi ducebant. (y) Unum testimonium sufficiat pro multis. Andreas Schurius ad Quesnellum scribit his verbis: (z) *Nihil opus erat*, VIR COLENDISSIME, *argumentis rem agere, tuum unius arbitrium*, CUI RELIGIOSE ACQUIESCERE FAS EST, *in hac Causa abundè satis erat.* Detestanda enimverò petulantia, & protervus spiritus! Fas erit *unius* Quesnelli *arbitrio religiosè acquiescere*, dum interim supremo in terris Pastori victore pede insultant, debitumque obedientiæ jugum excutientes, Apostolicæ Sedis Decreta insulsè rident, audacter abjiciunt, & pertinaciter contemnunt. Quid superest, nisi ut tandem agant, quod Donatistas egisse scribit Augustinus? (a) *Donatum Donatistæ pro Christo habent, si audiant aliquem detrahentem Christo, forsitan patientiùs ferant, quàm si audiant detrahentem Donato.* In eadem hi veneratione sunt Erckelio, asseclisque. Parum abest, quin Quatuor-viros illos pro sanctis habeat, enuntiat enim quod illis DIGNUS NON ERAT MUNDUS. (b)

LVI. Habemus hic Ultrajectensium Sacerdotum cum Jansenianæ Factionis Principibus amicitiam, & consuetudinem, eximiamque erga hos homines, etiam post ipsorum mortem, venerationem. Nullus aut ex Galliis, aut ex hoc Belgio nostro in Hollandiam advenit Jansenianæ doctrinæ Patronus, aut Sectator, quo non familiariter usi sint, aut quem non coluerint, foverintque. Præter Quatuor-viros illos testor Ægidium de Witte, omnesque illos, qui posterioribus annis, etiam recentissimè, Episcopis Belgii Austriaci de prava doctrina & de novaturiente spiritu legitimè suspecti, exierunt ex nobis, quia non erant ex nobis. Adeò profugis omnibus, irrequietis, ejectis, proscriptis, obstinatis, cerebrosis hominibus, qui non valent lotium suum, perfugium patet apud Ultra-

(v) Vide Processſ. Gerberon. Cap. 5. N. 23. Cauſ. Queſn. pag. 319. (w) Processſ. nostram Fol. 54. Col. 1. Et alibi. (x) Cauſ. Queſn. pag. 88. (y) Vide HISTORIAM Gerber. loc. cit. & alibi. (z) Cauſ. Queſn. pag. 87. (a) Franc. Simonis de Fraudibus Hær. Par. 2. Frau. 2. fol. 14. (b) Vide sup. N. XXXIII.

Ultrajectenses. Et sive illi cauterio habeant notatam famam, sive ab Episcopo, è cujus Diœcesi se proripiunt, Censuris Ecclesiasticis fuerint innodati, sive Claustra deseruerint, parum, imò nihil id ipsos sollicitat, modò numerum augeant, optatò adveniunt, in pretio habentur, & Sacris Ordinibus sacrilegè initiantur, admoventur dispensationi Mysteriorum Dei, regendis Ecclesiis, Curæ animarum. Videat Dominus, & requirat!

LVII. Desinat interim Erckelius *mendacem* dicere illum, qui sive Arnaldo, sive Quesnello dat omne malum quod Ecclesias Hollandicas afflixit & pessumdedit. Dicat enimverò, quis eos docuerit ad Potestatem laicam Acatholicam recursum habere contra S. Sedem Apostolicam? Nonne Quesnellus, qui tam vesanè, quàm irreligiosè edixit (c) quod *Protestantes sine controversia melius judicare possint de Causa Archiepiscopi Sebasteni, Pastorumque suorum*, quàm S. Sedes? Quis instigavit, excitavitque Heussenium, ut ad sacrilegam rerum sacrarum administrationem homines mitteret contra S. Sedis prohibitiones, & post abrogatam sibi spiritualem potestatem omnem? Nonne Quesnellus, qui seditiosis iterum vocibus eos animavit cùm scripsit: (d) S. Sedis Apostolicæ *judicium*, quo Sebastenus suspensus, & Pro-Vicariis ab illo constitutis omnis jurisdictio ablata est, *informe* fuisse, imò *deforme quale nullum aliud unquam*? Quis eos ad schismaticam Appellationem induxit, nonne Quesnellus? (e) Et ne singula enarrem, quis eos docuit alterius Diœceseos subditos, facere suos, & Episcopis Ordinantibus fraudulenter offerre? Nonne Quesnellus, qui Morali Diabolicâ eis dictavit, (f) quod *parum interfit, norit-ne Episcopus* (Ordinans) *aut Vicarius, quo titulo* prætensum Capitulum Ultrajectinum curet Ordinationem subditi alterius Diœcesis? Qui hanc eis dedit regulam, Sacris Canonibus & Ecclesiasticis Sanctionibus contrariam & injuriosam: *quod penes Capitulum Ultrajectinum jus sit curandi Ordinationem subditi istius, qui præsentatur?*

LVIII. Hinc sine dubio factum est, quod nonnulli è Belgii Austriaci Diœcesibus transfugæ, ab illis statim admissi fuerint, & ad Sacros Ordines promoti. Antehac in deligendis Sacerdotibus, & in rerum Sacrarum Administris constituendis difficiles erant & morosi; nunc, ut cogniti sunt desertores, placiti sunt & chari; quorum tamen meritum non est aliud, quàm quod Constitutionibus Apostolicis inobedientes, Episcopis suis resistere ausi sint, didicerintque de Romanis Pontificibus fabellas narrare, & in Jesuitas ac Religiosos Mendicantes, si non doctè, intrepidè saltem clamare & debacchari. Hæc & similia hodie habent locum virtutis, & quem non pudet hos impotentes animi impetus & stultitias & iras palam exercere & profiteri, is audit apud ipsorum sequaces *vir fortis, qui*

non

(c) Les Protestans sont sans comparaison plus en état de juger de la cause de M. de Sebaste & de ses Pasteurs &c. *Caus. Quesn. pag.* 139.

(d) La suspension de M. de Sebaste & la revocation de ses Pro-Vicaires sont jointes ensemble dans les Ordres de Rome, & consentir à l'une, c'est consentir à l'autre. Or consentir à la suspension de M. de Sebaste, c'est donner les mains & prendre part à son oppression, c'est le reconnoitre coupable & consentir au JUGEMENT LA PLUS INFORME ET LE PLUS IRREGULIER, QUI FUT JAMAIS. *Ibid. pag.* 140.

(e) Vide Hist. nostram Fol. 72. Col. 2. & seqq. (f) Vide Ibid. Fol. 71. Col. 1. & seqq. & in Append. Monum. N. XCVII.

non erubescit veritatem, & hinc, consecrato inter ipsos elogio, appellatur *pius & timoratus.*

LIX. Aliquid acerbi ad hæc reponere dolor mihi est & afflictio, sed imputent sibi si ingrata loquar, qui, quod loquor, ad salutarem ipsis pudorem incutiendum loquor; lætaborque si contristati fuerint ad pœnitentiam. Magnus Athanasius de Arianis scribit, (*g*) quod *hinc eorum hæresim cognoscere, vel potius convincere possis, quod quisquis ipsis charus est, & ejusdem impietatis socius, etiamsi aliis delictis, infinitisque sceleribus obnoxius sit, etiamsi adversùs se habeat argumenta scelerum suorum, & demonstrationes evidentissimas, probus tamen apud eos, & in pretio habetur &c.* Non accuso Adversarios impietatis in moribus, aut scelerum in vita; longè absit à me! Sed hìc volo illud unum, pessimæ notæ esse, in desperatis ac profligatis rebus, Factioni accessionem quærere ex malè moratis hominibus, qui solum vertunt, ne animum mutent, & alibi famam quærunt, quia domi suæ nullum bonum nomen gesserunt. Igitur gloriæ sibi ducant necessitudinem coluisse se, & colere etiamnum cum illis, qui in Orthodoxos Episcopos, & in Christi in terris Vicarios Romanos Pontifices cornua erigunt, & Ecclesiam Dei proscindunt. Factionis suæ principibus turpiter adulentur, eos Athanasiis & Cyrillis comparent, Virosque appellent *Sanctissimos, incomparabiles, sapientissimos, præclarissimos, eruditissimos,* & *colendissimos*; Proselytos suos, & advenas peregrinos, transfugas nostros, in pretio habeant; probos, sanctos, appellent; nobis illi omnes aliis longè nominibus venient, quamdiu Ecclesiam non audierint.

Atque hæc dicta sunto ad retundendos præmaturos Erckelii clamores editos contra MONITUM nostrum.

LX. Ipse præterea uos remittit ad Libellos duos Belgico Idiomate editos (*h*) quorum tamen titulos Latinos fecit in Scripto contra nos edito, veluti si Latinè quoque exstarent. Sed nequaquam opus est, ut illos rursus excutiamus, quod jam diu factum fuisse in DISSERTATIONIBUS nostris, Lector adverret, ubi etiam expendimus, quantum illi teneant de ratione schismatis. Hoc dicimus, quod rem teneant, dum solum nomen interim abjiciunt, ne Catholicis omnibus sint horrori; quod familiare fuisse omnium temporum hæreticis, notiùs est, quàm ut probari debeat. Contemnimus proinde mordacia dicta Erasmi quibus pugnat Erckelius in his Opusculis, & quæ Catholico stomacho movent fastidia; nec magni facienda sunt lamenta Cardinalis de Alliaco, utpote prolata in tempore & de tempore magni schismatis, quibus proinde non nisi invidus & improbus utatur contra S. Sedem Apostolicam. Pronuntiata porro LEONIS, GREGORII, aliorumque Pontificum, quos Erckelius legit apud Gratianum; objectionem de Asiaticis Ecclesiis à VICTORE excommunicatis, & his similia nonnulla, plenissimè tractata sunt in DISSERTATIONIBUS, ad quas remittimus.

His præmissis, quia Erckelius coëgit, procede Lector ad Opus ipsum; de quo agatur cognosce, & ubi totum cognoveris, pronuntia.

(*g*) Epist. ad solitariam vitam agentes. Tom. 4. fol. 437 Edit. Basil. (*h*) Tweede, en Derde samen-spraeck tusschen Pieter Regtbart en Joan Waermond &c. 1723.

APPROBA-

APPROBATIO

Illustrissimi & Reverendissimi Domini Henrici Josephi Van Susteren Episcopi Brugensis, perpetui & hæreditarii Flandriæ Cancellarii.

Nos, qui gravissimo cordis mœrore afflicti fuimus, & altùm ingemuimus ad virulenta illa scripta à paucis jam annis in credulum vulgus protrusa, & quaquaversum disseminata, in quibus effrænata quorumdam dissensionis Filiorum audacia atrocissimè calumniabatur Summos Pontifices, Christi Vicarios, quasi, non discernendo fas atque nefas, molirentur jura prætensorum Capitulorum in Belgio Fœderato invadere; summâ nunc perfundimur lætitiâ, & intimo cordis affectu assurgimus ac applaudimus, cùm feliciter Nobis obtigit perlegendi, diu, ardentissimisque votis expetitum, arduum, elaboratum, absolutissimum, luce publicâ, cedroque dignissimum Opus, quod inscribitur: *Historia Ecclesiæ Ultrajectinæ à tempore mutatæ Religionis in Fœderato Belgio &c. Auctore Cornelio Paulo Hoynck Van Papendrecht, Pbro, J. V. L. Ecclesiæ Metropolitanæ & Primatialis S. Rumoldi Mechliniæ Canonico.* In hoc quippe Opere Amplissimus Dominus Auctor Summos Pontifices gloriosè vindicat: nam solidissimè evincit, eos à tempore mutatæ Religionis in Fœderato Belgio, non nisi Pastoralis sollicitudinis necessitate compulsos, pro supremi Apostolatûs Officii debito, afflictæ Christi sponsæ Vicarios Apostolicos præfecisse, ut suscitaretur semen avitæ Fidei, & Catholicorum reliquiæ conservarentur, atque non extingueretur lucerna illa Israel. Enimverò luce meridianâ clarius per Documenta authentica, & omni exceptione majora demonstrat, in Metropolitana Ultrajectensi, & in Suffraganeis Cathedralibus Ecclesiis Sacra omnia fuisse profanata, conculcata, attrita; Canonicos divisos in Jacob & dispersos in Israel; ad Canonica Officia & præbendas aditum Romano-Catholicis planè præclusum; universa Capitula penitus interiisse; præter Illustrissimum *Schenckium* neminem unum in Archiepiscopum Ultrajectinum fuisse inauguratum; jus ad infulas Episcopales nominandi, quod Hispaniarum Regi ex Indulto Pontificio per Provincias illas competebat, effectum ulterius sortiri non potuisse; Reverendissimos *Sasboldum Vosmerum, Philippum Rovenium, Jacobum La Torrium, Zachariam Mezium, Balduinum Catzium, Joannem Neercasselium, Petrum Coddæum*, ad Sedis Apostolicæ beneplacitum constitutos fuisse Vicarios Apostolicos, & solùm titulis Ecclesiarum *in partibus infidelium* consecratos Episcopos; citra ullam alicujus Capituli electionem. Denique, Ecclesiam quæ per Fœderatum Belgium Christo colligitur, non esse nisi nudam *Missionem*. Invictissimè præterea in eruditissimis suis *Dissertationibus* refutat, & contundit cavillationes & commenta, quæ enervis maleferiatorum istorum hominum temeritas adinvenit, ut imperito vulgo & Acatholicis Magistratibus circa prædeducta turpiter imponerent, & sua interim sensa tutiùs sequerentur, contemptis Christi Vicariorum definitionibus, Decretis & Censuris; quibus irretiti, sacrilego ausu Sacramenta administrare, Jurisdictionemque Ecclesiasticam exercere hodiedum non reformidant. Ex *Refutatione* Instrumenti Appellationis Presbyterorum Ultrajectensium à Constitutione UNIGENITUS (quæ *Refutatio* ejusdem ponderis & roboris est, ac reliquum opus) videre tandem datur, quod perduelles illi Sanctæ Sedi, cœcum ducatum secuti fuerint Quesnelli, toties vaticano fulmine adusti, toties à Justitia tum Ecclesiastica tum Seculari atro Thetâ notati, & quod hic singularis ferus miserandum in modum depastus sit Vineam illam Domini, quæ ante adventum famosorum è Gallia fugitivorum gratissimum pietatis & Sanctitatis odorem afflabat, & uberrimos primorum Ecclesiæ seculorum fructus Domino reddebat ad piam aliarum Missionum invidiam. Faxit Deus, ut illis, qui hactenus cœcum fugitivorum è Gallis ducatum secuti fuerint, oculi tandem aperiantur, & per lectionem hujus Operis, manifestationem veritatis agnoscentes, atque ei acquiescentes, fiant cum Domesticis Fidei (Sedi Apostolicæ, Centro Unitatis, fideliter adhærentibus) cor unum & anima una, atque ità Ecclesia Batavo-Catholica, quæ modo jacet ut vilis & misera Babylonis filia, rursus assurgat tamquam electa Filia Sion, & gloria Christi. Ita vovebamus ac dabamus Brugis Flandrorum in Palatio nostro Episcopali hac 17. Novembris 1725.

HENRICUS JOSEPHUS *Episcopus Brugensis.*

APPROBATIO

Illustrissimi & Reverendissimi Domini Joannis Baptistæ de Smet Episcopi Iprensis.

QUi Opus hoc, animo Catholico atque à præjudiciis libero attentè perlegerit, mirum, si hos in se non expenatur affectus: tristitiam, mœrorem, indignationem. Postquam Ecclesia Ultrajectina grassantis hæreseos furorem experta, unà cum quinque Episcopatibus Suffraganeis, Archiepiscopalis Sedis splendorem, dignitatemque amiserat, piâ Apostolicæ Sedis sollicitudine Catholicorum reliquiæ per Vicarios Apostolicos fuêre gubernatæ; feliciter sanè atque pacificè toto penè seculo, donec callidissimæ quædam vulpes è Gallia profugæ, florentem hanc vineam, in quam infausto omine admissæ sunt, inspirato præfractæ inobedientiæ & rebellionis spiritu, demoliri & subvertere aggressæ sunt. Post mortem Episcopi Castoriensis, sub quo prima mali labes, crevit paulatim audacia. Successor ejus, qui ab inobedientia cœperat, longiùs longiùsque progressus, in eadem finire voluit. Cùm hic pro meritis ab officio Vicarii Apostolici supremâ Sedis Apostolicæ auctoritate suspensus fuisset, Capitulum Ultrajectinum, aliaque Cathedralia, centum jam & viginti annis sepulta, in lucem retrahi, & in subsidium rebellionis evocari cœperunt, novo & inaudito exemplo. Crescente pervicaciâ, pudor omnis exutus, schisma & hæresis terrori esse desierunt. Animus Jansenianæ & Quesnellianæ Factioni jam pridem deditissimus, aperto Appellationis Instrumento suam prodere decrevit infamiam. Ad profundum jam venerat, Censuras & Auctoritatem omnem contempserat, quid aliud supererat, nisi ut novam Babylonem, per Episcopum, infelici omine, *Babylonensem* dictum, ordiretur; nec funestâ & inexpectatâ primi pseudo-Episcopi morte ab incœpto deterreretur? Hæc omnia clarè atque perspicuè in hac *Historia Ecclesiæ Ultrajectina* & narrantur & authenticis *Monumentis* demonstrantur. Nihil hic conjecturis tribuitur, veritas ubique manifesta relucet. Funestum illud rebellionis *Instrumentum*, quo ab Ecclesia universâ ad Concilium Generale in causa Constitutionis UNIGENITUS, schismatici isti, impellente & modum docente Quesnello, appellare ausi sunt, solidissimè hic refutatum Lector inveniet. Nec minùs solidè in adjunctis *Dissertationibus* explosum, contritumque perspiciet, quidquid vel impietas, vel audacia & temeritas, vel incauta quorumdam præcipitatio, in perditissimæ Causæ patrocinium, adversùs veritatem, legitimamque auctoritatem protulit. Hoc sanè Opus his, aliisque de causis judicamus Ecclesiæ fore utilissimum. Si nihil prosit Refractariis, qui oculos pridem claudere, aurésque obturare didicerunt, at proderit sanè plurimùm genuinis omnibus Ecclesiæ Catholicæ filiis, ut errori manifestiùs detecto, & abominationi jam in propatulo positæ, generosiùs, fortiusque resistant. Proderit vacillantibus, ut gressus firmos deinceps faciant pedibus suis. Proderit, ut intelligant tandem fideles, lupos eos esse qui invitâ Ecclesiâ se Pastores venditant, hosque, si conteri non possunt, quia se Acatholicâ potestate tuentur, omni certè conatu, studioque esse fugiendos: quin & rapinam, direptionemque bonorum suorum, exilia quoque & carceres (uti aliis Ecclesiæ seculis in re simili constanter factum est) potiùs subeunda sibi esse non dubitent, quàm ut impiissimo Schismati (quod Scripturæ & Patres præ malis omnibus exhorrescunt) ullâ ratione consentiant. Datum Ipris 8. Novembris. 1725.

JOANNES BAPTISTA *Episcopus Iprensis.*

APPROBATIO

Illustrissimi & Reverendissimi Domini Francisci Ludovici Sanguessa ex Ord. FF. Minorum Recollect. Episcopi Ruremundensis.

DUm florentissimus Ecclesiæ Ultrajectinæ cum quinque Episcopatibus Status, in vera & orthodoxa Fide Romana sub speciali Divina Gratia, ejusque in terris Vicarii sollicitudine & cura planè paterna, odorem suum longè gratissimum quaquaversum diffunderet, hæreticæ pravitatis pervicaciâ primò impeti cœpit, per quam & Sedes Metropolitana, aliæque Episcopales dirutæ, dilapsæ & prorsus extinctæ usque modò infeliciter ingemuerunt. Sed Pater Misericordiarum, qui non

non desinit gubernare suos quos avitæ & orthodoxæ Fidei coltores invenit, [illegible] suum in terris Vicarium, cui oves suas concredidit, docuit & instruxit Sanctissimi [illegible] pro derelictis orphanis dictarum Ecclesiarum, earumque reliquiis, cor suum & sollicitudinem specialiter apponere, ne ex toto perirent reliquiæ. Benedictus Deus ex tali ac tanto successu ut præstitêre Romani Pontifices per suos in terris illis Vicarios Apostolicos, ut per [illegible]orum annorum spatium, Fides Romano-Catholica inviolata perstiterit, & Pax & charitas inter Romano-Catholicos floruerit. Verùm, proh dolor! supervenit inimicus homo [illegible] critico superseminavit zizania; Bajani sunt, Jansenistæ, Quesnelliani, similisque farinæ hæretici, ac nominatim excommunicati, qui inconsutilem Christi tunicam fecerunt in partes Discordiæ, Schismatis, Hæresis. Ac non obstante multiplici Paternâ fideli [illegible] Christi in terris Vicarii monitione, non obstante, quod Canonici vigoris mucrone [illegible] fuerint prostrati, exemplo Pharaonis obdurati, insolentiores & pertinaciores evasêre, eludentes supremi sui Pastoris salutaria monita, Decreta, & Censuras. Nec stetit hìc Jansenianæ & Quesnellianæ hæresis pravitas, dum ausu plus quàm temerario collapsæ se planè Ecclesiæ Ultrajectinæ Jura nominationem Archiepiscopi concernentia, extinctæ Capitularia renovare præsumpserunt. Quod plus est, & omnibus horrori, dum Juraque [illegible] ausu Archiepiscopum, contra Jura omnia, prætensâ auctoritate, sibi elegerunt, sacrilegè [illegible] consecrari fecerunt, in Religionis Christianæ perniciem, manifestumque animarum periculum; quod tantò acerbiùs Nobis accidit, dum ab ipsis prætensis Ecclesiæ Ultrajectinæ Canonicis, binis Litteris instantissimè sollicitati sumus, ut Sacrilegæ illi Consecrationi auxiliatricem manum adhiberemus; quod factum & toto corde & totâ anima execramur, Nobisque quàm maximè injuriosum reputamus. Quapropter Litteras illas responsione indignas, absque dilatione, & Nuntiis Sedis Apostolicæ, ipsique Romano Pontifici duximus communicandas, prout & communicavimus. Tandem, (laudes sint Altissimo) post alios insignes, gravesque Auctores, contra temerarios & schismaticos hos assertores, Amplissimus Dominus *Cornelius Paulus Hoynck van Papendrecht*, J. U. L. Ecclesiæ Metropolitanæ & Primatialis Sancti Rumoldi Mechliniæ Presbyter, Canonicus, &c. Librum edidit cui titulus: *Historia Ecclesiæ Ultrajectinæ à tempore mutatæ Religionis in Fœderato Belgio &c.* Opus sanè absolutissimum, ab omnibus orthodoxæ Fidei cultoribus, in his præsertim & Fœderati Belgii partibus desideratissimum, ipsis Adversariis utilissimum, si oculos aperiendo lumen videre, & cœcitatem suam è cordibus excutere satagant. Siquidem laudatissimus ille Auctor in Opere illo præstantissimo hoc docet, quod de Ecclesiæ stabilitate (contra quam portæ inferi prævalere nunquam potuerunt) Sacræ Scripturæ luculenter adstruunt: quod de absoluta & suprema Christi in terris Vicarii in universam, omnesque particulares Ecclesias, jurisdictione & auctoritate eædem Scripturæ Sacræ, Concilia Generalia, Sanctique Patres omni tempore docuerunt, ipsique Summi Pontifices semper practicarunt. Luce etiam meridianâ clariùs Auctor demonstrat Capitulum Ultrajectinum interiisse penitus, ut ne vestigia quidem appareant subsistentis usque modò dictæ Ecclesiæ, vel juris eligendi sibi Archiepiscopum. Congratulari proinde & applaudere liceat ovibus Romano-Catholicis totius Fœderati Belgii, quæ, ab ipsis Præpotentibus Belgii Fœderati Statubus in pace & tranquillitate enutritæ temerarios, Sacrilegos & schismaticos assertores sub pelle ovina se Catholicos simulantes, omni curâ & sollicitudine evitare satagent, & sub suavi Christi ejusque in terris Vicarii jugo securè degere poterunt, dantes quæ sunt Dei Deo, & quæ sunt hominum hominibus. Dabamus Ruremundæ in Palatio nostro Episcopali hâc 21. Novembris. 1725.

✠ F. FRANCISCUS LUDOVICUS *Episcopus Ruremundensis.*

APPROBATIO
Censoris Ordinarii Diœcesis Mechliniensis.

Romano-Catholica Religio in Provinciis Fœderatis à sesqui ferè seculo amarè gemens, luctuosissima sæpenumero experta est fata: sed numquam profectò luctuosiora, quam tempestate hâc exulceratâ, quâ Sacerdotes aliquot Ultrajectini (qui quondam erant ex Nobis, sed modò eheu! falsi sunt fratres) mille dolis, milleque fallendi artibus instar vulpium instructi, dictam Religionem pessumdare, & ex fundamento pro viribus evertere moliuntur; superseminando in agro Ecclesiæ Batavæ pestiferorum dogmatum, splendida pietatis specie obvolutorum, zizania, quæ ipsi avidè ante hauserant à Magistris quibusdam mendacibus, è Regno Galliarum ejectis ac profugis; & avocando Fideles simpliciores & incautiores ab obedientia Sedi Aposto-

Apostolicæ debita, in eamdemque (quam ab ipsis Ecclesiæ incunabulis ad hæc usque tempora, veneratione Summâ, Sancti omnes prosecuti sunt) evomendo rabiem vesanam, bilem effetam, ac injuriarum, convitiorumque plaustra ingentia, non minori impudentia, animique amarulentiâ, quàm olim & hodiedum petulantissimi ac maledicentissimi quique Sedis præfatæ obtrectatores. Verùm nondum hic finis Quesnelliani furoris. Ad præfatam Religionem in Provinciis Acatholicis, magis, magisque labefactandam, Plebem fascinandam, Sedique Apostolicæ scurrilitèr illudendum, infrunini & impudentes aliquot scribillatores, quorum Primipili *Heussenius*, *Erckelius*, & *Quesnellus*, Capitulum Metropolitucum Ultrajectinum à seculo ferè cum dimidio eversum, extinctum, sepultum, in cineres, pulveresque redactum, omnibusque Vicariis Apostolicis Missionis Batavæ, ante *Coddæum*, incognitum, resuscitare conati sunt, & putidissimis editis voluminibus adstruere, illud etiam nunc subsistere, & defuncto Vicario Apostolico gaudere jurisdictione in spiritualibus, cæterisque prærogativis, quibus gaudent Capitula Ecclesiarum Cathedralium, Sede Episcopali vacante. Scriptores aliqui ingenio & eruditione præstantes, jam pridem bellè ridiculum illud Capitulum exsibilarunt, vanosque ejusdem assertores ac nugivendulos acriter confutarunt. Sed præ omnibus, qui in arenam adversùs hujusmodi fabulatores descenderunt, id longè cumulatissimè & nervosissimè nunc præstat Amplissimus ac eruditus hujus Operis Auctor, qui inter alia, 1. authenticis, indubitatisque Monumentis, & irrefragabilibus, invictissimisque argumentis demonstrat, Sedem Archiepiscopalem Ultrajectinam à morte *Frederici Schenckii* totaliter collapsam esse, Capitulumque, nullo sui vestigio relicto, in fumum & nihilum penitus abiisse, atque hodie non exstare nisi in spatiis imaginariis, & quorumdam fanaticorum cerebris: adeo ut, proh dolor! Nunc seges sit, ubi Troja fuit. 2. Ecclesiam Batavam ad conditionem nudæ Missionis redactam, unicè & immediatè dependentis à Pontifice Romano, qui eam per Vicarium suum administrat simili ratione, atque alias Missiones in partibus Asiaticis & Africanis. 3. Propalam exhibet complura Quesnellianæ iniquitatis mysteria & altitudines Satanæ, Orbi Catholico antehac non notas. 4. Retegit figmenta, fraudes, fallacias, mendacia, imposturasque innumeras, quibus scatent damnati Libri qui inscribuntur; *Assertio juris Ecclesiæ Ultrajectinæ. Batavia Sacra. Protestatio asserta, semel, iterùm, tertiò. Historia Episcopatuum Fæderati Belgii. Memoire pour l'Eglise & le Clergè d'Utrecht*, aliique pestilentes, quibus Urbi & Orbi obrepere, pro more hæreticis omnium seculorum usitato, vafri ac versipelles Quesnelliani tentarunt. 5. Argumenta ab iisdem in confirmationem malæ suæ causæ, ex SS. Patribus, & monumentis venerandæ Antiquitatis deprompta & perperam allegata, retundit, enervat, conteritque efficaciter. Sæpe, sæpius indolui, & mecum plures viri probi & cordati, Opus hoc præstantissimum, omnigenâ eruditione refertum, atque adeò utile & necessarium pro Ecclesiæ Batavæ bono, citiùs publici juris fieri non potuisse. Censeo igitur Librum hunc, attentè, diligenterque à me perlectum, non tantùm posse, verùm etiam necessariò & quamprimùm in lucem edi debere, ut seducti reducantur, contumaces confundantur, Orthodoxi corroborentur, & ut Vinea Batava, olim florentissima, dum libera & immunis erat ab infestis Galliarum vulpibus, dumque ejusdem cultores, eo, quo par est, cultu & observantiâ, imperio & nutui Sedis Apostolicæ subjiciebantur, sub ejusdem obedientia reflorescere, uberesque fructus proferre valeat. Denique obtestor Operis hujus Auctorem, ut, si ob defensa Sedis Apostolicæ jura ac prærogativas, à Quesnellianis, infamibus proscindatur Libellis, atrocibusque vexetur contumeliis, animo non concidat, malis non cedat, verùm animo audentiori ac imperterrito eadem adversùs implacabiles Pontificiæ Majestatis hostes & osores, fortiter tueri & propugnare pergat; memor eorum, quæ Goffridus Cœnobii Vindocinensis Abbas, acerrimus & indefessus Urbani II. ac Sedis Apostolicæ vindex, scribit in Epistola ad Episcopum Carnotensem: *Si pro Domini Papæ obedientia mihi injuria redditur, lætor non mediocriter, & delector pro tanto Domino injuriari; pro quo non solùm quamlibet injuriam sustinere, sed etiam pro ipso crucem portare paratus sum: à cujus Sanctâ obedientia & fidelitate, nemo unquàm vivum vel mortuum me poterit separare.* Datum Mechliniæ Anno 1725. die Festo S. Petri Alexandrini, qui impiissimum Arium primò schismaticum, dein Hæresiarcham à Fidelium communione sejunxit, & cui (si Surio, aliisque fides) apparuit Dominus JESUS veste discissâ, dicens: *Arius vestem meam, quæ est Ecclesia dilaceravit.*

H. Stevart *Ecclesiæ Metropolitanæ S. Rumoldi Decanus & Canonicus Graduatus, Examinator Synodalis, & Librorum Censor.*

APPRO-

APPROBATIO

Alterius Censoris Ordinarii Diœcesis Mechliniensis

Legi hanc *Historiam Ecclesiæ Ultrajectinæ à tempore mutatæ Religionis in Fœderato Belgio*, cum *Appendice Monumentorum*; annexasque *Refutationem Instrumenti Appellationis*, & *Dissertationes*; nihilque in iis offendi orthodoxæ Fidei aut moribus adversum, sed omnia Historicæ veritati, aut SS. Litteris, Canonibus & Patribus apprimè consona, & argumentis etiam superabundanter referta invictissimis, quibus luce meridianâ clarius demonstrat Amplissimus Auctor, quod à tempore eversæ Ultrajecti Religionis Catholicæ, Sedes Episcopalis ibidem penitus collapsa fuerit, nullusque ibidem ab Anno 1580. sederit collapsæ Sedis Episcopus. Capitulum quoque Metropoliticum ejusdem Ecclesiæ sub idem tempus prorsus interciderit, & nullam à tempore Sedis eversæ exercuerit jurisdictionem, etiamsi diu fuerint post eversionem Religionis quàm plurimi veri Canonici superstites; nec alia in Fœderatis Provinciis à tempore mutatæ Religionis usque ad novissimum Schisma exercita fuerit, aut agnita spiritualis auctoritas, præterquam Summi Pontificis, eorumque qui ab ipso, Vicariali cum potestate, missi sunt, aut ab his ejus nomine subdelegati; quodque adeò Capitularis Ultrajectini auctoritas, quam pauci Sacerdotes, cristas erigentes contra Vicarium Christi recenter nefando ausu sibi proprio marte, sine successione, aut institutione ulla arrogare præsumpserunt, sit merum ludibrium & somnium, seu potiùs hesternum vafri hominis commentum, & fabula miseris quisquiliis adornata. Unde quæcumque à Sacerdotibus istis sub ementito Capituli Ultrajectini nomine hactenus acta sunt, certissimè sunt nulla, invalida & sacrilega, ac ab omni vero Fideli prorsus execranda. Quis enim orthodoxus non horreat, quod paucorum Sacerdotum non Canonicorum Congregatio (quam à Vicario Apostolico eo dumtaxat fine institutam constat, ut in ardua Vicariatûs administratione eum consilio juvaret & auxilio, adeoque plus juris attribuere sibi nusquam potuit, quàm habuit ipse Vicarius institutor, accepitque ab Apostolica Sede) eò prorumpat effrenis audaciæ, ut privatâ suâ auctoritate, contemptâ omni aliâ, præterquam Acatholicâ, non erubescat se erigere in Capitulum Metropoliticum, invadere jurisdictionem Episcopalem & Pontificiam, & ad audaciæ cumulum eligere pseudo-Archiepiscopum collapsæ Sedis? Ita nimirum etiam per summum nefas ipsis dominari placet, idque in illa Ecclesia, quam certum est ab Apostolica Sede esse fundatam per SS. Apostolos *Willibrordum* & *Bonifacium & socios*, quos ad conversionem Gentium isti Ecclesiæ subditarum ab illa Sede missos fuisse constat ex relatis ab Eminentissimo Annalista *Baronio* Tom. VIII. & IX. ad Annos Christi 690. 696. 719. N. 1. & seqq. Quamque tamquam à Sede Apostolica fundatam S. *Bonifacius*, qui eam sanguine suo per martyrium sacravit, illi *immediatè subjectam esse*, & ab ejus arbitrio pendere disertè asserit in Epistola sua ad *Stephanum III. Papam*, relata à Baronio Tom. IX. ad Annum Christi 755. N. XL. & XLI. Cui etiam Ecclesiæ Romani Pontifices jure suo, citra omnem electionem Capitulorum plures Episcopos dederunt, imò plures factâ electione rejectâ, uti ex Historicis liquet; & quam denique infelici Seculo decimo sexto immani hæresum illuvie penè eversam, vigilantissimi ad custodiam Dominici Gregis Pontifices ab interitu vindicarunt, atque in hodiernum diem summâ sollicitudine paternâ per Vicarios gubernarunt. Et pro tot gratiis Sacerdotes in gremio istius Ecclesiæ suaviter enutriti sub obedientia optimorum Pontificum, nunc illam pudendâ ingratitudine penitus excutiunt, ipsumque Jus Apostolicum iniquissimè usurpant, quod primi Gentis Batavæ & Frisiæ Apostoli adeo reveriti sunt, ut memores sententiæ Apostolicæ ad Rom. 10. *Quomodo prædicabunt nisi mittantur?* ne currerent in vanum, prout aliis ante ipsos in iisdem Regionibus acciderat ob non acceptum præviè Apostolatum, ausi non fuerint stadium Evangelicæ prædicationis ingredi sine prævia Missione Apostolica. Unde, prout rem gestam lib. 5. Cap. 12. docet *Venerabilis Beda*: *Primis sanè temporibus adventûs eorum in Frisiam mox ut comperit Wilbrordus datam sibi à Principe licentiam prædicandi, acceleravit venire Romam, cujus Sedi Apostolicæ tunc Sergius Papa præerat, ut cum ejus licentia & benedictione desideratum evangelizandi gentibus opus iniret.* Porro, ne ob facinus tam enorme & sacrilegum, ac inauditum hactenus in Ecclesia Dei, æternùm pereant infelices sacratissimi juris invasores, aliosque secum in certissimum exitium trahant, si adhuc docibiles Dei sint, redeant ad mentem, & hasce lucubrationes pacato & attento (uti ad æternam tot animarum perniciem declinandam decet) animo expendant, cedantque manifestissimæ veritati; & renuntiantes infami Schismati, ac magistros deserentes erroris, eorumque fallaces fabulas, revertantur ad ovile Christi, & ad communem

Fidelium Patrem ac Magistrum, quem Antecessores eorum ab erecta Ultrajectina Sede jam Annis 1029. ut talem semper, affectu verè filiali, venerati sunt, reddantque illi obedientiam quam in Fidei professione jurarunt; ne pergat in ipsis impleri vaticinium Doctoris Gentium, in Timotheo suo Ep. 2. Cap. 4. sub vitæ terminum instruentis Principes Ecclesiæ: *Erit enim tempus cùm sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.* Unde meritò luci publicæ dabitur hæc *Historia* cum annexis, ut devios, quod à Domino enixissimè precamur, reducat ad viam, & ab errore ad veritatem, eoque non succedente, confundat illos qui perire volunt, & Fideles Batavos ampliùs confirmet, soliderque in avita Fide, & obedientia debita supremo Vicario Christi, pro qua Majores eorum usque ad bonorum jacturam, exilia, carceres, tormenta, ipsamque mortem tam generosè decertarunt. Dabam Mechliniæ in Festo Omnium Sanctorum 1725.

S. VAN DE CRUYS *S. T. L. Canon. Grad. & Pænitentiarius Ecclesiæ Metrop. Archi-Presbyter Districtûs Mechliniens. Examinator Synodalis, & Librorum Censor.*

EPISTOLA

S. Bonifacii Episcopi & Martyris ad Stephanum Papam III. *Ex Baronio Tom. IX. ad Annum Christi 755. N. XL.*

VEnerando ac diligendo Domno Apostolatûs privilegio prædito Stephano Papæ Bonifacius exiguus Legatus vel Missus Catholicæ & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ optabilem in Christo charitatis salutem.

Jam tempore Sergii Apostolicæ Sedis Pontificis venit ad limina Sanctorum Apostolorum Presbyter quidam miræ abstinentiæ & sanctitatis generis Saxonum, nomine Vuillebrord, & alio nomine Clemens vocatus, quem præfatus Papa Episcopum ordinavit, & ad prædicandum ad paganam gentem Frisonum transmisit in littoribus Oceani Occidui, qui per quinquaginta Annos prædicans, præfatam gentem Frisonum, maxima ex parte convertit ad fidem Christi, fana & delubra destruxit, & Ecclesias construxit, & Sedem Episcopalem, & Ecclesiam in honore Sancti Salvatoris constituens in loco & Castello, qui dicitur Trajectum. Et in illa Sede, & Ecclesia Sancti Salvatoris, quam construxit prædicans, usque ad debilem senectutem permansit, & sibi * chorepiscopum ad ministerium complendum substituit, & finitis longevæ vitæ diebus, in pace migravit ad Dominum.

* Corepiscopum

Princeps autem Francorum Carolomannus commendavit mihi Sedem illam, ad constituendum & ordinandum Episcopum, quod & feci. Nunc autem Coloniensis Episcopus illam Sedem prædicti Episcopi Clementis à Sergio Papa ordinati sibi usurpat, & ad se pertinere dicit, propter fundamenta cujusdam destructæ à Paganis Ecclesiæ, quam Vuillebrordus dirutam usque ad solum in Castello Trajecto reppetit, & eam proprio labore à fundamento construxit, & in honore Sancti Martini consecravit; & refert quod ab antiquo Rege Francorum Dagoberto Castellum Trajectum cum destructa Ecclesia ad Coloniensem Parochiam donatum cum ea conditione fuisset ut Episcopus Coloniensis gentem Frisonum ad Fidem Christi converteret, & eorum prædicator esset, quod & ipse non fecit, non prædicavit, non convertit Frisones ad Fidem Christi, sed Pagana remansit gens Frisonum usquequò venerandus Pontifex Romanæ Sedis Sergius supradictum Servum Dei Vuillebrordum Episcopum ad prædicandum supradictæ genti transmisit, qui illam gentem (ut præfatus sum) ad Christi Fidem convertit. Et modò vult Coloniensis Episcopus Sedem supradicti prædicatoris Vuillebrordi sibi contrahere ut non sit *Episcopalis Sedes subjecta Romano Pontifici*, prædicans genti Frisonum. Cui respondebam (ut credidi) quod majus, & fortius fieri debeat præceptum Apostolicæ Sedis, ordinatio Sergii Papæ, & legatio venerandi prædicatoris Voillebrordi, ut & fiat *Episcopalis Sedes subjecta Romano Pontifici* prædicans genti Frisonum, quia magna pars illorum adhuc Pagana est, quia destructæ Ecclesiolæ fundamenta diruta & à Paganis conculcata, & per negligentiam Episcoporum derelicta. Sed ipse non consentit.

Sed modò Paternitatis vestræ judicio mihi indicare dignemini, & si hoc justum sit; responsum & vobis placeat illi Coloniensi Episcopo reddi, & vestra auctoritate roborare, ut præceptum Sergii Papæ, & Sedes illa stabilis permaneat. Sic enim potestis nos (si vobis placet) adjuvare, si de scrinio Ecclesiæ vestræ exemplar jubetis & mihi transmittere, quo quid prædicto Episcopo Vuilbrordo ordinato Sanctus Sergius præceperit, & conscripserit, ut ex auctoritate Sanctitatis vestræ contradicentes convincere, & superare valeam. Si autem aliter justius sanctitati vestræ videatur; consilium Paternitatis vestræ insinuare mihi dignemini, ut sequar.

HISTO.

HISTORIA ECCLESIÆ ULTRAJECTINÆ

A tempore mutatæ Religionis in Fæderato Belgio.

ARTICULUS I.

De Erectione novorum Episcopatuum in Belgio.

CArolus V. Romanorum Imperator & Hispaniarum Rex Catholicus, Belgicas Provincias, à diversis olim Principibus ac Dynastis occupatas, hæreditario jure primus tenuit omnes, auxitque usquè ad septemdecim. Ex illis una est, Dominium Ultrajectinum. In hac Civitate Sedes fuit Episcopalis magni nominis, fundationis antiquæ. Episcopus, tàm seculari quàm Ecclesiasticâ potestate à multis retrò temporibus gavisus est; donec Henricus Bavarus Episcoporum Ultrajectinorum LVIII., initâ cum Carolo pactione, (a) seculare illi Imperium cessit, contentus deinceps Ecclesiastico. Cessionis tabulæ datæ ac signatæ fuerunt die vigesimâ primâ Mensis Octobris Anno 1528. Abdicati Imperii causas inquirere, nihil attinet.

Adnotandum porrò est, observandumque quod, uti supremum Ditionis Ultrajectinæ Dominium penes Episcopum fuit, ita Episcopi eligendi suprema ac libera potestas pertineret ad quinque Capitula Ecclesiarum Trajectensium. Hoc jus atque privilegium derivant Ultrajectini à concessione Conradi III. Imperatoris, confirmante Eugenio PP. III. Anno 1145. quod à principio duobus tantùm Capitulis S. Martini ac S. Salvatoris tributum, postmodùm quinque Capitulis commune fuerit, incerto tamen auctore ac tempore. Quidquid sit, Præpositi, Decani, & Capitula quinque Ecclesiarum Trajectensium, translato jam per Henricum Bavarum supremo Dominio, insignem hanc prærogativam eidem Carolo Cæsari adjecerunt, concesseruntque eodem planè tempore. Cessionis tabulas videre est in Clementis Papæ VII. Bulla confirmationis, translationis temporalitatis Ecclesiæ Ultrajectensis in Carolum V. Cæsarem, tamquàm Ducem Brabantiæ & Comitem Hollandiæ. In hac Cessione abdicant se liberâ electione, Cæsaris inpósterùm, uti Brabantiæ Ducis & Hollandiæ Comitis sententiæ, ac Nominationi subjecti. (b)

Mirum videri debet, quod in tot Provinciis olim divisis, in quibus plurimæ Civitates, Oppida, Pagi, & populus numerosissimus, paucissimi reperirentur Episcopi, & hi ne integro

(a) Bat. Sac. par. 1. fol. 140. col. 1.

(b) Vide Appendicem Monumentorum N. I. & II.

Digitized by Google

ART. I. De Erectione novorum Episcopatuum in Belgio.

tegro quidem Belgio præessent Ecclesiasticâ jurisdictione. Sed cùm singulorum Principum angustior esset potestas, & minor quoque voluntas procurandi Antistitem proprium, pleraque vasti Belgii loca suberant Episcopis vicinis; indigenis quidem, sed quos Proceres & Magistratus nationales in multis habebant tamquàm peregrinos, frangebantque regendi auctoritatem.

In hæreditariis tamen Caroli ditionibus exstiterant Episcopatus quatuor, Cameracensis, Atrebatensis, Tornacensis & Morinensis quorum Antistites suffraganei fuerunt Archiepiscopi Rhemensis in Galliis; prout quintus Episcopatus Ultrajectinus Metropolitico jure suberat Archiepiscopo Coloniensi.

Lutheri hæresis orta fuerat in Germania Anno 1517. creveratque in varias sectas, quas novitatis amor, & liberioris vitæ licentia facilè dispergebat in proximas Regiones, clandestinis quoque conatibus totum ferè Belgium invasura. Quin etiam diræ novitatis patroni in Germania venerant ad arma, magnamque Rebus Catholicis stragem intulerant, donec Imperator armis arma frangens, capto Joanne Saxoniæ Duce & Philippo Hassiæ Langravio, unius anni bello rem confecisse videbatur.

Anno 1548. in Belgium reversus Carolus, (c) cogitabat de resignandis Provinciis Belgicis in Filium Philippum, quem ex Hispaniis evocatum, per æstatem Anni 1549. in Belgii Civitatibus, inaugurari fecit. Intereà verò certior factus, quòd Germani ab initæ concordiæ pactis recederent, & in pristinos errores relaberentur, ipseque idem Anno 1550. sub finem Mensis Maii iterùm è Belgio in Germaniam profectus est. Expertus verò quod grande malum, cui extinguendo Augustana Comitia in Kalendas Junias indixerat, irrepsisset in plures Belgii partes, providendum credidit gravissimo Edicto contrà hæreticos per Belgium promulgato, & in singulis Provinciis constituit Inquisitores hæreticæ pravitatis. Pluries id factum fuerat in Hispaniis, ubi valebat remedium Inquisitionis olim institutæ, dum ea erat Refractariorum paucitas atque impotentia ut Catholicorum multitudine facilè comprimeretur. Tanta verò, inscio Principe, Novatorum in Belgio creverat multitudo, etiam inter Proceres & Magistratus, ut Religionis servandæ remedium jam ejusdem destruendæ occasio fieret.

Cæsar quoque in Germania non invenit, quod optabat. Novatores enim resumpserant arma, quæ ut cum minori malo ponerentur, opportunum visum fuit consentire in Tractatum Passaviensem; & ipse post infelicem obsidionem Metensem iterùm in Belgium reversus, cum majori dolore didicit, Inquisitionis tribunal obesse potiùs, quàm prodesse: conniventiâ enim & dissimulatione Prætorum ac Regiorum Præfectorum hæresis indiès vires sumebat.

Annus agebatur 1553. quo & alia calamitas non contemnendam Belgii partem afflixit. Antiqua enim Civitas Morinorum, cui vulgare nomen erat *Teruana* in finibus Artesiæ sita, acta fuerat in seditionem. Illius Episcopus, nomine FRANCISCUS DE CRESQUI Anno proximè superiore obierat, nullum habiturus successorem; nam ipsa Civitas, ejusdem Cæsaris jussu, funditùs est eversa, & emanavit Chronicon DELETI MORINI.

Tunc de novis Episcopatibus toto Belgio erigendis, qui ordinaria in partibus jura darent, cogitari cœptum est, missique ac deputati scrutatores, qui negotio diligenter incumberent, novarum Diœcesium limites distribuerent, & Episcopatuum dotes, aliaque necessaria & congrua præpararent.

Cæsar autem laboribus fractus sese quieti dare constituens Anno 1555. Belgicas Provincias ac Regna sua omnia transtulit in Filium Philippum, præsentibus Bruxellæ Belgii Ordinibus, quibus nihil æquè commendabat atque constantiam in Fide Catholica, si quietè feliciterque vivere, nec omnia perturbari, sursumque deorsumque verti, ac denique ad extremas calamitates redigi vellent. (d) Rebus ita constitutis, circa Kalendas Septembres Anno 1556. in Zelandiam proficiscitur & commodum propitiumque nactus ventum, mari se commisit, ac Filio Philippo valedixit, verbisque postremis ei conservationem Religionis Catholicæ, & negotium novorum Episcopatuum instituendorum seriò iterùm commendavit.

Optatam erectionem Carolus V. nec vidit, nec audivit. Ipse enim Anno 1557. in Hispania pientissimè obiit, & Philippus II. Erectionis Bullam quæ incipit: *Super universas orbis Ecclesias*, à Paulo IV. Romano Pontifice Anno 1559. IV. Idûs Maii datam, impetravit.

Erecti sunt novi Archiepiscopatus tres: Mechliniensis, Cameracensis & Ultrajectensis, quibus additi Episcopatus suffraganei quindecim, quos hîc longo ordine recensere, adjectis Antistitum nominibus, hujus loci non est. De Ultrajectina Sede in Archiepiscopalem erecta dicere est animus, & antequàm primi Archiepiscopi gesta excutiamus, videndum quâ lege condita sit, & quibus statutis.

(c) Havens. De Erect. nov. Episc. lib. 1. cap. 1.

(d) Havens. Ibid.

ARTI-

ARTICULUS II.

Erectio Sedis Ultrajectensis in Archiepiscopalem. Ordo & Modus providendi tam de Archiepiscopo, quàm de Canonicis.

ART. II. Erectio Sedis Ultrajectensis in Archiepiscopalem.

PAulus IV. Pontifex Maximus in Bulla quam superiùs indicavimus, (e) Ecclesiam (S. Martini) Ultrajectensem auctoritate Apostolicâ erexit & instituit in Archiepiscopalem, Metropolitani Præsulis Sedem, & Provinciæ caput.

Præscripsit idem Pontifex huic Ecclesiæ, & Sedi leges & statuta quibus omnibus retrò temporibus standum esset, nisi ipse Legislator, quod condiderat, revocasset; id quod in præsenti causa contigit numquam. Uti magni consilii res est suas cuique Ecclesiæ leges dare, ita magni momenti sunt Statuta, quibus Episcopatus, Capitula & Beneficia eriguntur, adstringunturque, præsertim in fundationum principio; sunt enim leges fundamentales quibus nulla inferiorum præsumptio contraria derogat, & quidquid ab his secùs fieret, peccatum esset, ab omni justo judice castigandum severè. Tanti refert primigenia Ecclesiæ Ultrajectensis statuta expendere, prout Litteris Apostolicis exprimuntur, primisque temporibus executioni mandata sunt.

Primò itaque Episcopatus Ultrajectensis in Archiepiscopatum erectus fuit, eâ lege, ut esset Regiæ Nominationis. Indulsit enim Pontifex, & Philippo II. ejusque successoribus potestatem fecit, (f) nominandi personam idoneam in Theologia Magistrum, aut in Decretis Doctorem seu Licentiatum, nobilium Universitatum more (diligenti scilicet examine præcedente) promotum, quem summus Pontifex Ecclesiæ Ultrajectinæ, ad ejusmodi propositionem, in Archiepiscopum præficeret; idque non pro primâ dumtaxat vice, sed quotiescumque dictæ Ecclesiæ vacatio contingeret. Hoc primum Ecclesiæ Ultrajectensis statutum, hæc prima lex.

1559. Paulus IV. reliquas leges adjicere non potuit; eodem enim Anno quo novorum Episcopatuum erectionem fecit, è vivis ereptus est 18. Augusti. Elapsis vix quatuor mensibus successit Pius IV. qui instante Rege Philippo & procurante Margareta Parmensi Belgii Gubernatrice, præstitit id quod Prædecessor ejus, morte præventus, conficere non potuit, distinguendo scilicet novorum Episcopatuum limites, & necessarias ac pertinentes dotes singulis attribuendo. Emanavit igitur die 11. Martii 1560. Bulla Pii IV. quæ incipit *Ex injuncto nobis Apostolicæ servitutis officio*.

Cùm huic Pontifici compertum esset, quod antiqui proventus Mensæ Episcopalis Trajectensis olim uberrimi, sic sensim deperiissent, ut ad tuendum Dignitatis Archiepiscopalis statum minimè sufficerent, eidem de ampliori dote consulere voluit, (g) attribuendo nimirùm Ultrajectensi Archiepiscopo bona quædam, decimas, proprietates & jura ad Monasterium S. Pauli Trajectensis, Ordinis S. Benedicti pertinentia, quæ Pontifex ab eodem Monasterio separavit, divisit atque dismembravit in perpetuum.

Præterea eidem Archiepiscopo attribuit idem Pontifex (h) primum Canonicatum cum præbenda in singulis quinque Trajectensibus Capitulis, aut vacantem tunc, aut proximè quocumque modo aut tempore vacaturum.

Porrò concedit Pontifex eidem Archiepiscopo tamquam in singulis Ecclesiis Canonico Capitulari, (i) locum, vocem & auctoritatem super Decanum & Canonicos cum jure percipiendi fructus etiam in primo anno, nullius ad hæc requisitâ licentiâ.

Quia verò vasta erat Diœcesis Ultrajectina, & Archiepiscopi ampla Provincia, & illa omnium prima hæreticorum irruptionibus obnoxia existebat, eruditorum virorum copiam ad meliorem orthodoxæ fidei defensionem & Ecclesiasticæ jurisdictionis conservationem habere perpetuò necesse fuit. Hinc idem Pontifex decrevit, (l) ut ex Canonicatibus & Præbendis Cathedralis Ecclesiæ Ultrajectinæ, novem vacantes tunc aut proximè quovis modo & tempore vacaturi, cederent & in perpetuum tribuerentur novem Graduatis ex Diœcesi oriundis, quorum tres essent in Sacra Theologia Magistri aut Licentiati, tres Decretorum Doctores aut Licentiati, & tres Nobiles, etiam in Jure vel Theologia saltem Licentiati, in famosa quapiam Universitate Studii Generalis promoti.

Hi omnes & singuli, ratione suarum hujusmodi præbendarum, consilium & operam in negotio Ecclesiæ & Religionis, cæterisque

(e) Vide Appendicem N. III. (f) Vide Appendicem N. IV. (g) Vide Append. N. V. (h) Vide Append. N. VI. (i) Vide Append. N. VII. (l) Ibid. N. VIII.

ART. II. Erectio Sedis Ultrajectinæ in Archiepiscopalem.

que difficultatibus, Archiepiscopo requirente, tam conjunctim quàm divisim præstare tenentur.

Horum Canonicatuum *Graduatorum*, ut loquimur, collationem concedit Pontifex (m) ipsi Archiepiscopo pro prima vice, posteà verò, ubi ex his aliquem vacare contingeret, provisionem fieri voluit per Canonicos Graduatos superstites simul cum ipso Archiepiscopo.

Et quoniam hæreticorum studia, temporisque malitia, viros doctos ab Ecclesiis suis diutiùs abesse non patiebantur, statuit Pontifex, ut hi Canonici Graduati strictè residerent apud Ecclesiam Ultrajectinam, adjectâ pœna, ut si per duos menses abfuissent, integros suæ præbendæ fructus illius anni amitterent, nisi ab Archiepiscopo missi fuissent.

Reliquorum verò Canonicatuum collationem jure pristino manere censuit Pontifex (n) penes *Turnarium* ut loquimur, exceptis scilicet Mensibus Apostolicis, ad Papam ut anteà pertinentibus.

Hæc summa legum & statutorum quibus Ecclesia Ultrajectina, Sedes Archiepiscopalis, ac Capitulum Metropoliticum subjecta sunt, quorum memoriam ut faciliùs habeant Ultrajectini, reducimus illa ad septem Capita.

Primò igitur statuit Pontifex atque decrevit, ut Sedis Archiepiscopalis Ultrajectinæ provisio omnibus retrò temporibus fieret ad nominationem Philippi Regis & Successorum ejus, quâcùmque anteriori consuetudine sublatâ.

2º. Ut Archiepiscopus Ultrajectinus in singulis quinque Trajectensibus Ecclesiis obtineret Canonicatum & Præbendam cum Prærogativa honoris & auctoritatis super Decanos atque Canonicos.

3º Ut novem Canonicatus & Præbendæ Ecclesiæ Metropolitanæ vacantes aut primò vacaturi, affecti essent novem Graduatis qui Archiepiscopo consilio & operâ præstò essent.

4º Ut horum Canonicatuum collatio pro primâ vice esset penes Archiepiscopum solum, deinceps verò penes totum Graduatorum Collegium.

5.º Ut hi Canonici continuò apud Ecclesiam Ultrajectinam residerent.

6.º Ut in provisione reliquorum Canonicatuum Pontifex retineat suos Menses.

7.º Ut in aliis mensibus obtineat electio per vices, seu per Turnum.

Commemorat Heussenius (o) offensas & motus ob novarum sedium erectionem exortos Ultrajecti, & narrat quinque Ecclesiarum Capitula eorumque Prælatos contradixisse, graviterque apud Margaretam Parmensem conquestos, nonnulla sua Jura lædi; ad quam etiam Delegatos miserint cum articulis pro moderanda Pontificis Pii IV. Constitutione conceptis, ad Sedem Apostolicam dein referendis; obtestantes nihilominus ac promittentes, se ratùm habituros quidquid novi juris à Pontifice concessum, aut antiqui sublatum esset, sub hac sola stipulatione ac pacto, scilicet ut Archiepiscopus Ultrajectinus quinque præbendas in singulis Ecclesiis sibi attributas, acceptare, & novem Graduatas conferre teneretur, cùm has & illas vacare contingeret per obitum in Mense Apostolico, & non aliter. Quibus id Auctoribus comperent Heussenius, silet, & se tacitus aufert.

Ut ut est, nulla harum querelarum ratio habita fuit, & acquiescere jussi sunt Ultrajectini. Has tamen adducere visum est, ut cumulatiùs constaret, agnitos semper à Capitulis fuisse Menses Apostolicos.

Hôc & præcedenti articulo egimus de modo ac jure quibus Ecclesiæ Ultrajectinæ de Archiepiscopo antiquitùs provisum fuit, & deinceps provideri debuit. Moderni Sacerdotes Ultrajectini antiquum & sublatum jus electionis, quod Capitulo competiit, ad ipsos, (nescio quâ propagatione) transmissum esse somniant, & hoc est primum certamen quod Nobis injiciunt; sed ne Historiæ filum interrumpamus videri potest Dissertatio I. huic operi subjecta.

ARTICULUS III.

De Metropolitana, Collegiatis & Parochialibus Ecclesiis Civitatis Ultrajectensis.

EXpositâ jam novâ gloriâ Sedis Ultrajectensis in Metropolitanam erectæ, non abs re erit paucis dare statum, ordinemque Ecclesiarum omnium Civitatis Ultrajectinæ, cùi quòd uni, ex novo jure Constitutionis Apostolicæ, aucta sit dignitas, aliis diminuta libertas.

Quinque fuerunt Ultrajecti Ecclesiæ Collegiatæ à nobis enumerandæ, Parochiales verò quatuor. De Regularibus porrò inquirere, præsens institutum non exigit.

Duæ sunt Ultrajecti Ecclesiæ admodùm vetustæ; una *Major* dicta, S. Martino dedicata quæ & Cathedralis olim & jam Metropolitana; altera S. Salvatoris, quæ Collegiata,

(m) Ibid. N. IX. (n) Ibid. N. X.

(o) Bat. Sac. Par. 2. fol. 10.

legiata, & S. Bonifacii Ecclesia passim nuncupata. Utra esset vetustior semper disputatum fuisse tradit Heussenius, (p) & propter has de primatu & antiquitate contentiones utrique datum esse, (aut saltem vulgò ita creditum) Jus eligendi Episcopum; utriusque etiam Ecclesiæ Canonicos *Dom-Heeren* appellatos. (q) Conradus Episcopus Ultrajectinus XXII. Anno 1088. in celebri ordinatione Capitulari, Henrico IV. Imperatore præsente, concepta, asserit Ecclesiam S. Salvatoris, cum Majori simul esse fundatam & dotatam, ipsique annexam fraternitate speciali, ideoque illam eximit à subjectione erga Ecclesiam S. Martini, & confirmat Antecessorum suorum Decreta, quibus statutum fuerat, ut Ecclesia S. Salvatoris posset sibi Præpositum eligere, ubi aliæ tres Ecclesiæ Collegiatæ Ultrajectinæ Præpositum debebant accipere ab Ecclesia Majore, & è gremio Capituli Cathedralis. Plura refert de utraque Ecclesia Jacobus De La Torre Archiepiscopus Ephesinus, Vicarius Apostolicus, in *Relatione* à nobis danda inter adjecta MONUMENTA. (r) Sed cum illa non faciant ad scopum nobis præfixum, Lectorem eò remittimus, si animum velit pascere refricando sanctam piamque memoriam temporum Catholicorum. (s)

Ecclesia S. Salvatoris dudum destructa fuit, quare Canonici & Præbendati, de quorum numero infrà, conveniebant in Abbatia S. Pauli.

ART. III. De Ecclesiis Ultrajectensibus.

Tertia Ecclesia Collegiata B. Mariæ Sacra. Perstat illa etiamnum, Choro tamen ad profanos usus concesso.

Quarta Ecclesia Collegiata Principi Apostolorum B. Petro dicata fuit.

Quinta porrò, Præcursori Domini S. Joannis Baptistæ nuncupata, quæ Præpositum habebat pluribus insignibus dominiis imperantem.

In quinque his Ecclesiis, quarum Capitula habuerunt jus eligendi Episcopum Ultrajectinum, universim erant Canonicatus centum & quadraginta, quos in prædicta *Relatione* enumerat Ephesinus, videlicet.

1. In Cathedrali S. Martini Canonici. - - - - - - 40.
2. In Ecclesia S. Salvatoris Canonici. - - - - - - 20.
3. In Ecclesia S. Mariæ Canonici. - - - - - - 30.
4. In Ecclesia S. Petri Canonici 30.
5. In Ecclesia S. Joannis Baptistæ Canonici. - - - - 20.

140.

Parochiales Ecclesiæ fuerunt quatuor; ac prima S. Mariæ Majoris (Heussenius (s) habet *Minoris*) quæ & Ecclesia Civilis dicta, vulgò *Buurtkerck*. Altera S. Jacobi Majoris Apostoli. Tertia S. Nicolai, & quarta S. Gertrudis Virginis, de quibus plura Ephesinus. (u)

ARTICULUS IV.

De Frederici Schenckii primi Ultrajectensium Archiepiscopi inauguratione, gestis, & morte.

Decesserat è vivis VI. Kal. Octob. Anno 1559. Georgius Egmondanus sexagesimus Ultrajectensium Episcopus. Eodem Anno, vivente etiamnum Georgio, Paulus IV. sedem illam erexerat in Archiepiscopalem & Metropolitanam. Philippus II. Hispaniarum Rex indulto seu privilegio nominandi sibi à Pontifice concesso uti volens, ad vacantem Cathedram nominavit Fredericum Schenck è Baronibus de Toutenburch, Ecclesiæ S. Petri Ultrajecti Præpositum, Virum Nobilem, eruditum, ac meritis clarum. Assensum præbuit Pius IV. & Schenckium Ultrajectinæ Ecclesiæ Archiepiscopum præfecit litteris Apostolicis Mense Maio Anni 1561. Romæ datis.

Cùm de adeunda Sede ageretur, obluctati sunt Prælati, & Capitula quinque Ecclesiarum, quòd Bullas Pontificias officere dicerent (v) suis Privilegiis, exemptionibus, & collationibus, Jurisdictioni Ecclesiarum, & Archidiaconorum Prælatorum quoque juribus, aliisque: sed intervenientibus Ministris Regiis, in solemni quinque Capitulorum consessu, emissâ tamen ab iis in hanc rem protestatione, inauguratus est Schenckius die decimâ tertiâ Novembris ejusdem Anni 1561.

De Frederico Schenckio illustre testimonium reliquit SUFFRIDUS PETRI in *Appendice ad Bekam* quod hic adscribendum re-
mur. „Hic, cùm naturali humanitati æquo
„prudentiæ suæ, parem divinarum
„humanarum rerum cognitionem indefati-
„gabili studio addidisset, ita ad Episcopa-
„lem Cathedram accessit, ut qui ad omnia

B

(p) Bat. Sac. in Proleg. pag. 9. (q) Ibid. Part. 1. p. 136. (r) Vide Append. N. XI. P. Q. R. (s) Bat. Sac. part. 2. fol. 114. (t) Bat. Sac. par. 2. fol. 14. (u) Vide Append. Monum. N. XI. S. (v) Bat. Sac. P. 2. fol. 13.

ART. IV. De Frederici Schenckii Gestis.

„ nia munia Episcopo digna egregiè paratus esset. Itaque ab ipso statim initio in hunc usque diem gregem suum non modò externis pietatis operibus sustentat, assiduâ suâ præsentiâ confortat, verùm etiam doctissimis concionibus erudit, probatissimis exemplis exsuscitat ad cultum Ecclesiasticæ, civilisque justitiæ. Quod quidem utrumque, quò & vivens in pluribus cum fructu præstet, & post mortem nihilo minus indesinenter agat, scriptis editis non modò Theologicis hæreses confutat, sed & juridicis abusus fori purgat. Utrobique autem veram erga Deum pietatem, erga proximum charitatem docet. Ita ille de Præsule in vivis existente.

Fredericus Schenckius optimè præfuit, & Clero, atque Ecclesiæ suæ prospiciens, salutaria statim illi monita præscripsit. Anno dein 1565. convocavit Concilium Provinciale, cui interfuerunt Episcopi suffraganei omnes; Nicolaus à Nova-Terra Harlemensis, Nicolaus de Castro Middelburgensis, Joannes Knyf Groeningensis, Remigius Druitius Electus Leovardiensis, Joannes Mahusius Electus Daventriensis, nec non Wilhelmus Lindanus Ruremundensis, non ut Comprovincialis, sed tamquam Decanus Hagæ-Comitanus Diœcesis Ultrajectinæ. Breviter hæc descripsit in sua *Relatione* Archiepiscopus Ephesinus, & patent ex actis Concilii ab Heussenio (x) datis. Utrobique etiam recensentur Abbates, Prælati, atque Canonici, qui eidem Concilio adfuerunt.

Multis actum de sacri Concilii Tridentini publicatione atque observantia. Primâ statim sessione, habitâ die decimâ Octobris 1565. Episcopi, Abbates, Archidiaconi, Præpositi, & Decani, ac Canonici omnes, uno ore declararunt, se amplecti omnia & singula in dicto Sacro Concilio Tridentino acta, concernentia Fidem, Sacramenta, & Ritus Ecclesiæ Catholicæ, & se penes illa vivere velle & mori. Proinde mandata est publicatio, facienda in Metropolitanæ Ecclesiæ Choro, publicè legendo omnes & singulos articulos in sacro Concilio Tridentino decretos etiam circa *Reformationem*; quæ quidem lectura plures dies tenuit. Reclamarunt rursus Archidiaconi, Prælati, & Capitula quinque Ecclesiarum contra Decreta de *Reformatione*, quibus jura sua lædi querebantur. Absolutâ porrò publicatione Concilii Tridentini, & auditis in Synodo quinque Capitulis, cùm nulla moderatio aut interpretatio esset permissa, Archiepiscopus, & Episcopi, omnibus & singulis in virtute S. obedientiæ, atque sub pœnis & Censuris in Tridentinâ Synodo expressis præceperunt omnium & singulorum Decretorum observantiam, rejecta penitus quinque Capitulorum protestatione, & conclusa est Synodus die trigesimâ ejusdem Mensis. Decreta porrò, quæ reformationem spectant, in praxim deducta fuisse, testatur Ephesinus. (y)

De Ecclesiæ etiam suæ statu atque ordine sollicitus, ut Pontificiæ providentiæ non deesset, Canonicos Graduatos in Metropolitana Ecclesia constituit ex Bulla Pii IV. Sed ex novem Præbendis, quarum ei competebat pro prima vice collatio, durante vitâ, tantùm contulit quinque, inquit Bat. Sac. par. 2. fol. 22. Adeò novenarius Graduatorum numerus completus fuit numquam.

Miserrima namque erat sub id tempus Ecclesiæ Ultrajectinæ facies, quinimò totius Belgii; jam enim hæretici cuncta terrore repleverant, & Archiepiscopus Schenckius mediis in angustiis versabatur. Anxietates has atque terrores, & Rei Catholicæ ruinam oculis subjicimus, ut de Ecclesiæ Ultrajectinæ ejusque Capituli statu, seu potiùs interitu rectè pronuntiemus.

Videat Schenckius (z) Iconomachiam jam ab Anno 1566. fœdè grassantem per Belgium. Immodesta plebs, suscitata ab his qui novis rebus studebant, in Flandria primùm manus extendit ad sacras statuas & imagines, ad cruces quoque in viarum compitis ruri erectas. Cùm hæc petulantia nequidquam malè cederet, crevit audacia, & in ipsa Gandavensi Civitate nec templis nec Monasteriis parcitum; pictæ imagines, tabellæ sacræ, statuæ Sanctorum, Sacraria, Altaria ipsa dejecta, conculcata; in ipsa etiam sepulchra & ossa sepultorum sævitum furiosè. Aliò statim velociter transiit, velut fulgur, indomitum malum & potentissimas quasque Belgii civitates atque oppida adeò afflixit, ut tridui spatio quadringentis Ecclesiis stragem intulerit. Immanem cladem rebus sacris Antverpiæ illatam, repulsam Mechliniæ fœditatem, ignavè toleratam tùm Liræ, tum Hagæ-Comitis, & per totam Zelandiam deformitatem omitto. Fama impunitæ ferociæ Antverpiensis Ultrajectum delata, cum astutis, ut assolet, mendaciis de accurrente octo millium virorum caterva, qui totam Regionem depopularentur, tam protervos fecerat hæreticos, ut post tentatam primùm, & mox intermissam expilationem Ecclesiæ S. Gertrudis, duas à Magistratu Ecclesias exigerent. Post solutum Concilium super hac rogatione habitum, cùm senatorum unus causaretur absentiam Collegarum, qua ad ejusmodi Senatûs Consultum emittendum minùs fortes existerent (ut Flandricismus habet) regessit Calvinistarum aliquis: *Ut senator petasoni suo adhiberet sinapi, quo fortior evaderet.* Hanc scurrilitatem, inquit Hooftius, propriis verbis refero, ut hoc genus hominum, quale fuerit, depingam.

Sed

(x) Bat. Sac. fol. 25. fol. mihi 98. & seqq. (y) Vide Append. N. XI. O. (z) Hooft in Hist. Belg. vernacula lib. 3.

Sed procax ille temeritatem suam postea capite luit. Intereà Ultrajecti cogebatur Concilium, in quo etiam Confœderatorum aliqui. Senatorum nullus, sive qui pro Nobilibus, sive qui pro Civitatibus aderant, animo cadebat, aut judicio. Verùm existimantes, vix posse pejus aliquid aut acerbius pro temporum conditione contingere, rem cunctando restituendam putarunt, octo dierum inducias pacti, quò rem deferrent ad Belgii Gubernatricem & Principem Auriacum. Arrisisse visa est hæc propositio tribunis plebis, & populus acquievit, dummodò Ecclesiasticis interdicerentur in hæreticos invectivæ, & Franciscanis, atque Dominicanis publicum ministerium omne. Sed soluto Concilio, diutiùs non tenuit hæc pactio. Plebs enim, quæ multo numero armata obsidebat cæmiterium S. Mariæ, æstu jam & fervore nimis progressa, promissis se ligari non sinebat. Prorumpunt igitur, & impetum faciunt in Ecclesiam Civilem, in S. Jacobi templum, Franciscanorum quoque & Dominicanorum, exspoliantes & omnia vastantes brutali feritate. Magistratus seditiosis resistere non valens, Curiam armatis opplevit in sequentem noctem. Die postero novæ conventiones initæ, & procurata tranquillitas aliqua, non tamen sine magno Rei Catholicæ dispendio; nam præter articulos varios hæreticorum securitati concessos, attributa ipsis est Ecclesia S. Jacobi cum promissione evacuandi aliam, si hæc angustior appareret. Improbavit has conventiones Margareta Parmensis, & irritas esse jussit, magno quidem zelo, sed exiguo fructu. Jam enim malum, remedium omne superabat, &, quod turbatis rebus solet, nulli erant, qui exequerentur mandata, qui auctoritatem defugerent, plurimi.

27. Aug. 1566.

Non comperio litteris consignatum, quid interim factitarit Schenckius Antistes, quid Prælati quinquo Ecclesiarum, quid Capitulum. Credibile est illum latuisse, & hos fuisse dispersos. Pastorum certè Institutionem confusam fuisse à mutato regimine, docent Ultrajectenses ipsi. (a) Interim per totam Diœcesim Ultrajectinam quotidiana Rei Catholicæ vulnera inferebantur, nec in templorum direptione stetit furor; jam enim Sacerdotes & Monachi ad necem conquisiti. Crudele spectaculum præbuit sævitia Anno 1572. in Martyrum Gorcomiensium supplicio, & in immanissimis cruciatibus Cornelio Musio illatis, de quibus etiam Acatholici erubuerunt.

(b) Post hæc aviti cultûs conservationi consultum fuit per fœdus Anno 1576. pactum Gandavi inter Flandriæ, Brabantiæ &c. Hollandiæque Ordines, eisquo adhærentes; Unioque ad Fœdus Gandense stabiliendum Anno 1579. per Auriacum Principem Ultrajecti inita ac firmata, sed eodem penè tempore violata, cùm alibi, tum in ipsa Trajectina Civitate, ubi & cultus publicus Catholicæ Fidei, & habitus Clericorum, Monachorumque à prævalente Magistratu interdictus, & Ecclesiastica bona Fisco addicta tradit Auctor Bataviæ Sacræ. Sed piguit ipsum referre mala omnia, quæ Fidei Catholicæ & Ecclesiis Ultrajectensibus, ipsique Capitulo attulit infaustus Tractatus, quinque post *Unionem Ultrajectinam* Mensibus conclusus, nempe die 15. Junii 1579. Tanta erat temporis calamitas, ut ex quinque Capitulorum CONSENSU ET VOLUNTATE (c) conceptum publicatumque fuerit hoc Pactum, quod exstitit Rei Catholicæ ruina, auctoritatis Ecclesiasticæ decidium & ipsius Capituli funus. Adeò ut Epocha disperditionis Religionis Romano-Catholicæ per Fœderatum Belgium, statuatur infelix ille Annus 1579. Instrumentum hujus Tractatûs dedit *Petrus Bor*. (d) Intelligimus porrò, concessum illo Anno Religionis prætensè Reformatæ liberum exercitium in Civitate Ultrajectina, ejusque cultoribus meliores, quàm Catholicis factas esse conditiones. Illis enim attributa statim quatuor Templa. De Parochialibus tria: S. Mariæ vulgò *de Buurkerck*, S. Jacobi, S. Nicolai, & Conventuale FF. Minorum; Catholicis verò unicam tantùm servatam, nempe Parochialem Ecclesiam S. Gertrudis, attributâ in subsidium FF. Prædicatorum Ecclesiâ. Publicas statum processiones abrogatas, Viaticum quoque & sacra Olea non nisi occultè ad ægrotos deferri permissa. Antiquata impedimenta Matrimonii. Prohibitas Congregationes, etiam Ecclesiasticorum. Apostatis utriusque sexûs concessa alimenta ex Monasteriorum reditibus. Prætensè-Reformatos, Beneficiorum Ecclesiasticorum capaces declaratos, multaque alia Fidei Catholicæ eversioni imminentia.

Et Historici Hollandi (e) ad Annum 1580. injurias has atque despectiones accuratè adnotarunt. Comes Renneburgius pro Rege Catholico occupaverat Groeningam, è contrario Daventriæ, Swollis, aliisque per Frisiam locis instaurata Iconomachia, ejectique Catholici. Privati quidam homines commoti ex amissæ Civitatis dolore, & ex incastigatæ seditionis audaciâ concitati, Civitatem Ultrajectensem ampliùs pacatam esse noluerunt. Quarè die 7. Martii 1580. convolarunt ad templa, quibus liberè frui licebat Catholicis ex supra citato publico Tractatu Anni 1579. Spretâ itaque fide publicâ, dejecta sunt Altaria omnia, tanta cum festinatione & ferociâ, ut quamvis id per multis

ART. IV. De Frederico Schenckii Gestis.

(a) Bat. Sac. par. 1. fol. 119. (b) Bat. Sac. Pag. 11. col. 1. (c) By consent ende believen van de vyf Kercken, ofte Godes-huysen binnen Utrecht. (d) Lib. 13. fol. 116. verso. (e) Petrus Bor de Origine Belgicor. tumult. lib. 14. fol. 189. vers. Hooft lib. 16. fol. 703.

ART. IV. De Frederici Schenckii Gestis.

multis displiceret, nemo tamen id impedire ausus fuerit. Ad hæc universi Cives congregantur, & sumunt arma, edicebatque Magistratus, ut plebem sedarent atque dispergorent, donec decenter & ritè peterent, quæ postulanda viderentur. Ægrè hoc impetratum. Obtulerunt tamen articulos duodecim, quibus actutum & sine mora satisfieri voluerunt antequam secederent, & Senatus Ultrajectinus singulis adjecit Decretum. Impetrarunt itaque, ut Religionis Catholicæ exercitium proscriberetur, & ut peregrini & advenæ, qui ejusdem Fidei causâ ab Anno 1571. in Civitate refugium quæsierant, illâ excedere cogerentur. Verùm sessionem Cleri inter Ordines Ultrajectinos abrogari, & omnes quinque Capitulorum Congregationes interdici, frustra, illo quidem die, rogarunt.

Controversia dein delata fuit ad Principem Auriacum, qui partibus auditis, die 23. Martii Amstelodamo misit Decretum Rei Catholicæ exitiosum; (*f*) Ecclesiasticis nostris solùm duo templa attribuens Parochiale scilicet S. Gertrudis, & Regulare PP. Dominicanorum: sanxit, ut reliqua omnia templa, tam QUINQUE CAPITULORUM, quàm Monasteriorum & Conventuum clausa manerent, neque in illis aut aliis publicum Religionis Catholicæ exercitium haberi ullo modo posset. Sic ferebant iniqua tempora, sed hic nondum finis.

Die 18. Junii ejusdem Anni, (*g*) ex auctoritate Principis Auriaci, Prætoris ac Moderatorum Civitatis Ultrajectensis promulgatum fuit Edictum prohibens Sacerdotibus omnibus & Monachis, Catholicæ Fidei cultum publicum intra Civitatem ejusque territorium, sub pœna amissionis Beneficiorum Officiorumque, & pro his, qui nulla possiderent, sub mulcta decem florenorum, donec in puncto Fidei aliter prospiceretur. Interdictum similiter Ecclesiasticis omnibus secularibus & Regularibus utriusque sexûs, publicum gestamen habitûs Sacri. Denique cautum fuit, ut Rectores Monialium, earumque Præfectæ Virginibus sacris permitterent uti atque frui privilegio per anteriores tractatus publicos concesso, nimirum ut vota desererent, claustrumque relinquerent, dum vellent.

(*h*) Hac tamen re plebs non patiebatur se pacari, alia enim rixa orta est Mense Augusto. Et tumultuosa ingenia mussitabant, clenodia Ecclesiastica clanculum è Civitate atque ad hostem deportari. Enimverò variæ res pretiosæ (inter quas duo Monocerotes) amandatæ erant, aliæ in Civitate reconditæ, tametsi in cautelam ne eas amitterent, non verò (quantùm patebat) ut hostem obdurarent. Et de mandato Magistratûs promittebant (*i*) Prochotrophia quinque, datura se operam, quam possent maximam, ut omnia quoad absque periculo fieri id posset, in Civitate Ultrajectina iterum reponi juberentur. Quinimo Canonici S. Joannis declarabant per Magistrum Wilhelmum Veuzels, non volentibus ac scientibus sociis Canonicis aliquam suppellectilem argenteam Embricam delatam esse, seque, ea ut remitterentur, diu & sedulò, tametsi frustra, institisse. Exhibitio ista & denunciatio minuebant pro illo tempore displicentiam effervescentium animorum. Hæc illi.

Ad rem hanc, & ad citatum ab Historicis Edictum respexit Auctor Bataviæ Sacræ, dum ait, (*l*) quod Prælati quinque Ecclesiarum, rati læsionem hanc ipsos maximè tangere, emiserint contestatam denunciationem, sivè ut loquimur, protestationem, quam patrio sermone conceptam ille exhibet. Conqueruntur illi de injuriæ Ecclesiasticis illata, de usurpatis bonis Ecclesiæ, & inclamant Pacificationem Gandavensem, & subsecutam dein pactionem, sive Unionem Ultrajectensem; parati nihilominus scriptis tabulis spondere de non alienandis Ecclesiæ bonis ac reditibus. Usque adeò conculcata erat libertas Ecclesiastica atque immunitas, ut præter lamenta ac querelas & impotentem sine viribus iram, nihil superesset auxilii. Eventus docuit, quàm nihil profecerint quinque Capitula, jam tum morti proxima.

Hoc modo cœpit Ecclesiæ Ultrajectensis ruina, statim etiam completa. Pergit enim (*m*) Auctor Bataviæ Sacræ: „ Vidit lapsum „ hunc avitæ Religionis Schenkus Antistes, „ eumque indoluit, altè ingemiscens cum „ sene Mathathia 1. Mach 2. ℣. 7. *Væ mihi, ut quid natus sum videre contritionem populi mei, & contritionem Civitatis sanctæ &c.* Tædioque ex deploranda „ sorte Ecclesiarum affectus, morboque „ contracto excessit è vivis VIII. Kal. Sept. „ Anno 1580. ætatis 77. sepultus in Metropolitana Ultrajectensi Ecclesia, juxta „ ostium Sacristiæ, ubi ejus tumulus honorificus è lapide lydio etiamnum visitur absque ullo Epitaphio. „

Habemus, quemadmodum Archiepiscopus Schenckius avitæ Religionis lapsum deplorans, dum malis hisce ingemiscit, suo se confecerit mœrore. Infortunatus ille Præsul, qui ipsum illud, quod obtinuit Imperium Ecclesiasticum, à molestiis, contradictionibus, & angustiis omnibus auspicatus est, Ecclesiam Ultrajectinam sponsam suam, viduam reliquit, statim ab ejus obitu afflictam, oppressam, contritam; bonis omnibus, juribus, & prærogativis exutam, & numquam deinceps integritati pristinæ restitutam. Ingrata profectò Ultrajectinis Sacerdotibus Oratio! sed ejus rei veritas in decursu probanda.

A R-

(*f*) Bor. lib. 14. fol. 190. verso. (*g*) Bor. fol. 218. vers. (*h*) Hooft, loc. cit. (*i*) *Capitula quinque Ecclesiarum Trajectensium.* (*l*) Par. 2. pag. 22. (*m*) Ibid.

ARTICULUS V.

De Statu Sedis Archiepiscopalis Ultrajectinæ post obitum Frederici Schenckii.

Art. V. De Statu Sedis Archiepiscopalis Ultrajectinæ post obitum Frederici Schenckii.

ORdo exigit, ut distinctissimè recenseamus illos, qui ad Cathedram Ultrajectinam, & ut Frederici Schenckii Successores futuri, nominati fuerunt ab Hispaniarum Rege Philippo II. ac dein ab Archiducibus Alberto & Isabella, quibus regium in septemdecim Provincias Imperium cessit Anno 1599. Horum nullus in Archiepiscopum Ultrajectinum fuit consecratus.

Diem ultimum clauserat Schenckius VIII. Kal. Sept. sive die vigesimâ quintâ Augusti Anni 1580. Hæretici prævaluerant armis, & nonnulla Catholicis indulserant, donec die decimâ octavâ Junii, cunctis pactis, promissionibusque abruptis, in Civitate Ultrajectina cultus publicus Catholicæ fidei, & habitus Clericorum, Monachorumque interdictus est, & Ecclesiastica bona Fisco addicta; exceptis præbendis centum & quadraginta, quæ in quinque Capitulis fuerant, manebantque. Nihilominus Hispaniarum Rex nondum se Provinciis abdicaverat, quemadmodùm postea Philippus IV. in Tractatu Monasteriensi. Philippus II. illo Anno 1580. plures Provincias occupabat, & quas amiserat facto, pergebat possidere animo. Bellum flagrabat, & sicut antea per Duces suos recuperaverat Valencenas, atque Tornacum, aliaque loca, quæ ab ejus obedientia defecerant, ita nondum abscissa erat spes redituræ aliquando reliqua omnia; quoniam jure gentium, illa est Bellorum lex, ut legitimæ possessiones, non ab instabili armorum vicissitudine, sed à finali tractatu Pacis, quæ omnium Bellorum finis est, metienda sint.

Itaque, vacante jam Sede Archiepiscopali Ultrajectinâ, Philippus II. ad eamdem nominavit *Hermannum Comitem Renneberginum*, S. Salvatoris Ultrajecti Præpositum. Ita Havensius, (n) & ex illo Heussenius. Verùm uterque silet, quam sortem subierit ille. In hoc conveniunt, quod post hunc ab eodem Philippo Rege nominatus fuerit *Joannes Bruhesius*. Erat is (o) Nobilis è Campania Brabantus, Juris utriusque Doctor, Ecclesiæ Metropolitanæ Ultrajectinæ Decanus, nominatus anteà ad Cathedram Groeningensem. Ausus fuerat (p) in publico Ordinum consessu aspera effari in Guilelmum Nassavium, dum ageretur de illo in Gubernatorem adsciscendo, quare è Patria Proscriptus Coloniam se recepit, ubi Metropolitanæ Ecclesiæ Presbyter Canonicus effectus, ibidem obiit 10. Septembris 1600. numquam consecratus Archiepiscopus Ultrajectinus; Vir de Patria optimè meritus, ut Havensius tradidit.

In locum Joannis Bruhesii (q) ab Archiducibus Alberto & Isabella ad eamdem Cathedram Ultrajectinam nominatus fuit *Sasboldus Vosmerus* Delphensis, Hollandus, Sacræ Theologiæ Licentiatus, Decanus Ecclesiæ Collegiatæ Divæ Virginis Hagæ-Comitis. Is cum Archiducum litteris Romam profectus, cùm ad titulum Ultrajectensem consecrari non potuisset, pro majori tum auctoritate tum subditorum commodo, cùm esset Vicarius Apostolicus per Fœderatum Belgium, à Clemente VIII. iisdem Belgii Principibus instantibus, alium titulum *in partibus*, ut vocant, consecutus est, & consecratus Archiepiscopus Philippensis. *ita Ephesinus.* (r) Pòst in Belgium redux, post varia præclarè gesta, multa illic passus ejectusque in exilium, obiit Coloniæ Anno 1614.

Post Sasboldum, ad Sedem Ultrajectinam à Belgii Principibus nullus umquam summo Pontifici nominatus fuit, quidquid obganniant Adversarii. Concessit id nonnemo, qui & *Philippum Rovenium* Archiepiscopum Ultrajectinum fuisse ineptè consensit. Sed habuit is Adversarios nostros nimis liberaliter. Certè Jacobus de La Torre Archiepiscopus Ephesinus (s) cujus auctoritatem defugere non ausint Sacerdotes Ultrajectini, disertis verbis affirmat, Philippum Rovenium Sasboldo successisse in Vicariatum Apostolicum Fœderati Belgii, ad quod munus illum etiam promoverunt Archiducum commendationes. Accepit autem Rovenius eumdem titulum *in partibus*, & Foresti, nobili Abbatia Sanctimonialium Ord. S. Benedicti propè Bruxellas, consecratus fuit Archiepiscopus Philippensis.

Huic, Anno 1640. in Vicariatu Apostolico Coadjutor datus fuit *Jacobus de La Torre*, idem ille, ad alium titulum *in partibus* quoque consecratus, Archiepiscopus Ephesinus. Philippus Rovenius obiit Ultrajecti Anno 1651. id est, tertio anno post Tractatum Monasteriensem, atque ità Regia

C

(n) De Erect. nov. Episc. lib. 1. pag. 53. (o) Vide Append. N. XI. A. (p) Havens. ibid. Bat. Sac. Pir. 1. fol. 44. Hist. Episc. Ultraj. fol. 42. (q) Vide Append. N. XI. B. (r) Ibid. N. XI. E.
(s) Ibid. N. XI. E.

gia nominatio cessavit Rege abdicante, & Provinciis fœderatis nominationem sibi attribuere nec volentibus, nec valentibus.

ART. VI. De Statu Ecclesiæ & Capituli Ultrajectini post obitum Frederici Schenckii.

Hæc pro ratione historiæ. Superest jam lis cum hodiernis Sacerdotibus Ultrajectinis, levis quidem pro re ipsa & decidi facilis, sed mole fabularum, & congerie narrationum ac superstructis argumentis seu potiùs argutiis, gravis & operosa. Movent illi & omni vi volunt, ut Sasboldus Vosmerus & Philippus Rovenius fuerint Archiepiscopi Ultrajectini, & Schenckii successores, sed inversà ratione, & repugnante jure, de qua re videri potest Dissertatio II.

ARTICULUS VI.

De Statu Ecclesiæ & Capituli Ultrajectini post obitum Frederici Schenckii.

AB hujus rei examine, tamquam ab exordio, cum Sacerdotibus Ultrajectinis præsens instituenda est disputatio, ut illi perspiciant, atque intelligant, quod illa ipsa manifestissima Ecclesiæ Ultrajectinæ ruina, egregium sit atque invictum usurpati ab ipsis Ecclesiastici Regiminis argumentum; & quod hinc, etiamsi reliqua deficerent, ex recta ratione statuendum sit, nihil ipsis superesse præter amissi Imperii memoriam ingratam, & aliquando redituri spem vanam. In hac maxima afflictatione, cui & nos condolemus, dirigendus est animus ad Deum, qui solus potest, jacentem in sua humilitate Ecclesiam erigere, & id quod optamus, conficere. Abstinendum igitur fuerat à vindicandis sibi juribus alienis, & postquam legitima potestas intercessit, deponendi fuerant usurpati fasces, quibus Respublica non juvatur, sed premitur, rerum omnium inducitur confusio, animarum pernicies, & Dei atque hominum ira justissima provocatur, cum humanarum pariter atque divinarum legum atrocissimis pœnis. Ruinam Ecclesiæ, & Capituli Ultrajectensis, instituendus sermo probabit. Ordiamur ab illis, quæ post Schenckii mortem acciderunt.

26. Julii 1581.

Vix è vivis excesserat, cùm emanavit Edictum Ordinum Fœderati Belgii, quo Rex Hispaniarum declaratur excidisse omni Dominio & Imperio harum Regionum. Illo ipso tempore (t) Tribuni plebis & plures Cives Ultrajectenses, destructa voluere templa, turres, & Monasteria omnia ad mœnia Civitatis sita, ne hostibus receptaculo essent. Cùm res non sine tumultu procederet, intercesserunt missi à Principe Auriaco, qui solemni decreto statuerunt, ut Ecclesia seu Chorus, duæque turres Cœnobii Aldricani, vulgò *Oudwyck*, quod erat Nobilium Virginum Ord. S. Benedicti extra portam, *Albarum Virginum* dictam, solo æquarentur; Item Monasterium Bethlemiticum, Hospitale S. Crucis, & Capella S. Martini in suburbio *De Weert*. Dein Administratio Bonorum S. Catharinæ, S. Pauli, Carthusianorum, & Canonicorum Regularium, omniumque reliquorum Monasteriorum, tam virorum quam mulierum, Magistratui tributa. Birgittinorum Monasterium *Sclopetariis* concessum. Mandatum Magistratui, ut Ordinum statutum contra Religionis Catholicæ exercitium, ruti obtineret per totum agrum Ultrajectensem; Ut omnes campanæ, præter unam in singulis pagis, in Civitatem adducerentur: Ut illæ, quæ sunt Monasteriorum intra ipsam Civitatem, è turribus deponerentur ad conflandum æris fusi Tintinnabulum pro majori Ecclesia; Ut Seminarium erigeretur pro instituenda juventute in Religione Calviniana; & ut redditus ac proventus Olei, Ceræ, & Vini, cultui Divino tributi, jam Prædicantium, & Ministrorum Calvinianæ sociæ alimento cederent. Sic pessumdata omnia, & quæ conservare placuit, profanis usibus concessa. Tum pro ordinanda Republica, eodem Decreto mandatum, ut qui in consessum Ordinum congregarentur, abjurarent Pontificem Romanum & Regem Hispaniarum, uti declaratos Patriæ hostes. Et hic fuit Ecclesiarum status in Civitate Ultrajectina statim ab obitu Schenckii.

Capitulis porrò lethale vulnus illatum est die 23. Martii 1582. Curiam eo die (u) intrarunt Tribuni plebis, cum Civibus aliquot, eorumque Ductoribus, qui oblato Libello petierunt, ut Sessio Cleri Catholici inter Ordines abrogaretur, sicut in Brabantia, ac diversis aliis in Provinciis factum fuerat. Magistratus Civilis submetuens populum hoc indulsit; sed Clerum ita à suo jure amovere non parvæ difficultatis res erat, maximè cùm Princeps Auriacus Anno 1580. idem petentibus denegasset. Quare ad eumdem deputabantur viri potestate instructi. Sed durante deliberatione, habita sunt Comitia ad partem Orientalem Mosæ, quæ die quartâ Aprilis declararunt, quod quinque Capitula Ecclesiarum Ultrajectensium nullis rebus Provinciæ sese imposterum immiscerent, & quod

(t) Bor. lib. 16. fol. 38. vers. (u) Bor. lib. 17. fol. 19. Hooft lib. 19. fol. 808.

quod Senatus Ultrajectensis nominaret ex toto corpore quinque Capitulorum, Canonicos decem aut duodecim, bonæ fidei & Religionis prætensè Reformatæ, aut eidem addictos, ut à Nobilibus, & à sex Civitatibus, sex aut octo ex ipsis deligerentur, qui primum Ordinum Ultrajectensium Membrum repræsentarent; qui electi, non ut Ecclesiastici, sed tamquam homines seculares haberentur, & Pontificem Romanum atque Hispaniarum Regem ejurarent. Hanc declarationem Princeps Auriacus confirmavit decima quarta Julii subsequentis, & juxta eamdem processum est usque ad annum 1587. cùm rursus (v) displicuere Ecclesiastici, seu Canonici, quamvis jam pro maxima parte Acatholici. Iis tunc, non à Tribunis plebis, sed à Civitatibus Provinciæ Ultrajectensis mota, per Comitem de Nieuwenaer composita fuit, & ex quinque Capitulis electi quinque tantùm, qui Religionem prætensè Reformatam profiterentur, & in Rep. administranda partem haberent.

Pronum est intelligere, Capitulum Ultrajectinum ab inducta Religionis prætensa Reformatione non fuisse extinctum, prout Harlemii aliisque in locis Fœderati Belgii, ubi præbendæ fuerunt publicatæ, & Fisco addictæ. Alia fuit sors Ultrajectensium. Inducta est mutatio duplex, sed quæ cum ratione Capituli, ad normam sacrorum Canonum & cum Religionis Catholicæ disciplina non consistit. Primò Catholicis Canonicis admixti sunt Acatholici; hi, non illi Reip. admoti, ut jam vidimus. Deinde Anno 1622. (x) prodiit Edictum, quo permittebatur quidem, ut Catholici qui tunc erant Canonici, præbendis suis gauderent quousque viverent; ita tamen, ut exinde Catholicorum nullus ad vacaturum Canonicatum eligibilis foret. Unde factum, ut mortuis tandem Catholicis omnibus, Canonicatus & Præbendæ solis Acatholicis cesserint, & Capitulum Ultrajectinum secularisatum sit, ut loquimur.

Ex hoc rerum eventu, unusquisque secum statuet, quod post mutationes jam enarratas, & post redactam Civitatem Ultrajectensem sub potestatem Ordinum Fœderati Belgii verum ac legitimum Capitulum Cathedrale & Metropoliticum ibidem defecerit, prout Ecclesiasticum aliud Imperium omne cessavit, & in hodiernum usque diem cessat atque proscriptum est. Ipsimet Sacerdotes Ultrajectenses hac de re dubitarunt nunquam, ut suo loco videbimus. Inter novissimos Scriptores, qui ipsorum causam juvare conati sunt, apertissimè nobis consentit Anonymus Gallus, qui de antiquo Capitulo loquens asserit: (a) In illud sibi locum paulatim fecisse Protestantes, & integro demum Capitulo potitos, occupando Catholicorum Canonicorum loca simul atque morte vacua efficiebantur. Observandum enim esse, Senatum Populumque Ultrajectensem rebus suis consuluisse longè aliter, atque Harlemensis, & aliarum Episcopalium Civitatum Magistratus, qui ne vestigium quidem antiquæ Capitulorum formæ superesse voluerint, transferendo proventus Ecclesiasticos in Reipublicæ commodum, utilitatemque. Ultrajecti mutatum esse nihil, quantum ad Capituli conditionem & exteriorem formam; Conservatas fuisse Præbendas, & Catholicis Canonicis licuisse earum proventibus gaudere; Hoc unum illos curasse, ut in decedentium Catholicorum loca surrogarentur Protestantes; Inde contigisse, ut intra breve tempus toti dominarentur Capitulo, & verò jam possidere integrum, fruentes Præbendis omnibus, & Canonicos sese dici permittentes. Eos hoc titulo, tamquam qui antiquum Capitulum repræsentent, in Ordinum Ultrajectensium cætum intrare, & in Republica administranda partem capere. Quadraginta jam anni prætererant à mutata Religione, inquit ille, (loquens de tempore Philippi Rovenii, de quo mox,) & Protestantes Capitulum Ultrajectense obtinuerant magnâ ... Art. V.

ART. VI. De Statu Ecclesiæ & Capituli Ultrajectini Post obitum Fr. Schenckii.

(v) Idem Bor. lib. 22. fol. 13. verso.

(x) Vide Append. N. XI.

(a) *Les Protestans s'y establissoient peu à peu, & s'en rendoient les maitres, en prenant la place des Chanoines Catholiques, à mesure que ces derniers mouroient. Car il est à remarquer que les Magistrats ne se conduisirent point à Utrecht, comme ils firent à Harlem, & aux autres Villes Episcopales, où ils ne laisserent aucune trace de l'ancienne forme des Chapitres, & transporterent aux besoins de l'Etat les revenus de ces Eglises. Icy ils ne changerent rien dans la forme exterieure du Chapitre, ils conserverent les Prebendes dans leur entier, ils laisserent même jouir les Chanoines Catholiques du revenu de leurs Benefices; mais ils avoient soin, à mesure qu'ils mouroient, de substituer des Protestans en leur place, de sorte qu'ils ne pouvoient être long temps sans devenir les seuls maitres de ce Chapitre; & en effet, il est maintenant occupé par les Reformés, qui en possedent toutes les Prebendes, & portent publiquement le titre de Chanoines. C'est même en cette qualité, & comme representant l'ancien Clergé, qu'ils ont seance aux Etats de la Province, & qu'ils prennent part au Gouvernement. On comptoit alors plus de quarante ans depuis le commencement de la Revolution; & les Protestans avoient deja gagné un grand terrein dans le Chapitre. Il ne restoit plus qu'environ 20. Chanoines Catholiques, la plus part assez distraits sur les affaires de la Religion, & peu attentifs à conserver les droits de leur Eglise: AINSI CE CHAPITRE AUTREFOIS SI CELEBRE NE POUVOIT EVITER DE PERIR.* Memoire pour l'Eglise & Clergé d'Utrecht Pag. 4. & 5.

ART. VI. De Statu Eccleſiæ & Capituli Ultrajectini poſt obitum Frederici Schenckii.

nà ſui parte; qui ſupererant è Catholicis Canonicis vixdum viginti, curam Religionis neglexerant, de conſervandis Eccleſiæ juribus parum ſolliciti, ITA UT, CELEBERRIMUM ILLUD OLIM CAPITULUM NON POTUERIT NON INTERIRE.

Hæc de juriſdictione ac prærogativis ſecularibus ablatis, cum plena noſtra adſtipulatione, atque ex vero protulerunt Adverſarii. Sed addere debuiſſent, quod, præter præbendas Canonicis Ultrajectinis ereptas; præter ablatum Chorum; everſa Altaria; Decimas, Cenſus, ac proventus Eccleſiæ Acatholicis tributos; Capitulum, Miniſtrorum ſeu Prædicantium Conſiſtorio aſſignatum; Palatium Archiepiſcopale Gubernatori Civitatis conceſſum &c.; ablata etiam, interdicta, atque proſcripta fuerit tota ſpiritualis Juriſdictio, & Eccleſiaſticum Imperium, imò ſacri habitûs geſtamen, & cultus publicus Religionis Catholicæ. Proinde difficile intellectu eſt, quam ſpem perſequantur illi, dum veluti gementes ac plorantes enarrant, quod ſuperſtites illi Canonici (tempore Philippi Rovenii) (*b*) haud *fuerint ſoliciti de conſervandis Eccleſiæ juribus*. Cui amabo rei ſollicitudinem ſuam impendiſſent? Si velis, ut Canonici illi debuerint in Choro ſtatutis horis pſallere, & officia divina peragere; reſpondebunt; Chorum peregrino cultui jam diu traditum fuiſſe, ſuppellectilem ſacram expilatam, Altare deſtructum, Sacrarium contaminatum, campanas quibus populus admoneretur & Clerus conveniret, ablatas fuiſſe, quinimò ipſum habitum ſacrum aut Eccleſiaſticum defuiſſe. Si ad locum Capitularem illos remittas, ut Epiſcopo præſidente regant, doceant, corrigant; quid hic non adverſi occurret? In locum ipſorum ſubintraverunt alii; Epiſcopum à multo jam tempore habent nullum; regendi auctoritas data eſt aliis; docendi munus ablatum; corrigendi tempus exceſſit. Quid igitur hoſce Canonicos ſuperſtites facere volunt ipſi? Niſi fortè doleant, quod proventus Eccleſiaſticos dilabi & perire ſiverint. Sed hic adfuit vis major. Et quare hoſce Canonicos volunt de *juribus Eccleſiæ eſſe ſollicitos*, cùm ab Anno 1579. extirpata fuerit Religio Catholica? Majorum igitur ſocordiam increpare debuerant, ſi tamen illi ſocordes, & non potiùs impotentes fuerint ad conſervanda Eccleſiæ & Capituli Jura.

Videor mihi ex hactenus dictis concludere poſſe, quod poſt mortem Schenckii everſa ſit Sedes Archiepiſcopalis Ultrajectina, & Capitulum Cathedrale interierit; adeò ut moderni Sacerdotes Ultrajectini ruinam hanc agnoſcentes, & reſpicientes opprobrium ſuum, exclamare debeant cum Jeremia Propheta: (*c*) *Hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos, domus noſtra ad extraneos*. Non exprobrandi animo (quod abſit) ſed commiſerationis affectu hæc dicuntur.

Hic ſi Nobis conſentirent Adverſarii darent gloriam Deo, & veritati; ſed quia ad incitas redacti forent, & ad uſurpati Regiminis Eccleſiaſtici confeſſionem, anguſtias haſce evitare conantur, ſuſtinentes Sedem Epiſcopalem Ultrajectinam, non obſtantibus præmiſſis, non eſſe everſam aut confractam; perſtare & perdurare etiamnum Capitulum Cathedrale, ſupereſſe Canonicos, & in his juriſdictionem Spiritualem per Diœceſim Ultrajectinam. Utuntur exemplo Sedis Romanæ, quæ ſub tyrannorum perſecutione gemuit, oppreſſa fuit, nec tamen everſa; ſed in hodiernum diem perſeverans & uſque ad finem ſeculorum perſeveratura. Huic objectioni ſatisfit in Diſſertatione III. Conſuluerunt inſuper quinque Juris Doctores Lovanienſes, qui Anno 1717. reſponderunt, Eccleſiam Ultrajectenſem non habendam eſſe veluti collapſam, omni jure & juriſdictione exutam, & ad conditionem nudæ Miſſionis redactam. Horum argumentis occurritur in Diſſertatione IV.

ARTICULUS VII.

De Vicariatu Apoſtolico Sasboldi Voſmeri Archiepiſcopi Philippenſis.

SAtis abundanter exhibuimus quaſſatam Rempublicam Ultrajectinam, profligatam Religionem Catholicam, & ignobilem conditionem Capituli Cathedralis, quod Ultrajecti fuit. Jacta erat alea. Victrices Provinciæ decreverant regnare, libertas conſcientiæ jura dabat, novumque formabat imperium. Arma ſumpſerant, ut tenerent Religionem quam vellent, ut arcerent Inquiſitionem, qua impedirentur amplecti quod luberet; & ut delerent Epiſcopatus quorum tribunalibus parem cum Inquiſitione poteſtatem, & inde par periculum dicebant.

Fœdè collapſam tunc fuiſſe (*d*) Eccleſiam Batavam, agnoverunt & faſſi ſunt Adverſarii. Sasboldus ipſe, (*e*) Anno 1597. Gaudià ſcribens ad quemdam P. Oliverium, re-

ſtatur

(*b*) Ab Anno 1614. ad 1651. (*c*) Thren. 5. v. 2. (*d*) Bat. Sacr. pag. 46. (*e*) Ibid. pag. 47.

1580. statur invenisse se *confusa omnia*, dum *ante septemdecim annos* in illas partes venit et, & perturbatum vidisse Ordinem, excepto quod Vicarius Harlemensis multa laudabiliter restituerat. De restitutis Ultrajecti rebus Ecclesiasticis non meminit, & rectè. Nullus enim affirmare id potest ex vero. Canonici undique errabant dispersi, curam Religionis neglexerant, & de conservandis, ut diximus, Ecclesiæ juribus, nihil quidquam erant solliciti. Parochi, & animarum Rectores, nec fervido magis zelo erant, nec majori constantia. Imò à mutato regimine sensim primæva Pastorum institutio confusa fuit, Sacerdotibus, qui Ultrajecti sat frequentes erant, nullo servato ordine sacra administrantibus, ut Adversarii (f) adnotarunt haud incommodè. Qui restitueret ordinem Episcopus, nullus erat, Schenckius obierat.

Interim jacebat Religio, Fides exulabat, Ecclesia patiebatur. Supererant tamen Ultrajecti & per Diœcesim Fideles magno numero. Episcopi partes, in his quæ jurisdictionis sunt, implere poterat, & porrò debebat Capitulum Cathedrale (si non periisset) eligendo, constituendoque Vicarium Capitularem, Sede nimirum vacante per obitum Schenckii. Sed adeò iniqua fuere tempora, ut hic jurisdictionis actus exerceri numquam potuerit. Etenim post ablatas prærogativas seculares, post proscriptum Religionis cultum, & habitus Clericalis seu Ecclesiastici gestamen interdictum, spiritualis quoque potestas & jurisdictio cessavit. Quis hic derelictæ Ecclesiæ succurret? Vidit has miserias Nuntius Apostolicus Gregorii PP. XIII. qui cum gravi animi mœrore conspiciens Diœcesim Ultrajectinam Pastore destitutam esse, Auctoritate Apostolica huic gravissimæ necessitati providit, constituens Sasboldum Vosmerum Vicarium Generalem in spiritualibus; supplens, non jam negligentiam Capituli, sed impotentiam.

Institutionis litteras hactenus nancisci non potui, sed consentiunt Adversarii (g) Sasboldum à Nuntio Apostolico constitutum fuisse, & profitentur litteras in ipsorum existere potestate, quarum etiam fragmentum adducit Erckelius his verbis: (h) *Cum non sine gravi animi mœrore Diœcesim Ultrajectensem Pastore destitutam cernamus ..... Auctoritate Apostolicâ nobis concessâ, te Vicarium Generalem in spiritualibus facimus.* Per interposita puncta, omisit Erckelius ea, quæ sibi, suisque displicuerunt, sed quæ pro veritate historiæ exprimenda erant, ut de rerum gestarum certitudine, & de collata Sasboldo potestate integrè constaret, atque perfectè. Abhorrent illi à quibusque facultatibus, quæ pendent ab arbitrio concedentis. Nuntius tamen, instabili illo tempore & incertis rebus, putavit Sasboldum collapsæ Ecclesiæ præficiendum non esse, nisi *ad suæ libitum*, & ut à Vicarii Generalis *Officio removeri & revocari posset*, cùm mutatis in melius rebus, vel prout causa reposceret id ita expedire videretur. Locupletissimus hic nobis testis est Clemens VIII. in Brevi Apostolico (i) quod alia de causa ad Sasboldum, jam Archiepiscopum, dedit Anno 1602. De Nuntii *arbitrio* in Sasboldi ad officium Vicarii deputatione mentionem facit atque testimonium alterum profert idem Pontifex in alio Brevi ad eumdem dato, quod Erckelii fide, damus etiam inter Monumenta. (l)

ART. VII. De Vicariatu Apostolico Sasboldi Vosmeri.

Anno igitur 1580. à Nuntio Apostolico Ecclesiæ Ultrajectinæ præficitur. (m) Excitanda erat velut è cineribus Fides Catholica, vacillantes & titubantes fovendi, confirmandique, & errantes reducendi. Quare visum fuit Gregorio XIII. Anno 1583. eumdem Sasboldum creare Vicarium Apostolicum, non jam solius Diœcesis Ultrajectinæ, sed Fœderati Belgii universi. Ob difficilem autem ad S. Sedem accessum, dedit ei Pontifex amplas facultates; recursum tamen in difficilioribus ei relinquens ad Nuntium Coloniensem, seu ad tractum Rheni, & inferioris Germaniæ partes; cùm in Belgio Nuntius Apostolicus nullus adesset, quia nec eo Princeps aderat.

Non consentiunt hic Nobis Adversarii: & quanta fuit olim, acerbis illis temporibus, Rei Ecclesiasticæ perturbatio; tanta inter ipsos lis est, incertitudo, & confusio temporis, quo Sasboldus Ecclesiæ Ultrajectinæ Regimini admotus est, quod tamen non levis momenti est, ad rem quam habemus præ manibus. Ephesinus apertè assignat Annum 1580. Et Sasboldus Anno 1597. ad Oliverum scribens, ut jam statim adnotavimus, *ante Annos septemdecim se ad illas partes accessisse* testatur. Si computum ineas, Ecclesiæ Ultrajectinæ curis admotum invenies eodem Anno 1580. ab Ephesino, & à Nobis constituto. Id Nuntii auctoritate factum, probant ipsimet. Nihilominus contendunt, Sasboldum à Capitulo Ultrajectino electum Vicarium, pluresque alios, usque ad Annum 1602. & nituntur auctoritate *Relationis* (n) Archiepiscopi Ephesini. Sed hic pugnant vagâ, illaboratâque oratione, Documentis nullis, argumentis frigidis, & probant

D

(f) Ibid. pag. 119. col. 5.

(g) *Apres la mort de Frederic Schenck qui suivoit de si prés le commencement des troubles, Le Nonce Apostolique etablit Sasboldus Vicaire General de l'Eglise d'Utrecht.* Memoire &c. pag. 24. Vide Batav. Sacram. Par. 2. fol. 46.

(h) Protest. denuò asser. pag. 19. Edit. Lat. (i) Vide Append Monum. N. XIII. (l) Ibid. N. XIV. (m) Ibid. N. XI. C. D. (n) Ibid. cod. N. XI. Litt. I.

ART. VII. De Vicariatu Apostolico Sasboldi Vosmeri.

bant id, quod causæ ipsorum officit quàm quod maximè; nempe, summam rerum omnium confusionem extitisse, & solum Sasboldum Rei Catholicæ & Ecclesiæ Ultrajectinæ præfuisse, extraordinariâ potestate Sedis Apostolicæ. Vide Dissertationem V.

Cæterùm sedulus erat Sasboldus, & multo Religionis zelo incensus; confirmavit fratres suos ut potuit, inspexit miserias, inquisivit remedia, sed non semper invenit. Contradictores habuit & obtrectatores. Pro restauranda disciplina Ecclesiastica sub Schenckio non satis firmata, & statim deindè collapsa, laboravit multum, ad plurimorum fræna detrectantium, ruborem primùm, dein correctionem. Perhibent, eum à falsis fratribus magnas pertulisse molestias. Durum quoque ei certamen fuit cum Harlemensibus, quibus ut Provicarium suum præfecerat Adalbertum Eggium.

Annus agebatur 1602. Archidux Albertus Belgii Princeps, contra Confœderatas Provincias arma sumpserat, sed infeliciora. Possidebat & ipse animo quæ corpore non poterat apprehendere, nec dimittebat recuperandi voluntatem. Aderant ei ex Provinciis ejecti plurimi, atque exules. Hi, & qui in ipsa Patria sub novo Regimine gemebant, parvis animis fovebant spem aliquam; & Catholicam Religionem, proscripto licet exercitio, servabant in angusto pectore; & in secretis laribus implebant vota, quæ poterant. His succurrere voluit pissimus Princeps, qui de Sasboldi Vosmeri virtutibus ac meritis instructus, eumdem Pontifici Romano nominavit ad vacantem Sedem Archiepiscopalem Ultrajectinam. Sed cùm illa jam collapsa esset atque eversa, neque per Ordines Confœderatos liceret novum Ultrajecti creare Episcopum, mutato statim consilio, alias & clausas (o) ad Pontificem litteras dedit, quas perferret Sasboldus, nescius quid continerent.

In Urbem appulit Sasboldus 17. Aprilis ejusdem Anni 1602. & Mense Septembri consecratus est Archiepiscopus Philippensis *in partibus*. Noluerat Pontifex titulum Ultrajectensem concedere, ne exacerbaret hæreticos, ut refert Batavia Sacra; (p) quo de periculo monitus fuit per secretas & occlusas Archiducis litteras, ut ex verbis ibidem allatis sat superque patet.

Pluribus facultatibus à Clemente VIII. auctus fuit Sasboldus jam Archiepiscopus, quas etiam cum commendatione benignitatis Pontificiæ rursus refert Batavia Sacra. (q) Ad plures alias consequendas rogationem instituit. In Fœderato Belgio erat Canonicatuum & Præbendarum aliorumque Beneficiorum inferiorum, tam in Cathedralibus, quàm Collegiatis aut Parochialibus vel aliis Ecclesiis ingens numerus; nondum publicati erant Beneficiorum proventus, aut Fisco addicti; & quæ in Acatholicorum manus devenerant, sperabantur postliminiò reditura. Ob has causas providus & benignus Pontifex (r) Sasboldo potestatem fecit omnia Beneficia per universam Ditionem Fœderati Belgii vacantia & vacatura, auctoritate apostolicâ conferendi, ut servando servari possent. Hìc rursus nobis molesti sunt Adversarii, & arguunt, Capitulum Ultrajectense perstitisse & non descisse, eò quod Pontifex Sasboldo, aliisque Vicariis Apostolicis supradictam facultatem fecerit, & hi Canonicatus quoque & præbendas in Cathedrali Ecclesia Ultrajectina contulerint.

Quibus tandem detinebimur nugis? Respondendum tamen est, id quod præstamus in Dissertatione VI. Ex qua, ni vehementer fallar, elucescet evidenter, nec jure nec facto probatum esse, quod primitivum Capitulum Ultrajectinum, post res ibidem mutatas, servatum fuerit, aut à communi se ruina exemerit. Sed quia Doctores Lovanienses advocarunt, qui speciosis ipsorum rationibus capti, nec de vero Ecclesiæ Ultrajectinæ statu sufficienter instructi responderunt, ex præsupposita factorum falsissimorum veritate, quod post eversam Sedem Episcopalem, proscriptamque Religionem, conservari *potuerit* Capitulum Metropoliticum unà cum suis juribus, ideò Dissertatione VII. ipsis etiam conamur occurrere.

Refert Auctor Bataviæ Sacræ, quod Sasboldo, pro pluribus prætereà facultatibus apud Pontificem instanti, responsum fuerit semel, iterumque: (s) *Ut jure suo uteretur, & ut in singulis Ecclesiis in quibus Episcopi officia sua nequeunt præstare, ageret tamquam proprius Episcopus.* Hìc iterum attollunt cristas, & quia Sasboldus nonnumquam *Ordinarii* titulum usurpaverit, aut gesserit ea quæ ad Ordinarii potestatem spectare visa sunt; contendunt hunc, quinimò reliquos Vicarios Apostolicos omnes, fuisse veri nominis *Ordinarios*; ut incautis atque indoctis persuadeant, Sedem Episcopalem non esse collapsam, illosque fuisse veros Ecclesiæ Ultrajectinæ sponsos, seu Episcopos. Huic opinioni oppidò ridiculæ, breviter occurritur in Dissert. VIII.

Cùm Romæ pro Consecratione sua subsisteret Sasboldus, grave ei in Patria præjudicium creatur. Crimini quippe ei datum fuit (t) quod à *Nuntio Pontificio* in Brabantia apud Archiducem Albertum agente, commissionem Vicarii Generalis Ultrajectensis, omniumque Provinciarum Generalibus Fœderati Belgii Ordinibus subjectarum petiisset, impetrassetque. Commeritus etiam est culpam erga Patriæ Moderatores,

ex

(o) Bat. Sac Par. I. fol. 48. (p) Ibid. fol. 49. (q) fol. 50. (r) Vide Append. N. XIV.
(s) Bat. Sac. Par. I. pag. 50. (t) Bat. Sac. pag. 50.

ex iis certè capitibus, quæ juxta Catholicæ Ecclesiæ disciplinam, & Delegationis suæ auctoritatem danda ei sunt laudi, & gloriæ. Accusabatur enimverò, quod S. Concilii Tridentini observantiam inveheret, & Bonorum Ecclesiasticorum restitutioni, aut conservationi intenderet; quod Harlemensi Ecclesiæ de Vicario provideret &c. Sed præcipuè reum constituit, quod ab Archiduce obtentâ ad Sedem Archiepiscopalem Ultrajectinam nominatione, Confirmationis à Pontifice impetrandæ gratiâ, Romam profectus, novum in spiritualibus regimen adornaret. Accusationis capita plenius exhibentur in Dica ei scripta à Principe Mauritio, quam *Batavia Sacra* (u) totam adfert, subjungens; Sasboldum de mandato dicti Principis & supremi Senatûs, ex Hollandiæ, Zelandiæ, Frisiæque Regionibus exulare jossum, atque ampli patrimonii confiscatione mulctatum. Adversitates has fortiter tulit, (v) ausus etiam Hagæ-Comitis delitescere, ibique S. Confirmationis Sacramentum administrare. Exilium verò pro majori parte Coloniæ egit.

1602.

Jam Ultrajectensis Ecclesia, & reliquæ omnes per Fœderatum Belgium, ad conditionem nudæ Missionis redactæ erant. Carebant Episcopis & Clero, & qui ad Prælatorum vices supplendas à S. Sede missus fuerat, instabilis factus & vagus, (x) *in magnis angustiis, mediis sordibus & omnium penuria versabatur*, ut de se ipso Sasboldus testatum reliquit. Pastorum (y) quoque institutio defecerat, & qui remanserant Sacerdotes, *nullo servato ordine*, in Sacramentorum se administrationem ingesserant importunè, nulloque mittente. Ob plurimorum quoque defectionem & apostasiam, jam non sufficiebant pro animarum regimine, qui superant. Advocati sunt Lovanio, & aliunde qui suscitarent semen Fidei & conservarent Catholicorum Reliquias in S. Sedis Communione, fideque. Tandem in auxilium venerunt Regulares (z) & primi omnium Patres Societatis JESU Anno 1592. FF. Minores subinde Anno 1614. & post Sasboldi mortem FF. Prædicatores Anno 1620. FF. Augustiniani Anno 1630. Anno sequenti FF. Capucini. FF. Carmelitæ seriùs. Clemens VIII. per Breve Apostolicum (a) inter operarios istos, & desolatæ vineæ cultores necessarium Ordinem constituendum duxit, & omnes Regulares ad Missionem paulatim accedentes, ipsi Sasboldo, ut Vicario Apostolico subesse voluit in his, quæ concernunt administrationem Sacramentorum, doctrinam Catholicam & Ecclesiasticam disciplinam. Sed inimicus homo superseminatat zizania, & oppressus illo, calcatusque agar dissensionum tribulis abundabat, & inter Sacerdotes Seculares Regularesque non conveniebat, ut oportuisset. Inita tamen est concordia inter Vicarium Apostolicum Sasboldum & Franciscum Flerontinum Provincialem Societatis JESU, definitis subscriptisque quibusdam articulis, quorum authenticum apographum teneo, & exhibetur in Batavia sacra pag. 70. & seq.

ART. VII. De Vicariatu Apostolico Sasboldi Vosmeri.

1610.

Interim negociorum moles, exilii necessitas, aliaque impedimenta quàm plurima Sasboldum retinuerant, quo minùs singulorum utilitati, commodisque, & commissarum sibi Ecclesiarum saluti per se ipsum intenderet. Ad aliorum itaque auxilium necessariò confugit, creatis *auctoritate Sedis Apostolica sibi hac in parte concessâ*, Vicariis Generalibus tribus (b) Wilgero à Moerendael, Joanne Wachtelaer, & Jacobo Bool, quibus amplam dedit per universam *potestatem Ultrajectensem, omnesque Metropolim Ultrajectensem Provincias unitas.*

1611.

Sasboldus deinde laboribus fractus, & visceram dolore correptus in morbum incidit, & omnibus Ecclesiæ Sacramentis munitus ultimum diem clausit Coloniæ 3. Maii 1614. *non sine sanctitatis opinione* inquit Heussenius; (c) quod addere placuit, quia ejus virtutibus, laboribus & gloriæ nos detractum volumus nihil.

ARTICULUS VIII.

De Vicariatu Apostolico Philippi Rovenii Archiepiscopi Philippensis.

Sasboldo Vosmero defuncto, Ecclesiæ Fœderati Belgii Vicario Apostolico destitutæ erant: quamvis vix Ecclesiæ superessent, ut testatum reliquerunt Majores nostri, qui in dictis Provinciis non nisi (d) *Catholicorum reliquias* agnoverunt. Non vacabat proindè Sedes Archiepiscopalis Ultrajectina, utpote eversa, & quam Sasboldus numquam impleverat. Non vacabat Dignitas Vicarii Capituli Ultrajectini, quod destructum, atque exauctoratum fuisse supra docuimus. Opus erat Delegato Apostolico; qui

(u) Pag. 52. (v) Vide Append. N. XI. H. (x) Bat. Sac. pag. 53. (y) Pag. 219. (z) Pag. 47. in Append. Monum. N. XV.
(a) Vide Append. N. XIII (b) Diploma damus ex *Batavia sacra*,
(c) Bat. Sac. pag. 56, Col. 2, (d) Append. N. XXV.

Digitized by Google

ARTIC. VIII. De Vicariatu Apostolico Philippi Roveni.

qui Episcopi vices suppleret, & afflictis rebus consuleret. Philippus Rovenius Decanus Aldensaliensis, & posteà Præpositus, destinatus aliquando ex Catholicorum voto Sasboldi viribus fracti Coadjutor, eorumdem precibus, & Nuntii Apostolici posteà Cardinalis Bentivoli commendationibus, adnitente præcipuè Jacobo Jansonio in Universitate Lovaniensi Doctore Theologo, à summo Pontifice Paulo V. constitutus est Vicarius Apostolicus in partibus Hollandiæ & Zelandiæ per Breve Apostolicum, quod inter MONUMENTA damus (e) unà cum facultatibus à S. Sede eidem concessis.

Ea res in confessum venit: adeò ut hodierni Sacerdotes Ultrajectini emergenti inde difficultati satisfacere numquam possint. Etenim si Sasboldus Vosmerus fuisset Vicarius Generalis Sedis Ultrajectensis vacantis, & à Capitulo electus; & ipsum Capitulum post hujus mortem etiamnum superfuisset, jam nos docere deberent, ob quam causam in Sasboldi demortui locum non elegerint alium Vicarium Capitularem: quare tolerarint Capitulares, & patienter, libenterque tulerint, ut Paulus V. quinto post Mense Rovenium crearit Vicarium Apostolicum, uti ipsimet adductis tabulis (f) probarunt. Occinunt Nobis, in hac parte Historiæ, antiquam fabulam, nempè, quod *ad Cleri votum*, aut *Clero eligente* Rovenius Sasboldo successor datus sit; non dicunt *Capitulo eligente*. Sed Clerus in hac Provisione Apostolica nullam partem habuit, & solus Jacobus Jansonius suam hic operam impendit, uti memoriæ prodidit Heussenius (g) qui testem profert Hugonem Grotium apertè scribentem; quod Rovenius *dignitatem suam amicitiæ Jansonii debebat*. Nihilominus postea sibi minimè constans ut ferè semper, ex *Relatione Ephesini* asserit (h) Rovenium per Cleri electionem, & Archiducum præsentationem constitutum fuisse à Paulo V. Vicarium Apostolicum.

Relationem Ephesini hac in parte nihil moror, dum evidenter demonstratum est (i) quantis scateat erroribus in Vicariorum Ultrajectensium enumeratione, & ipsimet Adversarii adnotarunt (l) esse *minus accuratam*, & carere *exactiore crisi*. Magna erant Principum Belgii apud Pontificem, non dico officia, sed merita, ob quæ, ipsis volentibus, Rovenius aliis quibuscumque præferri potuerit in Missionis Hollandicæ regimine. Sed numquam docebunt Adversarii, intervenisse *Præsentationem* aut *Nominationem* Archiducum, quæ ex indulto Apostolico Principibus Belgii concesso, jus daret præsentato. Si libidine teneantur illi, solemni eos sponsione provocamus, hoc ut doceant. Sed memores illos esse volo, quod ad vacantium Sedium Episcopalium provisionem jus Nominationis respiciat, non autem ad Vicarii Apostolici designationem.

In multis Adversarios nostros cupimus libenter præceptores habere. Quare, si Rovenius Clero eligente, & Archiducibus præsentantibus, constitutus sit Vicarius Apostolicus, explicent nobis, ob quam causam conqueri soleret (m) se *dolo Jansonii captum & inductum* ad suscipiendam Ecclesiæ Batavæ curam? Si Clerus elegerat, si Archiduces præsentarant, non erat quod de Jansonio quereretur, aut de dolo ejus doleret. Et, si Principes illi promotionem ejus adjuverant, quomodo tam Beneficii oblitus Rovenius, solum Jansonium inclamat? Cæterum Clerus ille eligens, non fuit Capitulum Ultrajectinum quod tunc evanuerat, intercieratque; sed nudus Presbyterorum cœtus per Diœcesim Ultrajectinam, reliquasque Provincias dispersus, qui post Sasboldi mortem supplices ad S. Sedem manus extulit ad impetrandum à summo Pontifice Vicarium Apostolicum, qui afflictis inibi rebus Ecclesiasticis Apostolica auctoritate succurreret. Et certè hanc Ultrajectensium Sacerdotum ad S. Sedem supplicationem, uti summoperè probamus, ita ipsis non invidemus. Cæterum supposititia hæcce Cleri electio qualis fuerit, declararunt Majores eorum in Libello, quem Archiepiscopo Mechliniensi & Suffraganeis ejus obtulerunt, in quo Rovenium promotum esse testantur (n) *ad sollicitationem Cleri secularis*. Et in Instructione, quam iidem ipsi Episcopis Belgii consignarunt circa controversiam cum Regularibus de qua infra, disertè produnt, quod (o) *ad instantiam totius Cleri Hollandiæ & confæderatarum Provinciarum postulatus sit Philippus Rovenius*.

Habemus igitur Philippum Rovenium Vicarium Apostolicum Missionis Hollandicæ non *electum à Capitulo*, neque etiam *à Clero Ultrajectensi*, sed postulatum ad preces atque instantiam TOTIUS CLERI *Hollandiæ & confæderatarum Provinciarum*. Et hic constitutus fuit per Breve Apostolicum de 12. Octobris 1614. Erat is Daventriensis, Sac. Theol. in Universitate Lovaniensi Licentiatus, Canonicus, & Decanus Ecclesiæ Collegiatæ S. Plechelmi, quæ fuit in Oppido Aldensaliensi, & per Diœcesim Daventriensem Sasboldi Vosmeri Vicarius Generalis, seu Provicarius. Theologiam docuerat in Collegio Coloniensi SS. Willibrordi & Bonifacii, quod veluti Missionis Seminarium ab eodem Sasboldo erectum, posteà Lovanium translatum, *Alticollense* dicitur. Huic Seminario præfuerat, ut Ephesinus narrat *in Relatione*

(e) Append. N. XXI. (f) Vide Bat. Sac. Par. I. fol. 76. (g) Ibid. pag. 75. 76 & 77. (h) Pag. 84. (i) Vide Diss. V. (l) Bat. Sac. pag. 460. (m) Bat. Sac. pag. 76. (n) Append. N. XXV. (o) Append. N. XXX.

latione, (p) & Batavia Sacra loc. cit.

De zelo & prudentia Rovenii, de ejus eruditione, de disciplinæ Ecclesiasticæ studio, de pietate quoque aliisque virtutibus varia proferunt Adversarii, quæ nos etiam libenter commemoramus. Præclaris illum dotibus instructum fuisse probavit eventus, dum Anno 1620. ab eodem Paulo V. promotus est in Archiepiscopum, titulo Ecclesiæ Philippensis *in partibus*. Destinatum fuisse ad Archiepiscopatum Ultrajectensem asseruit Heussenius (q) non probavit; & id planè ignoravit Ephesinus. Quamvis ad rem parum faciat fuisse destinatum, dum supra (r) ostensum est, & infra invictè demonstratur numquam fuisse aut Nominatione, aut Consecratione Archiepiscopum Ultrajectinum. Consecratus fuit titulo Præpositura Aldenfaliensis & pensionis annuæ trecentorum scutorum quam pietas Archiducum Alberti & Isabellæ eidem constituit super Ærarium

1620. Regium. Solemnitas peracta est die 8. Novembris in Nobili Abbatia Sanctimonialium Ord. S. Benedicti Foresti juxta Bruxellas, per Lucium Sanseverinum Nuntium Apostolicum, postea S. R. E. Cardinalem, assistentibus ei Jacobo Boonen Archiepiscopo Mechliniensi, & Joanne Maldero Episcopo Antverpiensi Titulum *Philippensem* ei collatum fuisse & non alium, patet ex Brevi Apostolico de 17. Octob. 1620. (s)

Magnum ei dissidium fuit cum Patribus Societatis JESU, qui sub Sasboldo in Missionem Hollandicam intrarant, idque circa subjectionem quam Vicario Apostolico deberent (t) quoad Sacramentorum administrationem, Doctrinam Catholicam & Disciplinam Ecclesiasticam; cujus ordinationibus cùm illi stare recusarent, magna exarsit lis, Romam delata, quò Rovenius ipse profectus est Mense Augusto Anni 1622. (u) munitus litteris Serenissimæ Infantis Isabellæ. Concertatio hæc variam fortunam habuit, pro vario rerum statu. Post longam moram & amplam rei discussionem, visum fuit summo Pontifici Urbano VIII. ut Belgii Episcopis committeretur Causæ instructio ad S. Sedem referendæ post acceptas de locis atque personis, & de statu Missionis particulares, atque necessarias notitias. In Belgium redit Rovenius sub initium Veris Anno 1624. & postquam scripto exhibita fuissent hinc inde totius Causæ momenta, coràm Belgii Episcopis Philippus Rovenius & Provincialis Societatis JESU inierunt concordiam sub beneplacito S. Sedis, statim etiam probatam & observari jussam ab Urbano VIII. & posteà ex Constitutione Alexandri VII. severè præceptam, quâ etiamnum hodie statur.

ARTIC. VIII. De Vicariatu Apostolico Philippi Rovenii.

Ex hac dissensione cum Missionariis Societatis JESU varia Rovenio supervenerant incommoda, quibus superandis multorum ipse imploraverat auxilium. Tandem vincere se illa posse credidit ex consilio Cornelii Jansenii posteà Episcopi Iprensis. Suggesserat is Rovenio, ut Jesuitis ingratis illi ista vinea coadjutoribus, objiceret aliam Familiam Ordinis Ecclesiastici, evocando in Hollandiam Patres Congregationis Oratorii à Berullo posteà S. R. E. Cardinale, Parisiis erectæ Anno 1611. In hanc statim Sententiam iverat Rovenius, & rem commiserat curæ Jansenii, qui vicissim Joannem Vergerium Abbatem San-cyranum ad operis impletionem adhibuit. Proponebat sibi

1622. Jansenius ex prosperitate armorum Regis Hispaniæ contra Hollandos, (v) facillimo negotio (sic loquitur) introduci posse Oratoristas in Fœderatum Belgium, & pro illis jam devorabat animo ac spe omnes Abbatias eversas, quarum reditus novis istis hospitibus destinabat, utpote sitas *in Patria*, inquit, *quæ aliis hominibus opus habet, quam Monialibus*. Quare exigit à San-cyrano suo, ut à Berullo disceret, quæ esset hujus novæ Congregationis professio, quæ leges, quæ statuta, & quis vitæ modus, ut dispiceretur, an Hollandorum genio aptari posset; de quo tamen adeò non dubitabat Jansenius, ut San-cyrano spem faceret, Rovenium ipsum Oratorio nomen daturum, ut incitaret alios. Prima verò & præcipua in novis hominibus desiderata conditio ferebat, ut per omnia subjecti essent Episcopo, sive Rovenio (quod ornamentum deerat Jesuitis) sine qua conditione ac lege, quantumvis aliàs cari, invenusti essent, & Hollandis ingrati. Rem strenuè egit & fideliter San-cyranus apud Berullum, & Jansenio suo rescripsit ad Quæsita; quæ cùm ille communicaret cum Rovenio, institutum placuit Hollandis, quos magisque incitabat Jansenius (x) ex inflammato suo in Jesuitas animo, ut nobis testatum reliquit ipsemet. Sed executio negotii multas patiebatur difficultates. Novi homines non callebant linguam Gentis; hoc primum. Deinde, petierant Oratoristæ media temporalia ad victum & ad cultum necessaria, Beneficia & Officia Ecclesiastica, domos & hospitia. Hæc optare faciliùs erat, quàm sperare, nedum concedere. Hinc Jansenius, cui petitiones illæ etsi fortè non iniquæ, intempestivæ tamen visæ sunt & admodùm importunæ, jubet

E

(p) Append N. XI. E. (q) Bat. Sac. pag. 67. col. 2. (r) Vide sup. Art. V. & infra Diss. II. (s) Vide Append. N XXIV. Litt. A. B (t) Append. N. XXII. (u) App. N. XII. (v) Lettre 36. de M. Jansenius à l'Abbe de S. Cyran. (x) *l'Assionné contre Gophoroste* id est: *contre les Jesuites.* V, Lettre 36. de Jansenius à M. de S. Cyran.

ARTIC. VIII. De Vicariatu Apostolico Philippi Rovenii.

bet ut San-cyranus intelligat, quod Rovenius (xx) *sit Prælatus titularis Archiepiscopatûs siti in Græcia, cum plena potestate Vicarii Apostolici per totum Fæderatum Belgium, quia Episcopatus omnes possidentur ab hostibus Regis Hispaniæ*. Unde rectè inferebat consequens esse, ut in Rovenii potestate nullum esset Beneficium quod conferret, nullum Hospitium quod assignaret, nullum Oppidum in quod sese reciperent. Ne tamen negotium istud in perditis ac desperatis haberetur à San-cyrano, occurrit Jansenius, qui cogitat illos collocare tantisper in Collegio D. Pulcheriæ Lovanii, quod *Hollandorum* dicitur, & cui ipse præerat. Sed hîc præsagiebat animus se frustra fore liberalem, nam opus erat licentiâ Jacobi Boonen Archiepiscopi Mechliniensis, in cujus Diœcesi Oppidum Lovaniense existit, à quo se gratiam illam sperare non posse credidit, quòd Antistitem illum haberet veluti Jesuitis addictum, aut quorum saltem offensionem vitaret, ut loquitur. Erigit se tamen in spem, & confidit, ac vix non promittit San-cyrano auxilium sibi venturum à Domino ad executionem consilii sui, quod credidit tam sanctum & tam salutare Missioni Hollandicæ, ut præsumeret, Sacerdotes Missionarios pro majori parte sub Berulliano vexillo militaturos. Spem frustravit eventus, cùm Regis Hispaniarum arma, Deo ita permittente, Fœderatas Provincias in potestatem redigere non valuerint.

Ex hujus Causæ actis, in Archivio Archiepiscopatûs Mechliniensis sedulò asservatis, cum authenticis Rovenii litteris manu propria ad Jacobum Boonen Archiepiscopum Mechliniensem exaratis, protulimus aliqua inter *Monumenta* hìc adjecta; Hoc nobis ab Adversariis pollicemur, quod horum auctoritatem non defugient, sed majorum suorum sententiæ atque Religioni adhærescent, cùm illis utemur contra frivolas opiniones suas.

Finitâ tandem discordiâ, Rovenius totum se impendit Missionis Hollandicæ saluti, variis etiam editis Decretis, quæ Heussenius recenset; aliqua etiam dedit, sed plura inedita penes nos sunt.

Anno tamen 1626. visi sunt crescere Catholicorum in Hollandia spes, animique; cùm oblato Regi Libello (*y*) petierunt, Rovenium promoveri in Archiepiscopum *Ultrajectensem*, sed nullo secuto effectu. Tentarant id etiam ante, sed Archiduces responderant, se tempore Induciarum nihil facere aut mutare in Provinciis Unitis, ne daretur Statibus vel tantilla occasio querelarum non servatæ fidei; post Induciarum verò finem opportuniùs hac de re agi posse. Finitis verò Induciis, Archidux Albertus seculum istud meliore commutavit.

Desideravit Rovenius ut ad titulum Ultrajectensem promoveretur (*z*) eo fine ut inter cætera, hæc etiam contentio fuisset ablata, qua Patres Societatis JESU prætendebant, Vicarium Apostolicum in Fœderatis Provinciis non esse Ordinarium. Sed provisionem de Sede Ultrajectina optare ei faciliùs fuit, quàm sperare, neque hoc Romæ egit; ut testatum reliquit in Epistola quam ad Jacobum Boonen scripsit, dicens (*a*) *neminem vel verbum de hoc movisse in Urbe, nec fuisse à se cogitatum: quimmò nec de sua persona quidquam insinuatum fuisse ex parte sua ad Archiepiscopatum Ultrajectensem.* Protestatur *se committere id Deo* (quem ut testem invocat, se non ambire) *& Serenissimæ Infanti aut Regiæ Majestati, sine cujus commendatione nihil Romæ movendum* profitetur. Hæc Regis commendatio seu Nominatio intervênit numquam, adeò ut mendaci fabulæ annumeranda sit Heussenii sententia dicentis, illum ab Urbano VIII. destinatum fuisse ad Archiepiscopatum Ultrajectensem. Scripsit namque hæc Rovenius ad Jacobum Boonen 17. Martii 1623. vivente Gregorio XV. Et statim sub initium Pontificatûs Urbani VIII. Româ discessit, numquam rediturus.

Missionis Hollandicæ cura universa & quotidianæ sollicitudines, rebus non sat firmatis, pondus erant, cui ferendo unus non sufficiebat Rovenius, quare Vicarium Generalem seu Provicarium sibi adlegit ad exemplum Prædecessoris sui Sasboldi, Joannem videlicet Wachtelarium ut testatur Ephesinus (*b*) & Adversarii consentiunt. Habuit Wachtelarius socios seu Assessores ordinariè duos, aut tres. Uti Jacobum Bolium Sasboldi olim Vicarium, Theodorum de Witte, & Antonium Vossium; quibus, vitâ deficientibus, successerunt Joannes Putkamerus, Abrahamus Brienen, & Joannes Schadæus.

Sed ipsi præterea volunt erectum à Rovenio Anno 1633. & à Jacobo de La Torre Successore suo Anno 1658. confirmatum fuisse Vicariatum Ultrajectinum, quod Collegium ipsi nobis venditant pro Capitulo Cathedrali Ultrajectino. Institutionis tabulas numquam protulit *Batavia Sacra*, quamvis Auctor illas promiserit sæpius, & non videntur exstare, nisi in Diplomate Confirmationis Jacobi de La Torre, cujus Erckelius frag-

(xx) Le Prelat, est Prelat Titulaire d'un Archevechè de Grece, aiant puissance plenière de Vicaire Apostolique par tout le Territoire de (1) Steropes, à cause que les Evechèz sont possedez par les ennemis (2) d'Alamas. Lettre 39. de Jansenius à S. Ciran.
1 *Hollandois.* 2 *Le Roi d'Espagne.*

(*y*) Bat. Sac. pag. 70. (*z*) Append. N. XXVII. (*a*) Append. N. XXVIII. (*b*) Vide Bat. Sac. pag. 110. & Append. N. XL. N.

Fragmentum dedit. Integrum posteà ex-
(c) hibuerunt ad calcem Consultationis Docto-
rum Lovaniensium signatæ 9. Julii 1717. &
furtivis typis impressæ in 4° cujus exem-
plar teneo. Postea reimpressum fuit Anno
1722. in Libello Gallico: *Memoire pour
l'Eglise & Clergè d'Utrecht*, pag. 208.
Operosam certè, sed futilem frivolamque
disputationem movent ex utroque Diploma-
te quod inter *Monumenta* damus N. XVI.
De utriusque existentia & authentia, secun-
dum formam quam præ se ferunt, varia
occurrunt dubia, quæ rejecimus in *Disserta-
tione* IX. De Adversariorum argumentis
commodiùs videbitur sub Vicariatu Aposto-
lico Jacobi de La Torre.

Porro qualis fuerit Cœtus iste à Rovenio,
ut volunt, erectus difficulter explicavero;
adeo confusa obscuraque sunt quæ protule-
runt Adversarii, uti in ipsorum Causa ferè
sunt omnia. Erckelius illum vocat (d) *illustre
Collegium quod Vicariatus Trajectinus, vel
etiam Capitulum appelletur*. Anonymus Gal-
lus (e) indubitanter *Capituli* ei nomen tri-
buit, per Rovenium *restaurati & propagati*.
Heussenius (f) *Consessum Ultrajectinum* no-
minat. Meminit etiam *Collegii Pastorum*. Ex
ipsis verò Institutionis litteris, si illæ ut au-
thenticæ sint admittendæ, apparet *Vicaria-
tum* esse, qui subsidiario labore, & Vicario
Apostolico, & ejus Provicario Wachtelario
subvenirent, & collatis in commune consiliis
ac pecuniis Rem Catholicam promoverent.
Ex qua repræsentatione, & rei ipsius idea ac
specie, nec auctoritatem Capituli Cathedra-
lis, nec proprietatem intelligas, quantum-
cumque quis partes in omnes se vertet.

Sed pergamus ad reliqua. Religionis Ca-
tholicæ cultus res erat iis temporibus odio-
sa, & gravissima. Durabat persecutio, at-
que in Civitate Ultrajectina magis magisque
destruebatur quidquid ad externum exer-
citium pertinuerat umquam. Duodecim an-
norum Induciæ cum Philippo III. & Archi-
ducibus pactæ, exspiraverant 9. Aprilis 1621.
Habeo præ manibus Scriptum (g) quod An-
no 1623. de statu quinque Capitulorum
Ultrajectensium Romæ exhibitum fuit Sac.
Congregationi, quod conceptum est his ver-
bis: „ Capitula illa quæ Ultrajecti nume-
„ rantur, non sunt Capitula Orthodoxa, sed
„ Capitula sunt, quorum Decani sunt hæ-
„ retici & conjugati, & multi Canonici con-
„ jugati, qui ab Ordinibus Statûs Hollandiæ
„ in mercedem servitii præstiti Statibus Hol-
„ landiæ illos proventus accipiunt, quibus
„ permixti permittuntur Presbyteri Catho-
„ lici, qui jam ante ibi præbendas habue-
„ runt. Qui autem ibi sunt sacerdotes secu-
„ lares, inter se, nominales illos titulos ex
„ diversis Capitulis sibi usurpant. Illos exci-
„ pio, qui vel dexteritate præbendarum re-
„ signationem obtinuerunt, vel ab antiquo
„ præbendas illas retinuerunt, & quidem jam
„ ad illa Capitula, Status Ultrajectini nemi-
„ nem deinceps admittere volunt, qui non
„ faciat professionem hæreseos." Respexit
ille ad Edictum Anni 1622. quo cavetur, ne
ullus Romanæ Communionis Clericus ad
Præbendas Ultrajectenses assumi possit; qua
de re Adversarii consentiunt nobis.

ARTIC. VIII. De Vicariatu Apostolico Philippi Rovenii.

Jam inde tempore Sasboldi Vosmeri Be-
neficia Ecclesiastica, Canonicatus ac Præ-
bendæ ex perversionis malitia impetraban-
tur ab Acatholicis, quamvis nulliter. Non-
nulli, etiam Catholici ex avaritiæ studio hanc
sibi viam straverant ad Ecclesiasticas Digni-
tates ante Annum 1622. quoquo modo su-
perstites. Providit huic malo Paulus V. ad
ipsius Rovenii preces, (h) concedendo eidem,
Beneficiorum Ecclesiasticorum per Fœderati
Belgii Ditiones conferendorum amplissimam
facultatem, etiam illis, qui per Acatholicos
provisi ad S. Sedem accedere non audebant,
aut non poterant, cum potestate condonan-
di iisdem omnem inhabilitatis & infamiæ
maculam, seu notam.

Sed hujus & cujusvis alterius Ecclesiasti-
cæ Potestatis, ac Jurisdictionis exercitium,
periculosissimum quoque fuit, tantùm ferè
quantùm cum Rege Catholico, ejusque Prin-
cipibus ac Præfectis invidiosum erat, dam-
natumque commercium. Multum tamen abe-
rat, ut ex novis Hispanorum armorum suc-
cessibus Catholicorum spes crescerent, quinè
contrario, Provinciæ Fœderatæ per novas
quotannis acquisitiones magis, magisque fir-
mabantur. Inter quàm plurima oppida, Anno
1629. occuparunt Sylvam-ducis, totumque
cum Capitulo Episcopatum ejecerunt. His
accessit mors Infantis Isabellæ, quæ Supre-
mum Bruxellis diem obiit primâ Decembris
1633. & cunctæ Ditiones ejus in Philippi IV.
Hispaniarum Regis jura venerunt. Cum Mi-
nistris Regiis, cum Belgii Catholici Episco-
pis, ac Nuntio S. Sedis Apostolicæ frequen-
tes tractatus habere nec timuit, nec destitit
Rovenius; quare in suspicionem venit, quod
Fœderatorum Ordinum Regimini inimicus,
contra Remp. [illegible] moliretur. Diem ei dixit Præ-
tor Ultrajectinus 5. Octob. 1639. & quia
Jurisdictionem Episcopalem Ultrajecti exer-
cuerat, ac per superioritatem in spirituali-
bus per Belgium Fœderatum, auctoritate
Regis ac Infantis Hispaniarum Romæ sibi as-
sertam, multa constituerat (*ut in sententia
adversus ipsum lata*, quam Heussenius ex-
hibet) ideo (i) *exulare jubetur toto vitæ
suæ tempore a Fœderato Belgio, ut num-
quam ei eò redire liceret sub pœna suppli-
cii.*

(c) Aff. jur. pag. 39. (d) Aff. jur. pag. 38. (e) Mem. pag. 24. & 25. (f) Bat. Sac. fol. 78.
(g) Ex Archiv. Archiep. Mechl. (h) Append. XXIII. (i) Bat. Sac. fol. 80. & seq.

ART. IX. De Coadjutoratu & Vicariatu Apostolico Jacobi de La Torre.

cis quod Patriæ hostibus debetur, facultatibus suis Fisco addictis. Publicata fuit hæc Sententia 10. Martii 1640.

Perculit Rovenium insperatus casus, non tamen prostravit; instabilis factus est, & de civitate in civitatem fugit, sed Missionis curam non deseruit, imò ædes ipsas, è quibus, cùm ad vincula quæreretur, feliciter elapsus fuerat, audacter repetiit, illasque usque ad suum è vita excessum in ipsa Civitate Ultrajectina incoluit.

Porrò naturæ debitum persolvit 11. Octobris 1651. Anno ætatis suæ 78, Vicariatûs Apostolici 37, Consecrationis 31.

ARTICULUS IX.

De Coadjutoratu primùm, ac dein de Vicariatu Apostolico Jacobi de La Torre Archiepiscopi Ephesini.

PHilippi Rovenii gravis ætas (*l*) & nutans valetudo imminentem mortem portendebat; quare is Romæ supplicavit, ut à S. Sede daretur sibi Coadjutor, ne, si fortè inexpectata mors ei subveniret, Missio Hollandica necessario destitueretur adjutorio. Hæc ipsis ferè Adversariorum verbis relata probant, tunc temporis cogitatum non fuisse de prætenso Capitulo Ultrajectino, cui his temporibus auctoritatem attribuunt eligendi sibi Vicarium. Rescripsit

1635. Roma Cardinalis Franciscus Antonius Barberinus nomine Sac. Cong. de Prop. Fide, ut de personis ad *Coadjutoriam* idoneis inquireretur. Ita sanè exigebat & circumspecta prudentia, & summæ rei momentum. Primores de Clero Missionis Hollandicæ con-

1637. venerunt Ultrajectum. Ex Harlemensibus quinque, ex Ultrajectensibus undecim. Et hi quidem pro Rovenii Coadjutore proponunt Theodorum De Swaen, Folckerum ab Herckinge & Jacobum de la Torre. Illi verò Joannem Caterum, Vitum Jacobi & Balduinum Catzium, qui postea fuit Archiepiscopus Philippensis & Vicarius Apostolicus. Hanc deliberationem nihil habere de electione Canonica patet per se, & in gratiam Adversariorum deducetur latiùs. (*m*) Neque hæc Presbyterorum Ultrajectensium, Harlemensiumque propositio quidquam debuit valere apud summum Pontificem; delectus enim ille factus est, ut Rovenius *ex illis eligeret Coadjutorem*. (*n*) Elegisse Rovenium nusquam legi; nec apparet verisimile, quod nominatorum virorum fidem æstimaturus publicum delectum habuerit; sed illum apud S. Sedem pro meliore Missionis regimine, suoque commodo arbitrium suum deprompsisse, non dubito. Res interim, non erat expeditissima, quare Anno

1638. sequenti Romam missi sunt Jacobus de la Torre & Abraham van Brienen, qui nomine Rovenii Vicarii Apostolici, referrent de statu Missionis Hollandicæ, & de obtinendo Coadjutore satagerent. Non explerunt hi Legati votum suum & post undecim

1639. menses reversi sunt in patriam. Tandem

1640. anno sequenti 28. Augusti exauditus est Rovenius pro sua in S. Sedem reverentia, & Urbanus VIII. per speciale Breve (*o*) Jacobum De la Torre constituit Philippi Rovenii *Coadjutorem in munere Vicarii Apostolici:* qui post septem ferè annos, ex Indulto Innocentii X. consecratus est Archie-

1647. piscopus Ephesinus Monasterii Westphaliæ die 19. Maii per Fabium Chisium S. Sedis Nuntium Apostolicum, qui postea fuit Summus Pontifex Alexander VII.

Vix incœperat La Torrius usum Pontificalium, cùm similem fortunam expertus est cum Sasboldo, Rovenioque, & ob S. Confirmationis Sacramentum popularibus suis collatum, irrevocabiliter proscriptus fuit, patrimonio suo, Fisco adjudicato. Sublato è

1651. vivis Rovenio, Jacobus de La Torre successit in Munus Vicarii Apostolici Missionis Hollandicæ.

1645. Cùm adhuc esset Coadjutor Rovenii, contentio illi fuit & dissidium cum Barone de Assendelft, qui primus omnium Nobilium Toparcharum prætendit jus Patronatûs in Ecclesiis seu Oratoriis Missionis Hollandicæ, & qui in sui Pagi Pastorem nominare cœpit quemdam P. Leonardum Carmelitam. La Torrius id non sustinens, Stationem de Assendelft contulit alteri Missionario seculari (*p*) Guilielmo Beyer, & simul de Baronis consilio retulit ad Nuntium Coloniensem Fabium Chisium, qui datâ ad Baronem Epistolâ die 4. Julii 1645. eum admonuit, ut dictum Guilelmum amanter complecteretur, remisso P. Leonardo ad Conventum suum.

(*l*) Bat. Sac. fol. 457. (*m*) Vide Diss. XIII. (*n*) Bat. Sac. p. 458. (*o*) Bat. Sac. ibid.
(*p*) Bat. Sac. fol. 381.

Digitized by Google

ſuum. Declarat autem Nuncius (*q*) quod Nobiles Toparchæ, quibus olim fuit jus Patronatûs in Eccleſias jam ab Acatholicis occupatas, jus nullum habeant præſentandi, vel conſtituendi Paſtores aut Miſſionarios in Hollandicis Miſſionibus, & quod jus illud quaſi conſopitum ſit, donec Deus ad primævum ſtatum Eccleſiam redigere dignabitur. Idem fuit judicium quatuor Juris Doctorum in Univerſitate Lovanienſi datum 5. Septembris 1650. Sed hac de re pluribus agemus in Diſſertatione III.

Quale fuerit Miſſionis regimen diligenter ipſe adnotavit (*r*) in famoſa *Relatione* ſua. Uſus eſt Vicario Generali ſeu Provicario Joanne Wachtelario, eodem illo, qui ſub Sasboldo, Rovenioque eamdem vicem ſubierat. Habebat is uti ſocios, & Aſſeſſores Joannem Putkamerum, Abrahamum Brienen & Joannem Schadæum, quos La Torrius *mox confirmavit*. Defuncto tandem Wachtelario Vicariatum diviſit pro meliori tum adminiſtratione, tum ſubdelegatorum ſuorum commodo. Et majori parti Diœceſis Ultrajectenſis præfecit Joannem Neercaſſelium, qui poſtea fuit Epiſcopus Caſtorienſis, & Vicarius Apoſtolicus, eidem præfatos Putkamerum & Brienen in Aſſeſſores adjungens. Hollandiæ Auſtralis Archipresbyteris præeſſe voluit Joannem Schadæum; Cliviæ Ducatui, Ludolphum Bruneſium. Hic fuit ſtatus Regiminis Eccleſiaſtici per Miſsionem Hollandicam ſub Vicario Apoſtolico Jacobo de La Torre Archiepiſcopo Epheſino. Nulla hic ſpecies, umbrave Capituli, & multò minùs Capituli Cathedralis.

1652.

Sub hoc tempus alterâ vice profectus Romam La Torrius obtinuit ſibi 3. Feb. 1656. Coadjutorem, de quo in ſequenti Articulo; & Kal. Aprilis Sac. Congregationi obtulit prolixam illam de Statu Miſſionis Hollandicæ *Relationem*, cujus nos Extractum dedimus in App. N. XI. Præterea, pro variis Declarationibus regimen Miſſionis concernentibus apud S. Sedem inſtitit. Poſteriora hæc acta accuratè loquemur.

1655.
1656.

Oblato Sac. Congregationi de Prop. Fide Libello, poſt recenſitas Facultates tum ſibi, tum Prædeceſſoribus ſuis conceſſas, humillimè ſupplicavit (*s*) „ quatenus renovari „ ſeu dari queant Vicariatûs ſui Apoſtolici „ Patentes, ac in iis diſertè exprimatur ſu„ perioritas in omnes, tum ſeculares tum „ Regulares in Provinciis Unitis viventes „ Sacerdotes, & Clericos cujuſvis Inſtitu„ ti, ac Diœceſis earumdem Provinciarum, „ *ita ut penes nullum Capitulum, aut Vica„ riatum* quocumque titulo prætenſum, ſit „ aut remaneat aliquod *Jus Epiſcopale*, ſed „ declaretur, Epiſcopatuum omnium, earum„ dem Provinciarum, omneque Jus Epiſco„ pale eſſe penes unum & ſolum Vicarium „ Apoſtolicum, Sanctæ Sedis Apoſtolicæ ſpe„ cialiter Delegatum. „ Ad hæc Sac. Cong. Inſtructiones quaſdam ſcripto dedit tam pro Vicario Apoſtolico, quàm pro ejus Coadjutore, quarum meminit quidem Heuſſenius, (*t*) ſed earum notitiam atque argumentum cautè ſuppreſſit. Declarat autem Sac. Cong. (*u*) quod hi Prælati Miſſionum Hollandicarum regimen ad has Inſtructiones conformare diligenter debeant. Tum facultatem iiſdem facit, ut Subdelegatos variis in locis habeant, qui pro talibus ab omnibus & ſingulis utriuſque Cleri Sacerdotibus agnoſci haberique debeant, illorumque Subdelegatorum Viſitationibus, ac correctionibus ſinguli ſubſint, æquè ac ſi ab ipſo Vicario Apoſtolico, ejuſque Coadjutore procederent. Hinc apparet, Juriſdictionem ac Poteſtatem Eccleſiaſticam nulli Capitulo reliquam fuiſſe, imò nec Vicariatui, niſi in quantum Vicarii Apoſtolici, aut ejus Coadjutoris Subdelegatio permitteret.

ART. IX. De Coadjutoratu, & Vicariatu Apoſtolico Jacobi de La Torre.

Contendunt Adverſarii, La Torrium biennio poſt confirmaſſe atque amplificaſſe Concilium Vicariatûs Ultrajectenſis, à Philippo Rovenio, ut volunt, erectum Anno 1633. Et adſerunt tabulas prolixas valdè, quæ nobis meritò diſplicent, ſive formam adſpexeris, ſive materiam.

1658.

Rovenius orditur in hunc modum: (*v*) „ Creſcente paulatim per Dei gratiam Ca„ tholicorum numero, videmus etiam la„ bores noſtros & ſollicitudinem augeri: „ ideoque meritò ad hoc nobis attenden„ dum duximus, ut plures etiam *ex præ„ cipuis* hujus Diœceſis *Sacerdotibus* Coo„ peratores in partem ſollicitudinis, & in „ laborum ſublevamen aſſumeremus, qui „ communicatis nobiſcum conſiliis onus re„ giminis amplæ hujus Diœceſis (*Ultra„ jectina*) ſuavius redderent & ſecurius. In „ hunc ergo finem *Vicariatum quemdam* pro „ Diœceſi Ultrajectenſi erigendum cenſui„ mus, & in Dei nomine erigimus per præ„ ſentes. „ Tum enumerat undecim *Sacerdotes ex præcipuis* Diœceſis Ultrajectinæ, quos ad hunc Vicariatum pertinere vult, & onera ipſis incumbentia explicat his verbis: „ Annis ſingulis *ad minimum bis* convenient „ nobiſcum ad pertractanda Diœceſis nego„ tia, ſcilicet ſemel die opportuno poſt Do„ minicam tertiam poſt Paſcha, & iterum „ die convenienti poſt feſtum S. Bartholo„ mæi; aut ſi notabile impedimentum occur„ rat, aliis diebus per Nos vel Vicarium „ noſtrum Generalem deſignandis, indicato „ pariter loco in quo Conventus videbitur „ celebrandus. „ Tandem pro majori ſtabilitate

(*q*) *Animadverſiones Canonicæ in Differt. Nicolai du Bois. Pag.* 39. (*r*) Append. N. XI Litt. N. (*s*) Append. N. XXXI. (*t* (Bat. Sac. fol. 448. (*u*) Append. N. XXXII. (*v*) Vide Append. N. XVI.

ART. IX. De Conditorum & Vicariatu Apostolico Jacobi de La Torre.

bilitate dicti *Vicariatûs*, erigendum censet commune Ærarium ad faciendos sumptus pro bono publico, & hujus Ærarii administrationem reservat sibi, aut Vicario suo Generali.

Hæc omnia inserit La Torrius Diplomati suo, & tum continuat atque confirmat omnes & singulos, qui superstites erant ex iis, quos Rovenius ad Vicariatum istum in prima erectione assumpserat, & illos quoque, qui prædictis viris è vita decedentibus substituti posteà à Prædecessore suo, atque à se ipso fuerant. Hi substituti nominantur nuspiam. Vicariatum hunc, perpetuum vult esse Senatum Ecclesiæ Ultrajectinæ, & ad instar Canonicorum Graduatorum Ecclesiæ Cathedralis. Senatoriam proinde togam, nec Successores Vicarii Apostolici, nec ipsa S. Sedes auferre possit umquam! Novum genus Magistratûs! Exuit etiam se La Torrius omni jurisdictione & superioritate, quam summo labore & studio ante biennium sibi asseruerat Romæ; & ut dilectus ille Cœtus Patrum majori honore præesset, ad illorum sese vix non abjicit pedes, dum Senatûs-Consulta pluralitate votorum emittenda censet, reservato sibi, inutili persæpe, frigidoque suffragio decisivo. Quin & potestatem legislativam summâ liberalitate transfert in supremam hanc Missionis Hollandicæ Curiam Ecclesiasticam, ut scilicet sibi ipsis Statuta, Legesque præscribant, quas à La Torrio fortè accipere detrectassent; quæ indulgentia videri possit summæ prudentiæ, summum argumentum! Simile est illud, quod, ut hic Senatus faciliùs congregaretur, in illum adlecti sint omnes Archipresbyteri, Archidiaconi, & Provicarii Diœcesis Ultrajectinæ (exceptis Officialibus & Dignitatibus Ducatûs Cliviensis) qui in diversis longèque dissitis regionibus, Civitatibusque necessariam residentiam habent. Sed ne continuis itineribus fatigarentur Patres Conscripti, providè ordinatur in Diplomate Rovenii (quod in suo robore manere sancivit La Torrius) ut annis singulis *ad minimum bis* conveniant. Et ne putes, ad duas, uno eodemque anno, Congregationes accedere, aut merito carere, aut præmio; Munificus Institutor eidem Concilio hoc jus & privilegium tribuit, ut nonnisi de ejus gremio assumi quis possit ad Vicarii Apostolici Officium, vel dignitatem. Insignis hæcce concessio major est, quàm ut à S. Sede approbari possit, cui hæ tabulæ numquam hactenus pro Confirmatione Apostolica sunt oblatæ. Optavit quidem Neercasselius (ut in ipsius Actis videbitur) ut huic Vicariatui accederet Confirmationis Apostolicæ robur, sed illo defuncto, justum illud, sollicitumque studium erga primam Sedem evanuit prorsùs, & jam Sacerdotes Ultrajectini Romani Pontificis consensu, vel approbatione opus habent ne quidquam; Expectant enim Concilium Generale, in cujus Decreta, & Sanctiones, omnium consensione Nationum, referantur hæcce Rovenii, atque La Torrii, rara quidem & singularia, sed tamen exquisitissima privilegia.

Intellexit etiam La Torrius, pecuniam esse nervum belli, quare erectionem Ærarii ad summam quinquaginta millium florenorum haud negligendam ratus, illam acceptavit, & fidelissimorum Consiliariorum custodiæ, gubernationi, & administrationi in perpetuum tribuit, quamvis illam sibi reservasset Prædecessor suus Philippus Rovenius. Sed quia magna erat illis temporibus hominum malitia, & inter creatas res vix ulla existit periculosior pecunia, ideo hanc sacram Ollam tam firmiter suis Senatoribus assertam voluit La Torrius, ut si quisquam quovis prætextu tentasset per Censuras & fulmina Ecclesiastica dictum senatum à præfata custodia amovere, ipso facto dissolutum & annullatum censeretur hoc publicum Ærarium, & unicuique liberum esset repetere quod intulisset. Adeò timuit La Torrius fulmen Vaticanum; Nullum enim aliud fulmen dilectissimum Ærarium ferire poterat, cùm nullius alterius jurisdictioni subesset. His itaque pro rei gravitate salubriter constitutis, mandat La Torrius. & sub pœna inobedientiæ præcipit omnibus & singulis Diœcesis Ultrajectinæ Pastoribus, & Missionariis, Presbyteris & Clericis, Secularibus & Regularibus, ut hoc Concilium Vicariatûs tamquam Senatum Ecclesiæ Ultrajectinæ recognoscant, & in honore habeant. Tantæ molis erat Sacræ Ollæ custodia!

Qui hæc legunt, & fortè existimant nos hic fabulam texuisse, aut lusisse ludum puerilem, fidant illi oculis suis, & utrumque Diploma perlustrent. Meminerint posteà, quod Alexander VII. (x) omnia per La Torrium gesta per quinquennium ante ejus obitum, declaraverit nulla esse & invalida, cùm non sibi constaret: inter quæ numeranda venit hujus Vicariatûs Approbatio. (y) Adeo omnia illa, quæ La Torrius *perpetua* esse voluit, paucis post annis interciderunt. De horum rescissione Actorum etiam Adversarii consentiunt. (z)

Mirandum porrò est, quod posterioribus temporibus, sanæ mentis hominibus incidere potuerit, quod hoc Collegium à Rovenio, La-Torrioque erectum, rationem habeat Capituli veri nominis, imò Capituli Cathedralis Ultrajectini. Sed quod amplius est, circumventos fuisse Doctores Juris, & Sacrorum Canonum Professores, qui in isto Collegio (Phaetontico, inquam, opere) invenerint splendorem, proprietatem, essentiam, jurisdictionem atque auctoritatem Capituli Cathedralis, cui Jura Sedis Vacantis competant, hoc est quod intelligentem quemque ferit, redditque attonitum. Igitur pugnandum

(x) Append. N. LXVIII. (y) Etenim obiit 16. Sept. 1661. (z) Bat. Sac. fol. 461.

dum nobis est invitis. Remittimus Lectorem ad Dissertationes tres, quæ sunt ordine IX. X. & XI. in quibus de authentitia utriusque Diplomatis, de Capituli Cathedralis ratione, ejusque auctoritate sermonem facimus. Verùm quamvis Clerus Ultrajectinus Collegium à Rovenio institutum, ad veri nominis Capitulum nec jure, nec facto evehere potuerit, magnis tamen excidit ausis; ex quibus, quàm insignem illi laudem reportent, & quàm ampla inde surgant merita, videre est in Dissertatione XI.

1659. Sub hoc tempus gravi infirmitate detentus La-Torrius, à Missionis Hollandicæ administratione impeditus fuit, Coadjutore suo Zacharia Mezio Episcopo Trallensi rem Ecclesiasticam curante. Procedebat pacificè, & fructuosè Mezii cura, cùm inimicus homo superseminavit discordiarum zizania. Provicarii à La Torrio constituti, aliique de Clero, Coadjutori minus deferebant, & cùm hic secundùm datam sibi à Deo scientiam multa constitueret, quæ Missioni salubria, conducibiliaque crederet, illi contrà noxia arbitrarentur, aut incongrua; Vicarium Apostolicum La-Torrium deficientem jam, & animo, corporeque debilitatum, sed quem illi totum possidebant, incitarunt in Coadjutorem, adeò ut verbis amaris admonuerit eum, si Heussenii relatione (a) standum sit.

Jam dudum Romæ olfacere cœperant discordias hasce, & variis consiliis de remedio cogitatum fuerat. Placuerat propositum de La-Torrio Romam evocando ad reddendam informationem circa universa Missionis negotia. Sed cùm jam antea benè meritus esset, & modò absque sua culpa deficeret, & facilis quidem esset ejus evocatio, difficilior verò redderetur ejus in Urbe mora longior, quæ nata est amaritudinem potiùs, quàm satisfactionem adducere, noluit Pontifex hac viâ incedere. Quia verò illi, qui à La-Torrio in Brabantia commorante Expeditiones obtinuerant, iisdem istis in Hollandia abutebantur non sine Coadjutoris vilipendio; scriptum ei fuit ex parte Sac. Congregationis, ut abstineret imposterum ab hujusmodi expeditionibus sine participatione & satisfactione Coadjutoris, aut certè priusquam eas communicaret cum Internuntio Apostolico. Ut verò ipsi Coadjutori sua constaret auctoritas, & ne per sub-et obreptitiè extortas à La-Torrio Expeditiones suis contemptui esset & derisioni, declaravit Sac. Congregatio (b) easdem omnino Coadjutori facultates competere, quæ ipsi La-Torrio uti Vicario Apostolico concessæ fuerant.

ART. IX. De Coadjutoratu, & Vicariatu Apostolico Jacobi de La Torre.

Displicuit etiam La Torrius iisdem illis de Clero Sacerdotibus, quòd contra Concordata, varia indulserat Patribus Societatis JESU, de quibus etiam dolet Heussenius (c) sed immoderatè. Cæterum cùm à Patria sua exulare cogeretur, & Coadjutori suo Missionis curam permitteret, continuò ferè hæsit Bruxellis in Aula Archiducis Leopoldi, destinatus tandem ad Episcopatum Iprensem. Sed cùm in mentis infirmitatem incidisset ac phrenesim, vitâ defunctus est 16. Septembris Anni 1661. in Monasterio Virorum Ord. S. Guilelmi in Huyberghe, quod est in Marchionatu Bergæ-zomensi Ducatûs Brabantiæ, Diœcesis Antverpiensis. Duobus ante mensibus è vita decesserat Coadjutor ejus Zacharias De Mez, de quo jam dicere instituam.

ARTICULUS X.

De Coadjutoratu Zachariæ de Mez Episcopi Trallensis.

Cum universa Zachariæ Mezii gesta concludantur intra Jacobi La Torrii Regimen, Historiæ nostræ filum altiùs repetendum est, & reducenda attentio ad Annum 1647.

1647. La-Torrius statim post Consecrationem suam proscriptus è Fœderato Belgio, & subinde intelligens Exilii gratiam sibi sperandam nequaquam esse, animum adjeceras, studiumque ad consequendam Dignitatem Ecclesiasticam, quæ vel sui naturâ, vel beneficio Patriæ, subitaneis, variisque fortunæ casibus non esset obnoxia. Quare Missionis Hollandicæ curam à se abdicandam ratus, Romæ existens, consilium suum, desideriumque summo Pontifici Alexandro VII. exposuit. Successorem primùm in Vicariatu Apostolico, tum Suffraganeum in Pontificalibus, & demùm Coadjutorem petiit, obtinuitque. Proposuit autem Sac. Congregationi *de Propaganda Fide* octo Sacerdotes, quorum omnium nomina hactenus assequi non potui. Heussenius (d) Balduinum Catzium secundo loco nominatum scribit, Zachariam de Mez octavo, ac ultimo. Hìc illi

1655.

(a) Bat. Sac. pag. 469. & 470. (b) Vide Append. Monum. N. XXXIII. (c) Ibid. p. 459. & 461.
(d) Bat. Sac. fol. 467.

ART. X. De Coadjutoratu Zachariæ De Mez.

illi litem non movebo, cùm prior jam inde Philippi Rovenii Coadjutor expetitus, & post La Torrium Vicarius Apostolicus factus fuerit: posterior autem reverà Coadjutor datus fuerit La Torrio. Sed non fero imposturam ejusdem Auctoris, qui scribit octoviros illos Pontifiei per La Torrium propositos fuisse (*e*) *conscio Clero*. Est misericors mendacium, sed ab ipsomet non satis sui memore, falsitatis convictum. Refert enim (*f*) quod La Torrius rem propoluerit clam Clero Batavo, *quod res ab ipsis initiis clanculum gesta, ac Mezii promotio* CLERO IGNORANTE *peracta sit*: quod La Torrius (*g*) *facti utcumque Pœnitens* ad Balduinum Catzium litteras dederit, ut cum Neercasselio Pro-vieario suo, & eum Schadæo ejus Assessore seu socio, consilia conferret. Si facti eum pœnituerat, factum utique extabat, & *inscio Clero* propositio facta fuerat summo Pontifici. Id quod clarissimè patet ex Epistola Neercasselii ibidem (*h*) in qua tantopere dolet de *Trallensis promotione Clero ignorante peracta*, ut censeat, nequidem agendas esse Pontifici *gratias nomine Cleri, qui se diffitetur Beneficio affectum.* Hæc proferre nos coëgit inconsiderata hominis cupiditas, illud solùm ubique & semper agentis, ut hodierno Clero per similia figmenta asserat, nescio quod jus, seu electionis seu præsentationis.

Balduinus Catzius, statim in animo Alexandri VII., cui notus & charus erat, ad Coadjutoratum La Torrii destinatus fuerat (*i*) *Sed cùm ille constantissimè munus illud recusaret, clam idem detortum fuit in Zachariam Mezium, Romæ tunc agentem*, inquit idem amarus Auctor, non advertens ex hac ipsa narratione concludi, non intervenisse Cleri Hollandici propositionem, Si enim octo Sacerdotes Pontifici Maximo per La Torrium propositi sint *conscio Clero*, ut quid lamentantur Mezium *clam* promotum, & rem *ignorante Clero* paractam? Sed res in confesso est apud Erckelium (*l*) qui de Mezii promotione scribit in hæc verba: *In ejus designatione nulla Regis nominatio, nulla Cleri Electio, aut postulatio legitur intervenisse. Solus Archiepiscopus Ephesinus Mezium creditur Adjutorem petiisse.*

Non *detortum* fuisse in Zachariam Mezium Munus Coadjutoris, quasi per La Torrium religio summi Pontificis circumventa fuisset; sed prudenter, & maturâ habitâ deliberatione eidem fuisse delatum, probat oppositio Mezii, qui multùm reluctatus est apud Cardinales, & apud ipsum Pontificem, ut munus non tantùm declinaret, sed etiam Consecrationem. Venerat in Urbem Mezius, partim limina Apostolorum visitandi causâ, partim osculandi ejus pedes Pontificis, cujus manus, cùm in minoribus existeret, jam olim sæpius fuerat osculatus. Deinde, ut obtineret dispensationem super retentione utriusque Præbendæ suæ, Thorensis videlicet, & Trajectensis. Hâc dispensatione obtentâ, propè erat ut ad propria remeasset, quando invitus, & nihil simile cogitans jam factus senex 57. annorum, ad Ecclesiæ Batavæ Regimen, sub Jacobo De La Torre Vicario Apostolico, admovetur, ac volente Deo, ejusque in terris Vicario jubente, in messem illam Domini mittitur. Hæc, adductis Mezy litteris (*m*) ad Clerum Batavum datis, probarunt Adversarii; qui ibidem eumdem Mezii renixum ipsius La Torrii testimonio confirmant, & nos luculentissimum ejus rei argumentum habemus in *Relatione* La Torrii, qui expressis verbis asserit, *diversas excusationes atque effugia* à Mezio fuisse allata apud summum Pontificem ad excutiendum à se onus Coadjutoris. (*n*) Porrò Mezius quod verecundè recusaverat, obstinatiùs declinare noluit, & voluntati divinæ se committens, Munus Coadjutoris acceptavit, & Consecrationem titulo *Trallensi* admisit. 1656.

Erat autem Mezius natione Brabantus, Patriâ Bruxellensis, Canonicus, ut diximus, Capituli Thorensis, & Mosæ Trajectensis, atque Hispaniarum Regis Legati Antonii de Bruin, Sacerdos domesticus, ut Heussenius (*o*) asserit, & fuerat aliquando Pastor, seu Missionarius in vico *Schevelinge* juxta Hagam-Comitis, ad littus Maris Oceani. Hunc La Torrius per quadriennii, aut ferè quinquennii habitationem popularibus suis quasi aggregatum scribit (*p*) quamvis, quia & exterus haberetur, & notus esset solùm paucis de Clero, indè minus gratum fore censuerit; Heussenius verò, *invisam semper fuisse*, ait, *Zachariæ electionem*. Invidiam auget Erckelius, dum scribit „ (*q*) Oborta dissidia, & ferè ad Vicarii mortem usque protracta declarasse, quàm ægrè Clerus ad ejus receptionem, & ad Pastorum, cùm Parochiæ vacarent, Institutionem ei deferendam potuerit adduci. „ Hæc ipse inconsulto scripturiendi impetu effudit, qui ex veritate pauca, ex opinione multa æstimat.

Distinguenda sunt dissidia, Mezio regente, oborta. Adnotavit Episcopus Castoriensis in Epistola quam Anno 1663. ad Internuntium Bruxellensem dedit, non levem, sed gravem fuisse dissensionem, quæ Mezium inter & Harlemenses exarsit; ob quam hi Episcopos Brabantiæ Mediatores requisierint, uti & nonnullos Lovanienses Doctores. Quem exitum habuerit hæc concertatio, & quod fuerit ipsiusmet Episcopi Castoriensis

(*e*) Fol. 466. (*f*) Fol. 469. (*g*) Fol. 460. (*h*) Fol. 469. (*i*) Fol. 467. (*l*) Aff. jur. pag. 27. (*m*) Bat. Sac. fol. 467. (*n*) Append. N. XI. Litt. M. (*o*) Bat. Sac. fol. 466. (*p*) Ibid. fol. 467. (*q*) Aff. jur. pag. 28.

riensis de ea Judicium, nec est hujus loci nec instituti inquirere, nec Erckelio optandum est ut loquantur.

Altera fuit dissensio inter Jacobum La-Torrium Vicarium Apostolicum, & Mezium Coadjutorem, de qua superiori Articulo. Neque id mirum; nam ubi sunt duo Capita æqualis Dignitatis tametsi invicem subordinata, difficulter evitari potest ea perturbatio, idque tanto magis in casu nostro, postquam La Torrio supervenerat ægritudo, quâ ad Missionis regimen incapacior redditus est, uti & ad cognoscendum malum, eique afferendum remedium. Quia verò La Torrii ægrotantis facilitate, nimiaque indulgentiâ circa omnia Missionariorum postulata, ambitiosi, turbulentique homines abutebantur, & Mezio Coadjutori, omnia in Ordinem redigere volenti, aut omnino non deferebant, aut ægrè obsequebantur; ideò factum est, ut auctoritatem ejus in dubium vocarent, ut impunè liceret, jussis non parêre.

1659.

Hac de re scripsit is Romam, & S. Cong. ut cognovit in Missione perturbari ordinem, declaravit, easdem omnino competere facultates Mezio Coadjutori, quæ ipsi Vicario Apostolico La Torrio concessæ fuerant, & per hunc illi communicata. Rescriptum Sac. Cong. habeo præ manibus, in cujus sequelam data est ad Mezium Epistola, quam exhibemus inter *Monumenta.* (r) Hæc fidem facit de Jacobi La-Torrii ad Muneris sui exercitium inhabilitate, & de plena Mezii potestate circa Ecclesiasticum regimen Hollandicarum Missionum. Oborta itaque dissidia, non extraneæ Coadjutoris origini, sed Missionariorum repugnantiæ, & in suscipiendis Mezii mandatis tergiversationi adscribenda veniunt. Numeret igitur Erckelius inter peccata populi sui, quod huic Delegato Apostolico morem non gesserint, ut decuit, oportuitque.

Fingit Heussenius (s) & tertium dissidium, quod Mezius habuisset cum primoribus Cleri, præcipuè ob hoc, quòd Provicarii à La-Torrio constituti, munia quædam præter ipsum subinde exercerent, ob quam caussam Mezius *bina Capitula impugnaverit.* En astutias Heussenii. De *duobus* Capitulis meminit, veluti si de prætenso quoque Capitulo Ultrajectino quæstio fuisset. De illo ne cogitatum quidem fuit tempore Mezii, imò nemini umquam in mentem venit, Vicariatui Ultrajectino asserere tunc aut jura, aut prærogativas Capituli Cathedralis. Fabula hæc animo adinventa est Anno demum 1702. & post suspensionem Archiepiscopi Sebasteni, subitò nata sunt *Jura Capitulorum,* ut suo loco dicemus. Et mox, sub Vicariatu Apostolico Episcopi Castoriensis, apparebit Vicariatum Ultrajectinum, ne per somnium quidem habitum fuisse uti Capitulum Cathedrale.

ART. X. De Coadjutoratu Zachariæ De Mez.

Adferunt ipsi (t) patentes Litteras Zachariæ Mezii, qui Anno 1659. Rovenii, La Torriique Erectiones Vicariatûs confirmarit ad instantiam Joannis de Neercassel, Joannis Schadé, Joannis Putkamer, & Abrahami Brienen. Comparent igitur quatuor tantùm de Vicariatu, ita ut nobis divinandum sit, qui fuerint reliqui ad Octoviratum spectantes Presbyteri. Quidquid sit, promittit Mezius *Dominis de Vicariatu isto, inviolata servare cuncta privilegia, gratias & facultates* à Rovenio, La Torrioque concessas.

Hic via regiâ incedunt Majores, & hodiernis Sacerdotibus Ultrajectinis præbent exemplum omnimodis imitandum. Recordabantur scilicet, La-Torrium Romæ obtinuisse declarationem, quam & solemni Decreto publicaverat, qua tota Ecclesiastica potestas & jurisdictio sibi, uti Vicario Apostolico, suoque Coadjutori perpetuo Zachariæ Mezio, & utriusque Subdelegatis asserta fuit, *ita ut penes nullum Capitulum, aut Vicariatum aliquod jus Episcopale remaneret, aut esset.* Hanc ob causam à Mezio petunt Vicariatûs Confirmationem, ut nimirum posteris constaret de subordinati Regiminis forma, ipsique ederent præclaram, publicamque suæ erga Coadjutorem submissionis, dependentiæ, atque observantiæ professionem. Fecerunt hoc sponte suâ, & sine querela, nullam præ se ferentes Cathedralis Capituli speciem, nullum habentes Decanum, nullum Capitulare officium, exercitium, aut jus. Neque sine causa inter Confirmationis à Mezio impetrandæ rogatores, Joannis Neercasselii nomen expressimus. Quid hic de Vicariatu Ultrajectino senserit, videbimus infra Art. XII. quò remittimus, ne temporum rationem, gestaque misceamus.

Fixerat sibi domicilium Mezius in Civitate Amstelodamensi, quæ habitatio magno fuit Catholicis commodo, & S. Sedi probata. Culpat tamen eum Heussenius (u) quod nimiâ cum pompâ suas functiones exerceret, & Pontificalibus semper vestibus esset indutus, quare habitatione illâ spoliatus fuerit. Nec annum, nec diem adnotavit ipse, ut nescias quantùm hic tribuendum sit homini non semel fabulatori. Ego majorem, imò plenam fidem tribuendam censeo ipsi Mezio Prælato integerrimo, qui propriæ sortis conscius plus quàm quivis alius, conditionem suam disertè expressit in Scripto, quod in causa Harlemensium S. Sedi exhibuit 2. Februarii 1660. quod præ manibus habeo, sed ob justas, gravesque rationes publici juris non facio. Excerpo tamen sequentia.

„Deni-

(r) Append. N. XXXIII. (s) Bat. Sac, fol. 469, col. 1. (t) Append. N. XVII.
(u) Bat. Sac, fol. 468.

ART. X. De Coadjutoratu Zachariæ De Mez.

„ Denique, inquit, notatu dignum, quod „ Prædecessores Vicarii Apostolici latere debuerint, nec usquam fixum residentiæ locum ex auctoritate publici consensûs habuerint. Unde liber accessus ad eos erat „ denegatus, tribus quatuorve exceptis, quorum interventione omnia (aliis omnibus „ præcluso aditu) occurrentia passim terminabantur, & Ecclesia regebatur. Sed quantum hodie mutatum sit ab illo, docet mea „ in hac Civitate obtenta libertas cum scientia qualitatis, atque muneris exercitio; non „ ex dissimulatione Satrapæ, sed ex Magistratûs mandato desuper expedito. Adeòque fit, quod omnes, sive Clerici, sive Laici interesse, vel negotium habentes, ad „ me undequàque liberè confluant, rem „ suam exponant, ac auctoritatem S. Sedis, „ à qua missus sum, recognoscant, & revereantur, imò sibi multum applaudant, ac „ Omnipotentem laudent, quod tanta ab „ illo ipsis facta sit gratia, quod in eorum „ medio habitare possim. „

Nullam hìc mentionem facit Mezius de egestate sua, ad quam illum quoque redactum garrit Heussenius, (v) neque quod, cùm à Romana Curia stipendium egenus Antistes efflagitasset, aliud non tulisset responsum, quàm: *Nos Mytram dedimus, tu cætera cures.* Quibus hoc documentis compertum habuit feroculus ille? Festivum facinus fabulis addidit, ut doctè luderet. Utinam officio suo non defuissent Sacerdotes Hollandi! nec magnum causassent Mezio laborem, nec suis apud posteros opprobrium.

1661. Incidit in languorem Mezius, & viribus fractus sensit se mori. Ultimam tamen rationem S. Sedi reddere voluit in lecto mortis, ubi extremis Ecclesiæ Sacramentis munitus, dictavit die primâ Julii Epistolam ad Papam Alexandrum VII. quam tenen. Sic fortis militis instar in armis esse voluit usque ad exitum suum. Commemorat autem, constituisse se in Diœcesi Harlemensi unum Provicarium Generalem Balduinum Catzium, qui se discedente ex hac vita, cum aliis constitutis Archipresbyteris curam interim gereret, donec à sua Sanctitate de legitimo capite provisum fuisset. *In Diœcesi Ultrajectensi Provicarius est,* inquit, *Dominus Joannes Neercasselius, vir probus & doctus, qui ibi nostram curam geret.* Tum ad exonerationem conscientiæ suæ, non nullas Missionis istius necessitates repræsentat. (x) Primùm conqueritur de gravi damno, quod Religioni inferebant multi scandalosi Sacerdotes tunc in Missione existentes, cupiens per S. Sedem necessarium adferri remedium, ne nimis multi ad Sacerdotium admitterentur, sive titulo Missionis, sive Patrimonii: rogatque *fortem sibi substitui Pastorem.* Alterum, ut prohiberentur Missionarii admittere puellas ad vitam devotam sub voto Castitatis, absque licentia Vicarii Apostolici, aut ejus Provicariorum. Tertium punctum, duobus principalius, ad rem præsentem non facit. Censuit porrò S. Congregatio, remedium adhibendum esse, post electionem, confirmationemque novi Vicarii, & Coadjutoris Apostolici, ut & materia, & modus cum ipsis expenderentur (ne novo eorum regimini triberetur, quod multis prævidebatur displiciturum) & ut illi sine molestiis ministerium inchoarent. Interim Zacharias Mezius obiit Amstelodami 13. Julii 1661. in vivis adhuc existente La Torrio.

Quinquennii tempus in munere Coadjutoris implevit Mezius, adeò ut non cohæreat quod Heussenius scribit (y) *eum non plus biennio munus illud gessisse*, cùm paullo ante, adductis tabulis, probarit Mezium La Torrio adjunctum fuisse 3. Feb. 1656. Minùs ferenda est absurda vox Erckelii (z) qui de immaturo Mezii obitu gloriatur, sed non in Domino. *Graviora forsitan*, inquit ille, *accidissent mala, nisi ea Deus acceleratâ Vicarii morte antevertisset.* Durus est & austerus, ut ferè semper; & tamen à nobis exiget animum, qui hæc moderatè ferat! Intelligat proinde, nulla sub Mezii regimine Missioni Hollandicæ accidisse mala, ex culpa quidem suâ. Si malum est, quod ambitiosis quorumdam conatibus se pro virili opposuerit, in eo La-Torrium Vicarium Apostolicum principalem suum ductorem habuit; Approbatorem autem Joannem Neercasselium Episcopum Castoriensem. Veros igitur auctores mali insectetur Erckelius, per nos licet; sed præclarissimi Episcopi, ac Coadjutoris Vicariatûs Apostolici manes cum pace deducat ad inferos: eumque veneretur, ut vigilantissimum Ecclesiæ Batavæ custodem, cujus acta à S. Sede probata, ejusque consilia successoribus Vicariis pro lege data sunt, ut in sequentibus docebimus.

AR-

(v) Ibid. (x) Vide Append. N. XXXIV. & XXXV. (y) Bat. Sac. fol. 469.
(z) Aff. jur. pag. 18.

Digitized by Google

ART. XI. De Vicariatu Apostolico Balduini Catzii.

ARTICULUS XI.

De Vicariatu Apostolico Balduini Catzii Archiepiscopi Philippensis, & de Coadjutoratu Joannis Neercasselii Episcopi Castoriensis.

REm narrare aggredimur Adversariis dissimulatam hactenus, imò perfrictâ fronte negatam sæpius, quamvis ipsis non incognitam, sed novissimis schismaticis consiliis repugnantem, & quæ præjudicatas opiniones suas, de jure eligendi sibi Vicarium Apostolicum, confundit, evertitque, ac malam fidem coarguit, evincitque evidentissimè: nimirum, datum fuisse Missioni Hollandicæ, ex libero summi Pontificis arbitrio, Vicarium Apostolicum Balduinum Catzium, ipsis inscius, & non expectatis Cleri postulatis, precibusve; Joannem verò Neercasselium eidem additum Coadjutorem, contra Cleri quoque votum, desideriumque. Rem accipe.

Mezius obierat, ut diximus, die 13. Julii 1661. optaratque sortem sibi substitui Pastorem. Hujus viri morte intellectâ, Sac. Congregatio (a) die 22. Augusti decreverat, ut de alio *in Coadjutorem* Vicarii Apostolici eligendo inquireretur, non enim de Vicario Apostolico constituendo maturandum erat judicium, cùm La-Torrius etiamnum superesset. Sors porrò statim cecidit (b) in Joannem Neercasselium virum probum, doctumque, quo encomio eum celebrarat Mezius in articulo mortis constitutus. (c) Clerus Hollandicus Joannem Neercasselium commendaverat Romæ, sed ad principem apud ipsos dignitatem, Vicariatum, inquam, Apostolicum, non autem ad inferiorem Coadjutoratum: illumque solum ac unicum propusuerant, (d) sed non elegerant, neque eligendi jus ipsis esse, vel leviter cogitaverant. La Torrius 16. Septembris ejusdem Anni viam quoque universæ carnis ingressus fuerat, & jam vacabat etiam Officium Vicarii Apostolici. Atque eccum circa medium Octobris, cùm La Torrii mors vix Romæ innotescere potuerat, incerta per Missionem vagatur fama, quod Summus Pontifex mirâ celeritate, Missioni Hollandicæ providisset de Vicario Apostolico. Non nominabatur ille quidem, sed Sacerdotes Hollandi vehementer credentes quod vehementer optabant, statim arbitrati sunt Joannem Neercasselium designatum fuisse Vicarium Apostolicum, inciderunque in tam obstinatam fidem, ut non expectatis certioribus nuntiis, die 20. Octobris 1661. ad Pontificem miserint solemnes Gratiarum actiones per Litteras, quas dandas putavimus inter *Monumenta*. (e) In illis exultant ipsi mirificè, & sibi datum esse dicunt *nosse mysterium* consilii Pontificii. Lepida enim verò persuasio! Sed ignorabant illi, quod post intellectam Romæ Mezii mortem, ad *Coadjutoris* officium statim designatus, atque à Pontifice electus fuisset Joannes Neercasselius, & accedente postea quoque notitiâ obitûs Vicarii Apostolici Jacobi La Torrii, Pontifex Maximus Alexander VII. Munus illud detulisset Balduino Catzio, firmâ manente dispositione de Coadjutoria Neercasselii, quamvis non jam La Torrio, sed Catzio adjutricem operam laturus esset. De hoc facto constat ex Litteris (f) quæ pro parte Sac. Cong. Internuntio Apostolico missæ sunt.

Mirandum proinde non est, quod supradictas Cleri Litteras ad Pontificem, inter cæteros signarit etiam Balduinus Catzius, scilicet electionem suam ignorans; non signarit autem Neercasselius, qui electum se ex errante fama credidit, uti reliqui. Illud autem observandum venit, quod in hisce Cleri Litteris solemnibus, nulla fiat electionis mentio, nulla Capituli, & inter signantes nullus Canonici titulum usurpet.

1661.

Dederant ipsi has ad Pontificem Litteras, Mense Octobri, sed in subsequenti Mense Novembri aliam longè notitiam, scientiamque acceperunt, intelligentes *vota illa, precesque* exauditas non esse, & Balduinum Catzium, pro quo nihil moverant, Vicarium Apostolicum designatum fuisse. Illud ipsum docet nos Heussenius, (g) sibi rursus contrarius, adductis Catzii ad Schadæum querulis litteris, dolentis quod, dum *se putat portum tenere*, (superatis nimirum anxietatibus cùm Rovenio, La Torrioque Coadjutor petitus fuisset) *in mare apertum revolveretur*, eò quod Internuntius Bruxellensis ei significasset, Alexandrum VII. *postquam mortem Jacobi* de La Torre Archiepiscopi *Ephesini intellexerat, eum in defuncti locum duxisse substituendum.*

28 Nov. 1661.

Bal-

(a) Append. N. XXXIV. (b) Append N. XXXIX. (c) N. XXXVIII. (d) Bat. Sac. pag. 478. col. 2. (e) Vide Append. N. XXXVI. (f) Append. N. XXXIX. (g) Bat. Sac. pag. 475.

ART. XI. De Vicariatu Apostolico Balduini Catzii.

Balduinus Catzius vir erat integerrimus, quem Jacobus La Torrius, ut Heussenius tradit (*h*) apud S. Sedem prædicavit ut omni exceptione majorem, pium, eruditum, facundum, commodum, & prudentem. Erat certè ab omni ambitione alienus, & Vicariatûs Apostolici honores nec desiderabat, nec expectabat, imò fugerat. Præcox lætitia de Joannis Neercasselii exaltatione virum traxerat in commune gaudium, induxeratque, ut cum aliis facilè, solemnibus istis apud Pontificem gratiarum actionibus, subscriberet & ipse. Lætabatur namque de adamatæ sibi possessione quietis, qua unicè delectabatur inter Deo devotas virgines, quas Harlemii regebat. Ut autem novit gravem sarcinam devolvendam in humeros, quos nollet; doluit quidem, obedivit tamen: & singulari Summi Pontificis in se affectui obsequenter acquievit; & Anno sequenti, ad titulum Archiepiscopi Philippensis consecratus est Coloniæ, unà cum Coadjutore suo Joanne Neercasselio, cui Episcopi Castoriensis titulus assignatus fuit.

9. Sept. 1662.

Habes verum utriusque promotionis ordinem, & rationem. Nihilominus contendunt Adversarii, quod hæc omnia facta sint ad *Cleri vota, precesque*. De Catzio dicunt, assumptum illum fuisse (*i*) *rogatu Capituli Harlemensis*. Sit hoc verum tantisper. Igitur Ultrajectenses nullam hìc partem habuerunt. Sed de Harlemensium rogatione nihil probatum invenio in Opusculis ab Heussenio citatis, & ut probatum esset, jam *rogassent* illi, quod unicuique liberum; neutiquam verò elegissent, nominassentve.

De Joanne Neercasselio, ut promoveat illud suum *Clero eligente*, quid non contradictionum, ineptiarum, temeritatisque, ut nihil gravius dicam, conjecit ille in chartam? Operæ pretium judicavi, hominis oppidò ridiculi immaturitatem ob oculos ponere.

Notandum ante omnia venit, quod ad probandam Ultrajectensium electionem de persona Neercasselii, adferat lepidam istam Epistolam, quâ gratias agunt de re, quam novemdecim post mensibus tantùm acceperunt; & ut probet quod rem acceperint, ostendit, quod novemdecim ante mensibus gratias egerint. Si ego hæc rectè capio, si sapio, promotus fuit Neercasselius, non *Clero eligente*, sed *Clero allucinante*.

Heussenius in magnæ molis sed exiguæ utilitatis Opere suo (*l*) vult, ut Cleri Batavi commendationes, instantiæ, vota, precesque apud S. Sedem factæ, jure quodam prævaluerint in favorem Joannis Neercasselii. Non ignorabat tamen hic Auctor, quod Catzius Neercasselio fuerat prælatus; & quia ille ex Harlemensibus, hic verò ex Ultrajectensibus Sacerdotibus fuerat assumptus, inde periculum factum sit, ne indecora videretur præteritio. Acquieverunt tamen Majores sui, quamvis præter opinionem gesta essent omnia, & S. Sedis dispositioni subjecerunt sese, ut par erat. Verùm quia moderni Sacerdotes Ultrajectini minus dicto audientes longè aliud in scuto ferebant, quàm necessariam illam erga Summum Pontificem observantiam; & quia verebatur quoque Heussenius, ne exemplo hujus Provisionis Apostolicæ de personis Balduini Catzii, & Joannis Neercasselii, uteretur quispiam adversus malè adinventa, & facinorosè defensa prætensi Capituli Ultrajectini jura chimærica, hinc ad sinistras artes, fraudesque, dolosque confugit ipse, totamque horum duorum virorum historiam captiosis ambiguitatibus, offusis tenebris, & inversâ temporum omnium ratione involvit adeò, & obvolvit, ut rei gestæ veritas non tantùm nulli Lectori suo in propatulo sit, sed etiam, veluti in tenebrosum detrusa carcerem, difficillimi fit accessûs.

Etenim sic orditur ille Neercasselii historiam: (*m*) *Cum Balduino Catzio, ut jam diximus, apud Ubios consecratus, eodem ferè tempore in Coadjutorem à Clero expetitus, Joannes Neercasselius*. Quid sibi velit integræ hujus locutionis perindus, dicant alii. Mihi quidem ingenium tardum est; sed monuimus jam sæpius, Adversarios quasi de industria sectari ambigua, confusa, contorta, ignaros ut fallant. Horum tamen verborum indigesta, inordinataque constructio, legentium animis imprimere valet duplicem dolosæ rei imaginem. Prima; quod Neercasselius à Clero expetitus fuerit in *Coadjutorem*. Falsum id esse evincit Castoriensis ipse scribens ad Internuntium: (*n*) *Gratia vestra immensas gratias ago, quod sategerit Cleri nostri* ME SIBI VICARIUM APOSTOLICUM OARS SUPPLICANTIS *vota adimplere*. Hæc ipse quidem errore ductus, dum se putabat Vicarium Apostolicum designatum esse. Eodem errore captus Clerus in Epistola ad Pontificem (*o*) promittit, se sine querela *sub hoc Vicario Apostolico* intenturos profectui animarum, & bono Ecclesiarum statui. De *Coadjutoria* ne somniabant quidem, imò illum oderant; nam postquam demùm intellexerant statutum, fixumque apud S. Sedem esse, ut Neercasselius Coadjutor esset Catzii, prolixas preces porrexerunt Pontifici (*p*) ut Missioni Hollandicæ daret duos Vicarios, & ut neuter esset alterius Coadjutor. Hæc cùm ita sint, & ipsis nequaquam ignorata, quâ fronte igitur audet Heussenius toti Orbi asserere, quod Neercasselius à Clero in *Coadjutorem* expetitus fuerit? Vis nosse consilium dolosum? Ne diceretur aliquando

(*h*) Ibid. (*i*) Bat. Sac. pag. 475. (*l*) *Batavia Sacra*. (*m*) Bat. Sac. fol. 476
(*n*) Append. N. XXXVIII. (*o*) Append. N. XXXVI. (*p*) Append. N. XLII.

ART. XI. De Vicariatu Apostolico Balduini Catzii.

quando, qood ipsis insciis Neercassellius Missioni Hollandicæ præfectus fuerit, & hic prætensa Cleri electio non intervenerit; mentiendum erat, illum à Clero expetitum fuisse in Coadjutorem. Altera fallax species, quam insidiosa verba intellectui subjiciunt, concernit tempus, quo fuisset expetitus. *Eodem tempore*, inquit ille. De tempore Consecrationis id asserere, esset ridiculum. Referendum igitur est ad tempus, quo Catzius designatus est Vicarius Apostolicus; sed hoc tempus ipsi numquam noverunt, nisi quando præteritum erat, ita ut rursus falsum, fictumque sit, Neercassellium expetitum fuisse in *Coadjutorem* illo ipso tempore, quo Catzius per Pontificem est electus Vicarius. Sed hæc respiciunt eosdem dolos, eamdemque malitiam, ut frustra probet, Clerum in Vicariorum Apostolicorum deputatione agnitum semper fuisse.

Heussenius tamen alio loco (*q*) pergit intrepidè, & de Neercassellio ita fatur: *Et ipse quidem, ejus* (Mezii) *ad Cleri supplicationem designabatur successor; sed cum interea fatis quoque cederet Archiepiscopus Ephesinus, & Alexander* VII. *Pontifex Maximus Balduinum Catzium, sibi olim notum,* * *ei titulo Archiepiscopi Philippensis,* MOX SUFFECERET, *ad Cleri supplicationem & vota Neercasselius eidem datus est Coadjutor titulo Castoriensis Episcopi*. Tum addit Cardinalis Chisii ad Neercassellium Coadjutorem designatum, Epistolam de 4. Februarii 1662. Et commemoratâ statim Catzii morte, veluti si illo tempore è vivis sublatus esset, qui sexdecim adhuc mensibus supervixit (nempe usque ad 18. Maii 1663.) subjicit Epistolam Neercasselii die 24. Februarii 1661. Internuntio Apostolico gratias agentis de Vicariatûs Apostolici munere sibi collato; postremò, ut probet Neercassellium ad petitionem Cleri promotum, exhibet Cleri Epistolam illam ad Summom Pontificem de 20. Octobris 1661. Sic tempora rerumque gestarum ordinem confundit, permiscetque, ut nihil intelligas: statimque properat ad alia, quasi nullius artificii sibi conscius, & ut oscitantiæ tribuas, quod malè digestum offendis.

Restituamus ordinem, errantesque reducamos in viam, quam vellent nobis esse incognitam.

	Anni.	*Mensis.*	*Die:*
Zacharias Mezios Episcopus Trallensis, Coadjutor Vicarii Apostolici Jacobi La Torrii, Obiit.	1661.	Julii.	13.
(*r*) Clerus Ultrajectinus Romam misit vota, precesque pro Joanne Neercassellio, ut à summo Pontifice constitueretur *Vicarius Apostolicus*.	1661.	Augusti.	2.
(*s*) Notitia obitûs Zachariæ de Mez Romam delatâ, Sac. Cong. de novi *Coadjutoris* electione deliberat.	1661.	Augusti.	22.
Jacobus de La Torre Vicarius Apostolicus, Obiit.	1661.	Septembris.	16.
(*t*) Mox, ab habita Romæ notitia obitûs La Torrii, Pontifex in *Vicarium Apostolicum* eligit Balduinum Catzium. Igitur hæc Electio contigit.	1661.	Octobris.	
(*u*) Clerus Ultrajectinus gratias egit Pontifici tamquam de electo Joanne Neercassellio in *Vicarium Apostolicum*.	1661.	Octobris.	20.
(*v*) Notitia electionis Balduini Catzii in Hollandiam venit.	1661.	Novembris.	18.
(*x*) Processus pro consecratione Catzii in Vicarium Apostolicum electi mittitur Romam. . . .	1662.	Januarii.	21.
(*y*) Joannes Neercassellius putans se *Vicarium Apostolicum* designatum esse, Internuntio gratias agit.	1662.	Februarii.	24.
(*z*) Expeditiones pro Balduino Catzio *Vicario Apostolico*, & pro Joanne Neercassellio *Coadjutore*, Romà ad Internuntium missæ sunt.	1662.	Julii.	5.
Balduinus Catzius Vicarius Apostolicus, Obiit. . . .	1663.	Maii.	18.

Ab hac demùm die Joannes Neercassellius factus est Vicarius Apostolicus Fœderati Belgii, idque vi Coadjutoriæ perpetuæ cum futura successione.

Ex hac veluti tabella temporaria evincitur 1. Clerum postulasse Joannem Neercassellium non in Coadjutorem, sed in Vicarium Apostolicum, idque antequam illud officium vacaret.

2. S. Congregationem, post acceptam notitiam

(*q*) Bat. Sac. fol. 478. col. 1. (*) Supple: *dato*, vel *concesso*. (*r*) Bat. Sac. fol. 478. col. 2. (*s*) Append. N. XXXIV. (*t*) *Fatentur Adversarii*. (*u*) Append. N. XXXVI. Bat. Sac. fol. 179. (*v*) Bat. Sac. fol. 475. (*x*) Append. N. XXXVII. (*y*) Append. N. XXXVIII. Bat. Sac. fol. 479. (*z*) Append. N. XXXIX.

ART. XI. De Vicariatu Apostolico Balduini Catzii.

titiam obitûs Zachariæ De Mez, deliberasse de solo Coadjutore eligendo.

3. Neercasselium non fuisse expetitum eodem tempore, quo electus est Catzius, sed ante hujus electionem.

4. Neercasselium non fuisse expetitum in Coadjutorem Catzii, de cujus electione nihil sciverunt Ultrajectenses, utpote à Pontifice factâ statim post intellectam mortem La Torrii.

5. Clerum Ultrajectensem erronèe putantem Neercasselium esse electum, Summo Pontifici præposteras egisse gratias, eodem tempore, & fortè eodem die, quo electus est Catzius. Quæ res non multum commendat scientiam Cleri, ejusque electionem.

6. Hanc gratiarum Actionem factam esse novem mensibus ante Neercasselii Coadjutoratum, & novemdecim mensibus antequam reipsâ Vicarius Apostolicus fieret.

7. Neercasselium, erronée quoque putantem se esse electum, Internuntio gratias egisse, postquam jam ab ipso Romam missus esset processus pro consecratione Catzii electi. Quod est rursus mirabile argumentum ut credamus, in deputatione Vicariorum Apostolicorum, Clerum semper agnitum fuisse: Illum scilicet Clerum, qui adeò nescivit Catzii processum confici, ut illo ipso tempore crediderit Neercasselium factum fuisse Vicarium Apostolicum.

Expeditiones Litterarum Apostolicarum pro novo Vicario, ejusque Coadjutore dilatæ fuerant ad multos menses, & quamvis Neercasselius (*a*) prior tempore designatus fuisset Coadjutor, voluit tamen Pontifex Catzii literas priùs expediri. Interim Mense Februario 1662. acceperat Neercasselius ex Urbe gratulatorias, sed generales, quas adfert Heussenius, (*b*) & quas Neercasselius, priori errore nondum posito, iterum interpretatus est de Vicariatu Apostolico, quem desiderabat unicè, & ideò gratiarum actiones luculenter detulit Internuntio. Videat igitur Heussenius de quot & quantis erroribus triumphet, & quàm inanibus commentis Cleri vota in Electionem verterit, ut stabiliret regulam de *Clero eligente.* (*c*)

Intellexêre tandem Hollandi, quod in duorum defunctorum loca non unus, sed duo surrogandi venirent, & paullò post compertum fuit, primas delatas esse Catzio, atque hoc pacto Cleri Ultrajectensis vota impleta non esse. Quid illi interim ad hoc nuntium? An recentiorum temporum more, S. Sedis Apostolicæ Judicio contradicent? Nulla similis incessit cogitatio; & Harlemenses quidem multùm extulerunt Pontificii arbitrii rationem. Ultrajecti tamen in alia non nihil consilia itum est, & novas illi ad Sac. Cong. Litteras dedère (*d*) (inscio, vel conscio Neercasselio, quis definiat?) quibus annexuêre *Statum rerum Ecclesiæ in Hollandia sive Provinciis Confœderatis*; in quo Statu deprecantur illi subjectionem quam Neercasselius utì *Coadjutor* deberet Catzio utì Vicario Apostolico, rogantes ut duo darentur Vicarii, & ut neuter alterius esset Coadjutor, quod etiam magis profuturum Missioni Hollandicæ, variis ipsi rationibus tuentur. Utrique quidem Clero utrumque charum esse, profitentur illi, & sperari utilem futuram utriusque operam, ideòque Clerum sollicitum esse, ne alteruter cum famæ suæ detrimento negligeretur. Non minùs quoque ipsos angere, ne si unus alterius esset Coadjutor, vel alter fieret otiosus, atque Ecclesiæ inutilis, vel ex duobus Rectoribus operosis, schismatis oriretur occasio. Anteriori tempore, cùm haberet Vicarius Apostolicus Coadjutorem, contigisse ut nascerentur simultates, & dissensionum semina jacerentur. Illo tempore, post longam dilationem, & varios incertosque rumores, qui unumquemque movissent, utì affectus fuisset, studia partium orta, dum plerorumque Ultrajectensium corda æmulatio quædam invaserat pro Neercasselio, Harlemensium pro Catzio. Ob vitanda hæcce incommoda, conventum fuisse inter utrumque Clerum, ut Ultrajectenses procurarent subsidia Neercasselio, Harlemenses Catzio. Rebus ita se habentibus, videri maximè profuturum Ecclesiæ Ultrajectinæ, si proprius illi Vicarius Apostolicus daretur; Districtûs namque ejus amplitudinem, ob multiplicatos Missionarios, integrum hominem requirere. Hoc etiam conciliaturum amorem erga Vicarium Apostolicum, intimamque amicitiam cum Clero, studiumque ad conferendum proprio Vicario subsidium; sperandam etiam hinc firmam fundationem pro Vicario Apostolico, quæ ex liberalitate tum Clericorum, tum Laicorum promissa atque asserta, brevi erigeretur. Hæc plurimùm spectare, atque respicere stabilimentum Ecclesiæ, augmentum Fidei, regiminis Ecclesiastici felicitatem, & S. Sedis quoque obedientiam. Neque videri, ex duorum Vicariorum Apostolicorum constitutione plus timendum esse incommodi, quàm ex uno Vicario, & altero Coadjutore; nam utrumque consecrandum esse in Episcopum, utrumque illis in partibus moraturum, famà vulgante auditum esse Magistratibus, & Reip. Moderatoribus, qui ob hæc nec indignati fuerint, nec minas intonarint, quinimò in quibusdam Civitatibus, ubi mitioribus cum Catholicis consiliis ageretur, libertatem commorandi jam concessam utrique, apud acta publica, & quidem cum titulo Prælatorum. Hæc illi.

Humiles hasce, querulasque preces, Sac. Congregationis judicio & discretioni submisit Pontifex, & intellectâ Patrum Sententiâ

(*a*) Append. N. XXXIX. (*b*) Bat. Sac. fol. 479. (*c*) Vide Diss. XIII. (*d*) Append. N. XLII.

tiâ, censuit die 1. Julii 1662. recedendum non esse ab Expeditionibus jam factis, quare eodem die ad Internuntium missæ sunt Literæ Apostolicæ pro Balduino Catzio Vicario Apostolico, & Joanne Neercasselio Coadjutore. (*e*)

Hìc ego non tempero mihi, quin paucis observem, quàm variis, quàm speciosis, quàm longè quæsitis, anxiisque ratiunculis, quàm blandientibus, simulque minacibus motivis pugnent illi, instent, & obsecrent, ut abjectum *Coadjutoris* munus, subordinatumque regimen à Neercasselio suo amoveant, & longè esse faciant Ultrajectenses, &, per ipsos, Clerus universus. Et post hac ferendum erit, ut Heussenius vociferetur, (*f*) *ad Cleri supplicationem & vota Neercasselium datum esse Coadjutorem Catzio*? Ubi fides? ubi pudor? ubi veritas? quam semper in ore habent illi, sed in ore tantùm.

Voluerunt Ultrajectenses, ut Catzio attribuerentur Episcopatus Harlemensis, Leovardiensis & Groeningensis; Neercasselio autem Ultrajectensis, Daventriensis, & Middelburgensis; hoc pactu, & hacce divisione omnem unius erga alterum subjectionem declinaturi. Sed hæcce divisio, novaque per Hollandiam Imperii Ecclesiastici separatio, uti repugnabat facultatibus Apostolicis utrique concessis, sic privatâ auctoritate non licebat.

Quare cœpit uterque regere, Catzius uti Vicarius, Neercasselius uti Coadjutor ejus. Ille Trallensis Episcopi fuerat Provicarius per Diœcesim Harlemensem, ideoque rerum Harlemensium pleniorem notitiam deprehenderat: Hic Provicarios Ultrajectensis, ideoque de rebus Ultrajectensibus propiorem scientiam consecutus. Id mox distinxit Neercasselius (*g*) & Sac. Congregationi indicavit per litteras die 27. Octobris 1662. datas. Hinc natæ inter illos sunt quæstiones duæ; Prima, quod Neercasselius desideraret curam Ecclesiæ Ultrajectinæ totam commissam sibi; Harlemensem verò totam Catzio; in quem finem optabat facultates opportunas communicari sibi, non per Catzium, sed directè per Sac. Congregationem, petebatque Vicariatûs Apostolici per Fœderatas Provincias divisionem. Altera quæstio erat, circa facultatem promovendi alumnos Missionis Hollandicæ ad Sacros Ordines, & circa ordinandum Statum Missionis, mittendum in Urbem. Zacharias Mezius Episcopus Trallensis monuerat, nimiâ facilitate manus imponi, ex qua contingebat Missionem oppleri ineptis operariis, quos semel ad Sacerdotium promotos repellere non possis. Huic abusui modum posuerat S. Congregatio statuens certum numerum assumendorum ad Presbyteratum. Deerat quoque permultis titulus Ordinationis ex proprio ære, seu patrimonio, & Beneficia nulla Catholicis supererant; quare titulo Missionis ordinandi erant, qui titulus (*h*) cùm nec jure communi, nec in Sancta Tridentina Synodo notus, nedum probatus esset, ad S. Sedem recorrendum fuerat. In concinnanda *Relatione Status Missionis*, cautè admodum incesserat Neercasselius, qui Provinciarum divisionem, & supremum quoque rerum Ecclesiasticarum imperium aliquod cupiebat. Quare, *Relatio* in duas divisa est partes, quarum prior Diœcesis Ultrajectensis Statum (*i*) & quasi subordinatarum ei Diœceseôn Daventriensis, & Middelburgensis conditionem exhibet. Altera totum ordinem rerum Diœcesis Harlemensis, & quasi subjectarum ei Diœceseôn Leovardiensis, & Groeningensis causam complectitur.

ART. XI. De Vicariatu Apostolico Balduini Catzii.

Adornata quidem fuerat communi consilio utraque *Relatio*, sed non communi signaturâ firmata, utramque enim solus misit Neercasselius, solusque signavit die 28. Novembris 1662. Mense subsequenti Catzius ad Sacram Congregationem scribebat (*l*) transmisisse se per Reverendissimum Coadjutorem suum exactam, & quantùm potuerant formare distinctam Religionis Catholicæ, per unitas Provincias, descriptionem; conformem non tantùm Rationi, atque Ordini, quem Prædecessores in suis tenuerant Relationibus, sed eorum etiam Instructioni, id est, juxta veritatem elaboratæ narrationi. Standum igitur est horum duorum præclarissimorum virorum testimonio, qui in dicta *Relatione* fidem faciunt, *esse in Archiepiscopatu Ultrajectensi sacrum senatum Octo Sacerdotum, quorum consilio, opibus, ac laboribus Vicarius Apostolicus, ejusque Coadjutor in negotiis harum Ecclesiarum dirigendis præcipuè utuntur*. SACRUM SENATUM nominari vides, & OCTO SACERDOTES; hisce igitur temporibus, Ultrajecti nec Capitulum erat, nec Canonici.

1662.

Interim utraque quæstio, quæ Catzium inter & Neercasselium versabatur, quamvis sine dissidio, examinata fuit Romæ in Sac. Congregatione habita die 18. Decembris ejusdem Anni 1662. & causa commissa fuit Internuntio Apostolico (*m*) ut prudenter conaretur illos inducere ad stabiliendam inter se concordiam de aliquali regiminis divisione, sic tamen ut Neercasselius Coadjutor intelligeret, sibi dandas non esse facultates, nisi per Catzium Vicarium Apostolicum, apud quem summam rerum manere voluit Pontifex. Uterque siquidem acceperat litteras Apostolicas, seu *Bullas* Provisionis, sed nondum facultates necessarias, sive,

(*e*) Vide Append. N. XLII. N. XXXVIII. N. XXXIX. N. XL. (*f*) Bat. Sac. fol. 478. Col. 2. (*g*) Append. N. XLIII. (*h*) Append. N. XLVI. (*i*) Append. N. XLVII. (*l*) Append. N. XLVIII. (*m*) Append. N. XLV.

ART. XI. De Vicariatu Apostolico Balduini Catzii.

sive, Jurisdictionis Ecclesiasticæ in Missione exercendæ potestatem specialem, prout Catzius fatebatur in litteris die 15. Decembris 1662. ad Sac. Congregationem missis. Sed jam die 27. Novembris Româ ad Internuntium directæ erant hæ facultates (*n*) pro solo Catzio Vicario Apostolico, cùm in more positum non esset, directè ad Coadjutorem dirigere, ut scilicet servaretur debita subordinatio erga Vicarium Apostolicum, à quo cum ipso communicari debebant vi facultatis specialis, quæ ad hoc quoque concedebatur. Accepit hasce Catzius paucis post scriptam Epistolam suam diebus, casque cum Neercasselio communicavit.

6. Jan. 1663.

Ad Commissionem sibi datam respondit Internuntius, quod Vicarius Catzius & Coadjutor Neercasselius convenissent inter se de forma regiminis, & distinctione Imperii, ita ut ille sinistram elegisset Harlemensem, hic dexteram Ultrajectensem; quam divisionem judicio quidem suo, tolerari posse censuit, quandoquidem, usque ad illum diem non nisi speratos effectus produceret; monens tamen, quod si subinde in contrarium quidquam occurreret, semper integrum futurum esset Sac. Congregationi Concordatum ipsum dissolvere, cùm nusquam ostendi posset, factum illud fuisse cum ulla positiva ejus approbatione. Dabatur enim hæc divisio Ultrajectensium morositati, qui laturi non fuissent, ut Neercasselius alteri subfuisset. Et verè, Summus Pontifex concordiam quidem probavit (*o*) modum verò, sive ipsam Regiminis divisionem, nec probavit tunc, nec improbavit, reservans sibi correctionem, si quid secus evenisset.

Exhibuerat Vicarius Apostolicus Catzius unà cum suo Coadjutore Neercasselio, Libellum supplicem Summo Pontifici (*p*) de necessitate, quam in Missione habebant, Sacerdotum, tum quòd multi deficerent, tum quòd accrevisset numerus Catholicorum, unde institerunt, ut potestas fieret centum ad Sacros Ordines promovendi, nimirum quinquaginta pro Diœcesibus Harlemensi, Groeningensi, & Leovardiensi, quorum regimini se per seipsum intenturum Catzius pollicebatur, & quinquaginta alios pro Diœcesibus Ultrajectina, Middelburgensi, & Daventriensi, qui Coadjutoris Neercasselii curæ commendari erant. Sed hîc avarâ manu processit Pontifex, memor quod Episcopus Trallensis Zacharias Mezius paucis ante obitum horis, quasi ex ultimâ voluntate repræsentasset tria gravissima Missionis Hollandicæ incommoda, inter quæ erat supervacanea illa voluntas, quâ multi tenebantur, suscipiendi Sacerdotium, adeò ut id violenter extorquere vellent à Vicario, & à Coadjutore, non sine turbis & molestiis; quare illo quidem tempore (*q*) concessa est licentia ordinandi duodecim tantùm Sacerdotes, supra sex antea permissos, & titulum Missionis non nisi sexies admittere, indultum est.

Supererat de reliquis Missionis necessitatibus instituenda cum Catzio deliberatio, sed hanc abrupit alia ab eodem Internuntio scripta Epistola (*r*) quâ nuntiabat, quod Balduinus Catzius Archiepiscopus Philippensis Vicarius Apostolicus in gravissimam incidisset mentis infirmitatem, ob quam ex Hollandia, & è conspectu publico subductus, in Domo Oratorii Lovaniensis collocatus fuerat, ubi & extremam diem obiit 18. Maii 1663. & ibidem in sacello tumulatus. *Aptior erat* Catzius, inquit Heussenius (*s*) *ad regendum virgines* (quibus Harlemii præerat) *quàm ad gubernandam vastam Ecclesiam* Hollandicam. Dein, majori illum dignum censuit gloriâ, dum corpore & mente valens Infulam pridem recusavit, quàm dum fractis illam viribus acceptavit. Existimaremus, postremum hoc ad sinceram honorati Præsulis commendationem dictum esse, nisi proferretur à Sacerdote prætensi Ultrajectini Vicariatûs, cui invisa semper fuit Catzii promotio, utpote ex Harlemensibus assumpti, & non sine invidia prælati Joanni Neercasselio. Sed cùm tam abjectè sentiat de laudato Præsule, ut quid non castigavit Erckelii imprudentiam, (*t*) qui à multo tempore scripserat: *Balduinum Cattum Clerus à Pontifice petiit, & impetravit.* Quis enim non videat, totum opprobrium redundare in Clerum, qui à Pontifice petierit Vicarium ad Missionis regimen ineptum? Sed falsum esse, Catzium à Clero expetitum fuisse, ex jam dictis abundè patet. Neque magis ex vero prolatum est, quod subdit Erckelius, Catzium *ob mentis infirmitatem, in quam illicò à Consecratione incidit, Ecclesiæ Gubernacula numquam tenuisse.* Certè à Consecratione sua, ad Sacram Congregationem scripsit (*u*) de Statu Missionis Hollandicæ; à Consecratione sua Regiminis Ecclesiastici divisionem stabilivit cum Neercasselio, cum quo communicavit facultates sibi à S. Sede concessas. Igitur *non illicò* à Consecratione in mentis incidit infirmitatem, & Ecclesiæ Hollandicæ gubernacula aliquando tenuit. In hac re, quæ summi momenti non est, Erckelium infidelitatis reum agere non constitui; labi potuit ex rerum gestarum ignorantia, adeò enim Catzii acta, aut occultata sunt, aut neglecta, ut Heussenius (*v*) ne verbulum quidem de illis meminerit.

A R-

(*n*) Append N. LXII. (*o*) Append. N. XLIX. (*p*) Append. N. LVII. (*q*) Append. N. XLIX. & LXII. (*r*) Append. N. L. (*s*) Bat. Sac. fol. 475. (*t*) Aff. jur. edita Anno 1703. pag. 28. (*u*) Append. N. XLVIII. (*v*) In *Batavia sacra*.

ARTICULUS XII.

ART. XII. De Vicariatu Apostolico Joannis Neercasselii.

De Vicariatu Apostolico Joannis Neercasselii Episcopi Castoriensis.

DEfuncto Baldoinn Catzio Archiepiscopo Philippensi, & per Fœderatum Belgium Vicario Apostolico, Joannes Neercasselius Episcopus Castoriensis è Coadjutore cum futura successione evasit earumdem Provinciarum Vicarius Apostolicus ordine sextus, si Zachariam de Mez, ob administratam ibidem per quinquennium rem Ecclesiasticam, in numero ponas.

De hoc viro per Belgium non tantùm & Galliam, sed per reliquam ferè Europam nominato, ac celebri, cùm multa nobis dicenda sint & varia, cùm placitura sint aliqua, displicitura nonnulla, ut ex humanæ infirmitatis conditione mortalibus plerisque contingit; præmittenda censui pauca, quæ ejus ortum, mores, ac vitæ consuetudinem exprimant, ut, quoniam egit multa sapienter, multa improvidè, multa constanter, multa variè, multa comprobata, multa non æquè laudata, intelligas ex quo fonte hauserit tantam vitæ dissimilitudinem, ac varietatem.

Anno 1626. natus est Gorcomii, nobili Hollandiæ oppido ad dexteram ripam Rheni, qui illo loco *Vahalis* dicitur. A Parentibus imprimis honestis ac religiosis, in ludum litterarium missus est ad Vicum S. Agathæ prope Graviam, quem Crucigeri incolunt, inquit Heussenius (x) ubi linguæ Latinæ rudimenta edoctus est. Lovanium posteà migravit, ac Philosophiæ operam dedit in Porcensi Pædagogio, cùm Collegium Hollandicum Divæ Pulcheriæ dicatum, quod est Harlemensium Seminarium, inhabitaret. Animum statim adjecit ad Statum Ecclesiasticum, & profectus in Galliam, Congregationi Oratorii Berullianæ Parisiis nomen dedit, atque expleto ibidem in ædibus Institutionis, Probationis anno, Salmurium à Superioribus missus est ad scientiæ Theologicæ sublimia cognoscenda, in quo studio multùm profecit, ut ejus posteà eruditio declaravit. Et hæc quidem Ecclesiæ Catholicæ profutura fuisset, nisi iis fuisset usus Magistris, aliisque Familiaribus & necessariis, qui Jansenii placita secuti, novitatum quoque spiritum & amorem Neercasselio indidissent. E Gallia redux, in Domo Oratorii Mechliniensis aliquamdiu hærens, illà in Civitate Theologiam docuit in Seminario Archiepiscopali Anno 1652. sub Archiepiscopo Jacobo Boonen.

Evocatus è Brabantia Neercasselius destinabatur, ut in Collegio SS. Willibrordi & Bonifacii, quod in Universitate Coloniensi Missionis Seminarium erat, Sacram Theologiam doceret; sed alio è gremio Cleri illuc misso, inquit Heussenius (y) patriis curis, laboribusque magis necessarius judicatus, detentus fuit in patria, & primùm vicariam operam impendit variis in Missione Sacerdotibus, qui ibi Parochorum loco sunt. Obierat hoc anno Joannes Wagtelarius Archiepiscopi Ephesini Jacobi De La Torre Vicarii Apostolici Provicarius. Divisit La Torrius provinciam, ut alibi diximus, & Neercasselium Provicarium suum fecit pro majori parte Diœcesis Ultrajectinæ. La Torrio, Mezioque defunctis, Coadjutor factus est Catzii, eique successit, ut jam narravimus.

Scripsit varia quæ enarrat Heussenius (z) & inter alia, libros duos, de recto clavium usu, quibus titulus: *Amor Pœnitens.* Notum esse dicit, quæ fors fuerit primæ Editionis sub Alexandro VIII. sed reticet quod, erubescenda sanè ratione, idem illud Opus submissum fuerit Arnaldi judicio, & correctioni, atque obstetricante manu Quesnelli in lucem prodierit, quæ nos infra loquemur. His præmissis, producamus filum Orationis, & Neercasselii gesta recenseamus, non omnia quidem (quod plus haberet laboris, quàm utilitatis) sed illa dumtaxar, quæ ad præfixum nobis scopum faciunt.

Superiori articulo vidimus, quod Neercasselius sategerit, ut Potestas Ecclesiastica per Missionem Hollandicam divideretur inter duos, quorum par esset in diviso Vicariatu auctoritas, ne aut potestatis communio, permixtio, atque subordinatio pareret confusionem, aut immensitas laboris obrueret impotentem. Jam factus Vicarius Apostolicus, primus ipse preces porrigit pro unione potestatis; recusat socium, ne dividatur imperium, & dissuadet Coadjutorem, ut evitetur dissidium. Similiter Clerus Ultrajectinus scripserat in Urbem. Et ea tunc dicebatur Patriæ conditio, ut sui naturâ exigeret divisionem, ea curarum molestia, ut unio pateretur difficultatem, ea divisionis utilitas, ut Missionis salus ab Antistitum pluralitate penderet. Nunc verò, id est elapso

I vix

(x) Bat. Sac. fol. 477. (y) Bat. Sac. fol. 478. (z) Bat. Sac. fol. 484.

ART. XII. De Vicariatu Apostolico Joannis Neercasselii.

vix integro anno, tota rerum facies repente mutatur. Jam duo Vicarii, duo Episcopi inutiles forent, & noxii, jam neque moles curarum gravat, neque in unius viri humeros vastissimæ Missionis imposita sarcina aut premit, aut ferentem obruit. Clerus scribit ad Pontificem supplicatque (a) ut Neercasselio permittat Ecclesiæ Hollandicæ regimen totum. Modestè verba faciunt, nec furtivis se vestiunt coloribus. Nullum enim comparet Capitulum, nullus Decanus, nulli Canonici, sed *Vice-præses & Concilium Vicariatûs Ultrajectensis* precatores accedunt. Laudant Castoriensem Episcopum, & quamvis ille Diœcesis Ultrajectensis, duarumque aliarum dumtaxat curam gessisset, (reliquarum trium necessitatibus Catzio relictis) pronuntiant tamen, „ quod tempore Coadjutoriæ suæ omnium „ subditorum sibi devinxisset animos, visi„ tando Ecclesias circumquàque, in abun„ dantia benedictionis Verbum Dei, tùm u„ tiliter, tùm suaviter ubique disseminando. „ Id quod illum in finem commemorant, „ ut „ suppliciter per præsentes rogent Sanctita„ tem suam, ne quem Collegam, vel Coad„ jutorem ipsi adjungat. „ Nec omittunt addere causam rogationis, „ ne ipsius, inquiunt, „ gloriæ detrahatur, aut pax Ecclesiarum „ periclitetur. Ante annum, non constabat Ecclesiarum pax nisi divisione auctoritatis, nunc eadem periclitatur, nisi auctoritas tota combinetur. Sic mutantur tempora, sed mutati consilii rationem non occultant, dum Antistitis sui gloriæ consulunt; & hic sincerè, quod sentiunt, edicunt. Atque hoc pacto, nullus datus est Neercasselio sive Collega, sive Coadjutor, & Vice-præsidi, reliquisque benignè responsum fuit.

Secunda Castoriensis Episcopi petitio Romæ facta, renovarat instantias ad obtinendam à S. Sede licentiam ordinandi plures in Hollandia, & pro Missione Sacerdotes. Hæc non fuerat sententia Zachariæ Mezii Episcopi Trallensis, cujus memoria in benedictione erat, & qui in lecto mortis constitutus, summo Pontifici veluti ex testamento dederat, legaratque Rationem confusionum, quæ Missionem Hollandicam turbarant. Hanc provenire docuit ex eo, quod multò vellent fieri Sacerdotes, vel cupiditatibus accensi, vel Parentum impulsu, qui omnimodis vellent filios suos stare ad aras, à quarum pinguedine & ipsi saginarentur. Cùm verò ordinati essent, statim ad pastoralia administranda facultatem violenter extorquebant, emendicatis amicorum, & potentium commendationibus. Quibus cùm Vicarii Apostolici ignavè cederent, opplebatur Missio vel idiotis, vel sua quærentibus, sæpe etiam luxuriantibus, & incontinentibus Sacerdotibus. Hanc molem mali ignorare non poterat Neercasselius, quare mirum Romæ visum est, quod statim sub initium tantam Sacerdotum penuriam causatus sit, ut ad subveniendum necessitati, peteret facultatem ordinandi *Centum novos*.

Hæc res primò commissa fuit (b) examini Internuntii Apostolici; tum, ad viventem etiamnum Balduinum Catzium Sac. Congregatio scripserat (c) exhibendam priùs esse Relationem Statûs Missionis, antequam super hoc articulo quidquam decerneretur, ut mos fuerat prædecessoribus Vicariis, simul atque provinciam suscepissent. Idem Neercasselio responsum fuit (d) quo nihilominus insistente, Sac. Cong. licentiam fecit (e) ordinandi aliquos interim, dum requisita Missionum relatio expectaretur, id quod ipsi Catzio quoque (f) perscriptum est, explicato in Litteris ad Internuntium (g) ordinandorum numero, videlicet duodenario, quorum sex titulo patrimonii & totidem titulo Missionis admitti poterant. Permoverant præterea Internuntium Apostolicum, ut Anno sequenti ampliorem licentiam (h) Româ procuraret. Examinatâ hac instantiâ, Sac. Cong. facultatem fecerat (i) ordinandi duodecim alios Sacerdotes. His nondum contentus Neercasselius, plures petiit, sed præter mentem expectationemque, à S. Cong. ei regestum fuit (l) mirum videri, quod cùm tribus vicibus eadem esset concessa facultas, aptiores à se selecti è numero ordinatorum, Missionis necessitati nondum suffecissent.

1663.

Hæc singillatim à Nobis atque distinctè, (sed cum legentium fortè nausea) commemoranda fuère, ut moderni Sacerdotes Ultrajectini intelligerent, quanta Neercasselii animum subierit religio; quot, quantisque instantiis, etiam Ministri Apostolici implorato officio, egerit, & opus esse crediderit, ad impetrandam facultatem licitè imponendi manus iis, qui Missionis obsequio destinarentur. Hanc licentiam Neercasselius numquam petiit à prætenso Capitulo Ultrajectino, utpote quod numquam vidit, aut novit, nedum agnovit. Et hodiedum facultatem hanc attribuent sibi ipsis octo nudi Presbyteri per prætensas *Litteras dimissorias*, sine ullo solido fundamento, contra juris dispositionem universam, & contra S. Sedis Apostolicæ prohibitiones iteratas!

Tertia Neercasselii petitio continebat, ut ad majorem per Ecclesias sibi commissas auctoritatem, concederentur sibi facultates *Ordinarii*. Ad hoc scriptum fuit Internuntio Apostolico, ut Castoriensi Episcopo referret „ (m) probatam non fuisse ultimam ejus „ rogationem, quâ petebat, ut in Vicariatu „ haberetur omnis potestas, quâ gaudent Epis-

29. Sept. 1663.

(a) Append. N. LV. (b) Append N. LVII. (c) N. LVIII. (d) N. LIX. (e) N. LX. (f) N. LXI. (g) N. LXII. (h) N. XLVI. (i) N. XLIX. (l) N. LIII. (m) Append. N. LXV.

„ Episcopi in suis Diœcesibus; quia certo „ gradui res multæ adaptantur, quæ aliis non „ conveniunt. „ Acquievit Neercasselius, & recusatas *Ordinarii* facultates à prætenso Capitulo nec peti, nec dari posse facto suo comprobavit.

1662. Relatio Statûs Missionum Hollandicarum superiori Anno ad Sacram Congregationem transmissa à Catzio, Neercasselioque inter alia commemorat institutum, amplificationem, munus, atque officium famosi Vicariatûs Ultrajectini, quem nobis pro Capitulo Cathedrali obtrudunt moderni. Tota Relatio expensa fuit in Congregatione habita 5.

1663. Junii Anni subsequentis. Dictum porrò fuerat, quod esset (*n*) „ Sacer Senatus octo Sacerdotum quorum consilio, opibus & laboribus Vicarius Apostolicus, ejusque Coadjutor in negotiis illarum Ecclesiarum dirigendis præcipuè uterentur; quod hi octo „ Sacerdotes uti dignitate, ita etiam meritis „ cæteros Missionarios antecellerent; quod „ esset inter ipsos nullus, qui non eruditione, „ multorum Annorum experientiâ, morum „ integritate cæteris præluceret; quod horum opes, & patrimonia essent veluti fontes ex quibus cæteri Missionarii suæ necessitatis subsidia haurirent; quod hi soli „ tantam in se (*Neercasselium*) pecuniarum „ vim incredibili liberalitate profudissent, „ quanta sat esset ad Episcopalem dignitatem illis in partibus nonnullo exteriori „ splendore condecorandam; quod horum „ singuli amplas præfatorum Episcopatuum „ portiones quibus intenderent, haberent „ sibi designatas; quod hi etiam Seminarii „ Coloniensis directioni invigilarent, ejus „ Alumnos regerent, & in disciplina Dei „ enutrirent, adeò ut vix esset bonum aliquod in hisce Episcopatibus, quod isti octo „ non fecissent, vel saltem cujus pars magna non fuissent. „ Ad hæc ita, ut præmittitur, in Sac. Congregatione exposita, monuerat Secretarius (*o*) „ quod si Eminentissimis „ Patribus id ita videretur, abs re non esset, „ paulò distinctiùs intelligere, quâ ratione „ formaretur hoc Collegium, & quis ei illam Episcopatuum superintendentiam, utì „ & Seminarii Coloniensis commisisset, & à „ quo tempore: nam perpenso gentis istius „ genio, posse eâ viâ, sub prætextu istius „ Collegii, introduci jus aliquod, & prætensio, quam non adeò facile esset postmodum rescindere, tum cùm id necessitas exigeret. „ Quàm non sine ratione sibi timuerit ille ab Ultrajectensibus, docuit eventus. Jussit igitur Sacra Congregatio (*p*) ut ad Internuntium scriberetur juxta monitum Secretarii; & ad ipsum Neercasselium à Sac. Congregatione datæ sunt Litteræ, ut explicaret, quo modo Collegium istud efformaretur, unde sumpsisset exordium ac progressus, & quorum demum auctoritate Sacerdotes illi Ecclesiarum Hollandicarum, ac Seminarii directioni præfecti fuissent. Ad hæc interrogata Declarationem responsoriam dedit Neercasselius Mense Augusto ejusdem Anni, quam inter *Monumenta* exhibemus, (*q*) & hìc paullò attentiùs cum Adversariis, omnia hæc Acta occultantibus, considerabimus.

ART XII. De Vicariatu Apostolico Joannis Neercasselii.

Adesse proinde volo Heussenium, & Auctorem illum anonymum, quamvis non incognitum, Memorialis Gallici, & quoscumque alios, qui Scriptores hosce aut excitarunt, aut illis præbuerunt assensum. Hæc Neercasselii apud S. Sedem Scripta atque Responsa Ultrajectinos nostros quasi in jus vocant: illiusque judicio, si qua in ipsis fides est, & veritatis amor, imò si honestatis rationem aliquam habere velint, & stare debent, & cadere. Pendet ipsorum causa à sententia Neercasselii, & spes omnes sitæ sunt in hoc: An ipse censuerit Clerum Ultrajectinum fuisse, vel esse verum Cathedrale Capitulum, cui illa jura competant, quæ Sede Episcopali vacante juxta SS. Canones, & Synodum Tridentinam veris Cathedralibus Capitulis conveniunt. Concedunt illi, quod Corpus illud tunc non exstiterit plenum, quale fuerat, rebus nondum mutatis, quando constabat Canonicis quadraginta. Contendunt jura illa conservata fuisse in paucis, quos dicunt fuisse *præcipuos*, & La Torrius *veluti Canonicos graduatos* appellavit, quorum & numerum hodie jactant, & Capitularia illis jura attribuunt.

Jam Neercasselium audiamus definientem. *Declarat* & *respondet* ad Interrogata Sacræ Congregationis; adeò ut sola hæcce, atque unica ejus *Declaratio* pro vera ejus, sinceraque sententia semper & ubique habenda sit, & quidquid aliundè obtruditur, si ab ea discrepet, nullam omnino fidem mereatur. Præmittit autem, quod *Status Collegii octo primariorum Sacerdotum, quod in Archiepiscopatu Ultrajectina institutum in suis Relationibus narraverat, vix possit dilucidè explicari, nisi ipsis Institutionis, atque Amplificationis litteris exhibitis.* Nemo non advertit, poni hìc nomen *Collegii*, non vocem *Capituli*; intuemur terminos qui *octo* exprimunt, non conspicimus *novem*, qui numerus est Canonicorum Graduatorum juxta Bullam Erectionis; insuper comparent *primarii Sacerdotes*, non *Canonici*. Agitur tamen de illo ipso corpore, cujus meminerat in Relationibus suis. Institutionis Litteras exhibendas esse, ut de natura hujus Cœtus certum quid pronuntiari posset, prudenter censuit Neercasselius, quas petimus & nos, eò quòd transsumptis hactenùs productis,

(*n*) Append. N. XLVII. (*o*) Append. N. XLIX. (*p*) Append. N. LI. LII. LIII.
(*q*) Append. N. LXIV.

ART. XII. De Vicariatu Apostolico Joannis Neercasselii.

ductis, fidem omnimodam habere prohibeant multa, quæ alibi (r) adduximus. Primigenias Litteras habuisse visus est Neercasselius, dum subdit, se *illas Cursori ferendas tradere non audere, eo quod earumdem perditio apud Officiales (si fortè contingeret) cederet in ruinam dictorum personarum & generalem direptionem Ecclesiarum;* quare spondet Internunno, se illas missurum per expressum, & quidem per aliquem ex ipso Collegio, qui oretenus reliqua explicaret, quæ ille desiderabat pleniùs cognoscere.

Hic fatemur ingenuè, non intelligere nos quænam sit illa trepidans, & perterrita mens Neercasselii, aut quam ob causam tanto perstringatur horrore. Cursori fiditur Epistola, in qua ex Civitate Amstelodamensi ad Bruxellensem missâ scribitur, extare periculosas adeò Litteras, ut si venirent in manus Officialium, cederent in ruinam, & generalem direptionem Ecclesiarum. Quærere igitur liceat, quomodo ausus fuerit hanc ipsam Epistolam Cursori fidere? Ipsa illa, & sola quidem, si incidisset in manus, certam ruinam magis causasset, quàm Patentes Litteræ Prætensi Vicariatûs. In his enim non nisi de Rovenii, La Torriique facto ageretur, & discutiendum veniret, quo consilio, quo modo, quo fine egissent illi. Hæc verò Epistola jus statuit, facinus loquitur, culpam agnoscit, quæ capax sit in ruinam trahere, & Ecclesiarum causare direptiones. Litteras innoxias postulavimus, & jam periculis plenas intelligimus. Quid? *Secerne* ille *Senatus* originem suam ostendere nequeat sine tanto discrimine? Illudne Collegium institutum, & amplificatum fuerit ad læsionem Majestatis, ad scelera seditionis, quæ publicam offendant potestatem? Decreta non quærimus, aut deliberationes in illo Collegio habitas. Institutionis instrumentum sufficit, ut de titulo cognoscamus; quòd si innoxium fuerit, occultandum non erat; si noxium, jam nulli probo debeat esse utile, nulli Sacerdoti defendendum.

Hic oportet, omninò ut pronuntiem, audacem fuisse Erckelium; & inter homines omnes temerarium, quàm qui maximè, Anonymum illum Gallum, qui has Institutionis Litteras veras & genuinas se dedisse profitentur, easque tales, quæ si in manus incidissent, proculdubio causassent, Neercasselio judice, ruinam & direptionem Ecclesiarum. Dii avertant metum! Porrò Doctores Lovanienses, qui his Litteris instructi, nimiâ facilitate pronuntiarunt juxta placita modernorum Sacerdotum Ultrajectensium, illorumque contra Sanctam Sedem rebellionem hoc pacto foverunt, auxeruntque; videant illi, quàm periculosis &, (Neercasselio semper judice) detestabilibus armis usi sint contra meliorem causam, & cùm reliqua quoque cognoverint, quæ in decursu daturi sumus, confutent ipsimet Adversariorum nostrorum errores, quos certè, visis rationibus nostris, defendere volent numquam.

Præmiserat Neercasselius incautam illam, inconsideratamque negati Instrumenti rationem, cùm, velut summam rei tractaturus, subdit, *brevissimè se pro aliquali informatione significare, quod Collegium hoc sub nomine Vicariatûs Ultrajectensis fuerit erectum per Philippum* (Rovenium) *Archiepiscopum Philippensem Vicarium Apostolicum.* In his verbis, veluti in speculo, intueri possunt, nisi mentis oculos claudant Ultrajectini, quàm longè fuerit Neercasselius ab ea cogitatione, quod Ultrajecti etiamnum superesset Capitulum Canonicorum. Erectum ait, per Philippum Rovenium Vicariatûs Collegium; igitur non est primitivum Collegium Cathedrale, & hoc quod erectum est, nec ab ullo Rege, aut Principe, nec ab ulla seculari potestate, aut ex privatorum liberalitate fundatum, aut per Sanctam Sedem institutum est. Quare pergit narrare, quod *Personæ illius Collegii, quæ erant octo, & ipse unus, accensæ zelo promovendi boni publici, quod ob Ephesino* (La Torrio) *minùs sedulò curari perspiciebant, unanimiter petierint ejusdem confirmationem, amplificationemque.* Fastidiosus sim, si notari jubeam nec *Capituli* nomen nec *Canonicorum* huic Declarationi inesse, sed cùm Neercasselius ex octoviris unus fuerit, dum La Torrius Collegium istud approbavit Anno 1658. provocamus Adversarios ut ostendant, quod Neercasselius se umquam dixerit Canonicum Ultrajectinum, aut Collegium illud suum *Capituli* appellatione dignatus fuerit umquam.

Ego ipse nuper, inquit ille ibidem, *præsidens in Congregatione dicti Collegii à me convocati, rebus ipsis confirmare cœpi, & scriptis confirmaturum me addixi, sed jam differre illud malo, donec Eminentissimi DD. sufficienter informati, mihi id permiserint.* Non stetit promissis Neercasselius; Sacra Congregatio numquam permisit; is tamen confirmavit. Sed quâ ratione id fecerit, dicendum inferiùs. Nunc expendenda sunt reliqua.

Quia verò, ait, *Collegium istud summoperè probo, omnique favore dignum judico, opto quàm maximè ipsi robur confirmationis Apostolicæ addi, quo ipsi addatur novus stimulus faciendæ firmæ fundationis pro digno sustentatione Vicarii Apostolici perpetuis futuris temporibus.* Nihil juvat Adversariorum causam, quod Collegium illud probet, cùm non dicat esse *Capitulum*. Non desiderat Neercasselius confirmationis Apostolicæ robur, ut Collegio isti addatur dignitas, atque præstantia Capituli Cathedralis, aut ut illius Membris tribuatur Canonicorum

(r) Vide Dissert. IX.

rum prærogativa & appellatio; sed ut Vicarii Apostolici sustentationi provideatur, per firmam futuris temporibus fundationem. Subsidio egebat Neercasselius, Canonicis verò, aut Capitulo nequidquam opus habebat, ut statim videbimus. Nonc miror ego, quod petat confirmationem Apostolicam rei, cujus notæ non sint qualitates, quio imò de qua scripsit, quod Institutioois Litteræ cautissimè essent occultandæ, ne, si in manus venirent, ruinam causarent & direptionem. Talisne rei confirmatio à Sancta Sede sperari possit, aot debeat? Cæterùm si hoc Collegium esset veri nominis Capitulum, confirmatiooe jam non indigeret, jura enim sua haberet ex Canone.

Sed cùm Sac Cong. & illud distinctè explicari jussisset: qua demum auctoritate Sacerdotes illi Ecclesiarum Hollandicarum directioni præessent, rationem expressit Neercasselius his verbis, quibus totam de Ultrajectino Vicariatu quæstionem concludit. *Collegium illud ex vi suæ erectionis, vel amplificationis illud habet juris in Diœcesi Ultrajectina, ut sit Concilium, vel Senatus Ecclesiasticus Vicarii Apostolici pro Diœcesi illa; quomodò Capitulum Cathedrale est consilium Episcopi, quem ex privata auctoritate, inconsultis suis Presbyteris regere, nec ratio, nec Canones permittunt; in reliquis Episcopatibus nihil habet Collegium hoc. Sed personæ istæ adeo habiles, mihique obsequiosæ existunt, ut aliquibus eorum utar pro directione Diœcesis Daventriensis, & Middelburgensis.* Nuda hæc Responsionis verba eruditis sat superque probant, ex mente Neercaselii Vicariatum istum nihil minùs fuisse, quàm Capitulum Cathedrale. Illitteratis verò io Missione hominibus, & per Adversariorum fortè artes seductis Catholicis dicendum est, quod illud à Neercasselio huic Capitulo attributum Jus expiret, cesset, intereat morte concedentis Vicarii Apostolici, ut ipsimet per continuas Confirmationes probant; quæ ratio è Diametro pugnat, & adversatur veri nominis Capitulo Cathedrali. Nemo probibet coocilium, vel Senatum Ecclesiasticum cogere, qui Vicarii Apostolici prudentiam adjuvet, labores levet. Neqoe & illud damnandum, quod talem Senatum ad Capituli normam, similitudinemque componant, dummodo Cœtus ille intra fines suos consistat, ejusque Membra in re Ecclesiastica Consiliarii sint, non Arbitri, Disciplinæ cultores, & promotores, non jurisdictionis Episcopalis usurpatores, verbo: Vicariatus, non Capitulum. Est modus in rebus, & suom gradus quilibet habet ordinem. Episcopus habet suos Canones, Vicarios Apostolicus suas instructiones, uterque Consiliarios suos; ille de jure, hic ex libera electiooe, & ex propriæ prudentiæ dictamioe. Adeò ut reprobare non velim, quod Neercasselius censeat, privata auctoritate, & incunsultis suis Presbyteris regendum non esse. Sed hærendum est in consilio, & Presbyteri meminisse debent, quod uti in consilium adsciscere est libertatis, ita consilium dare non sit juris. Et hic quidem Vicariatus particulare Concilium est, (juxta Neercasselii Declarationem) solius Diœceseos Ultrajectinæ, *in reliquis enim Episcopatibus nihil habet Collegium hoc.* Supersunt tamen Diœceses aliæ quinque. Habetne Vicarius Apostolicus quinque alia in Diœcesibus istis Concilia? Si habet, cur non & illorum curam, & amorem gerit? Si non habet, illasne privatà auctoritate, inconsultis suis Presbyteris, regit? Ex hac Neercasselii præcisa, & definitiva sententia ruit detestanda modernorum Ultrajectensium prævaricatio, qui ad alias etiam Fœderati Belgii Diœceses sacrilegam administrationem suam protruserunt, ut jactant etiam in impressis libellis. (s)

ART. XII. De Vicariatu Apostolico Joannis Neercasselii.

Cæterùm hæc Neercaselii Declaratio, atque Responsio de causa Ultrajectini Vicariatûs examinata fuit in Congregatione Romæ habita die 1. Octobris 1663. quando Eminentissimi Patres censuerunt (t) transmittendam esse per Neercaselium assertam institutionem, & confirmationem Collegii Ultrajectensis, de quo non comperio postea quidquam decisum; quod adscribendum puto personarum istius Collegii modestiæ, debitæque erga Vicarium Apostolicum submissioni, qui nullum sibi in Missiooe jus aut jurisdictiooem attribuentes, *contenti erant illis honoribus*, quos Neercaselius iisdem concedebat, ut testatum reliquit in sua ad Internuntium Epistola, quam præ manibus habeo.

Præterea, in illa ipsa Relatione Statûs Missionum Hollandicarum enarraverat Neercasselius Ecclesiæ Harlemensis necessitates, & mentionem fecerat Capituli, quod ibidem fuit, & dissidii quod cum Zacharia Mezio, & Harlemensibus intercesserat. Res hæc, uti præcedens, Internuntio commissa, & ab illo ad Neercaselii jam Vicarii Apostolici judicium directa fuit. Harlemenses obtulerunt Scriptum accuratè concinnatum sub hoc titulo: *Brevis Informatio pro auctoritate Capituli Harlemensis exhibenda S. Congregationi de propaganda Fide.* Huic adnotationes adjecit Castoriensis, & additâ Epistolâ de sua in hanc rem sententia, totum tradidit Internuntio, qui universa hæc Acta Romam misit 1. Septembris 1663. In hac Epistola liberà voce pronuntiat Neercasselius, non posse à se miri Concordata, qualia per Rovenium, La Torriumque facta conspexerat, & ex Internuntii Mandato examinaverat; dicens, similia se ferre non posse, *sine dignitatis suæ injuria, & boni Regiminis*

(s) Memoire &c. in Præf. (t) Append. N. LXVII. Litt A.

ART. XII. De Vicariatu Apostolico Joannis Neercasselii.

notabili detrimento. Tum subdit, *numquam benè futurum Ecclesiæ, nisi tota regendi auctoritas sit penes Vicarium Apostolicum, & Auctoritatem Capituli harum Ecclesiarum Paci noxiam se censere, quin imò noxiam fuisse experientiâ probatum.* Hinc, ut opinor, liquet omninò, Neercasselium nec Capitulum, nec Canonicos in Missionis Hollandicæ Regimine desiderasse aut socios, aut Censores. Fatendum nihilominus est, quod Anno statim sequente, sic dictum Harlemense Capitulum scripto agnoverit, laudaritque. Firmitudinem animi, constantiamque in Neercasselii gestis desiderari, jam à principio diximus. Vicariatum quoque Ultrajectinum probavit, confirmavitque scripto, quod exhibuimus inter *Monumenta*, (u) & Adversarii ostentant ubique. Quid inde conficiant pro asserenda sibi Capituli Cathedralis auctoritate, nullus, ut puto, assequetur. Expendantur Neercasselii verba, & de meris Consiliariis pro arbitrio assumendis suadet, hortaturque, non de Canonicis perhibet testimonium. *Fidei conservandæ & propagandæ Seminarium* appellet, per nos licet. Sed Collegium illud numquam dixit *Capitulum*; numquam illi attribuit Ecclesiæ gubernandæ potestatem, numquam *Jus*. Circumspecto sanè Judicio, & prudenti meditatione exaravit succinctam illam Vicariatûs approbationem. Meminerat enim, intrepidè testatum se fuisse Anno 1663. apud Internuntium, quod *auctoritas Capituli harum Ecclesiarum paci noxia esset, & benè futurum non esset Ecclesiæ, nisi penes Vicarium Apostolicum tota esset regendi auctoritas*, ideoque Anno 1667. cùm Vicariatum approbavit, cavit sibi sollicitè, ne auctoritatem Capituli inducere videretur, & selectis sanè verbis Consiliariorum dumtaxat cœtum expressit, laudavit, & commendavit. Quatuor integris Annis requirentibus restitit, eò quod à S. Sede licentiam habuisset numquam. Si quæras, quare post tantam procrastinationem, dilationemque, tandem approbaverit, non occurrit ratio alia, quàm illa ipsa, qua in simili usus est Neercasselius, nimirum: *Non rectè rem geri tunc, cum Superior ab illis quibus præest, suæ necessitatis expectat subsidium.* Incredibilis illa pecuniæ vis, quam in ipsum effuderant Ultrajectenses, hoc quasi præmio remuneranda fuit.

1664.

Hactenus explicuimus Neercasselii Gesta cum Sacra Congregatione circa generalem Missionum statum. Nunc singularia ejus acta, & intra ipsam Missionem Regiminis sui formam exhibeamus.

Libenter commemoramus, quod Disciplinæ Ecclesiasticæ tenacissimus fuerit, variosque sustulerit abusus, quos Vicariorum Apostolicorum exulantium absentia, Missionariorum fuga, aut latendi necessitas attulerant, & quos deinde corrigere non potuerant. Anno 1668. publicavit leges, partim à Rovenio olim præscriptas, partim suâ auctoritate novas, aut saltem auctas, & explicatiùs propositas, quasi *Constitutiones* per Missionarios servandas, in quibus de vita, & honestate Clericorum, de Verbo Dei annuntiando, de Sacramentorum administratione, aliisque, multa salubriter statuuntur. Exhibet illas Heussenius in *Batavia Sacra* fol. 495. Frequentes Neercasselius * per Missionem universam Visitationes instituit, etiam ad remotissima loca, ex quibus fructum non exiguum exstitisse in Domino gaudemus. Conciones verò, & ad Populum exhortationes habuit tanto numero, quanto ante eum nullus, in quibus elegantia sermonis superavit omnes, eruditione multos.

Anno 1670. Romam profectus est, ut, more à Vicariis Apostolicis Prædecessoribus suis celebrato, Sanctæ Sedi Apostolicæ rationem redderet commissi sibi Regiminis Missionis Hollandicæ. Perbenignè à Summo Pontifice Clemente X. & à S. R. E. Cardinalibus exceptum fuisse, tradit Heussenius, (v) & confectis feliciter negotiis, Anno sequenti ad propria remeasse, amplis muneribus, Sanctorumque Reliquiis à Pontifice ditatum, proprioque Clementis X. annulo decoratum.

Tum de Formularii Alexandrini contra Janseniana dogmata juratâ subscriptione, à Neercasselio pro sua Religione, & orthodoxiæ professione factâ, improbè loquitur, & pro Neercasselii memoria impudenter. Taceo, quod ad hunc Religionis actum inductum eum fuisse scribat, nescio quibus sollicitationibus, ac promissis, quod honorem vellicat S. Sedis intollerabili malignitate. Sed quâ demum ratione cognovit ille, quod Neercasselius in Formularii jurata subscriptione usus fuerit famosâ distinctione facti, & juris? Aut quis ei revelavit, Neercasselii animum ob hanc Fidei contra Jansenianam hæresim professionem graviter subinde excruciatum fuisse? Labem hanc nullam contraxit Neercasselius, nisi apud Jansenii sectatores, qui Quesnellum sequi malunt, quàm orbis Catholici Episcopos universos. Soli Deo cordium scrutatori notum erit, quo animo comparatus fuerit ille, cùm hanc Fidei Rationem apud Sanctam Sedem edidit. Non constitui ego Neercasselii panegyricum agere, neque id sinerent Adversarii, cùm pro veritate historiæ, hominem exhibere compellar sui dissimilem persæpe. Sed cùm hunc actum sibi imitandum numquam esse firmiter statuerint, & pertinaciter, ac editis Libellis declararint multoties, consulant, amabo, Neercasselii Epistolam Pastoralem præfixam illi Collectio-

ni

(u) Append. N. XVIII. (v) Bat. Sac. fol. 482.

ni Decretorum Apostolicorum, quam Lovanii impressam (ipsis fortè curantibus) Anno 1707. & viderunt sæpè, & manibus triverunt, quam *Epistolam Pastoralem* damus inter *Monumenta*. (x)

Hanc indignam censuit Heussenius, quæ in *Batavia Sacra* locum haberet, utpote in qua Neercasselius Cleri, Populique Hollandici devotionem excitat, ut *Christi Vicarii Definitioni suos sensus subjicerent*. Ubi illos credere vult cum Irenæo quod, *qui sunt undique fideles, necesse habeant ad Romanam Ecclesiam propter potentiorem ejus, sive in profligandis erroribus, sive in asserenda veritate principalitatem religiosè convenire*. Ubi SS. Hieronymi, Bernardi, & veterum Episcoporum relatis, de Pontificalis Judicii auctoritate, sententiis, ex unanimi Sanctorum Patrum doctrina, atque ex Apostolica Traditione eos docet illa, *quæ Summo in terris Pastori, ejusque Sanctionibus obedientia debeatur*; declarans collaudandum esse Deum, qui *per suum in terris Vicarium* (Innocentium XI.) *fugatis humanarum opinationum tenebris, Evangelii sui lumen clementer ostendit*. Si præmissam Neercasselii Jansenianorum dogmatum ejurationem imitari nolint Ultrajectenses, saltem audiant hic docentem, hortantemque, & quidem illis verbis, quæ non cùm Romæ esset in Summi Pontificis conspectu edidit, aut usurpavit, sed quæ multis post Annis in Hollandia existens concepit, & solemni Decreto omnibus suis tum Sacerdotibus, tum Laicis liberrimâ deliberatâque voluntate proferenda censuit. Scio occasionem huic Epistolæ datam esse per Innocentii XI. Decretum contra 65. Propositiones, quo illos, quos placuit laxistas appellare, particulariter notatos, perstrictosque fuisse, magnis clamoribus vulgarunt Adversarii; scio & illud, quod ob Decretum Alexandri VIII. contra 31. Propositiones, auditæ non fuerint triumphales Ultrajectensium vociferationes, neque solemnes ad Fideles Hollandos emissæ fuerint Epistolæ, quæ Alexandro VIII. obedientiam suaderent, persuaderentque, qualis Innocentio XI. deferenda erat, perorante Neercasselio. Illud unum ignoro, nec facile credo, quod ob divulgatam hanc Epistolam Pastoralem, prout (z) ob signatum juratumque Alexandri VII. Formularium, tantam contraxerit labem Neercasselius, ut multo sudore detergenda illa fuerit, qualiter olim suo sanguine S. Cyprianus abluere debuit lapsum suum, teste S. Augustino.

1679.

Die 2. Martii 1679.

Die 7. Septem. 1690.

Labem nondum elûtam, & nomini suo, & toti Missioni inussit Neercasselius, (a) cùm famosos profugos Gallos Arnaldum, du Vaucel, Gerberonium, & Quesnellum ad Hollandicarum Ecclesiarum vineam suffodiendam quasi totidem vulpes invitavit, recepit, fovit. A quibus & ipse seductus, declinavit à semitis, quas superiori insigni illa Epistolâ Pastorali ovibus suis tenendas monstraverat. Antonius Arnaldus, (b) ob Jansenii defensionem, & dogmatum quæ tenebat pertinaciam, è Sorbona pulsus, Galliâ demum totâ excesserat, veritus mandato Regio comprehendi, ob frequentissima, quæ ejus in ædibus instituebantur, conventicula. Atque in Belgio Catholico aliquandiu oberrans, tandem securam refugii sedem in Hollandia quæsivit, & invenit. Neercasselius, qui Arnaldum eò usque non nisi à longinquo salutaverat, eum ad se, suosque invitavit (c) Anno 1680. & *tamquam Angelum Dei* excepit, & postea Delphis illum in Beghinasio subsidère fecit. (d) Hoc in azylo delituit Arnaldus usque ad Annum circiter 1684. nulli hominum, præterquam Neercasselio, nonnullisque de Clero seculari præcipuis, & secretorum consciis notus. Hoc in loco Arnaldus Neercasselii animum regebat plenissimè, & hic nihil curabat magis, quàm ut illi provideret de discipulis Theologis junioribus, quos tanto Magistro dignos censebat, & qui præstantioribus in Missione Stationibus videbantur aliquando admovendi. Hos igitur erudiendos suscepit Arnaldus, suisque illos novæ Theologiæ mysteriis ad unguem imbuit, quod ipsi eò facilius fuit, quia illi Lovanii sub famosis de Jansenismo Magistris eruditi nova Theologiæ principia jam penè hauserant. Inter præcipuos auditores Arnaldi numerantur Petrus Codde Neercasselii in Vicariatu Apostolico Successor, Hugo Franciscus Heussenius, Joannes Roos, &c, qui etiamnum superstes est, Joannes Christianus Erckelius.

ART XII. De Vicariatu Apostolico Joannis Neercasselii.

Neercasselius Anno 1684. Librum suum (e) AMOR POENITENS Arnaldi judicio submisit, à quo monitum accepit, ne in fine adjiceret, *in Petri Cathedra Fidem esse indeficientem*, quòd hæc verba præ se ferrent Pontificiæ infallibilitatis confessionem; & illa jam in fine Præfationis non leguntur. Cùm è Gallia profugus Quesnellus, (f) Bruxellas venisset, Literis 9. Martii 1685. ad perditissimum hominem datis, gavisum se scribit Neercasselius, quod *iniquitatem fugiens, Hollandis propinquior factus esset, cujus eruditio, & doctrina ipsos certantes adjuvaret*. Utinam pestilens eruditio, & doctrina, quæ non nisi contrà Catholicam Fidem, Decisiones Apostolicas, & Ecclesiasticam Disciplinam certavit, Hollandis etiamnum esset incognita! Huic homuncioni commendat *Amoris pænitentis* Editionem novam, quam ejus quoque prudentiæ permittit. Apostolicus

(x) Append. N. XLVI. Litt. B. ex Edit. Anni 1676. (z) Bat. Sac. fol. 481. (a) Vide Caus. Quesf. pag. 182. 185. & seqq. (b) Breve Memoriale &c. 4. 2. (c) Caus. Quesf. sup. (d) Breve Memor. sup. (e) Caus. Quesf. pag. 79. (f) Ibidem pag. 80.

ART. XII. De Vicariatu Apostolico Joannis Neercasselii.

postolicus in Belgio Internuntius *(g)* à Neercasselio sententiam rogarat de Libro, cui titulus: LIBERTATES ECCLESIÆ GALLICANÆ. Ille Quesnelli priùs judicium exquirendum arbitratus est, ab eoque non sana, ut credibile est, consilia accipiens, mentem suam aperire detrectavit de Libro pro infallibilitate, & Primatu Summi Pontificis conscripto. Anno 1686. Quesnellum invitavit, ut excursionem institueret in Hollandiam, sed se præsente, cùm *etiam doleret, quod absente se*, Quesnellus advenitet. Verùm mutuum complexum, quem sibi proponebat Neercasselius, impedivit Deus, qui hunc Vicarium Apostolicum visitandæ Provinciæ Transisulanæ impeditum, è vita subduxit Swollæ 6. Junii 1686. Ætatis Anno 60. Consecrationis 24.

Contentio quoque fuit illi, utì olim fuerat La Torrio, cum nobilibus Toparchis circa Jus Patronatûs in Ecclesias, seu Oratoria Catholica Missionis Hollandicæ. Mense Februario Anni 1679. repentina morte extinctus fuerat Cornelius Vander Putten Missionarius, seu Pastor Wassenariensis, in cujus locum à Toparcha Domino de Opdam *(h)* nominatus fuit Henricus Snabel Brabanto-Leeuwensis, Congregationis Oratorii B. M. V. Montis-Acuti Sacerdos, Capellanus tunc domesticus Toparchæ Warmondani. Neercasselius huic se nominationi opposuit, ut Ecclesiis Hollandicis suam assereret libertatem. Vacavit Statio per annum integrum, quamvis eamdem nunc uni, nunc alteri Sacerdoti frustrà detulisset, cùm ejus adeundæ licentiam à Toparcha Acatholico viro spectatissimo obtinere nullus valuisset. Consuluit Neercasselius Doctores Theologos duos ex Universitate Lovaniensi, Lambertum Vincent, & Gummarum Huyghens, qui quamvis respondissent, non dari Jus Patronatûs in Oratoria Catholicorum, neque ferendam esse Toparcharum nominationem, quia tamen res erat cum viro primario, neque alia patebat ad vacanti stationi providendum via, Henricus Snabel ex Neercasselii consensu curam adiit Anno 1680.

1682. Biennio post, acriorem concertationem habuit cum Toparcha de Croonenburg sibi quoque vindicante Jus Patronatûs, tanto magis quia fundum dederat, cui inædificatum est Oratorium Catholicum, & fortè etiam domus Missionarii, seu Pastoris. Itum est ad Responsa Jurisprudentum, & Neercasselius elegantem, ac doctissimam Dissertationem publicavit, qua conatur evincere, Jus illud Nobilibus in Hollandia Toparchis nullo modo competere in modernas Ecclesias, seu Oratoria Catholicorum. Hanc impugnavit Nicolaus du Bois, in Universitate Lovaniensi SS. Litterarum Professor per Canonicam quoque Dissertationem, in quam Neercasselii Advocatus amaras, acerbasque Animadversiones conscripsit Anno 1683. Hæc Scripta jam ferè oblita, & in quibus usus non modicus erit in Dissertatione nostra III. liberaliter nobiscum communicavit Amplissimus Petrus Van Beest Archipresbyter Gelriæ, & Monialium Hussiensium Rector, Vir pro Fide probatus, & tentatus in multis. Cæterùm molestiam istam cum Toparchis Catholicis, & Acatholicis detulit Neercasselius ad Internuntium Bruxellensem postea S. R. E. Cardinalem Tanarium, hic verò ad Summum Pontificem. Rescriptum verò Apostolicum fuit, ut Neercasselio, utì S. Sedis Vicario libera esset Stationum provisio, donec auditis Toparchis Catholicis, Sanctissimus aliud statuendum censuisset. Hæc primò indicavit Internuntius Nicolao du Bois, qui Toparcharum causam susceperat, postea etiam Toparchæ de Ryswyck, qui Sacerdotem à Neercasselio constitutum ab Altari abstraxerat infra Missarum solemnia, detruseratque in carcerem. Tandem publicatis variis Jurisprudentum, & Theologorum in Universitate Lovaniensi Responsis, & divulgata Dissertatione Neercasselii, nec non Rescriptis Ministrorum S. Sedis, acquiescere visi sunt Toparchæ Catholici; saltem Causam Romæ prosecuti non sunt, & Neercasselius hac in parte meritò laudandus, victor evasit. Quibus verò rationibus & argumentis id consecutus fuerit, expendetur *in Dissertatione III.*

In administranda per Missionem Jurisdictione, & potestate Ecclesiastica Prædecessorum suorum Vicariorum Apostolicorum exempla secutus, Provicarios habuit, & moriens reliquit Petrum Codde pro Ultrajectensi, & Josephum Causebant pro Harlemensi Diœcesibus, cum potestate per alias quoque Diœceses juxta divisionem ab ipso Neercasselio cum Balduino Catzio olim stabilitam.

Transtulit quoque Coloniâ Lovanium Seminarium Ultrajectense Collegium *Alticollense* dictum, non obstantibus honoratissimorum Sacerdotum Missionis Hollandicæ oppositionibus, qui causabantur, quod Lovanii majores sumptus, quàm Coloniæ faciendi essent pro studiosorum alimento. Huic necessitati occurrit Neercasselius collecta apud Seminarii Fundatores, & Benefactores pecuniâ, qua Bursarum Redditus adauxit ad eam, quæ Lovanii requiritur pro singulorum sustentatione rationem. Hujus Seminarii Præsidem Lovanii primum constituit Martinum De Swaen. Et huic Collegio, ut Heussenius ait *(i)* moriens Neercasselius liberaliter providit.

(g) Ibid. pag. 22. *(h)* Bat. Sac. Par. 2. fol, 283. *(i)* Bat. Sac. fol. 485.

ARTICULUS XIII.

De Statu Missionis Hollandicæ post obitum Joannis Neercasselii Episcopi Castoriensis & Vicarii Apostolici.

ARTIC. XIII. De Statu Missionis Hollandicæ post obitum Joannis Neercasselii.

HIc rursus omnes artes suas protulit Heussenius *(l)* ut ostenderet prætenso Vicariatui Ultrajectino, veluti Capitulo Metropolitanæ Ecclesiæ, jurisdictionem competere post mortem Vicarii Apostolici. Quare post explicatam Joannis Neercasselii Episcopi Castoriensis mortem, fingit SEDEM VACANTEM; & Provicarios Ultrajectini, & Harlemensis Episcopatuum administrasse rem Ecclesiasticam, veluti Vicarios Generales. Idem dixit Anonymus Gallus *(m)* falsò uterque. Sed cùm hæc mereantur examen particulare, remittimus ad Dissertationem XII. Hic porro docendum est, quid Biennii tempore (quod à morte Neercasselii, usque ad Petri Coddæi in Vicarium Apostolicum Elevationem, quasi inter-regnum fuit) in Missione Hollandica actum fuerit.

6. Junii 1686. 2. Sept. 1688.

Petrus Codde, & Josephus Cousebant, hic Harlemensis, ille verò Ultrajectensis Povicarii, non ab aliquo Capitulo, sed à Vicario Apostolico Joanne Neercasselio constituti, Litteras dedère ad S. Congregationem de Prop. Fide *(n)* quibus apud Eminentissimos P. P. exponunt, quod Facultates à S. Sede defuncto Castoriensi concessæ, & sibi communicatæ cessarent die 22. Februarii 1687. humiliter rogantes, ut illæ, sine quibus ægerrimè Missionis cura haberetur, ipsis prorogare dignarentur. Quid viri illi ad S. Sedem recurrunt pro Facultatibus, & jurisdictione ecclesiastica? Nonne hinc invictè concludendum est, quod arbitrati sint, nullum esse in Hollandia Capitulum, cui Sedis vacantis jura competant? Numquid hæc commonstrant Heussenii imposturam, & falsa cogitata Galli Anonymi? Sac. Congregatio verò, non ipsis Provicariis, sed Internuntio Belgico Facultates misit *(o)* easdem, quas Defunctus Neercasselius habuerat cum potestate subdelegandi Provicariis Harlemensi & Ultrajectensi, qui iterum communicare possent aliis, quibus in Missione opus fuisset. Rexerunt itaque hi Provicarii ex subdelegatione Apostolica, non ex auctoritate prætensi cujusdam Capituli.

Interim conspirabant Sacerdotes Hollandi, ut Romæ impetrarent defuncto Neercasselio Successorem Vicarium Apostolicum, qui ipsis acceptus foret, & Cleri placitis consentiret. In hac deliberatione magnam partem habuit Quesnellus, qui illo Anno in Hollandiam venerat, *(p)* & veluti Angelus Dei exceptus ab Heussenio aliisque, indefessè laboravit cum Arnaldo, ne cuiquam anti-Janseniano Provincia illa obtingeret. Vota conspirabant in Hugonem Franciscum Heussenium, illum ipsum *Bataviæ Sacræ* Auctorem, quem Neercasselius magnoperè commendarat Sac. Congregationi, & sibi Coadjutorem optarat; qua de re apud S. Sedem enixiùs agere cogitaverat, simul ac mota adversùs librum *Amor Pœnitens*, controversia penitùs fuisset sedata. Quare datis statim ad Summum Pontificem Innocentium XI. Litteris, pòst magna cum laude celebratam Castoriensis Episcopi memoriam, gravissimamque ex ejus morte jacturam, *(q)* *ad Sacros* Sanctitatis suæ *pedes provoluti*, prædictum Heussenium in defuncti *locum surrogari humillimè supplicarunt*. Idem *enixissimè rogant* *(r)* in Epistola ad Sac. Congregationem de Prop. Fide eodem tempore missa: ut à Sacerdotibus illis longè abesse videatur stricti juris cujusdam prætensio; & hic gratiam postulant, non debitum. Nihilominus, natâ posterioribus Annis stultâ cogitatione, quod prætenso Capitulo Ultrajectino jus sit eligendi sibi Vicarium, credidit Heussenius illam ipsam fatuam persuasionem superiorum temporum exemplis stabiliendam. Quare in narratione Historiæ suæ dicit, *(s)* *primum Provicariorum studium fuisse de novo Antistite deligendo satagere, inque hoc Cœtum utrumque Gaudam conscribere*, & adfert Theodori Cockii verba, nihil minus referentia, quàm Jus electionis, prout ipse fingit. Anonymus Gallus est in eadem persuasione, multique alii eamdem stultitiam venditant, & jam est communis prætensio inter Schismaticos Ultrajectenses, qui non Vicarium tantùm, sed & Episcopum sibi eligendum putarunt. In Dissertatione I. rejecimus opinionem ridiculam, quod antiquum jus Electionis, quod primitivum Capitulum Ultrajectense habuit, penes modernos esset Sacerdotes Ultrajectenses. Hic autem ostendendum est,

1686.

1703.

L quod

(l) Bat. Sac. fol. 504. *(m)* Memoire &c. pag. 246. in *nota*. *(n)* Append. N. LXIX. & LXX. *(o)* Append. N. LXXI. *(p)* Caus. Ques. pag. 81. 106. &c. *(q)* Bat. Sac. fol. 504 *(r)* Ibid. fol. 505. *(s)* Ibid. fol. 504.

Digitized by Google

ARTIC. XIII. De Statu Missionis Hollandicæ post obitum Joannis Neercasselii.

quod à mutata Religione in Fœderato Belgio, Vicarii Apostolici pro S. Sedis arbitrio, sine ulla seu electione seu Præsentatione Cleri Batavi, præfecti fuerint Missionibus Hollandicis, qua de re vide Dissertationem XIII.

Nunc expendamus frustra impensos pro Heussenii promotione labores. Præter binas Litteras ad Pontificem, & ad S. Congregationem datas, *(t)* utrumque Provicarium miserunt Bruxellas ad Eminentissimum Tanarium, tunc Belgii Internuntium, ut unicum illum ejus clientelæ, ac fidei commendarent. Cùmque hic Minister Apostolicus prudenter suggereret, præter Heussenium alios quoque proponendos videri Sac. Congregationi, rescripserunt hi Provicarii ad propria jam reversi, quod „ *(u)* negotio diligenter excusso, omnes censuissent satius „esse, ut de novis proponendis supersederetur, *donec fuisset intellectum quid* „*Sac. Congregatio de Heussenio sensisset.* „Existimabant enim, hanc in prima supplicatione perseverantiam se debere memoriæ Neercasselii, qui hunc virum quasi successorem sibi selegerat.„ Interim effluxerant menses septem, quos S Sedes dederat examini, ut cognosceretur de Heussenii vita & honestate, de scientia quoque & Orthodoxia; cùm Ultrajectenses moræ impatientes, alteras dederunt, & tertias ad Summum Pontificem Litteras, supplices semper preces porrigentes, ut Heussenium Missioni præfectum viderent.

Sed Internuntius Apostolicus de commendato viro sinistra omnia nuntiare debuerat. Accusabatur de Doctrina non sana, & quæ gliscentibus tum novitatibus favebat impensè. De familiaritate cum Arnaldo, aliisque Jansenianæ Factionis turbulentis, tunc in Belgio Catholico ductoribus, loquebantur ora omnium. De perniciosa praxi in Pœnitentiæ administratione, & de non recta circa Indulgentias & Jubilæum Sententia querebantur plerique, Libellulum de hac re suum Apostolicæ Censuræ offerentes. Quid interim Heussenius in his angustiis? *(v)* Consiliarios habuit eosdem illos Jansenianæ Factionis Belgicæ Procuratores, eorumque consiliis stetit, usus est, egit; sed infeliciter: nam Libello Romæ damnato, *(x) inidoneus effectus est ad munus Ecclesiasticum cum fructu gerendum*, ut ipsemet mœstus & gemens ad Summum Pontificem scripsit.

Jam satis intelligebant Ultrajectenses, quid *S. Congregatio de Heussenio sentiret*, excidisse nimirum illum omni spe consequendæ Præfecturæ Hollandicarum Missionum. Eminentissimo Tanario ab Apostolici Ministerii Belgici administratione translato, successerat Eminentissimus De Via Internuntius. Provicarii Coddæus & Cousebant statim subdelegationis suæ litteras circa Missionum Regimen illi exhibuerunt, nova scilicet auctoritate roborandas. Etenim „ Sacra, inquit Cockius, *(y)* illis insidebat opinio, valere citra prætensi Capituli qualemcumque assensum, à Sede Apostolica „ constituti superioris imperium: ut anxiæ „ sibi Religioni ducerent, perexiguum sui „ juris opus, illo inconsulto patrare. Hujus Internuntii consilium auscultantes Provicarii, persuasère Collegis, ut alios præter Heussenium S. Sedi proponerent ad Vicariatûs Apostolici officium. Quare datis ad Summum Pontificem Litteris *(z) denuò confugerunt ad necessarium humillimæ postulationis obsequium.* Sed non obstante invidià, quam ex Heussenii commendatione subierant, eidem (quem etiamnum tunc *bonâ fide ad dictum munus censebant idoneum*) adjungunt Petrum Codde, & Josephum Gousebant Provicarios, ac Gulielmum Sebep qui Provicarii Harlemensis Officio olim functus fuerat. Mirari subit, hæc acta ab Heussenio sine artificio relata esse, cùm evertant novam illam Ultrajectensium Sententiam de Electione, quæ prætenso Capitulo competeret. Humillimæ postulationis obsequia, & Cleri variatio, plurimque virorum ad Apostolici Vicariatûs officium, exhibita notio atque aptitudo, de stricti juris electione, aut præsentatione participant nequidquam.

1687.

Prætereo varios alios, tum à Regularibus, tum à secularibus nonnullis Sacerdotibus Romæ propositos.

Interim Clerus Ultrajectensis in Urbem misit Theodorum de Cock, qui Electionem Vicarii Apostolici vivâ voce efficaciùs, quàm scriptis epistolis peteret, & impetraret. Res non fuit admodom expedita; & cùm de sana doctrina trium Heussenio additorum varii quoque ferrentur rumores, neque certi quid sibi pollicerentur Ultrajectini, de ipsomet Cockio *(a)* in Vicarium Apostolicum proponendo cogitavit Heussenius. Tandem 20. Septembris Anni 1688. à Sac. Congregatione in Vicarium Apostolicum per Fœderatas Belgii provincias universas electus est PETRUS CODDE, cum Titulo *in partibus*, Archiepiscopi Sebasteni.

A R-

(t) Ibid. (u) Ibid. fol. 506. (v) Vide Caus. Ques. pag. 81. 82. 83. (x) Bat. Sac. fol. 508. (y) De Cock lib. 2. cap. 5. n. 2. (z) Bat. Sac. fol. 508. (a) Caus. Ques. pag. 157.

ARTICULUS XIV.

De Vicariatu Apoſtolico Petri Coddæi Archiepiſcopi Sebaſteni.

ARTIC. XIV. De Vicariatu Apoſtolico Petri Coddæi.

PEtrus Codde (*b*) honeſtis Catholiciſque parentibus natus Amſtelodami Anno 1648, ſub inſtitutione Patrum Oratorii Berulliani Mechliniæ Latinis Litteris, & Lovanii liberalibus artibus eruditus, eidem Congregationi Oratorii nomen dedit. Erat acri pariter, ac tenaci ingenio. Studia Theologica ibidem frequentavit Præſide Patre de Hondt, jam tum gliſcentem Janſeniſmum olente: abſolvit autem in Galliis contubernali Paſchaſio Queſnello. Tali ingenio, præſidio, contubernio, rerum Sacrarum primam ſalivam hauſit, inquit Cockius. Poſt aliquot Annos Pariſiis atque Aureliis exactos, in patriam rediit, ab itinere Italico, quod ſuſceperat, revocatus per Neercaſſelium Epiſcopum Caſtorienſem, cujus ſtatim in convictu Socius, in ſtudiis Diſcipulus, ac in explendis Miſſionis laboribus cooperarius, ac poſtea, defuncto Abrahamo Brieno, Provicarius fuit, & jam ejuſdem in munere Vicarii Apoſtolici Succeſſor. Acceptâ à S. Sede poteſtate, conſecratus eſt Bruxellis Archiepiſcopus, ad titulum Sebaſtenum, die 6. Februarii 1689. per manuum impoſitionem Alphonſi de Berghes Archiepiſcopi Mechlinienſis, aſſiſtentibus Joanne Ferdinando van Beughem Antverpienſi, & Petro van de Perre Namureenſi Epiſcopis.

Ipſammet Conſecrationem infelicibus initiis ſuſcepit, & hic Eccleſiæ Batavæ ruinæ proluſit infauſto omine. Pridie enim quàm conſecraretur, Internuntium Apoſtolicum accedens, propoſita ei fuit Formularii Alexandrini adversùs Janſenianam hæreſim editi, ſubſcriptio, interpoſitâ jurisjurandi Religione, facienda. Pectus ei trepidabat ad *inopinatam*, ut ipſe teſtatum reliquit (*c*) *difficultatem*. Suadebat Internuntius ex conſcientiæ ratione, ex honoris, candoriſque ſui, & S. Sedis reſpectu, quin imo & à prædeceſſoris ſui Caſtorienſis Epiſcopi exemplo. Ille contrà perjurii cauſabatur periculum, & ſumpto ſibi deliberationis ſpatio, Arnaldum, Queſnellumque Bruxellis latitantes in conſilium adhibuit. Moleſtiſſimè tulit Coddæus injectam hanc de Formulario quæſtionem, ſed obfirmato animo reſtitit, & paucis pòſt horis ad Internuntium reverſus apertè reſpondit, paratum ſe, Conſecratione non perceptâ, eò unde venerat, remeare potiùs, quàm Formulario jurejurando ſubſcribere. Tanti videlicet valebat adamatis Janſenii placitis nuntium non remittere. Internuntius, quia injuſſus exegerat, diſſimulavit repulſam, & ipſe poſtero die Conſecrationem ſuſcepit. De hac autem reſiſtentia gloriatus eſt magnificè multis poſt Annis. *Iſtam*, inquit, (*d*) *difficultatem firmitate ac conſtantiâ in propoſito tum pervici; adeòque & callida malevolè mihi adverſantium conſilia diſſipavi.* Plus tribuebat Coddæus duorum hominum, lucem publicam odientium, amicitiæ, eorumque placitis, quàm S. Sedis auctoritati, & Eccleſiæ univerſæ judicio. Cæterùm præter Fidei profeſſionem à Pio IV. præſcriptam, emiſit & aliam (*e*) juxta articulos quoſdam à S. Sede præſcriptos. 1708.

Ad propria reverſus Coddæus, Miſſionis regimen ſtatim ſuſcepit, & duobus poſt menſibus evulgavit Epiſtolam Paſtoralem, quam Heuſſenius exhibet, (*f*) Apoſtolicis monitis, exhortationibuſque refertam. Multis verbis exaggeravit gravitatem oneris ſibi impoſiti, ut commiſerationem potiùs, quàm invidiam excitaret. Tum ad ferventes pro ſe preces fundendas hortatur; & ad liberam Evangelii prædicationem, ſtquè ad conformem eidem vitam ducendam Miſſionarios incitat. Innocentium XI. Pontificem Maximum, ut *ſecuriſſimum Catholicæ unitatis centrum, & inſigne Paſtoralis pietatis exemplar* omnibus proponit. Demum concordiam commendat & pacem, ſepoſitis opinionum diverſitatibus, &, quæ inde enaſcuntur, rixis, diſſidiiſque; comminatus etiam poſt paternam admonitionem ſtrictiora remedia, & adversùs contravenientes & obſtinatos Cenſuras quoque Eccleſiaſticas. Hactenus benè, prudenter, & ex debito.

Et Miniſterium quidem ſuum præclaris actionibus impleviſſet Sebaſtenus, ſi a novitatibus animum, & à novatoribus aures avertiſſet. Cockius quippe, qui hunc Præſulem intus & in cute, ut ajunt, novit, teſtatum reliquit (*g*) quod mores Epiſcopo non indignos excoluerit, quod victu parcus, modeſtus inceſſu, menſâ ſobrius, tenuis

(*b*) Bat. Sac. fol. 512. De Cock lib 1. cap. 1. (*c*) Denunc. Apolog. pag. 7. Editionis in 8° Cockius lib. 2. cap. 1. (*d*) Denunc. Apolog. p. 8. (*e*) Append. N. LXXIII. (*f*) Bat. Sac. fol. 514. (*g*) Lib. 2. Cap. 2.

ARTIC. XIV. De Vicariatu Apostolico Petri Coddæi.

nuis famulitio, castus alloquio, & benignus extiterit hospitio. Verùm præjudicatis opinionibus suis circa Doctrinam, & Ecclesiasticam Disciplinam tenacissimè adhærens ad factionis studium statim inclinavit.

Et jam ab Anno 1690. (*h*) Romam certatim deferebantur querelæ de quorumdam Missionariorum Doctrina Janseniana, de rigorosa praxi in Pœnitentiæ Sacramento; quin imò Sanctorum invocatio, Purgatorii pœnæ, & quæ pro defunctorum requie celebrautur Missæ, suggillabantur à nonnullis, quos Coddæus noverat, nec increpabar, imò verò defendebat. Alexander VIII. Cæsareum Hagæ-Comitis Ministrum, Equitem Krampright impensè rogarat, ut Catholicis Fœderati Belgii levamen aliquod, atque solatium pro viribus compararet. Respondit is, Religioni Catholicæ in Hollandia oullum ab Acatholicis detrimentum, ab ipsis autem Catholicis maximum enasci præjudicium. Grassari siquidem Jansenismum inter Sacerdotes seculares, qui scandalosa cum Regularibus dissidia causabat. De accusationibus inquiri jussit Pontifex. Neque hoc ignoravit Coddæus, qui jam tum sibi timuit (*i*) de ignominiosa abdicatione. Quare etiam emendicatis testimoniis duorum Missionariorum, qui Romæ in Collegio *de propaganda Fide* educati in suspicionem venire non poterant, tempestatem hanc evasisse se credidit, aut saltem simulavit. Sed verius est, illum effugisse periculum ex Internuntii moderatione, qui ob Cleri dissidia, & potentiorum iram, qui non in Coddæi partibus stabant, significavit arduum esse, atque difficile sinceram & omnimodâ fide dignam super accusationibus, illo quidem tempore, haurire notitiam; suggerens, ut evocaretur in Urbem, tamquam securissimum veritatis detegendæ compendium.

29. Sept. 1691.

Sed nondum venerat hora ejus, & remoram etiam injecit Deus, cùm Coddæus per id tempus periculoso morbo decumberet. Erat Cleri sui defensor acerrimus, cùmque illum atrocibus calumniis vexatom quereretur, voluit publicum de ejus Fide, & Orthodoxia testimonium reddere. Quare Delphis, ubi periculosè ægrotabat, dictavit declarationem à se signatam (*l*) in qua, tamquam „ in ultimo vitæ Articulo constitutus, & Pastorum Principi, atque omnium „ Judici Ministerii sui rationem daturus „ profitetur, ex multis documentis minimè „ dubiis se comperisse, accusationes quorumdam adversus Clerum suum, tamquam „ qui in proscriptos ab Ecclesia errores circa Christi gratiam ac Prædestinationem, „ administrationem Sacramenti Pœnitentiæ, „ B. M. V. ac Sanctorum cultum & invocationem deflecteret, nulla veritate niti: & „ præcipuè criminationem illam, quâ aliqui „ primarios Cleri sui Presbyteros de quinque articulorum hæresi nituntur suspectos reddere. „ Sic absolvit socios suos, ne illorom damnationi iovolveretur & ipse. In decursu videbitur, quæ fuerit Cleri doctrina, quæ praxis, cui etiam hodie insistuot. Cæterùm subdit Coddæus, nihil illis, salvâ veritate, adscribi posse, nisi quod tutissimis SS. Augustini & Thomæ de Christi gratia & Prædestinatione dogmatibus adhæreant. Commune & familiare Jansenistis ac Quesnellistis effugium, mendaciumque.

Sed prætereundum oon est, quod solemnem illam, & in articulo mortis dictaram declarationem concludat Coddæus, *unicè rogaudo* Summum Pontificem & Eminentissimos Cardinales, *ut sibi Successorem dignarentur surrogare, Provinciarum istarum indigenam, & Clero charum.* Moderni Sacerdotes Ultrajectini hìc debent agnoscere, & ingenuè confiteri, (nisi perierit ipsis pudor omnis & honestatis amor) quod hoc tempore cogitarum non fuerit de prætensi Capituli juribus circa electionem Vicarii Apostolici, aut (quod horresco referens) etiam Episcopi; & quod ex ipsios mente Coddæi, non nisi à S. Sede Successor sibi dari potuerit: ita ut erubescere debeant Schismatici illi, quod inaudito hactenus in Ecclesia Dei exemplo ad oesarios adeo ausus sceleratâ temeritate proruperint.

1691.

Convaluit Coddæus ex morbo, sed non mutavit animum, actusve suos; quod tamen unicum fuisset delendis querelis, accusationibusque remedium; verùm enimverò Catholicorum querelæ, Missionariorum incusationes, omnium gemitus effuso cursu iverunt Romam, quos etiam enarrat Cockius; (*m*) sed ego infinitus sim, si prosequar singula.

6 Nov. 1692.

Obierat Harlemi Joannes de Groot devotarum ibidem virginum Præfectus illa ipsa in Statione, quam Balduinus Catzius Archiepiscopus Philippensis excoluit aliquando. Hæc inter Hollandicas insignis Coddæo versabatur ob oculos, veluti magni momenti Proviocia. Quærendus erat vir strenuus, sed qui novellis quoque dogmatibus iobutus placeret socius, & statim occurrit Martinus de Swaen, Coddæo sanguine pariter, & sensu conjunctus. Is Lovanii Alticollense Collegium, seu Missionis Seminarium auctoritate Præsidis moderabatur, & Sac. ibidem Theologiæ Doctor evaserat. Anno 1689. ab adversario quodam suo, cum quo in rebus Theologicis dissidebat, acriter provocatus (*n*) super damnandis in sensu ab Auctore intento Jansenii propositionibus, Thesibus publicis salutarem hunc Religionis, & obedientiæ Catholicæ

(*h*) Denunt. Apolog. p. 8. Cockius lib. 2. c. 18. (*i*) Denunt. Apolog. ibid. (*l*) Append. N. LXXIV. (*m*) Lib. 2. cap. 19. (*n*) Vide Caus. Quesn. pag. 105.

tholicæ actum detrectaverat, ne suam, ut aiebat, se condemnasse doctrinam, sibi aliquando Adversarius exprobraret. Hic vir præ cæteris aptus visus est & opportunus, qui Harlemensi stationi præesset, cùmque Coddæus apud Harlemenses non omni ut optasset auctoritate valeret, idoneus quoque visus est, qui blandæ conversationis dexteritate illorum animos Præsuli conciliaret. Evocatur itaque Martinus de Swaen ad Missionem Hollandicam, paruitque vocanti, quamvis ægrè; retinente etiam alumnorum molimine, & intercessione. Non tamen dimisit officium Præsidis, ut rebus exigentibus redire posset, unde exierat; & ad Gummari Huygens Doctoris Theologi, ac Hollandis confœderati commendationem, per Sebastenum Vice-præses constitutus fuit Franciscus Verschueren, qui in Collegio SS. Trinitatis Grammaticam tradebat. Quos illi fructus fecerint, postea patuit ex hujus Collegii Alumnorum inflexibili in S. Sedem recalcitratione, ac Missionis perturbatione, inquit Cockius. (o)

Interim Romæ instaurabantur querelæ & accusationes adversùs Coddæum, Clerumque Hollandicum, quas explicat idem Cockius; (p) commemorat illas & Sebastenus. (q) Convenit inter utrumque, quod examinatæ fuerint in Congregatione particulari præsidente ipso Summo Pontifice Innocentio XII. De secundæ hujus quæstionis adversùs Sebastenum motæ exitu, nec convenit inter ipsos, nec certi quidquam dici potest, cùm Decretum S. Congregationis numquam exierit. Sufficit nobis Sebastenum auditum fuisse.

1694.

Felicem dicimus illum (juxta vulgare Proverbium) quem aliena pericula cautum faciunt, adeò ut infelix pronuntiandus sit, quem ne propria quidem discrimina movent. Jam iteratis vicibus in discrimen adducta fuerat Sebasteni auctoritas per Fœderatum Belgium, nec tamen suos cohibuit, aut cautiores esse jussit. Illo ipso namque tempore, & Anno proximè sequenti, Provicarius ejus Hugo Franciscus Heussenius Lugduni Batavorum Missionarius, novarum rerum in Ecclesia molitoribus inauditum proposuit exemplum ad imitandum. (r) Sacramenta namque Matrimonii, Baptismi, atque Extremæ Unctionis, nec non Ecclesiasticas Sepulturæ cæremonias ac preces, publicè, & in frequenti Fidelium corona linguâ vernaculâ administravit; idque altâ voce, ut nemo non observaret nobile facinus à totius Ecclesiæ praxi abhorrens. Erat hoc auribus, animisque hominum absurdum, & magnum statim strepitum excitavit in Hollandia, sed cùm ad hæc obmutesceret Sebastenus, injici illa debuerunt communium querelarum plaustro, quod Romam pertrahebatur.

1695.

ARTIC. XIV. De Vicariatu Apostolico Petri Coddæi.

Majorem adibat sollicitudinem pro suis, & pro Jansenisticæ factionis incremento; etenim cùm hoc ipso tempore, quamvis sibi periculosissimo, Litterarum commercium non intermitteret (s) cum Quesnello, Gerberonio, Du Vaucel &c. & sollicitè laboraret pro tenebrionum illorum incolumitate, commodisque; ac Quesnelliani fetus, atque innumeri illi Libelli damnati postea ac proscripti, ad Sebasteni plerumque recensionem, approbationemque venirent, contigit, (t) ut displiceret sibi opus à Quesnello adornatum contra prætensè-Reformatæ Religionis Ministrum Leydeckerum, ex quo metuebat sibi ab Ordinibus fœderati Belgii. Verùm quia Quesnellus auctor erat, non est ausus Librum improbare, nisi simul mixtis suavissimo sermoni blanditiis, & effusis laudibus caput demulceret homuncioni; ad quem scribit, (u) integrè sibi constare de rectis Auctoris consiliis, maximisque meritis; & quem tantâ prosequatur æstimatione ac veneratione, quanta debetur sapientissimo, piissimoque Scriptori, quem illâ tempestate (suo scilicet judicio) habebat Ecclesia Dei; & Superos orat pius ille Præsul, ut Quesnellum diutissimè servent incolumem pro sanæ Doctrinæ defensione. Quid igitur subeat mirari, quod arctissima hæc cum iniquitatis filiis conjunctio (spectabili in Ecclesia Præsuli, & Archiepiscopali Dignitate fulgenti inhonesta, & indecora) tandem eruperit in apertam Missionis Hollandicæ ruinam?

1696.

Etenim, adeò turbata statim fuère omnia (v) per peregrinas doctrinas à Clero sparsas, & per Bajanorum, Jansenianorumque librorum distractiones, ut afflicti Catholici non tantùm, pluresque de Clero Seculari, & Regulari Sacerdotes, sed Catholicorum quoque Principum legati, imò etiam religiosissimus Archiepiscopus Ancyranus Petrus Paulus de Palma in magni Mogolis vastissimo Regno Vicarius Apostolicus (qui facilioris in Persidem viæ inveniendæ causâ in Hollandia subsistere coactus fuerat) datis Romam Litteris, Pontificem admonuerint de Orthodoxæ Fidei periculo, ex gliscentis hæresis Jansenianæ contagio.

1697.

M Jam

(o) Lib. 2. cap. 2. (p) Lib. 2. cap. 19. (q) Denunt. Apolog. p. 12. (r) Caus. Quef. p. 104. (s) Caus. Quef. pag. 106. 107. & alibi. (t) Ibid. p. 84. 85. &c.

(u) *Je suis cependant entierement convaincu des bonnes intentions de cet Auteur, comme aussi de ses tres grands merites, & j'ai pour lui toute l'estime & tout le respect, que l'on doit à un de plus savans, & des plus pieux Ecrivains qui soient presentement dans l'Eglise de Dieu, que je prie de le conserver longtems en vie pour la defense de la saine doctrine.* Sebasten. ad Quesnellum 3. Julii 1696. *Conf. Quesn. pag. 85.*

(v) Vide Caus. Quef. p. 113. & Cockium lib. 2. cap. 7.

ARTIC. XIV. De Vicariatu Apostolico Petri Coddæi.

Jam tempus silendi excesserat, & malum ad tantam creverat molem, ut magnos excitaret clamores. Sed cùm non omnibus æquè perspectum esset, quàm lubrico loco consisteret Res Catholica, & ipsi Novatores domi, forisque propugnatores aliquos, fautores multos haberent; exteri verò ob antiquæ existimationis pondus, momentumque, accusationibus vario dumtaxat rumore divulgatis, fidem dare aut non auderent, aut non vellent, inventus est non-nemo, qui hoc ipso Anno in lucem emisit, *Breve Memoriale extractum ex prolixiore, de statu ac progressu Jansenismi in Hollandia*, quod Delphis primùm vulgatum, tum per totam Missionem dispersum, omnium animos commovit, excitavitque, veluti Summa gravaminum, inquit Cockius, (x) & Epitome querelarum. Aperto igitur marte pugnandum erat, aut turpi fugâ, & suspecto silentio confitendum, quod delatos, postulatosque errores animo tegerent, & sensus suos esse agnoscerent.

1697.

Non erat hæc mens Cleri; & erroris agnitio, ut est rari exempli, sic nec hujus temporis fuit. Strinxerunt itaque calamum, & contra *Breve Memoriale* in arenam descendit quidam, larvato nomine, *Vincentius Palæophilus* (y) per Refutationem prodromam. Alius contra, Memorialis patronus (z) Notas breves in Libellum Refutationis conjecit, aliique subinde variis editis scriptis contenderunt, objecta per *Breve Memoriale* dogmata, factaque, à Vincentio Palæophilo non negari, sed tacitâ confessione agnosci. His omnibus opposuit Vincentius aliud opusculum, (a) magnifico titulo non minùs, quàm suspectæ doctrinæ defensione insigne.

1698.

1699.

Dum sic dimicatur in Hollandia, Coddæus varia iniit consilia, ut sævientem jam tempestatem, & propinquum honoris sui, & existimationis, Clerique naufragium evaderet; in hac causa partes Rei sustinere anxio animo formidabat, quare ipse primus quæstionem intulit, & Romæ Actor esse voluit: (b) datis namque 24. Jan. 1698. ad Sac. Congregationem S. Officii Litteris, denuntiavit *Breve Memoriale*, & contra iniquam, ut vocat, scriptionem querelas detulit. Tum, post sex ferè menses, ob intellectam nimirum particularis Congregationis super hoc negotio deputationem, prolixas admodum Litteras ad Summum Pontificem Innocentium XII. misit, quibus impactas accusationes generatim refelleret, atque quo loco res Ecclesiasticæ in Hollandia essent, apertè ac candidè (sic ipse ait) explicaret. Dicit porro „ (c) Adversarios suos eò dilapsos, ut antiquas „ contentiones, quasi recentes essent, studiosè commemorent; frivola facta, quasi „ alicujus ponderis forent, sermone animis commovendis apto exaggerent; fictos „ in vulgus sparsos rumores, quasi indubitatæ essent veritatis, fidenter affirment; „ vagas denique, & exoletas Jansenismi, ac „ Rigorismi criminationes vafro artificio „ mangonizent. „ Præter has ad Pontificem Litteras, etiam tunc ad singulos deputatæ Congregationis Cardinales scripsit (d) sed & postmodùm ad omnes simul Epistolam dedit; & *Brevis Memorialis Refutationem* superiùs indicatam, in Urbem misit, ut ad Causæ defensionem nihil deesset. His omnibus in Congregatione habita 25. Sept. 1699. maturè discussis, exiit Decretum quod inter *Monumenta* damus, (e) quo Petrus Coddæus Archiepiscopus Sebastenus evocatur in Urbem, & Theodorus de Cock designatur interim Provicarius. Quæ duo, Sacra Congregatio ita statuit, ob plures, easque gravissimas accusationes & querelas à pluribus Annis habitas adversùs Coddæum, ejusque Missionarios, tam circa dogmata Fidei, præsertim in materia Jansenismi, & Bajanismi, quàm circa nimium, & exoticum, & à communi Ecclesiæ praxi exorbitantem disciplinæ rigorem, non sine populorum offensione, & scandalo; circa quæ visa erant testimonia plurimorum Episcoporum, Sacerdotum, cùm Secularium, tùm Regularium, variorum Ordinum, nec non Laicorum, tùm indigenarum, tùm exterorum, ac præsertim omnium ferè Catholicorum Principum, & ipsius etiam Sedis Apostolicæ Ministrorum, visisque plurimis libris doctrinæ suspectæ, & nonnullis tunc condemnatis à Missionariis Hollandiæ prodeuntibus. Hoc modo sumpsit exordium famosa Sebasteni causa, Apostolico postea judicio definita, quæ omnia (quamvis strictim, & succinctè) referre visum est, ut de ordinatissima judicii præparatione, & de liberrima Sebasteni defensione nemini dubium esse posset.

De itinere Romano dicenda sunt nonnulla, quæ historiæ integritas deposcit, & quæ Sebastenus omisit in *Denuntiatione Apologetica*,

(x) Ibid. cap. 10.

(y) *Refutatio prodroma libelli famosi, cui titulus: Breve Memoriale extractum ex prolixiore de statu ac progressu Jansenismi in Hollandia, adornata à Vincentio Palæophilo.* 1698.

(z) *Notæ Breves in Refutationem Prodromam Brevis Memorialis &c.* 1698.

(a) *Gratia triumphans de novis liberi arbitrii decomptoribus, inflatoribus, deceptoribus: ac præsertim scribillatore Notarum Brevium in Refutationem prodromam Brevis Memorialis de statu ac progressu Jansenismi in Hollandia, per Vincentium Palæophilum.* 1699.

(b) Denunt. Apolog. pag. 17. in 8. (c) Ibid. (d) Ibid. pag. 20. (e) Append. N. LXXV.

ca, ratus per omnia, eorum commemoratione nec honori suo, nec causæ consultum iri.

1699. Mense Octobri evocabatur Romam, seo potiùs *invitabatur*, ut ipse loqui maluit. (*f*) Ipsa autem invitatio perculit animum Præsulis, sed statim admonitus à suo in Urbe agente *Walloni*, vero nomine *Du Vaucel*, (*g*) quod accessus ad limina evitari non posset, ni causæ suæ officere vellet, inops consilii effectus, attonitus hæsit multo tempore. In mediis tamen anxietatibus gaudia simulans, (*h*) invitationem sibi acceptam esse urbanè respondit, sed ne iter arriperet, multa obstare, & domestica, & publica; & Missionem Hollandicam tantâ gaudere tranquillitate, quantâ dudum gavisa non fuerat. Hæc tergiversatio displicuit, & gravioribus verbis iter adornare jussus fuit. (*i*) Inciderat in id tempus minùs firma Pontificis valetudo annis & curis attrita, quâ per Procuratorem suum Wallonium intellecta, credidit se à suscipiendo itinere liberum fore, & ab invisa sibi molestia vacuum. Quare jam spe, animoque devorans novum Pontificatum, quasi novus etiam, aliusque causæ suæ status futurus fuisset, depositâ omni simulatione rescripsit, Romanum se iter noo ingressurum, ne suum, Clerique sui honorem inhonestâ læsione afficeret. Ita erat animatus. Supererat invenire viam, rationemque, quâ se expediret S. Sedis jussionibus; & hanc suspensionem animi (*l*) Quesnelli consiliis subjecit. Verùm convaluit Pontifex, & Sacra Congregatio acriores stimulos applicuit cunctanti. Mense A-

1700. prili subsequentis Anni mandatum accepit Sebastenus (*m*) suscipiendi sine mora profectionem in Urbem; & Internuntius Apostolicus facultatem, ut, dato ei brevi ad deliberandum termino, si repugnaret, à Vicariatûs Apostolici Officio cum suspenderet, ac alium nominaret interim pro Missionibus Vicarium. Sed ne insuavia omni parte viderentur S. Sedis jussa, ex singulari benignitate illi decreti sunt (*n*) centum aurei ad sublevandas itineris impensas. Intellectis hisce S. Congregationis mandatis Summi Pontificis imperio confirmatis, suadebant ipsimet confœderati, & qui Sebasteni in Urbe Procurator erat *Du Vaucel* (*o*) ut non recusaret profectionem Romanam, nisi vellet & Missionem Hollandicam, & propriam existimationem summo objicere opprobrio, cùm ab officio suspensus veluti S. Sedi Apostolicæ inobediens haberetur. Imò adjecit, tam necesse esse, ut ad Urbem accederet, ut dimisso quamvis spontè Vicariatu Apostolico, non speraretur cessatura, instituta semel contra Sebastenum, suosque Missionarios, super delatis querelis, accusationibusque perquisitio. Non pervicit tamen amicus ille Procurator. Qui aderant Sebasteno Sacerdotes Ultrajectini longè aliud suadebant, nam Præsuli suo metuebant, & sibi; ne scilicet ille causam suam Romæ malè sustinens exauctoraretur, & illi interim præpositum sibi haberent Provicarium Theodorum Cockium, quem oderant cane pejus, & angue. Quare operæ pretium judicarunt, ut Sebastenus Internuntium Apostolicum conveniret deprecaturus certè aut profectionem Romanam, aut Cockii substitutionem. Et in hanc statim sententiam itum est, atque assumptis Jacobo Catzio, ac Martino de Swaen itineris sociis, labente Mense Majo, Bruxellas venit.

ARTIC. XIV. De Vicariatu Apostolico Petri Coddæi.

Adventantem Internuntius cum honore suscepit, (*p*) & primo quidem colloquio itineris subeundi necessitatem omnimodè declinare studuit Sebastenus, nec satis valuit Internuntii suasio, ut Summi Pontificis præcepto staretur. Itineris socii omnes etiam nervos intendebant, ut à Sebasteno amolirentur accessum ad Urbem; sed Internuntius suo non poterat arbitrio uti, & cùm urgeret Pontificis Maximi imperium, coactus fuit attollere minas suspensionis; & illo die tamen extricavit nihil. Altero colloquio restauratæ instantiæ, sed renovatæ etiam excusationes, quas habebat Sebastenus. Et primò quidem valetudinem obtendebat, sed hanc præ se ferebat integram; dein expensarum magnitudinem, sed hanc centum aureorum subsidium sublevabat; & tertiò cruciabat animum Provicarius designatus; sed & hic lapis amotus est, promissione de non substituendo, donec novum ex Urbe mitteretur mandatum. Abstersa igitur erant fastidia omnia, nec tamen victus est Sebastenus, suberat enim alia causa, sed furtiva, & celata studiosè, quæ omnibus retrò molestiis major, & quibusvis difficultatibus gravior, animum cruciabat noctèque, dièque. Formido nimirum, ne ad Jansenianam hæresim abjurandam adigeretur. In amicum igitur regressus hospitium totam cordis amaritudinem explicuit Quesnello, qui ex periculo pensatis omnibus, mutatoque consilio, persuasit tandem Sebasteno, & odiosam de Formulario quæstionem fortunæ committens & tempori, arbitratus est consilium sub manu, ut dicitur, nasciturum. Ita testatum reliquit Sebasteni procurator in Urbe, (*q*) qui periculum propiùs inspiciebat. Postero

(*f*) Denunt. Apolog. pag. 39. & 40. (*g*) Cauf. Quef. pag. 116. (*h*) Cockius lib. 2. cap. 21. Cauf. Quef. pag. 120. (*i*) Cockius ibid. Cauf. Quef ibid. (*l*) Cauf. Quef. ibid. (*m*) Cockius ibid. p. 118. Cauf. Quef. pag. 121. (*n*) 300. *Scuta Romana*. (*o*) Cauf. Quef ibid. (*p*) Cockius lib. 2. cap. 21.

(q) *Vous avez rendu un tres bon office à M. Gottefroi* (Sebastenus) *en l'aidant à surmonter l'opposition qu'il avoit au voyage de R.... Pour la Signature du Formulaire, on verra comment il s'en pourra tirer*. Wallonius *seu* du Vaucel Quesnello. *Cauf. Quesnell. pag.* 122.

ARTIC. XIV. De Vicariatu Apostolico Petri Coddæi.

ſtero igitur die totus alius reverſus ad Internuntium, in profectionem Romanam conſenſit, unam gratiam poſtulans unicè ſcilicet, ut deſignatus Provicarius Cockius, Miſſionis gubernacula, ſe abſente, teneret. Reſipiſcentem lætus audiit Internuntius, & Menſis Junii moram, quâ ſe ſuaque præpararet itineri, roganti conceſſit. In Hollandiam regreſſus Sebaſtenus nexuit tamen moras novas, dilationem petendo, Miſſionemque luſtrando diligentiùs ſolito. Impetratâ tandem ultimâ, uſque poſt æſtivos calores, temporis productione, Menſe Septembri itineri ſe dedit, conſtitutis quatuor Provicariis, Jacobo Catzio, Hugone Heuſſonio, Martino de Swaen, ac Theodoro Groenhout, prioribus duobus ex Ultrajectenſi, poſterioribus ex Harlemenſi Clero deſumptis.

1700. In Urbem advênit die undecimâ Decembris. Innocentius XII. è vita exceſſerat, & Thronum Apoſtolicum conſcenderat Clemens XI. à quo, & à S. R. E. Cardinalibus tam honorificè exceptus, habituſque eſt Sebaſtenus, ut per Relationes publicas, impreſſoſque libellos, popularibus ſuis, viciniſque commendatam voluerint benignitatem, urbanitatemque Romanam. Nondum decem diebus in Urbe ſubſtiterat, cùm ad Pontificis pedes admiſſus eſt, & menſe ſequenti ſecundum alloquium obtinuit, atque in utroque tanta benevolentiæ Pontificiæ ſigna agnovit, ut domeſtici ejus ſibi gratulantes in Belgium ſcriberent (r) habere ſe, unde Pontificiam agendi rationem extollerent. (s) Jam quater ſe, ſuamque cauſam Summo Pontifici expoſuerat; quinque habitæ erant Congregationes Cardinalium, coram tribus Eminentiſſimis Deputatis auditus fuerat quinquies. 1701. Hæc omnia ante Menſem Junium; adeò ut de maturato examine, de frequenti deliberatione, & de inſtituti judicii æquitate immeritò queſti ſint adverſarii, & Sebaſtenus (t) ſine cauſa indignatus ſit, quod menſe ſtatim ſequenti traditus ei fuerit, de Cardinalium Deputatorum mandato, accuſationum adversùs ſe delatarum Catalogus. Cùm enim ex ejus dictis ore prolatis nihil poſſet erui, ſcripto audiendus fuit, quod arguit, defenſioni amplisſimam datam fuiſſe libertatem, & juſtitiæ quæſitam diligentiſſimam accurationem. Non fuerat hactenus otiosè detentus in Urbe; & quæ supervênit mora, ipſius Sebaſteni adſcribenda eſt tarditati, qui lentè admodum reſponſiones ſuas adornans, à Procuratore ſuo aliquando (u) objurgari meruit. Subjacebat namque hic Præſul, quamtumvis Archiepiſcopus, Janſeniſtarum ferulæ, qui Pontificiæ Sententiæ numquam ſtare voluit. Imò verò audax ille Procurator, Principalem ſuum damnat culpabilis moræ, & cunctationis inutilis. (v)

1701. Menſe Novembri tandem (x) paratas habuit *Reſponſiones*, & *Declarationem* ſuas, Romæ impreſſas. Dum illas, unà cum Relatione Statûs Miſſionis Hollandicæ Summo Pontifici obtulit, gratiosè & benevolentiſſimè à Sanctitate ſua exceptus fuit, ut ad Queſnellum ſcripſit Procurator Sebaſteni. Et Pontifex quidem Præſuli addixit, ſe lecturum ſingula, & poſt diſtributionem Cardinalibus faciendam convocaturum Congregationem. Facta itaque diſtributione, (y) additiſque ad Congregationem duobus Cardinalibus ad Sebaſteni petitionem, Patres omnino decem conſederunt die decimo octavo Decembris. Ad multas horas protracta eſt deliberatio, expenſa omnia, diſcuſſa ſingula: nec prætermiſſa ſunt Acta in quinque Congregationibus trium Cardinalium ſuperioribus Menſibus. Quid illo die concluſum ſit, ob indictum ſilentium latuit. Cauſam ſuſpenſam fuiſſe, librumque *Reſponſionum* examini datum, demonſtravit eventus.

Magnis intereà timoribus agebatur Sebaſtenus, veritus ne ad ſubſcribendum celebri contra Janſenii doctrinam edito Formulario, ſuprema poteſtate adigeretur. Auxit formidinem Pontificis maximi percontatio: quid acturus foret, ſi ſubſcribere rogaretur? ad quam propoſitionem, declinato oris reſponſo, ad calami, qui non erubeſcit, ſubſidium recurrit, & Pontifici porrexit Scriptum (z) memoratu dignum, quo Formularii ſubſcriptionem detrectat.

1702. Tandem advenit decretorius dies 7. Maii Anni ſubſequentis, quando ultima Congregatio habita fuit præſente, ac præſidente Cle-

(r) *On n'a ſujet juſqu'icy que de ſe louer de la conduita du Pape*. Kreys ad Brigod. 12. Martii 1701. *Cauſ. Queſnell. pag.* 524.

(s) Cauſ. Queſ. pag. 123. 124. 125. Cockius lib. 2. cap. 14. (t) Denunt Apolog. pag. 25.

(u) *M. Godeff. a travaillé à ces ecrits avec beaucoup d'application & d'aſſiduité; mais comme il eſt un peu long à dreſſer una premiere & une ſeconde minute, avant que M. Doncker la puiſſe copier, il m'a fallu le preſſer &* comme le gronder *quelque fois de ce que cela alloit trop loin*. Walloni ad Queſnell. 30. Julii 1701. *Cauſ. Queſ. pag.* 525.

(v) *M. Gottefroi vous ſalue de tres grand cœur. Il eſt graces à Dieu en parfaite ſanté: mais entre nous, il y a un peu de lenteur & d'amuſement en ſon fait. Sa reponſe n'eſt pas achevée, & je doute de la maniere que cela va, qu'elle le ſoit avant la fin du Mois*. Idem ad eumd. 14. Octob. 1701. *Ibid. pag.* 526.

(x) Cauſ. Queſ. pag. 526. (y) Cockius Lib. 2. cap. 27. (z) Apud Cock. in Append. pag. 178.

Clemente XI. (a) qui de consilio hujus Sacræ Congregationis Petrum Coddæum Archiepiscopum Sebastenum ab omni exercitio, & administratione Vicariatûs Hollandiæ auctoritate Apostolica suspendit, & in ejus locum D. Theodorum de Cock Pro-Vicarium Apostolicum eadem auctoritate ad suum, & ad S. Sedis beneplacitum fecit, constituit, & deputavit, cum omnibus & singulis Facultatibus, Privilegiis & indultis Sebasteno ratione dicti Vicariatûs aliàs à Sede Apostolica concessis, & quomodolibet competentibus, iis exceptis, quæ Episcopalem requirunt Ordinem, & signanter cum potestate instituendi & destituendi, ubi & quoties opportunum duxisset alios Provicarios. De hac sententia, (b) ob graves causas altum servatum est in Urbe silentium, ita ut Sebastenus, soluta Congregatione, causam rursus suspensam arbitratus, & reditum in Patriam cogitans, Summo Pontifici supplicarit pro licentia abeundi. Illo tempore ingratum ex Hollandia nuntium accepit de substituto sibi Pro-Vicario Apostolico, & die 22. Julii (c) traditum ei fuit per Pro-Secretarium Banchierium, Apostolicum Breve jam memoratum: adeò ut à vero alienum sit quod scribit Heussenius, (d) quod Sebastenus *in itinere cùm esset, Leipsiæ nimirum per litteras familiarium suorum è Patria datas, sub initium Mensis Julii 1702. præter mentem suspensum se esse didicisset*. Etenim fassus est ipse (e) hanc sibi notitiam pervenisse in Urbe, deinde in itinere non exstitit Mense Julio 1702. qui Româ tantùm discessit in Patriam 10. Aprilis 1703. (f)

ARTIC. XIV. De Vicariatu Apostolico Petri Coddæi.

Mirandum magis est, quod Sebastenus ejusque sectatores (g) ignoraverint, *ob quas præcisè causas* Suspensio lata fuisset, idque indoctæ plebi persuadere voluerint. Integro ferè post latam Suspensionem Anno Romæ substitit Sebastenus, & ejus Procurator (h) rationem specificam perscripsit Quesnello, quæ proinde ipsummet Sebastenum latere non potuit, nec sectatores suos tantâ cum his familiaritate, amicitiâque conjunctos.

Cæterùm explicatissimas, clarissimasque Suspensionis causas, Anno 1704. per S. Sedem publicatas, suo loco commemorabimus.

ARTICULUS XV.

De Pro-Vicariatu Apostolico Theodori de Cock.

Hic intratur mare turbarum, quæ Remp. Catholicam Missionis Hollandicæ concussêre tot jam Annis, tantamque intulêre stragem, ut nec per Summorum Pontificum paternam providentiam, nec per S. Sedis Ministrorum omnimodam in omni patientia, & benignitate adhibitam vigilantiam, tempestas sedari, aut calamitas ipsa superari in hunc usque diem potuerit. Obstinatis adeò animis adversùs supremum in terris Judicem dimicatum est. Ut primò fixum, ratumque animo stetit non obedire, aperto statim, & pertinaci marte pugnatum est contra S. Sedis auctoritatem, justitiamque; quam sententiam firmavit stimulator seditionis Quesnellus, & dolosa consilia aliorum. Intellecta namque Sebasteni Suspensione decreverunt Adversarii (i) tria potissimùm efficere: Sebasteni ex Urbe reditum; substituti Pro-Vicarii Apostolici expulsionem, & ejusdem Sebasteni restitutionem. Quibus artibus, modisque ad statutos sibi fines usi sint, subjecta docebit narratio.

Theodorus de Cock Ultrajectinus, in oppido Leidensi Missionarius secularis, per Breve Apostolicum (l) de quo superiori Articulo, constitutus fuerat in Ecclesiis Hollandicis Pro-Vicarius Apostolicus cum facultatibus Vicarii. Hujus provisionis nulla Romæ facta fuerat publicatio, sed ipsum Breve in Belgium missum, ut novus Pro-Vicarius demandatum sibi Regimen capesceret. Breve datum erat Romæ 13. Maii 1702. Simul atque illud ad novum Delegatum pervenit, annuntiatum statim fuit (m) Heussenio, uni è quatuor Sebasteni Pro Vicariis: qui etiam rogabatur, ut socios Presbyteros, sive ut illi loquuntur, duo Capitula convocaret, ne quis ignorantiam posset obtendere. Provisio Apostolica displicuit illis, omnibusque aliis qui Sebasteni Causæ, Doctrinæque, aut adhærebant, aut favebant. Ab his quoque Romam nuntiata est inexpectata mutatio, & quæ inde nata est consternatio, atque dejectio animorum; sed antequam communicarentur consilia, utrisque

1702.

(a) Append. N. LXXVI. (b) Cockius lib. 2. cap. 28. (c) Cockius ibid. & Caus. Quef. pag. 127. (d) Bat. Sac. fol. 518. (e) Denunt. Apolog. pag. 35. & 42. (f) Caus. Quef. pag. 155. (g) Denunt. Apolog. pag. 42.

(h) *On M. God. marquoit sa repugnance à la signature* [Formulæ Alexandrinæ] *ce fut sur cela que tous les Conseillers opinerent contre lui.* Walloni ad Quef. 12. Aug. 1702 *Caus. Quef. pag* 128.

(i) Cockius lib. 3. cap. 3. (l) Append. N. LXXVI. (m) Caus. Quef. pag. 132.

ART. XV. De Pro-Vicariatu Apostolico Theodori de Cock.

que crevit audacia, & coalita libertate irreverentia. Hinc auditæ à Sebasteni Romæ existentis, familiaribus inverecundæ voces, ad apertam concitantes rebellionem. Scribebat namque ex Urbe Jacobus Krys Brigodæo Quesnelli Secretario (n) Sperari, ut qui in Hollandia erant Sebasteni asseclæ constantes essent, & concorditer conspirarent contra novum intrusum (Pro-Vicarium à Summo Pontifice constitutum) & ut turbæ in Missione exortæ crescerent semper, donec ipsi advenirent. Hinc primores de Clero (o) à Quesnello incitati, in Hollandia Cockium agnoscere recusabant. Suadebat tamen (p) & hortabatur Internuntius Apostolicus, ut Pontificio mandato obedirent, ne per similem contumaciam indelebilem sibi, suisque, ac prætensis Capitulis notam inurerent. Cùm non obsequerentur, monuit iterum, jussit, mandavit, tertiò injunxit. (q) Sed jacta ipsis erat alea (r) timentesque suspensionem, aliasve Censuras Ecclesiasticas, quæ in contumaces ac rebelles conveniunt, frivolam interjecerunt ab Internuntio ad Papam appellationem

Hìc mihi in mentem venit cujusdam Comitis Andegavensis, qui Arnulphum electum Lexoviensem Episcopum consecrari prohibebat, quem proptereà S. Bernardus vocat (rr) malleum bonorum, oppressorem pacis, & libertatis Ecclesiasticæ, imò hostem Ecclesiæ, & inimicum Crucis Christi; qui cùm canonicè, ritèque peractam promotionem frustrà impugnaret, appellavit Sedem Apostolicam. Sed „ quare obsecro? „ inquit Bernardus. „Qua læsione? „ quo gravamine urgente? Non quia opprimeretur, sed quia opprimeret; non ut in- „ juriam suam relevaret Appellationis re- „ medio, sed ut benedictionem istius obsta- „ culo Appellationis impediret.„ Andegavensem Comitem illum pede presso imitantur Ultrajectenses, qui, ut legitimè peractam Theodori Cockii promotionem inanem redderent, appellarunt S. Sedem Apostolicam, non ob læsionem quamdam, aut gravamen, non quia opprimerentur, sed quia ipsi fidelem populum, & Pro-Vicario Apostolico obsequentem opprimere, & Ecclesias Batavicas omnes sibi subjicere moliebantur, & ut ridiculæ istius obstaculo Appellationis Pro-Vicarii institutionem impedirent. Egerunt id sanè, sed fidelis populus Hollandus clamavit cum S. Bernardo ad *amantissimum Patrem & Dominum, Summum Pontificem, cui commissa est Ecclesia à Solis ortu usque ad occasum, ut esset eis murus & antemurale à facie inimici, & persequentis.*

1702.

Mirari subit alio etiam ex capite, habitum hìc recursum ad Papam. Etenim hoc turbulento tempore, cùm ad res Ecclesiasticas in Missione novandas animum strenuè applicarent Ultrajectenses, somniavit Erckelius Capituli Cathedralis existentiam, ad quod (s) *Sede Episcopali quocumque modo vacante, ordinaria jurisdictio devolvatur .. quæ per Vicarium unum, vel plures solet exerceri, donec defuncto, vel amoto Episcopo successor fuerit legitime designatus.* Id illi salivam movet; non audet tamen obscuro Cœtui suo hanc adscribere prærogativam. Sed timidè interrogat, an id jus amiserint? An recuperare non possint? Cùmque sibi ipsi, stimulante conscientiâ veri, respondisse videatur: nullam Ultrajecti superesse Sedem Episcopalem, nullum Capitulum; adeòque amissum esse jus, nec reversioni, aut postliminio locum esse; ad Papam se convertit, *atque ab ipsa Sede Apostolica, cui subreptum est, non minori reverentiâ, quàm fiduciâ remedium implorat.* Seri namque temporis visiones de JURE Capitulorum non-

(n) *J'espére que nos gens tiendront ferme, & s'uniront parfaitement contre ce nouveau Intrus.* (M. Cock) Krys ad Brigod. 8. Julii 1702.

Nous sommes bien désolez de ne pas avoir eu de Lettres par ce Courier, MM. les François nous ont fait ce plaisir, cela pourtans ne vient pas bien, sur tout dans la conjoncture DES TROUBLES, *qui sont dans nôtre Mission, lesquels* J'ESPERE QUE S'AUGMENTERONT TOUJOURS JUSQUES A CE QUE NOUS Y SERONS DE RETOUR. Idem ad eumd. 12. Aug. 1702. *Caus. Quesnell. pag.* 130.

(o) *Les deux Chapitres n'ont jusqu'à present réconnu le Sr. Cock ......* Heussenius ad Gerberonium 19. Junii 1702.

Les deux Chapitres, qui ont été assemblés depuis pour la seconde fois, demeurent toûjours très-étroitement unis dans la cause de M. de Seb...... Etez-vous de ce sentiment Mr., qu'on feroit mieux de réconnoître M. Cock par provision? Je sais que les Emissaires du Patron (Internuntii) *le souhaiteroient.* Idem ad eumd. 7. Julii 1702. *Caus. Quesnell. pag.* 132.

(p) Append. N. LXXVII. (q) Caus. Ques. pag. 132.

(r) *Le Patron* (Internuntius) *nous enjoint toûjours de le réconnoître* (Pro-Vicarium Apostolicum) *même nous ayant y admonesté pour la troisiéme fois, ce qui nous fait craindre une suspension, pour laquelle prevenir, nous avons interjetté appel du Patron au Pape: mais nous avons seulement envoyé l'Acte en Brabant pour le faire insinuer d'abord qu'on en aura le vent. Vous nous avertirez, si vous en découvriez quelque chose.* Heussenius ad Gerberonium 4. Augusti 1702. *Caus. Quesnell. pag.* 132.

(rr) Spicileg. Tom. 3. fol. 496. novæ Edit. (s) Apol. pro Clero p. 24.

nondum turbarant placidam, illis adhuc diebus, Ultrajectensium Sacerdotum mentem, & in S. Sedis obedientia, atque auctoritate tranquillè quiescentem. Hujus enim arcani revelatio Anno demùm sequenti facta est.

Interim Internuntii Apostolici exhortationes, mandata, comminationes denique, & intentatæ Censuræ Ecclesiasticæ despectui habebantur palam & apertè. Provicario Apostolico resistebatur in faciem, & Erckelius acerbè cum illo egerat, [t] imò durissimè. Huic proinde metuebat Prauwelius alter Sebasteni sectator fervidus de Excommunicationis Sententia; sed in profundum venerant, & contemnebant, nec talibus periculis territi mutabantur; è contrario desperatam [u] dicebant causam suam, sesesque absumptos ni omnibus viribus se opponerent, & novam potestatem averterent.

Jubilæum, quod ab Innocentio XII Anno Seculari pro Urbe Roma indictum fuerat, ad Fœderati Belgii Catholicos extenderat Clemens XI. quod solenniter publicavit Cockius per Diploma 8. Julii datum, & omnibus Sacerdotibus in Missionis Hollandicæ vinea laborantibus submissum. Non tulerunt hoc Provicarii à Sebasteno constituti, qui ediderunt & ipsi Diploma *(v)* in quo præmissis rationibus quibusdam, quas decretæ semel contumaciæ facilè obtendimus, secundam à Pontifice Jussionem expectaturos se declarant, antequam Cockium ut Pro-Vicarium Apostolicum agnoscerent. Interim permittebant etiam illi, ut Jubilæum promulgaretur, quod à se fieri dicebant intuitu pacis, *ne accrescerent scandala, & unà ut omnimodam suam erga S. Sedem observantiam toti Orbi testatam facerent.* Hæc propria sunt Ultrajectensium verba. Ego verò existimo, universum Orbem in hanc iturum Sententiam, ut indubitanter pronuntiet, hic insigniter illudi S. Sedis auctoritati; non absimili ratione, quâ quis longè honoratiori se viro alapam infligens, officiosis eodem illo tempore verbis summam suam eidem testaretur observantiam. Et verò hoc faciunt illi. Nam Heussenio asserente „ *(x)* „ submissimæ (dicere voluit fortè *humillissimæ*) *sub idem tempus* ab utroque con- „ sessu, Ultrajectensi nimirum, & Harlemen- „ si, Litteræ datæ ad Beatissimum Papam „ Clementem XI. „ En verba officiosa, eodem tempore data *(y)* quo illi Cockio resistebant, & apud Fœderati Belgii Ordines omnes intendebant nervos, ut Pro-Vicarius Apostolicus Officio interdiceretur, & patriâ.

ART. XV. De Pro-Vicariatu Apostolico Theodori de Cock.

1702.

Die decima septima Augusti exiit *(z)* Edictum Ordinum Hollandiæ & West-Frisiæ, quod subsecuto Mense Septembri publicatum fuit; ex quo illi omnem de Archiepiscopi Sebasteni suspensione, nec non de substitutione Cockii conceptum dolorem simul & semel absterserunt. Prohibent Ordines, ne quis evocationibus in Urbem pareat; ne quis ut Vicarius agnoscatur, nisi qui secundùm morem in illis Regionibus usitatum debitè fuerit electus, & a Consiliariis Deputatis suis admissus. Falsa siquidem Præpotentibus Ordinibus exponere veriti non sunt: quasi de celebranda Vicarii Electione mos obtineret in Missione Hollandica, id quod nos alibi [a] latè confutavimus. Tum interdicitur Pro-Vicario Muneris sui administratio, omniaque ejus gesta irrita, nulliusque valoris futura declarantur. Postremò Monachis, & Sacerdotibus Regularibus prohibetur ad Missionem accessus.

Quanta Ultrajectensibus nostris gaudia tulit hoc Edictum, quod piis omnibus excussit lacrymas! Exsultarunt ipsi, & festi undique auditi clamores. Inter factiosos fuerunt aliqui, qui nullum servantes modum, immites emiserunt voces, & tam vesanâ luxuriarunt lætitiâ [b] ut fanaticam augere videantur multitudinem. Pro-Vicarius

[t] *On craint le plus pour M. Van Erckel à cause qu'il a traité plus rudement le Sr. Cock.* Heussenius ad Gerberonium 4. Augusti 1702. *Caus. Quesnell. pag.* 132.

[u] *Vous savez toutes les démarches de M. l'Internonce à Bruxelles, les principaux du Clergé demeurent constants à ne pas réconnoître le nouveau prétendu Provicaire, qui fait mine de vouloir excommunier M. van Erckel. Nous sommes perdus, si on ne s'oppose de bon, nous travaillons jour & nuit ad avertendam hanc potestatem.* Gabriël Prauwels ad Brigod. 27. Julii 1702. *Caus. Quesnell. pag.* 133.

(v) Bat. Sac. fol. 524. (x) Ibid. (y) Vide Caus. Quesn. pag. 132. 133. 134. (z) Append. N. LXXVIII. [a] Vide Diss. XIII.

[b] *Amicissime Domine, Beasti me tuis ultimis & penultimis, in quibus cum gaudio legi, quæ Status Hollandiæ meditantur pro Sebasteno: utinam iis proficiant Romani! Vereor ego (attento illorum genio) ne amplius inde ferociant, & in Sebasteno vindicent, quod in novum Vicarium Status moliuntur, & Monachos. Gens Romana, ut nosti,* MAGIS CURIA DOMINATUS SUI, QUAM RELIGIONIS EST. Petrus van Hamme Oratorii Presbyter ad Brigod. 5. Sept. 1702. *Caus. Quesnell. pag.* 135.

Ago gratias pro Decreto Statuum: contentum hic audiveram à Prætore, sed non videram. En quo devenimus miseriarum: ut Sacerdotes integerrimos ADVERSUM ROMANOS IPSI HÆRETICI TUEANTUR; *& cogi ab iis Romani debeant, ut* EX ÆQUO *judicent.* Idem ad eumd. 26. Septembris 1702. *Ibid. pag.* 136.

ART. XV. De Pro-Vicariatu Apostolico Theodori de Cock.

rius tamen Cockius mandantibus & prohibentibus Ordinibus non restitit, meliora scilicet edoctus ab Apostolo, & à S. Sedis exhortationibus vario tempore, & diversis occasionibus commendantis observantiam erga potestates à Deo constitutas: quinimo, eodem mox Anno aliud Diploma edidit vernaculo sermone *(c)* in quo disertè profitetur obtemperaturum se, donec Præpotentes Ordines circa Edictum suum immutationem fecissent. Apud Superiores namque ingratum quippiam præcipientes, rationibus agendum est, non furiis.

Cùm Erckelins *(d)* Quesnello submitteret exemplar Edicti cum translatione Latina, spem conceperat, *Ordines Generales similis tenoris Decretum evulgaturos*. Sed eum fefellit opinio; & probè quoque errabat, cùm addidit: *non diffidere se, quin his auditis Roma consilia mutaret.* Nihil tamen negligebant Ultrajectenses, quod ad terrendum Pontificem, & à proposito abducendum conducere posset. Miserant in Urbem Edictum Ordinum publicatum contra Pro-Vicarium, nec celaverant exorta scandala, & enata jurgia ex duplici Jubilæi promulgatione; & jam quatuor omnino Epistolas *(e)* ad Pontificem dederant, ut Sebastenus Patriæ non tantùm suæ, sed & Dignitati Vicarii Apostolici restitueretur. Hæc eò spectabant, ut Pro-Vicarii Apostolici substitutione derogatâ, vel Sebasteno redderetur potestas, vel Pro-Vicariis ab illo constitutis maneret imperium. Hinc quantivis pretii visa est Sebasteni in Patriam reditio.

Communicatis consiliis, *(f)* miserandas tam ipse, quàm qui aderant socii, in Hollandiam querimonias direxerunt. Dictitabat Sebastenus sui oppressionem, nominisque & honoris exstinctionem esse decretas. Magnitudinem quoque expensarum, valetudinis periculum, animi tædia, aulæ vilipendia, incommoda mille simulans, Potentissimis Hollandiæ Ordinibus hos questus exponi jussit; suggerens quoque medium, (nempe Jesuitarum Oratoria per Missionem claudi) si in Patriam remeandi denegaretur licentia. Non defuerunt Magistri sui præceptis Sacerdotes Ultrajectini, & adornarunt feminam lacrymis armatam, Mariam Codde, Præsulis germanam, quæ Amstelodamensis oppidi Consulibus inclinata, non sine commiseratione planxit absentiam fratris. Altera in oppido Gaudano similes ejulatus edidit, & ut celeriter procederet Ordinum Hollandiæ interponenda auctoritas, commenti sunt Ultrajectenses, illatam huic injuriam, & libertati Belgicæ violentiam, quòd Summus Pontifex Archiepiscopum, & Vicarium Apostolicum Romam evocasset, & repugnantibus Patriæ legibus detineret invitum. Accersiti sunt Hagam Comitis ad Ordinum Cœtum Pro-Vicarius Apostolicus, & Sebasteni levir Fredericus Bloemaert prædictæ Mariæ Conjunx. Utrique mandatum, ut adesse curarent Sebastenum infra trimestre; Ordines velle, ut veluti Civis & subditus Patriæ suæ restitueretur, suisque pareret mandatis, & auscultaret. Nuntiavit Romam Pro-Vicarius rigorosum mandatum, adjectis etiam periculis Rei Catholicæ totâ Missione venturis, decretisque rigoribus in se, in Missionarios, in Oratoria, si profectioni mora injiceretur, aut suspenderetur licentia. Die 17. Februarii indultum fuit Sebasteno, ut in Patriam dum vellet, abiret. Nexuit ipse moras ultrò, spe honestioris reditûs, à proximè habenda tunc Congregatione lactatus. Hæc vana cùm fuisset, duplicandæ fuere querimoniæ, novæque Pro Vicario Apostolico inferendæ molestiæ, qui 5. Aprilis iterum citatus, quamvis finito nondum trimestris termino, eadem mandata accepit, quæ redintegranda non erant, cùm quinto post die, qui fuit ejusdem Mensis Aprilis decimus, post quadrimestrem supra biennium moram ab Urbe decesserit exauctoratus Sebastenus. Statuerant Ultrajectenses experiri omnia, & summæ rei periculum facere, ut huc tandem devenirent. Imò Heussenius apertè scripserat Gerberonio *(g)* Ordines Hollandiæ rigore, ac pœnis longiùs fuisse processuros, si Sebasteni tardasset adventus, & cùm Pontifex Censuris fortè egisset, adfuturam fuisse occasionem, universos è Missione Hollandica expellendi

1703.

L'Ordonnance des Etats d'Hollande & de West-Frise du 17. Août dernier contre Theodore Cock habitué à Leyde est une terrible leçon pour une autre Puissance bien differente de la leur. Ah qu'elle en profiteroit, si elle la comprénoit bien? Mais il faudroit pour cela qu'elle fut aussi humble, qu'elle est grande. Domnus Theodoricus de Viaixnes Monachus Benedictinus Congregationis S. Vannesii ex Abbatia de Hautvilliers Diœcesis Rhemensis, aliquando captivus in Gallia, nunc profugus in Hollandia, ad Brigod. *ibid.*

(c) Bat. Sac. fol. 524. (d) Caus. Quef. pag. 135. (e) 4. Jul. 4. Aug. 26. Sept. 3. Octob. 1702.
(f) Vide Cockium lib. 3. cap. 2.

(g) *Il est bon de faire intimider ledit Blondus* (Internuntium) *que si M. Godefroi* (Sebastenus) *ne revient point le plutôt, les Etats iront plus avant, & si on veuille infliger l'Excommunication en vertu de la Bulle Cœna Domini (qui n'est pas reçue dans toutes les 17. Provinces) on donnera occasion par la à chasser tous les Moines; & qu'apparemment il feront fermer toutes les Eglises dans le lieu, on en voudra fermer aucune Eglise par Excommunication.* Heussenius ad Gerberon. 25. Septemb. 1702. Caus. Quesnell. pag. 136.

di Monachos, & Ordinum auctoritate occludenda fuisse Oratoria iis in locis, in quibus nonnulla suorum Oratoriorum Interdicto fuissent Ecclesiastico subjecta. Ad hæc rectè notatum est, gladium S. Petri per ensem laicum hic retundi.

1703. Crediderunt aliquo tempore, (*h*) quod Pontifex Sebasteni suspensionem levasset, unde spes suas erigebant Ultrajectini, & Erckelius ad Gerberonium scribebat 12. Januarii: „(*i*) De rebus Ecclesiæ nostræ „necdum desperamus, non enim videntur „Ordines nostri Cockium admissuri. Adeò „que necesse tandem erit, ut Roma vel „Sebastenum remittat, vel de alio sufficien„do cogitet, cujus fortassis suffectioni ob„stacula non minora se objicient. Interim „varia utrimque scripta eduntur. Inter ea „unum est Latinè exaratum cui titulus: „(*l*) *Apologia pro Clero*. Sed refractarios Con-Sacerdotes suos omnes superabat Prauwelius duri oris vir. Intellexerat, Romæ indultum fuisse Sebasteno reditum in Hollandiam, quod dum Quesnelli Secretario Brigodæo significat, (*m*) addit, Præsulem tamen anxium esse circa suspensionem, ac Missionem; sed statim animos resumens, modò adsit in Patria, inquit, agemus pro viribus; idem remedium, quod procuravit reditum, operabitur etiam aliquid amplius. Nemo admittetur ut Pro-Vicarius, *& Cockius nullo umquam tempore*, etiamsi Clerus universus id peteret ab Ordinibus Hollandiæ; omnes, quotquot sunt, & primi & infimi, animati sunt pro Sebasteno: quod plus est, Ordines innuunt, daturos se licentiam ad erigendas ibi scholas publicas, & accersendos honestos viros illos, qui persecutionem patiuntur in Belgio Catholico. Sic armabant se illi contrà quamcumque demum S. Sedis dispositionem, qui tamen, ut supra vidimus, *omnimodam suam erga S. Sedem observantiam toti orbi testatam fecerant*.

ART. XV. De Pro-Vicariatu Apostolico Theodori De Cock.

Non diu tenuit hæc exspectatio, nam hoc statim tempore divulgata fuit (*n*) Eminentissimi Car.lis Paulutii Epistola 2. Decemb. 1702. data ad Martinum de Swaen & socios Presbyteros Hollandiæ, in qua perhibet, Summum Pontificem non sine admiratione ac molestia ex ejus, & Presbyterorum illorum litteris intellexisse, Breve Apostolicum, quo Cockius Pro-Vicarius Hollandiæ constituitur, ab ipsismet in dubium revocari: declarans, Sanctitatem suam ab hujus Pro-Vicarii deputatione (non levibus, sed gravibus ex causis & summa cum maturitate atque consilio factâ) recessuram sperare, minùs prudentis animi esse. Archiepiscopum porro Sebastenum, in cujus gratiam scripserant illi, ad illud stare tribunal, à quo sua cuique justitia pro merito administratur; proinde hortatur Cardinalis, ut ejusmodi S. Sedis Decretis, eà quà par est animi submissione obtemperando, melioribus quàm quibus ad illum usque diem usi fuerant argumentis, veros se obedientiæ filios esse probarent. Hæc igitur est Sententia *de humillimis illis ab utroque consessu Ultrajectensi nimirum & Harlemensi Litteris, datis ad Beatissimum Papam Clementem XI.*

Pro-Vicarii à Sebasteno Romam euntes constituti omnem Jurisdictionem & Potestatem Ecclesiasticam amiserant per subrogationem Pro-Vicarii Apostolici Theodori Cockii. Intellexerat id Heussenius, & post acceptam hujus novæ Delegationis Apostolicæ notitiam, cœperat conscientiæ stimulis torqueri, & ad Gerberonium scribens (*o*) interrogabat, quid demum faciendum esset, si offerretur occasio exercendæ jurisdictionis, medio illo tempore, quo (suspenso Sebasteno, & incerta manente suspensionis revocatione) recusarent illi agnoscere Pro-Vicarium Apostolicum? Consuluerunt desuper Quesnellum, illud suum Oraculum, ab eoque super dubiis, anxiisque rebus Consultationem (*p*) petierant. Dedit illam scrip-

O to,

(*h*) Caus. Ques. pag. 137. (*i*) Ibid. pag. 143.

(l) *Apologia pro Clero Ecclesiæ Batavorum Romano-Catholica, seu rationes ob quas Clerus censuit in locum Reverendissimi Archiepiscopi Sebasteni non esse illico recipiendum D. Theodorum Cockium* 1702.

(m) *Nos Lettres de Rome disent, que le Cardinal Paulucci a dit à Godefroi de la part du P. Patrice* (Summus Pontifex) *qu'il peut retourner en Hollande. Mais M. Godefroi étoit encore en peine touchant les affaires de la suspension & de la Mission. Pourveu qu'il soit icy, on fera ce qu'on peut; le même remede qui a fait cette operation du retour, fera encore quelque chose de plus. On n'admettera personne, & Cok jamais, encore que tout le Clergé le demanderoit des Etats: tous, grands & petits sont animez pour M. Godefroi, même les Etats donnent à connoitre, qu'ils donneront permission pour y etablir des Ecoles, & d'y faire venir les honnêtes gens, qu'on persecute au Païs-bas.* Prauwels ad Brigod, 8. Martii 1703. *Caus. Quesnell. pag.* 144.

(*n*) Append. N. LXXIX.

(o) *Mais que devons nous faire s'il se presente quelque occasion à exercer la jurisdiction dans cet intervalle? Assistez nous de votre conseil.* Heussen. ad Gerberon. 19. Septemb. 1702. *Caus. Quesnell. pag.* 138.

(p) *Mes humbles respects à M. de Fresne* (Quesnellus) *je crois qu'on luy envoie une Consulte touchant les affaires de la Mission.* Prauwels ad Brigodæum. *Ibid.*

ART. XV. De Pro-Vicariatu Apostolico Theodori de Cock.

to, Clerumque Hollandicum egregiè impulit adversùs Summum Pontificem.

Duo definit ille veluti ex Cathedra. (q) Primum: licitum esse Presbyteris Hollandis in illo rerum statu sine conscientiæ quoque læsione recursum habere ad Potestatem Acatholicam. Secundum: in eodem rerum statu, id est, stante Sebasteni suspensione, & cognita Delegatione Cockii, Pro-Vicarios Heussenium, Catzium, reliquosque posse non tantùm, sed & debere exercere potestatem ac jurisdictionem Ecclesiasticam per Missionem Hollandicam. Utitur argumentis, quæ seditionem & schisma sapiunt horrendum in modum. Hæc tamen Sententia Quesnelli transiit in Legem, & in summæ auctoritatis decisionem, adeò ut in omnibus posteà libellis, tanto cum scandalo, & cum unitatis ac pacis laceratione divulgatis, regnet ubique Spiritus Quesnelli. Prodidit & hìc damnatos posteà per Constitutionem Apostolicam *Unigenitus* ab exordio dictam, sensus suos; dum Heussenio animos addit, (r) ne ob metum Excommunicationis, quam ipse injustam vocat, abstineat ab exercenda Jurisdictione Ecclesiastica, id quod ipsi est *implere debitum nostrum. Faire nôtre devoir.* Sed hìc illum Theologis vapulandum damus, qua de re videri potest *Refutatio* (s) huic operi subjuncta; & pro cavillis ex Quesnelli doctrina petitis, quibus Ultrajectenses præjudicatas suas opiniones populo instillarunt, etiam DISSERTATIONES XVI. & XVII.

Certè accepta illa egregiâ definitione Quesnelli, respondit Heussenius (t) multùm se fuisse gavisum, visis doctissimis ejus scriptis, quæ tanto majori in Beneficio collocat, quod sensus suos confirmasset probationibus ex tota petitis Antiquitate; multa quoque eorum apographa confecisse se dicit. Imbuendi nimirum erant omnes Presbyteri Hollandi, Sebasteni assecIæ, exitialibus Quesnelli consiliis, quibus fovenda, promovendaque erat rebellio, quæ Ecclesiam Batavam miserandum in modum dilaceravit, & ejus præcipuè impulsu ad summam perducta est calamitatem.

Consultus præterea fuit Zegerus Bernardus Van Espen J. U. D. & SS. Canonum Professor in Universitate Lovaniensi, cui Sacerdotes Hollandi multùm deferunt, quia illi multùm debent. Voluit ille (u) ut responsum suum atque consilium etiam scripto datum, oculos priùs subiret Quesnelli, antequam ad Hollandorum manus veniret; ob hanc fortè causam, ne si contraria essent rescripta, duorum horum insignium virorum discrepantes Sententiæ dubium potiùs augerent, quàm tollerent. Et verò parum abfuit, ne diversa sentirent. Espenius judicabat, Heusseninm, reliquosque Pro-Vicarios Sebasteni non debere committere, ne *sine necessitate* apud Ordines Hollandiæ sua nomina profiterentur ad obtinendum pro reditu Sebasteni rigorosum mandatum. Sed *necessitatem* statim adinvenit Quesnellus, cùm supponit Ordines Mandatum non daturos, nisi petitione factâ à viris in Hollandica Missione potestate instructis. Verùm de Jurisdictione Eccesiastica per Pro-Vicarios illos exercenda, expeditissima fuit, quamvis in re longè periculosiore, Sententia Espenii. Stante enim Sebasteni suspensione, & post relatam Cardinalis Paulucci declarationem, certà manente Cockii Delegatione, abrogata erat illis omnis Jurisdictio, nec supererat titulus, vel coloratus. Desperatis adeò rebus, nil videbatur esse remedii. Invenit tamen Espenius, & in Missione Hollandica deprehendit aliquid, quod centum & viginti annis latuerat, nulli tunc cognitum, nemini ante ipsum excogitatum; JURA, inquam, CAPITULORUM CATHEDRALIUM, non omnium quidem Capitulorum seu sex, quot ante eversam rem Catholicam numerabantur, sed duorum dumtaxat, Ultrajectensis nimirum & Harlemensis; neque enim longiùs prospiciebant ejus oculi, nec plura detexerant. Quare scribit ad Quesnellum (v) 3. Martii 1703. *fortiter insistendum esse juribus Capitulorum, & secundùm ea* GENEROSÈ PERCRNDUM. Habemus Decretum, quo hactenus steterit rebellio, ac pertinacia, sed quo simul etiam interiit, & collapsa est speciosa forma Missionis Hollandicæ. Excogitarat quidem Erckelius Anno superiore (x) Capitulorum Cathedralium commentum; Quesnellus è latebris suis emiserat responsum de arripienda Jurisdictione Ecclesiastica; sed neuter ostenderat *Titulum* potestatis novæ & insolitæ. Protulit Juris Utriusque Doctor Espenius, & JURA CAPITULORUM CATHEDRALIUM inter Catholicorum in Hollandia reliquias, non invenit, sed confinxit. Hactenus non comperi quas Espenius ab Ultrajectensibus pro quantuvis apud ipsos pretii

3. Decemb. 1702.

(q) Caus. Ques. pag. 139. & seqq. (r) Prop. 91. (s) Refut. Instrum. appell. §. 4.

(t) *J'ai eu bien de la joie, Monsieur, voiant vos sages Ecrits: nous vous en sommes d'autant plus obligez, que vous avez en même la bonté de les confirmer par des preuves tirées de toute l'antiquité. Nous en avons tiré plusieurs copies, c'est pour cela que nous renvoions l'Original, selon que vous nous avez temoigné desirer, nous vous en sommes obligez, Monsieur, infiniment. Dieu veuille nous donner occasion d'en pouvoir temoigner notre reconnoissance.* Heussenius ad Quesnellum 16. Februarii 1703. *Caus. Ques. p.* 142.

(u) Caus. Ques. pag. 142. (v) Caus. Ques. pag. 152. (x) Apol. pro Clero.

tii consilio & rescripto gratias tulerit: credibile est tulisse maximas. Certè nec sibi, nec oblatæ occasioni defuerunt illi. Nam Heussenius, aliique Sebasteni olim Pro-Vicarii, & præcipuè Jacobus Catzius, prædictis Quesnelli & Espenii consiliis incitati GENEROSE statim PERREXERUNT, & Jurisdictionem Ecclesiasticam audacter usurparunt. Quare S. Congregatio (y) monendos censuit Missionarios & Ecclesiasticos Hollandiæ, quod omnes provisiones Pastorum, Deservitorum, aliorumque Deputatorum ad curam animarum & ad administrationem Sacramentorum factæ, etiam pro interim, & sub titulo necessitatis, tam à præteritis Pro-Vicariis, quàm ab Archipresbyteris, aut ab assertis Assessoribus prætensorum Capitulorum, post suspensionem Sebasteni nullæ essent, irritæ, ac nullius valoris, cum omni eo quod inde secutum erat. Et Summus Pontifex expressam faciebat prohibitionem, ne quis se ullo modo ingereret in regimen istarum Missionum sub pœna Excommunicationis majoris incurrendæ ipso facto, sine ulla alia declaratione. Hujus tenoris Litteræ ad plures in Hollandia Missionarios à Sac. Congregationis Præfecto Cardinali Carolo Barberino directæ sunt 3. Februarii 1703. & 22. ejusdem Mensis per Internuntium Bruxellensem similes, eadem auctoritate, missæ Martino de Swaen, uni è prætensis Pro-Vicariis, quem etiam obtestatur Internuntius, ut alios Missionis Presbyteros ad emendationem præteritorum, verbo, & exemplo induceret suo.

1703.

Diversum planè exitum habuerunt hæc Mandata. Martinus de Swaen, & Harlemenses Sacerdotes obtemperarunt religiosè, & Anno 1705. publicis typis vulgarunt libellum supplicem Clementi XI. oblatum, ubi pag. 15. profitentur, se in illum usque diem pro testificando pacis amore, vitando pusillorum scandalo, suaque erga primam Sedem observantiâ demonstrandâ, nulli umquam Pastoratum aliquem contulisse, neque post Declarationem Sanctitatis suæ sibi intimatam in Ecclesiæ regimen ullatenus se ingessisse.

Ab Ultrajectensibus alia longè inita est ratio; *pergebant* illi *generosè* ex præcepto Espenii: cùmque prævaricationes Jacobi Catzii, antea Pro-Vicarii, omnium observarentur oculis, isque publicè Excommunicationis postularetur, typis emisit foliolum (z) in quo longè quæsitis prætextibus ac cavillis declarabat, sententiam Excommunicationis contrà se latam pro inani & irrita habendam esse, atque nullius roboris vel momenti existere; obtendens prætensum Leonis X. privilegium, de non (a) EVOCANDO, & quod Belgarum negotia in suis locis, ubi orta fuissent, finienda essent. Hanc Declarationem statim subsecuta est alia similis planè tenoris, quam Erckelius & Joannes Tibbel, (b) (rati causam hanc omnibus Sebasteni sectatoribus esse communem) suis firmarunt nominibus, adjecta vagâ Fidei professione, ut etiamnum haberentur Catholici. Nec sic tamen tranquillo esse animo potuerunt; vehementer namque displicuerat Harlemensium Sacerdotum testata publicis typis, erga S. Sedem obedientia; quare alio rursus scripto (c) insigni illos lacessiverunt injuriâ, arguentes, quod jura sui Capituli illo tempore ignaviter abjecissent. Sic stimulabant illi ad rebellionem.

ART. XV. De Pro-Vicariatu Apostolico Theodori De Cock.

Summus Pontifex Clemens XI. in eam maximè curam incumbens, ut Catholici omnes, iique præsertim, qui in sejunctis à S. Sede Regionibus constituti sunt, ab omni specie mali diligentiùs caverent, & remotis dissensionum fomentis, ea quæ pacis sunt, studiosè sectarentur, qui verò in unitate ejusdem Fidei consentiebant, concordiæ quoque & charitatis vinculo conjungerentur, Breve Apostolicum (d) ad *Universos Catholicos in partibus Hollandiæ & Provinciis conterminis constitutos* miserat die 7. Aprilis 1703. Deprehenderat Pontifex cum gravi paterni cordis sui amaritudine, quod turbarum, & dissidiorum mala germina, quæ in Hollandicis Missionibus jam pridem erant exorta, quotidiè succrescerent, illaque resecare, atque etiam, favente Domino, prorsus eradicare cupiens, omnibus Catholicis fidem facit, Petrum Coddæum Archiepiscopum Sebastenum, JUSTIS GRAVIBUSQUE DE CAUSIS, à Vicariatûs Apostolici Officio, quod obtinebat, suspensum, Pro-Vicariumque Theodorum Cockium in ejus locum subrogatum fuisse. Insuper, quod paucis hactenus denuntiatum erat, jam omnibus Catholicis notum facit, nimirum: declarasse se, quod nulli in Missione Presbytero, sive is Pro-Vicariatûs, Archipresbyteratûs, aut prætensorum Capitulorum

(y) Append. N. LXXX. & LXXXI.

(z) JACOBUS VAN CATS *omnibus Irenophilis per Belgium Fœderatum 24. Martii 1703.*

(a) Vide Diss. XIV.

(b) *Declaratio Presbyterorum plurimorum non infima nota è Clero Ecclesiæ Batavorum Romano-Catholica adversus sparsos rumores de Ecclesiasticis censuris propediem vibrandis. 1. Aprilis 1703.*

(c) *Velitatio Theologica, an Decanus & Canonici Harlemenses meritò argui possint Jura sui Capituli hoc tempore ignaviter abjecisse?* Noli quærere fieri Judex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. *Eccli. 7. 6. A. 1706.*

(d) Append. N. LXXXII.

ART. XV. De Pro-Vicariatu Apostolico Theodori De Cock.

tulorum Assessoratûs titulo, vel officio gauderet, ulla competeret facultas deputandi vel constituendi Pastores, Missionarios, Deservitores, aliosve ad curam animarum, aut Sacramentorum administrationem destinatos: se quoque decrevisse, quod similes deputationes prædictis nominibus, titulisve factæ, irritæ essent, & nullius roboris, vel momenti: demùm se inhibuisse omnibus Clericis illarum Missionum sub pœna Excommunicationis ipso facto incurrendæ, ne spirituali regimini se quis immisceret. Tum refractariorum Sacerdotum temeritatem perstringens, hortatur Catholicos, ut nullam imposterum fidem, vel auditum præbeant paucis illis Ecclesiæ simul ac Reipublicæ perturbatoribus, qui subdolis artibus, falsisque narrationibus candidos Hollandorum animos decipere, aut etiam in errorem abducere conati sunt. Monet autem Pontifex, quod Schismatici illi exactioris disciplinæ speciem obtendant, ac rigidioris Theologiæ famâ sibi blandiantur; sed quales reipsâ animo sensus foverent, & quò ipsi collimarent, cognosci posse juxta datam à Christo regulam; ex fructibus nimirum quos proferunt, multiplicibus, inquam, per ipsos editis libellis, qui injuriis, maledictis, mendaciis, calumniis, apertàque in Apostolicam Sedem irreverentiâ ac temeritate undequàque scatent, & qui vel ipsis Acatholicis scandalo fuerunt. Tum palam facit Sanctissimus Dominus, quod Apostolicâ potius indulgentiâ, quàm districtiori Canonum Censura usus, ad multorum instantiam, & ad Pro-Vicarii Apostolici preces, Sebasteno Româ discedendi veniam non tantùm, sed & Mandatum ultro dedisset; & eidem, cùm se pararet itineri, paternè simul & perspicuè explicasset, quod sublata ipsi esset spes omnis imposterum exercendi officium Vicariatûs Apostolici. Postremò significat Pontifex, à se injunctum Sebasteno, ut fautores suos ab omni contentione & æmulatione, sui potissimum Causâ suscitatis, curaret avertere, monstrans ei paternâ benevolentiâ facultatem compescendi querelas, aliasque terrenæ sapientiæ rationes, quas ingenitum hominibus proprii commodi studium jugiter suggereret, nimirum hoc unum Apostoli effatum: *Obedite Præpositis vestris, & subjacete illis, ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri.*

Non videntur Ultrajectenses attentâ umquam mente hoc Apostolicum præceptum expendisse. Etenim mox à publicatione Brevis, Gabriël Prauwelius, Audaciâ factioni Jansenianæ propriâ, graviter sugillavit & Pontificium, & Apostolicum mandatum. (e) Promittit ille Edictum Ordinum Hollandiæ, quo hæ Litteræ Pontificiæ proscriberentur veluti *seditiosa*, & veluti *famosus libellus*, cum præcepto ad omnes ubique Officiales & locorum Præfectos auferendi è manibus exemplaria omnia. Spondet interdicendam Pro-Vicario Apostolico omnem functionem sine spe consequendæ umquam licentiæ ad obeundum Vicariatûs Apostolici Officium, aut aliam ullam auctoritatem. Garrit quoque, (nisi advenisset hoc Breve Apostolicum,) data imperia parumper fuisse differenda: sed ordinationes has jam esse conceptas, & fortiores in adventum Sebasteni reservari; omnes indignari adversùs Ministros Romanæ Aulæ, qui talia in Patria Acatholica audeant; Aulicos omnes id interpretari, quasi P. de la Chaise Jussu Regis Galliarum Ludovici XIV. turbas in Hollandia excitare voluisset; videre eosdem etiam ad oculum, quid palpones Pontificis possint, qui facilè talibus Decretis subditos absolverent Juramento; quo sese Principibus obstringunt. Tum à Brigodæo petit considerationes suas AD INFAME BREVE. Et postquam rabiem suam plenè despumavit, diverso utens idiomate, uti furiosis accidit, Latinè tandem imprecationem concludit

[e] *Monsieur voilà un fruit du Bref, qui a fait tant de bruit; démain nous aurons un Decret d'Hollande, par où les Etats défendront ce Bref comme* SEDITIEUX, *& un* LIBELLE INFAME, *avec ordre de rechercher tous les Exemplaires par les Officiers en tous lieux..... Ce Bref a fait prendre cette résolution. On interdira démain à M. Sandin* [Cockius] *toutes fonctions sans espérance d'obtenir jamais permission de faire quelque fonction du Vicariat, ou Provicariat &c. ou aussi de la moindre superiorité. Sans ce Bref on auroit encore differé ces résolutions; mais on a pris ces résolutions*, & fortiores in adventum Godefroi reservantur, omnes indignantur adversùs Ministros Romanæ Aulæ, qui talia in Patria Acatholica audent. Aulici omnes id interpretantur, quasi P. la Chaise Jussu Ludovici turbas in hac Patria excitare voluerit, vident etiam ad oculum quid palpones Pontificis non possent, facilèque talibus Decretis subditos Juramento, quo sese Principibus obstringunt, absolverent..... à te rescire cupimus & reflectiones ad INFAME BREVE .... *nous allons prendre cependant Namur, & délivrer les pauvres oppressez à Louvain, chasser* BLONDUS (Internuntius) *& toute cette canaille, qui oppriment les honnêtes Gens*: ridendo dicere verum, quis vetat? *Blondus n'a jamais rendu plus grand service qu'il a rendu par son Bref, même les Catholiques sont indignés de cet attentat. Le Placcart d'Utrecht est rude, on envoiera de plus rudes resolutions, & il faut passer par la pour reduire* CE FOURBE DE FOURBE *à la raison*..... Gabriel Prauwels Pastor, seu Missionarius Amstelodami ad Brigod. 28. Maii 1703. *Caus. Quel. pag.* 148.

eludit his verbis: *Monachi palam faciunt Breve, sed Clerus ut obreptitium respicit, Ordines ut seditiosum.*

Habemus, quâ veneratione Breve Apostolicum in Hollandia à refractariis Presbyteris acceptum sit, ipsi respiciebant ut *obreptitium*, & sic Quesnellus suaserat in suâ ad Heussenium Casûs-resolutione. Quod Præpotentes Ordines illud, *ut seditiosum* habuerint, id magnificentiùs jactatur, quàm veriùs.

Dum hæc aguntur, aliaque funesta superveniunt, quæ, sicut non defendimus, ità illa adstruere necesse non habemus; Pro-Vicarius Cockius ex Hollandia se subducit, & in voluntarium exilium actus Coloniam primùm, deindè Romam proficiscitur, ubi Summo Pontifici à Sacro Limbo, ac primùm à secrem Sacello, & insignis Basilicæ Sancti Laurentii in Damaso, nec non S. Anastasiæ de Urbe Canonicus, atque Archidiaconalis Ecclesiæ S. Cuniberti Coloniæ Præpositus & Archidiaconus Tuitiensis effectus, reliquum tempus sibi vixit, & ultimum diem clausit Romæ Mense Januario 1720.

ARTIC. XVI. De Statu Missionis Hollandicæ usque ad Vicariatum Gerardi Potcamp.

ARTICULUS XVI.

De Statu Missionis Hollandicæ à tempore discessûs Theodori de Cock, usque ad Vicariatum Apostolicum Gerardi Potcamp,

Id est: à Mense Julio 1703. usque ad 14. Nov. 1705.

MEnse Junio Anni 1703. ex Urbe in Hollandiam advenerat exauctoratus Petrus Codde Archiepiscopus Sebastenus, & paulò post Theodorus de Cock Pro-Vicarius Apostolicus subduxerat se è Fœderatis Belgii Provinciis. Per illius reditum, atque hujus excessum, impleta fuisset summa expectatio Sacerdotum Ultrajectinorum, si Sebasteno quoque reddita fuisset Potestas Ecclesiastica per Missionem Hollandicam. Hujus quidem restitutionis spem ademerat Pontifex in ultimo alloquio, quod Coddæo abeunti concesserat; sed quia eamdem per vim & violentiam extorquere conabantur socii Presbyteri, omnia commoverunt, & indignis adeò scriptis Romanum Judicium exagitarunt, ut ipsis etiam Acatholicis scandalo fuerint. Hac de re gravissimam ad Coddæum Epistolam dedit Sacra Congregatio de propaganda Fide (*f*) in qua Eminentissimi Patres declarant, quod gavisi quidem fuerint de felici ejus in Patriam reditu, sed de gravibus, quibus Catholici per Hollandiam vexabantur, ærumnis doluerint magis. Nec dissimularunt, tempestatem non nisi propter ipsum exortam fuisse; nimirum cùm viri Catholici, Sacerdotes, Pastores, qui bonitatem, disciplinam, & scientiam profitebantur, ità partium studiis abduci se siverant, ut dummodò tuerentur suam, Catholicæ Fidei causam prodere non erubuerint. Illi, scilicet, quos Coddæus arctâ sibi præ cæteris necessitudine junctos voluit, & Beneficiis ornavit, atque accusatos pluries, apud S. Sedem defendit acerrimè; atque strenuos vineæ Dominicæ & inconfusibiles operarios, ipsique S. Sedi obsequentissimos prædicavit, atque præcipuos in regenda Missione sibi socios & adjutores adhibuit: ut vel ex hoc uno, etiamsi cætera plurima defuissent, agnoscere debuisset Præsul ille, quàm justè, & quàm necessariò, de mutando Missionis regimine, ejusque administratione in alium transferenda cogitandum fuerit. Præclarè etiam prosequitur Sac. Cong., quid Coddæus præstare debuisset pro consequenda tranquillitate Ecclesiæ Hollandicæ, nimirum, ut sibimet imposterum pacificè vivens, amicos suos omnes & clientes sedulò admonuisset, ut conscientiæ suæ consulerent, & Ecclesiasticas Censuras, quibus non pauci juxta Canonicas Sanctiones irretiti erant, minimè parvi penderent; ipse verò declarasset, se prorsus nolle ipsorum culpis involvi, sed Supremi in terris Ecclesiæ Pastoris voluntati obsequi velle.

2. Julii 1703.

25. Aug. 1703.

Non liquet, quid animi fuerit Sebasteno super hac Sacræ Congregationis exhortatione, & in *Denuntiatione Apologetica*, quæ summam continet querelarum suarum super instituto contra se judicio, altum de hac Epistola servatur silentium. Prodidit tamen ibidem insigne argumentum de turbis, ipsius solius causâ, in Missione exortis, cùm fatetur, (*g*) *omnem ferè Missionis Hollandicæ Clerum* DOGMATIBUS, *atque* ANIMI PROPENSIONE *sibi fuisse conjunctum.* Clerus autem ille, sive prætensi Capitulares Ultrajectini non abstinebant ab usurpanda Jurisdictione Ecclesiastica. Moverat Sebastenus omnem lapidem, ut honori simul & mu-

(*f*) Append. N. LXXXIII. (*g*) Denunt. Apolog. pag. 37.

ARTIC. XVI. De Statu Missionis Hollandicæ usque ad Vicariatum Gerardi Potcamp.

neri restitueretur, (h) & in hunc finem Sac. Congregationi supplicarat; sed hunc ambitionis æstum in eadem Epistola increpaverat Cardinalis Barberinus. Pòst, convertit sese ad Nuntium Coloniensem, nunc S. R. E. Cardinalem Piazza, eamdem illi restitutionem suggerens, velut unicam pati conciliandæ viam. Sed cùm & hic nihil proficeret, prætensi Capituli Ultrajectini auctoritate juvari voluit, & passus est sibi conferri omnem, quam, veluti vacante Sede, potestatem sibi esse fingunt, ac parum abfuit quin ad Pontificalia exercenda prorumperet. Huic malo iterum succurrit S. Sedes per Epistolam (i) quam de Mandato Clementis XI. ad Coddæum scripsit Cardinalis Paulutius die 12. Octobris 1703., & quæ eidem Archiepiscopo tradita fuit die 22. Novembris ejusdem Anni, per quam rursus significatur, nullam prorsus jurisdictionem spiritualem in prætensis Capitulis agnosci à Sede Apostolica, ac proinde sibi non licere, illorum nomine, jussu, seu permissione Pontificalia ulla munera exercere, quæ etiam illi prohibebantur sub pœna perpetuæ Suspensionis à Pontificalibus. Cæterùm mandabat ei Summus Pontifex, ut ea de re prætensos Capitulares seriò admoneret, ut ab usurpatione omnis spiritualis jurisdictionis omninò caverent, qui aliàs Excommunicationis latæ sententiæ vinculo innodati existerent: decernens præterea, reliquos cùm Clericos, tum Laicos, qui illorum prætensorum Capitulorum jurisdictionem (nisi ab Apostolica Sede aliter statueretur) agnovissent, seu ipsis paruissent, *Schismaticis potiùs, quàm Catholicis esse adnumerandos.*

Visis hisce Litteris perculsus est Sebastenus, & cùm non omnem erga S. Sedem venerationis sensum abjecisset, ministerio supersedit; modestior hic, & obsequentior Pro-Vicariis olim suis, Houssonio & Catzio, qui Sacerdotes per Provincias immittere pari temeritate & scandalo perrexerunt, inquit Cockius.

Igitur ad alia statim consilia transiit, & qui in tanta copia scriptionum, quæ super sua, & Hollandicæ Missionis causâ integro ferè biennio prodierant, ipse hactenus ediderat nihil, incœpit querulorum, & S. Sedi obstrepentium numerum augere, per primam *Epistolam*, quam die 19. Martii 1704. evulgavit *ad Catholicos incolas Fœderati Belgii*, quâ visâ, recruduerunt animorum dissidia, contentionesque, ita ut populo non constaret satis, à qua demùm esset parte standum.

Paullò post hujus Epistolæ publicationem advenit Decretum Sacræ Congregationis S. Officii habitæ coram Sanctissimo Domino Clemente XI. die 3. Aprilis 1704. in quo (l) Sanctitas sua damnat ac prohibet duos ejusdem Præsulis libellos Romæ impressos *Declaratio*, & *Responsiones* uti continentes Doctrinas & assertiones ad minimùm suspectas, singulares, atque Ecclesiasticis Constitutionibus repugnantes, quibus Christi fideles in jam damnatos errores induci, ac pravis opinionibus infici possent. Pontifex verò ipsum Archiepiscopum Sebastenum ab omni Hollandicarum Missionum regimine, dudum ei ad S. Sedis beneplacitum commisso, & à quo nuper suspensus fuerat, penitus removit, & ad alterius Vicarii Apostolici deputationem in S. Congregatione de propaganda Fide agi mandavit. Adeo ut à vero alienum sit, quod Sacerdotes Ultrajectini tanto cum fastidio ingeminarunt, nimirum: ignoratas fuisse Suspensionis Causas, & Præsulem suum pro arbitrio, & sine Causæ cognitione fuisse depositum. Etenim tam adductæ Epistolæ Sac. Congregationis, quàm superiùs citatum Decretum, & quæ infra mox referendæ sunt Declarationes S. Sedis, clarissimè explicant, quid Sebasteno crimini datum sit, & cùm quoad ea, de quibus fuerat denuntiatus, Apostolicæ Sedi minimè satisfecerit, post longissimam tamen atque accuratissimam Causæ discussionem, imò post biennale vix non examen, improbitatis postulandus est, quisquis hìc ex mero arbitrio in Sebastenum fuisse animadversum mentitur. His, quia occasio fuit, ita dictis, prosequamur ad reliqua, ipsius ferè Sebasteni verbis proferenda.

Cùm itaque à munere Vicarii Apostolici suspensus non tantùm, sed omni quoque restitutionis spe exutus esset, idque publicè fuisset denuntiatum, de restauranda in Missionibus tranquillitate variè, multùmque sudatum fuit. Et certè nullâ re magis egebat afflicta Ecclesia Batava; adeò enim Sebasteni asseclæ sæviebant in quoscumque demum Missionarios sibi adversantes, ut plures (m) etiam de Clero seculari proscriberentur è Patria. Ipse interim *Secundam ad Fœderati Belgii incolas Epistolam* emisit 20. Augusti 1704. contra quam varii etiam in vulgus sparsi sunt libelli. Non erat conciliandis animis, & restituendæ tranquillitati aliud præsentius remedium, quàm ut substitutus Sebasteno Pro-Vicarius Theodorus Cockius, ab ipsomet, suisque sociis, ex auctoritate Sedis Apostolicæ agnosceretur, habereturque Missionum Hollandicarum unicus & supremus moderator. Et certè hortabantur nonnulli, ut Pontificiæ voluntati demissam ac plenam observantiam sine dilatione præstaret ipse primus; tum ut Clerum & populum sedulò moneret, excitaretque, ut absque renisu integram ac sinceram novo Pro-Vicario reverentiam exhiberent; & quoniam

(h) Cockius Lib. 3. Cap. 3. (i) Append. N. LXXXIV. (l) Append. N. LXXXV.
(m) *Petrus van Beest, Adrianus van Wyck in exilium missi 10. Maii 1704.*

quoniam vulgò æstimabatur esse pacis amans præ cæteris, flagitabant hortatores, ut eximium ederet illius humilitatis specimen, quæ culpam non diffitetur, imò nec pœnam deprecatur, etiam ubi nec culpa sit, nec justa subeundæ pœnæ ratio. Hoc tam insigni & glorioso opere prædicabant, illum & præsentibus & posteris laudando, imitandoque exemplo præiturum, atque Missionis tranquillitatem facilè præbiturum, cum aliquo fortasse sui apud homines, ex seculi tantùm prudentia judicantes, honoris detrimento, at certè cum maxima apud Deum, qui coronat in occulto, charitatis usura, & cum spe immortalis post hanc vitam gloriæ consequendæ. Hac ratione explicavit ipsemet (n) data sibi consilia, quæ mansueta ac moderata fuisse agnovit, & fassus est.

Contrà instabant alii diversis planè, & ferventioribus consiliis. Suadebant hi, ut spreto Decreto Pontificio, & per emittendam contestatam denuntiationem (*Protestationem* dicimus) valere jusso, munere suo fungi pergeret absque ulla cunctatione. Hinc in illa Collectione Scriptionum, cui Ultrajectenses CAUSÆ CODDÆANÆ titulum fecerunt, legitur *Disquisitio Theologica de potestate ac jurisdictione, quibus in Fœderati Belgii Provinciis etiamnum fruitur Archiepiscopus Sebastenus*, ABLATO LICET VICARIATU APOSTOLICO. Contendebant illi, Decretum adversùs Sebastenum Romæ latum, nec SS. Canonum normæ, nec Juris regulis consonare, sed subdolis, validisque factiosorum æmulorum artibus impetratum. Non ignorabam tamen, illud ipsum emanasse Causa plenè cognitâ, & post tanti temporis examen, ut moræ impatientes, finem deliberationibus imponi petierint plus vice simplici. Clementis XI. æquitatem justitiamque prædicarunt longè latèque, omnia sibi promittentes à non vulgariter propenso Pontificis animo erga Sebastenum. Verùm ubi conspexerunt rem aliter evenire multò, quem non lapidem moverunt, ut Coddæus à Summo Pontifice malè, ut nugantur, informato, ad eumdem meliùs informandum publicè ac sine mora, omni quo posset meliori jure, ac modo provocaret, simulque in Pastorali gregis olim sibi commissi, & jam ab eo ablati administratione progrederetur audaciter? Ita permultos sensisse, palam fecit Sebastenus ipse, (o) testatus prætereà, illos ipsos haud veritos fuisse, Conscientiæ suæ rationem tantæ turpitudini obtendere.

Infortunatus Præsul priorum consilia pacificà sequi non potuit, quòd adversùs adhærentem sibi Clerum auderet nihil; nec tantùm ei animi fuit, ut à se dimitteret illos, quos morositatis suæ auctores, & instigatores fuisse, serò nimis agnovit, indoluitque. In præsenti porrò suspensione animi deteriora secutus est. Pro-Vicarii à S. Sede constituti agnitio non fuisset, ipso judice, (p) pacis amor, sed innocentiæ, ac veritatis proditio. Sic ludificatus est ingenti malo suo. A ferventioribus autem aliorum consiliis deterruit ipsum observantia, quam sibi reliquam habebat in pectore erga S. Sedem Apostolicam, „ (q) ac prætereà formido, me „ quidem arbitro, *inquit*, momentosa, ne „ ejusmodi remedia, ipso morbo pro rerum „ nostrarum conditione, longè nocentiora „ evaderent. „ Quo in negotio, prudenter, an secus sit versatus, immeritò dubitat ille.

Viam inter opposita illa consilia mediam tenuisse se credidit, cùm fixum, immotumque in animo statuit, sic omnem opem ad concordiam restaurandam conferre, ut tamen hoc pacificum studium, legitimæ sui honoris, juris, & innocentiæ defensioni nequaquam officeret; sic verò necessariæ suæ defensioni provideret, ut paci restituendæ nihil per eum obicis poneretur. Hoc animo comparatus Epistolam venerationis & obsequii, ut ipse quidem asserit, plenam ad Summum Pontificem dedit. Sed hic altum de Pro-Vicario Apostolico silentium, nulla ejus auctoritatis agnitio, nulla erga S Sedis dispositionem obtemperatio; & Sebastenus prætermissum illud à se officium, innocentiæ suæ excusatione defendit. Non temperavit tamen sibi, quo minùs mordentem animo dolorem patefaceret Summo Pontifici, dum imprudenter sanè adfert: „ Multos in „ Fœderato Belgio palam queri, se plus æ„ quo dare locum iræ, nimiæque mansue„ tudinis spiritum induisse. „ Et post hæc miratus est, indoluitque, nihil sibi responsi ad similes datum esse Epistolas!

ARTIC. XVI. De Statu Missionis Hollandicæ usque ad Vicariatum Gerardi Potcamp.

29. Dec. 1704.

Interim adnitebantur nonnulli, etiam Catholicorum Principum Legati, ut scandalosa illa, perniciosaque Sacerdotum Hollandicorum divisio tolleretur. Arduum erat, invenire modum; & jam de restituendo Cockio cogitare ampliùs non sinebat Ordinum Hollandiæ prohibitio, quarè de novo Vicario constituendo agi cœptum. Sed ut ejus imperio deferret Sebastenus cum suis, res erat anxia, & levis spei. Et simul atque ejus rei indicium factum fuit, factiosi è suis unum, Catholici ex sua societate Vicarium eligi petebant, adeò ut abesse visa fuerit spes omnis inveniendæ concordiæ inter dissidentes Sacerdotes ac Missionarios, qui uni obedirent Præposito, & Summi Pontificis imperio deferrent.

Sed hic enituit S. Sedis benignitas, & sollicitudo verè paterna, cùm die 22. Novembris 1704. per Cardinalem Paulutium dari voluit ad Ultrajectenses, & Harlemenses Sacerdotes distinctas litteras (r) sapienti-

(n) Denunt. Apolog. pag. 60. (o) Ibid. pag. 63. (p) Ibid. pag. 61. (q) Ibid. pag. 64.
(r) Append. N. LXXXVI. & LXXXVII.

ARTIC. XVI. De Statu Missionis Hollandicæ usque ad Vicariatum Gerardi Potcamp.

tiâ & majestate plenas, quibus ad decretam à S. Sede, in Regimine Missionum Hollandicarum mutationem alteram, suaviter præpararentur. Significat porrò Harlemensibus (de quibus meliora confidebat) quod Sanctissimus Dominus Clemens XI. non ignoraret gravia, & undequàque vulgata mala, quibus Hollandicæ Missiones premebantur; quod his paternâ charitate condoleret quidem, sed ex eo maximè angeretur, quod non hostium, aut alienigenarum opera, sed ipsorum Ecclesiæ Ministrorum, (quod maximè erubescendum sit) culpâ, ac veluti studio res Ecclesiæ Batavæ in summam calamitatem adductæ viderentur: & dum plerique partium studiis, contentione, & simulatione à debita supremo Ecclesiæ Præsidi obedientia se abripi sivissent, mirum non fuisse, si, permittente Deo, ærumnæ, atque afflictiones Catholicorum augerentur: ut propterea non sine intimo cordis gemitu pro eo, quo ipsos amore prosequebatur Sanctitas Sua, Apostolicum illud ipsis ingeminare cogeretur: *Si invicem mordetis & comeditis, videte ne ab invicem consumamini*. Cæterùm declarat Pontifex, quod quæcumque hactenus circa Missionum Regimen statuerat, non nisi perniciosæ Doctrinæ, disciplinæque ab Universæ Ecclesiæ praxi discrepantis, ab iisdem Missionibus eliminandæ causâ facta fuerant, & quod nihil imposterum ab eadem Sanctitate sua statuendum esset, quod non Dei gloriam, illorumque, ac totius populi orthodoxi utilitatem respiceret. Et ut ad agnoscendum novum Vicarium à Sanctitate sua constituendum allicerentur, rursus edicit id, quod jam pluries sancitum fuerat, nimirum: neminem citra Deputatorum à S. Sede auctoritatem, Curæ animarum, aut ulli spirituali jurisdictioni sese immiscere posse sub Censurarum Ecclesiasticarum pœna.

Ultrajectensibus verò pandit idem Cardinalis, quod ea omnia, quæ in gravissima Archiepiscopi Sebasteni causa gesta fuerant, non nisi summâ maturitate, Justitiâ, quin imò etiam clementiâ Summi Pontificis decreta, atque firmata fuerint: & quod ad componendas turbas, nihil studii, ac sollicitudinis prætermissurus esset Pontifex, ut iisdem finis quantocius imponeretur. Obtestatur deindè eosdem, ut seriò secum reputarent scandala exorta, & terrificum illud Væ, quod intentatur homini, per quem scandalum venit: ut cessare facerent Sacerdotum dissidia, donarentque sibi invicem, si quis adversùs aliquem haberet querelam, ut hac ratione cuncta in pristinam redirent tranquillitatem; neque omisit denuntiare sub Ecclesiasticis Censuris & pœnis vetitum fuisse, & manere, ne quis spirituali per Fœderatum Belgium regimini quâcumque se ratione ingereret.

Utramque Epistolam vidit Sebastenus, sed non valens in patientia possidere animam suam, de utraque conquestus est apud Summum Pontificem Litteris 15. Maii 1705. exaratis. Interim procedebat novi Vicarii deputandi consilium, & sub hoc tempus in Hollandiam venit Eminentissimus Cardinalis Bussius, tunc Apostolicus in Belgio Internuntius, qui dissensiones propiùs considerans atque introspiciens, auditis etiam sæpius Archiepiscopo Sebasteno, ejusque asseclis, pacem restituere conabatur. *Sed re infectâ*, inquit Sebastenus, (s) *discessit, & Hagâ-Comitis rediit Bruxellas*. Non caruit tamen fructu Ministri Apostolici opera: paucis enim post Mensibus Missioni Hollandicæ datus est Vicarius Apostolicus Gerardus Potcampius, cui utraque pars dissidentium Sacerdotum obsecutura visa est.

Mense Junio 1705.

24. Nov. 1705.

ARTICULUS XVII.

De Vicariatu Apostolico Gerardi Potcamp.

ERat is (t) ex agri Tubantini Vico *Borne* duabus Aldenzaliâ leucis oriundus, inquit Heussenius: & post studia in Hollandico Collegio Coloniæ peracta in Patria admotus fuerat Curæ animarum, posteà per Castoriensem Episcopum Pastoratui Lingensi, & demum toti Districtui cum potestate Archipresbyteri præpositus.

In hunc virum conspirarant Ultrajectenses, cæteri ad communem salutem consenserant; & quoniam Præpotentium Hollandiæ Ordinum voluntas exploranda esset, & adnitente Viro quodam illustri ipsa quoque accessisset, consilium propositum fuit Cardinali Bussio Internuntio tunc apud Belgas, qui potestate sibi factâ à S. Sede Apostolica, hominem Bruxellas advocatum Missionibus præfecit cum auctoritate Vicarii Apostolici, qui deinde in Patriam remissus Ecclesiæ Batavæ gubernacula suscepit.

Hnoc eventum Sebastenus adscribit (u) nonnullis spectabilibus è Clero presbyteris, sectatoribus utique suis. Quidquid sit, difficulter paruit ipse, eò quod multi arbitrarentur,

(s) Denunt. Apolog. pag. 83. (t) Bat. Sac. Par. 2. fol. 526. (u) Denunt. Apolog. pag. 83.

rentur, inquit (v) famæ ac dignitati suæ multùm detrahi, si Catholicorum in Fœderati Belgii Provinciis Ecclesiasticum regimen alteri, se vivente ac tolerante, committeretur. Postea quidem patefecit, quo animo per id tempus fuerit, videlicet: ut pro bono pacis, ac pro necessitate regiminis patienter ferret, alium sibi substitui; adjiciens tamen usitatam sibi semper & numquam oblitam clausulam, nimirum: ut integrum sibi esset, innocentiam suam, jus, & honorem propugnare. Adeo numquam Judicio S. Sedis acquievit. Sed nec hic constabat sibi, nec susurrones quietum eum esse patiebantur.

Post constitutum jam Vicarium Gerardum Potcampium, Summo Pontifici scripserat „ existimare se, nihil aliud sibi post„hac superesse, quàm *silere*, *latere*, *pati*, „*orare*.„ Pœnitur eum hujus consilii & sermonis. Rescripserat illi Eminentissimus Cardinalis Paulutius (x) Sanctissimum Dominum Clementem XI. libenter audivisse, „ quod iis, quæ à Sanctitate sua circa Missio„num Hollandiæ regimen providè statuta „erant, qua decet reverentia acquievisset.„ Id ità intellexerat Cardinalis tum ex jam allatis Sebasteni verbis, tum quòd in eadem Epistola declarasset „ se omnibus votis desi„derare, ut operâ D. Gerardi Potcamp fu„nestæ (*apud Batavos*) animorum divi„siones, ac mortifera scandala de medio tol„lerentur.„ Nihilominus parùm abfuit, quin Cardinalem imposturæ argueret, eò quod ex hisce verbis, hoc sibi consequens formasset. Nam Scripto publico evulgavit, ignorare se „ (y) quid per illam periodum „Cardinalis significatum velit, & è quibus „Epistolæ suæ verbis eam eliciat, & nemi„nem legentium, *opinatur*, id facilè assecu„turum.„ Non erat Sebasteno animus, nec umquam fuit, ut Judicio Apostolico se submitteret. „ (z) Etenim viri, maturo ju„dicio & defecato Religionis studio, (ut „ipse jactat) commendabiles, cum quibus „eas Eminentissimi Cardinalis Litteras com„municaverat, meritò reformidàrant, ne „æmuli sui ex memoratis verbis, nisi ipse „mentem suam palam, ac disertè declara„ret, aliquando perversè concluderent, & „in vulgus veluti ovantes spargerent, se „tandem Sententiæ adversùs se in Urbe la„tæ omnimodum dedisse assensum. Atque „inde non dubia consequentiâ inferrent, se „muneri, officioque Vicarii Apostolici jam „abundè satis renuntiasse. Quin & eò us„que fortè illorum progrederetur *audacia* „ut *inverecundè* assererent, se jam explici„tè vel tacitè saltem esse confessum, Sum„mum Pontificem providentissimè Ecclesiæ „Batavæ regimen immutasse: ut ita noxiæ „Doctrinæ virus, & perniciosa animas di„rigendi norma tandem aliquando funditùs „extirparentur.„

Jam dixi, illum numquam adduci potuisse, ut crederet aut agnosceret Officium Vicarii Apostolici legitimè, & jure sibi ademptum fuisse. De periculosis novitatibus, de Janseniana hæresi, de perniciosa disciplina accusatus existebat ipse, & Sectatores sui. Hanc culpam agnoscere voluit numquam. Hinc Catholicos universos S. Sedi & Constitutionibus Apostolicis adhærentes audaciæ, & inverecundiæ insimulat, eamdem fortè notam tacitè adscribens Cardinali Paulutio, qui in sua ad Harlemenses Epistola diu ante testatus fuerat, quod perniciosa Doctrina, & disciplina ab Universæ Ecclesiæ praxi abhorrens, causa fuerit mutati regiminis Missionum Hollandicarum; quinimo Summus Pontifex in Brevi Apostolico ad Catholicos Fœderati Belgii directo, edixerat, Archiepiscopum Sebastenum *Justis, gravibusque de Causis* à Vicariatûs Apostolici officio fuisse suspensum. Hos duces, hos Auctores secuti sunt Catholici Hollandi, qui hic vapulant ut audaces & inverecundi.

Igitur Sebastenus non nisi iniquo animo tulit Potcampii imperium, & quamvis non licuerit ei quidquam impedimenti ponere, quo minùs Vicarii Apostolici munia tranquillè obiret, tamen numquam in animum suum induxit, quod illo ipso munere verè exutus fuisset, uti clarissimis verbis (a) testatum reliquit. Longè aliter egit Theodorus Cockius (b) qui de acquisita Vicarii Apostolici Dignitate & Missioni, & Potcampio alacriter gratulatus est.

Hæc diversa Sebasteni fastidia, aversum scilicet ab omni Successore tolerando animum, & Judicii Apostolici dolorem simul & despectum, omnium seculorum posteritati nota voluère Ultrajectenses per fabricatum hoc tempore Numisma argenteum, referens imaginem Viri ornati Episcopalibus signis, & denotati his verbis: Petrus Coddæus Archiepiscopus Sebastenus. Et in aversa facie Palatium Vaticanum, ante quod procumbit agnus super duas clavas decussatas (Præsulis insignia gentilitia) uno pede premens Librum his notatum apicibus: RESP. quibus significatum volunt Librum Responsionum à Sebasteno editum ad objecta sibi Romæ capita. Adstat Leo dextero pede gladium tenens nudum & elevatum, sinistro septem sagittas, Symbolum Unionis totidem Provinciarum Reipublicæ Fœderati Belgii. Nubes verò emittit fulmen fulmine Vaticano majus, ut ab hoc (per illud contrito) intactus servetur Agnus; cum hac Epigraphe: Insontem frustra ferire parat. 1705.

27. Nov. 1705.

29. Dec. 1705.

ARTIC. XVII. De Vicariatu Apostolico Gerardi Potcamp.

7. April. 1703.

1705.

Q Habeo

(v) Ibid. pag. 95. (x) Append. N. LXXXVIII. (y) Denunt. Apolog. p. 105. (z) Ibid.
(a) Denunt. Apolog. pag. 112. (b) Bat. Sac. fol. 527.

ARTIC. XVII. De Vicariatu Apostolico Gerardi Potcamp.

Habeo idem Numisma excusum ex ære, hîc ornatum inscriptione : NON SUMIT, AUT PONIT HONORES ARBITRIO POPULARIS AURÆ. Laborarunt autem Poëtæ Latini, Galli, & Belgæ ut tarda quorumdam ingenia ad hujus mysterii, non admodum reconditi, intelligentiam compellerent. Suffecerit audire Poëtam Latinum, si tamen Latinus est :

Fulgure PONTIFICIS *sine culpa offenditur agnus*
Verùm COELESTI *fulmine discutitur.*
Justitia gladio, & Divino præditus igne
Protegit INNOCUUM BELGICUS, *ecce* LEO.

Illo tempore & alias vidimus imagines excusas, in forma quoque Numismatum. In recta facie conspicitur caput Viri, quod sic est ornatum Tiarâ Pontificiâ, ut si invertas eamdem faciem nummi, idem caput referat Diabolum cornibus onustum & auribus asininis. Huic venustati adest Litania Inscriptionum. Interior sic habet ;

Undecimus Clemens Batavos vult cogere demens.

Majorem circulum constituunt hæc verba :

(bb) *Albanus nigro mistus Cacodæmone, canus.*
Du faux Pierre avec le Diable
Cette alliance est admirable.

Extremum Numismatis labium Latinum est, & Belgicum :

Perversus Petrus cum Cacodemone idem.
De Kerk door list verkeerd,
Als Duivel triompheerd.

In aversa Numismatis facie, rursus caput est Viri tectum Galero Cardinalitio, sed inversa eadem facie, idem caput conspicitur ornatum cucullo cum tintinnabulis. Hic lepor etiam explicatur variis sententiis :

Geschoore kruinen, gy zult ons niet scheeren,
Vertreckt, wy houwen 't met de Waerelds' Heeren.

Circulus major his impletur miseris verbis Gallicis :

Tournez le Chapeau d'hypocrisie
Ce sera unn cappe de folie.
Il n'aime point de Mode
Que celle d'Anti-Codde
Et fait le saint par fraude.

Extremum labium Latinum rursus est, & Belgicum :

Conversus hypocrita stultus.
Die recht schynhyligheid beziet
Een zotshoofd vind en anders niet.

Omitto Rythmos & Epigrammata inconcinna & scurrilia, & quidquid excogitavit furor impotens & ineptus, ut prætensam Coddæi innocentiam defenderet per latus Romani Pontificis, quem totus Orbis Catholicus veneratur uti Vicarium Christi, & Successorem Petri, & quem hi sordidi Auctores eodem loco, & eodem honore habent cum Diabolo humani generis hoste, ut superent etiam aliorum Hæreticorum rabiem, qui illum Anti-Christum esse dixerunt. Dum verò Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, hypocritas dicunt & fatuos, nescio an probare fortè voluerint, adjici etiam aliquid posse immodestiæ atque impudentiæ Quesnelli, qui pro solita moderatione sua exagitans Sacræ Congregationis S. Officii Decretum, quo condemnabantur ejus Notæ in S. Leonem, bilem suam omnem evomuit in Eminentissimos Patres, quorum auctoritatem, sicut jam diu susdeque habuerat, ita & venerationem interimere se posse ratus est, si ridiculam & contemptibilem Lectoribus suis objiceret ideam Cardinalis, quem proinde logicâ Definitione dicit esse : (c) PRESBYTERUM VEL CLERICUM RUBRA VESTE INDUTUM. UN PRETRE, OU UN CLERC HABILLE' DE ROUGE. Facilè esset scelerato cuivis, Judices suos omnes à vestium colore, aut forma in despectum adducere, si sola vestis auctoritatem haberet.

Et inverecundi obtrectatores nostri videntur sacras vestes omnes in ludibria vertere. Iisdem illis diebus imaginem vidimus, quæ refert stateram cœlesti manu suspensam, in cujus una lance cum Missali Romano & Aspersorio, ac clavibus S. Petri, collocarunt Tiaram Pontificiam, Bullas, Brevia, & S. Ignatium Loyolam, aut saltem Jesuitam, ad cordas pendente Francisca-no. Hanc elevat Lancx altera Bibliis Caroli V. (ut notatur) & volumine Jansenii, ac Leone Belgico superiùs descripto, onusta, adstante Coddæo in habitu Pontificali. Adscribitur hic Versus Chronicus :

NONNE COHORS PAPÆ, ES MINOR ISTIS PONDERE SCRIPTIS?

(bb) Clemens XI. Pont. Max. erat *Joannes Franciscus Albani*. (c) Causf. Quesnell. pag. 333.

Neque hìc ſtetit hominum induſtria. Cribrum adinvenerunt cœleſti rurſus ope pendulum, & refertum omnis generis hominibus; quod hinc agitat Coddæus, illinc ſeptem Provinciarum Confœderatarum Belgii Brachium auxiliare, per quod cribrum feceruntur, ac decidunt Cockius, Jeſuitæ, Monachi, ac Catholici, Bullæ quoque Pontificiæ; ſolis remanentibus Janſeniſtis.

Infinitus ſim, ſi proſequar ſingula. Supereſt res mira ſolerti animo excogitata. Hactenus luſerunt vigiles, nunc audi ſomniantes. Clemens XI. ſanctæ memoriæ, elegerat Gerardum Potcampium in Vicarium Apoſtolicum, ad votum utique Ultrajectenſium Sacerdotum, omniumque, qui ab horum partibus ſtabant. Res erat tam proſperi eventûs, ut edenda judicarint publicæ lætitiæ ſigna. Donarunt igitur nos imagine novâ planè, & myſteriis gravida, cui hunc fecêre Titulum.

Coddicke Droom *van de* smalle *en* brede weg.

Id eſt:

Coddæanum (ad literam: Leidium) somnium *de* arcta *&* lata via.

Hic repræſentant nobis vias duas. Arctam unam, altam & ſinuoſam, ſpinis conſitam & ſaxis impeditam ac difficilem, quæ ducit ad Cœlum. Alteram largam, planam, facilem, rectam, roſis abundantem & deliciis, quà deſcenditur in infernum. Inter duas has vias mediam collocarunt Romam, ſeptem collibus figuratam, quorum maximum tenet Clemens XI. Romanus Pontifex, ante quem repræſentant Purgatorium apertum. Arctam viam tenent Janſeniſtæ, & rectà aſcendunt in Cœlum. Fortè fortunâ eamdem viam inceſſerat Jeſuita unus, ſed medio nondum itinere confecto in præcipitium deturbatur. Idem evênit Franciſcano paullò longiùs progreſſo, ſed cùm Roſarium è manu portaret, pariter lapſo. Ad metam porrò pervênit Petrus Coddæus, quem S. Petrus recipit in Cœlum, eumque ſalutat ſuum Cognominem genuinum, Papam reſpuens ut falſum. Latam viam calcant omnes illi, qui è cribro Coddæano excuſſi ſunt, & hi Crucibus, Roſariis, Breviariis, Aſperſoriis, Bullis &c. armati deſcendunt in infernum, excepto Cockio, qui ex ſingulari Pontificis dexteritate intrat Purgatorium.

Hæ Cogitationes tam ridiculæ, quàm ſceleſtæ, ac impiæ, ſicut bonos omnes offenderunt, ita ſuos tantùm contaminaverunt auctores. Et ego libenter in hanc eo Sententiam, ut harum Imaginum, & etiam Numiſmatum (excepto primo) furiæ adſcribendæ ſint, non Sacerdotibus Ultrajectinis Adverſariis noſtris, aut eorum aſſeclis, ſed deliro cuipiam de plebe Calviniſtæ, qui inſatiabili odio in Religionem Catholicam ſæviens, ſcommatibus inſurgit & ſcurrilitatibus, quas improbent etiam omnes viri fortes & probi, qui ſunt de Religione prætenſè-Reformata. Sed Adverſarii noſtri (quod dolentes dicimus) negare non poſſunt, occaſionem dediſſe ſe huic improperio & ſcandalo per illam, quam tenuerunt rationem cum S. Sede Apoſtolica. Meditentur ipſi ſecum, an honori cedat an probro, quod à Fidei Catholicæ hoſtibus referantur in numerum Sanctorum, & an aliam ob cauſam collocentur ipſi in Cœlo, & in via Cœli, quàm, quia heterodoxi imaginum inventores, illos non credunt eſſe Catholicos; quos enim pro Catholicis habent, hos in lata via perditionis perditè repræſentant; & Adverſarios noſtros non pingunt Roſario otentes aut Indulgentiis, quorum ſcilicet de iis ſenſa non ignorant.

ARTIC. XVII. De Vicariatu Apoſtolico Gerardi Potcamp.

A 24. Nov. ad 16. Dec. 1705.

De Actis Potcampii haud multa dicenda veniunt, cùm vix integro Menſe Eccleſiæ Batavæ præfuerit. Vacantibus Stationibus quibuſdam de novis Paſtoribus providit, Litteras Dimiſſorias ad Sacros Ordines ſuſcipiendos diſtribuit nonnullis malæ Doctrinæ famâ ſuſpectis; & Jacobum Catzium, ac Hugonem Heuſſenium Pro-Vicarios olim à Sebaſteno conſtitutos, & quibus à S. Sede poteſtas omnis & juriſdictio ablata fuerant, reſtituit; quamvis Jureo-jurando ad manus Eminentiſſimi Cardinalis Buſſii promiſiſſet, nullos ſe nominaturum Pro-Vicarios, niſi de ejuſdem Eminentiſſimi Cardinalis, tunc Internuntii Belgici conſenſu. Approbavit etiam Jura, (*d*) & legitimas (prout loqui coactus eſt) prærogativas prætenſi Capituli Ultrajectini, cujus naturam, conditioneſque numquam novit. Denique, duobus antè mortem diebus edidit Epiſtolam Paſtoralem, quâ ad Charitatem ac concordiam ſubditos ſibi Miſſionarios abhortabatur. Sed geſſit prætereà nihil, & cùm ætate proceſſiſſet, jam ſexagenario major, vireſque deficerent, mortuus eſt Lugduni Batavorum die 16. Decembris 1705. ſepultus in Toparchia de Warmond prope Leydam.

(*d*) Append. N. XX.

A R-

ARTIC. XVIII. De Vicariatu Apostolico Adami Daemen.

ARTICULUS XVIII.

De Vicariatu Apostolico Adami Daemen Archiepiscopi Adrianopolitani.

PRæmittenda sunt nonnulla de unius Anni intervallo, à morte Gerardi Potcamp usque ad Vicariatum Apostolicum Adami Daemen, id est à die 16. Decembris 1705. usque ad 8. Januarii Anni 1707.

Brevissimum Gerardi Potcampii Regimen prodesse non potuit ad concordiam tantoperè expetitam, cùm quòd multa senem circumvenerant incommoda, tum maximè quòd Sacerdotes Ultrajectenses hominem obsederant adeò, ut nemini sine teste & arbitro permitterent ejus alloquium, ne scilicet aliquid præter spem, mentemve eveniret. Nihil timent, qui nihil commiserunt. Interim illo è vivis erepto, omnia repentè mutata sunt in pejus.

Pro-Vicarii à Sebasteno olim constituti, & quibus tunc abrogata fuerat jurisdictio, postquam Potcampius mortalitatem expleverat, spirituale Hollandicarum Missionum regimen sibi rursus arrogaverant, & jurisdictionales actus quàm plures diversis in locis exercuerant. Hujus prævaricationis rei postulabantur Jacobus Catzius, & Hugo Heussenius, ac Martinus de Swaen; quam violationem coercêre volens S. Sedes, Litteras dari jussit (*e*) ad singulos eorum die 31. Julii 1706. quibus denuò edicitur, non licuisse ipsis Missionis regimen assumere; & quamvis Gerardus Potcampius, dum in humanis ageret, sublatas facultates ipsis fortè contra S. Sedis mentem restituisset, scire tamen ipsos debuisse, ab earum exercitio abstinendum fuisse post ejusdem Vicarii obitum, quo illius, omniumque ab ipso Delegatorum jurisdictio extincta fuit; id autem, quod ultrò facere debuissent, multò magis ipsis præstandum fuisse, postquàm ab Eminentissimis Cardinalibus Piazza, & Bussio, quibus regimen Missionum Hollandicarum ab Apostolica Sede pro interim commissum erat, admoniti maturè fuerant, ne in præfatarum Missionum administrationem ullo pacto se ingererent. His sacrilegiis, & scandalis, quæ ab hujusmodi attentatis oriuntur, prospicere volens Pontifex declarat, quamcumque facultatem & delegationem à quocumque ipsis concessam irritam esse, & nullius roboris vel momenti, & ad abundantiorem cautelam, & quatenus opus sit, eamdem revocat, atque Apostolicâ auctoritate, & sub Excommunicationis ipso facto incurrendæ pœna, districtè ipsis mandat, & præcipit, ut ab usurpanda deinceps spirituali jurisdictione in præfatas Missiones omninò caverent.

Longè abest, ut huic Mandato Apostolico paruerint Ultrajectenses; quin imò tantos spiritus, tantamque arrogantiam sumpserant, ut Scripto (*f*) publico Latinè & Belgicè divulgato palam reluctati fuerint. In hoc libello contendunt, mandatam Jurisdictionem plerumque exspirare morte mandantis, sed hanc regulam non obtinere in Vicariorum Apostolicorum Pro-Vicariis; & ut obtineret, hanc Pro-Vicariorum delegationem à prætensis Capitularibus probatam, illosque electos fuisse Cleri Vicarios; Revocationem porrò, quam Pontifex facit, cujuscumque Facultatis & Delegationis à quocumque demùm obtentæ, hanc, inquam, robore carere decernunt illi. Rectè quis interrogaverit, quâ demum auctoritate valeant Sacerdotes Ultrajectini, ut infirmare possint Pontificis Romani Rescripta, & decisiones? Sed varios illi adferunt prætextus, de quibus redibit sermo, ubi de famosa ipsorum *Protestatione* agetur. (*g*)

Inquieti homines & publicæ tranquillitati adversantes, in lucem protruserant plures alios libellos Latino, Gallico & Belgico respectivè idiomate conscriptos, quorum evulgatione exortæ in Missionibus turbæ, atque dissidia fovebantur, imò & pravæ doctrinæ semina ad simplicium subversionem, non sine magno orthodoxæ Fidei detrimento undequaque diffundebantur, & Archiepiscopi Sebasteni Causa defendebatur contrà repetitas tam sæpe S. Sedis Declarationes. Hic rursus strictiori remedio opus fuit, & Clemens XI. gravissimo Decreto de 4. Octobris 1707. (*h*) trigiota & unum Libellos damnavit, proscripsitque.

Interim S. Sedes nihil adeò spectabat, atque Hollandicarum Missionum utilitatem, &

(*e*) Append. N. LXXXIX.

(*f*) *Epistola Cardinalis Paulutii ad Hugonem Hussium sociosque, pridie Kal. Augusti M. D. CC. VI. Scripta, in statera Veneranda Antiquitatis appensa; per Janum Parrhasium Jurisconsultum Batavum. Anno Domini M. D. CC. VI.*

(*g*) Vide infra Diss. XVII. (*h*) Append. N. XC.

& vacante rursus Vicarii Apostolici officio, defuncto Potcampio successorem dare constituit, Facultate ad id concessâ Eminentissimo Cardinali Bussio, tunc Nuntio Coloniensi. Nec latuit Ultrajectenses Pontificis Maximi Consilium, nam præterquam quod Litteris egerint apud eumdem Cardinalem ut Vicarium obtinerent, qui ipsis gratus esset, & optatò adveniret, etiam deputarunt è suis duos, *(i)* Guilhelmum Daelenoort & Cornelium Steenhoven, qui hocce negotium apud Nuntium Apostolicum promoverent. Numquid hic sui obliviscuntur, & prætensi Capituli, dum pro obtinendo Ecclesiis Batavis Vicario, recurrunt ad S. Sedis auctoritatem?

Eminentissimus Cardinalis sat superque cunctatus, die 8. Januarii 1707. constituit Adamum Daemen Vicarium Apostolicum per Fœderatas Belgii Provincias. Natus erat Amstelodami, & post exacta studia ac susceptum Sacerdotium, Metropolitanæ Ecclesiæ Coloniensis Præbenda Presbyterali donatus, multos annos in illa Civitate exegerat; & jam Vicarius Apostolicus factus, die 26. Decemb. ejusdem Anni per eumdem Cardinalem tunc Nuntium, assistentibus Angelo D'ongnyes Ruræmundensi, & Joanne Wernero de Veyder Eleutheropolitano Episcopis, consecratus est Archiepiscopus titulo Adrianopolitanæ Ecclesiæ *in partibus.*

Hic vir præ cæteris idoneus visus est, qui collapsam rem Ecclesiasticam restitueret; & ita suadebant præstantes tituli, qui eumdem commendabant. Illustri namque in Hollandia loco natus Præpotentium Ordinum favorem videbatur exposcere; censu dives cùm esset, nec Patriæ, nec suis gravis esse poterat, & cùm gliscentibus dissidiis sese immisisset numquam, pacificationi imprimis apparebat aptus, atque opportunus. Sed hic præter spem nostram evenerunt omnia, cùm Adversariis displiceret Adamus non futurus Potcampio similis.

Et supervenerunt illo tempore multa, quæ tranquillitatem Ecclesiæ Batavæ nullatenus promovebant. Die 18. Februarii 1708. ad Ordinum Hollandiæ * Deputatos, Hagam-Comitis evocati fuerant primores Missionariorum Societatis Jesu, quibus intimatum fuit, *(l)* quod, nisi intra trimestre spatium pacem inter Romano-Catholicos Incolas restitutam curassent, ex Hollandia, Westfrisiaque essent eliminandi. Intentatam tempestatem populus fidelis attribuit Ultrajectensium Sacerdotum odio, invidiæque, veluti qui ad extrema & inimicissima jura decurrerent, & hinc indies recruduit animorum asperitas: maximè cùm *(m)* „ Patres Jesuitæ, exhibitis licet Litteris, „ quibus adhibitam diligentiam in commis„ so sibi ab Ordinibus negotio probare mo„ liebantur, 29. Julii Anni 1708. ex Pro„ vinciis Fœderati Belgii dimissi sunt. „ Litteras responsorias Romà acceptas damus inter *Monumenta* hic adjuncta. *(n)*

ARTIC. XVIII. De Vicariatu Apostolico Adami Daemen.

Interim jam nihil ampliùs consideratè ac circumspectè agere constituerant Ultrajectenses, hinc occupabant propriâ auctoritate vacantes Stationes, quas etiam sine legitima Missione administrabant audacter; in Sermonibus verò ad populum non jam Verbum Dei, in Doctrina sana, & cum modestia tradebatur, sed verbis amaris & maledictis lacessebantur Summus Pontifex, S. Sedis Ministri universi, Missionarii quoque, & quotquot in Hollandia tum Sacerdotes, tum laici Catholico nomine censebantur.

Clemens XI. indixerat Jubilæum Universale ad implorandum Divinum auxilium pro restituenda pace inter Principes Christianos, & pro avertendis aliis calamitatibus quibus Ecclesia Catholica premebatur: quod cùm Cardinalis Bussius pro Fœderati Belgii Catholicis promulgaret, de Sanctitatis suæ mandato declaravit: à dicti Jubilæi participatione exclusos Parochianos, & Oratoria illorum Sacerdotum, qui Pastoratus vel ex usurpatione possidebant, vel, licet illas legitimâ Missione administrarent, Summo Pontifici, ejusque Delegatis morigeri non erant, vel qui facto, verbo, consilio, aut scripto eorumdem Delegatorum S. Sedis directè, vel indirectè impugnabant, vel impugnaverant jurisdictionem, aut exercitium impediebant ejusdem jurisdictionis. Huic rei vindictam quæsierunt Ultrajectenses ad magnas prolapsi injurias. Emanavit si quidem Edictum Ordinum Hollandiæ, quo omnes Litteræ Apostolicæ, Bullæ, Brevia, aliaque Decreta Romana proscribuntur, cum interdicto, ne quis illa revereatur, aut iisdem pareat. Rationem dedit Heussenius: „ *(o)* dum quidam, inquit, „ speciosis nominibus, ac præcipuè sub „ specie Jubilæi Clementis XI. Mense Maio „ 1708. *Patriam perturbant & incolas in„ ter se commiscent*, Ordines indignabun„ di, non tantùm extraneas BULLAS AD „ SEDITIONEM EMISSAS per Edictum 14. „ Decembris Anni 1708. profligant; verùm „ &c. „ Nullà hic opus est interpretatione, ipsa improbitas se manifestam facit.

3. Maii 1708.

14. Dec. 1708.

Hæc & similia indies conspiciebant, lugebantque Catholici, nec erat qui consolaretur eos. Refractarii Sacerdotes dominantes in Clero, & jam passionibus excæcati, vineam Domini pervastabant undique, & S. Sedis mandatis obluctabantur apertè, pertinaciam suam fulcientes protectione laicà Acatholicà; & nihili facientes gravissi-

R mas

(i) Bat. Sac. fol. 530. * *Gecommitteerde Raeden.* *(l)* Bat. Sac. fol. 531. *(m)* Ibid. *(n)* Append N. XCI. *(o)* Bat. Sac. sup.

ARTIC. XVIII. De Vicariatu Apostolico Adami Daemen.

mas quasque Ecclesiasticas Censuras & pœnas eamdem tenebant viam, quam instituerant, in Sacrilega nempe Sacramentorum administratione, decipientes misellas animas, quas cœperant & captivas detinebant. His malis, veluti acerbissimis doloribus, cruciabatur S. Sedes, quare de adhibendis remediis cum solertia cogitatum est; & cùm nihil profecissent consilia omnia & conatus Eminentissimi Bussii ut obstinatos frangeret, & nec blandis monitionibus, nec strictioribus minis ad Officium reduci potuissent, & jam non amplius ex ignorantia peccarent; idem Cardinalis tunc Nuntius Coloniensis solemnem Epistolam dedit ad Catholicos Hollandos (p) in qua unumquemque admonet, nullo modo licitum esse communionem habere cum Sacerdotibus Refractariis, quos novissent ultimi Jubilæi gratiam consecutos non esse, illosque ab ipsis omni casu esse vitandos, atque spiritualia subsidia quærenda esse à Sacerdotibus S. Sedi obedientibus.

21. Dec. 1708.

Contra hanc Epistolam, & similis tenoris alias subinde scriptas ediderunt Refractarii Sacerdotes famosas illas PROTESTATIONES suas. Et primò quidem ex Ultrajectensibus octo signarunt suam die 21. Feb. 1709. Eamdem dein Amstelodami signarunt 6. Martii ejusdem Anni ex Harlemensibus etiam octo. Postremò ex reliqua Hollandia Refractarii viginti tres signarunt die 10. Aprilis aliam PROTESTATIONEM operosiorem, quam etiam Joannes Christianus Erckelius tribus Vindiciis asserere conatus est contra Catholicorum ipsum oppugnantium Scripta. His opusculis comprehenditur quidquid umquam pro Causa Adversariorum allatum est, si adjicias *Assertionem Juris* ejusdem Erckelii; nam quæ etiamnum in singulos dies evulgantur folia & Libelli nihil continent quod ex illis excerptum non sit. Argumentis & probationibus, quæ ibidem pro prætenso Capituli Ultrajectini juribus asserendis adductæ sunt, abundè responsum est in tredecim prioribus *Dissertationibus* nostris. Supersunt convellendæ potiùs, quàm refutandæ cavillationes, quibus ex malè, infideliterque corrasis undique variorum Patrum & Conciliorum eloquiis, præjudicatas opiniones suas populo instillare conati sunt. Novissimi quoque conatus Schismatici, in dandis Litteris Dimissoriis ad Sacros Ordines, in eligendo Vicario Capitulari, quinimò Ultrajectensi Archiepiscopo, excutiendi sunt, & referendo refutandi. His omnibus operam damus partim in sequenti ARTICULO, partim in quatuor *Dissertationibus* XIV. XV. XVI. XVII.

Privatorum porrò Causas non examinamus, eò quod illæ nos abducerent à proposito. Unde de Suspensione Jacobi Catzii, aliorumque; de Excommunicatione Matthiæ Torck, Joannis Christiani Erckelii, Nicolai Vander Poorte & reliquorum, nullam instituimus disputationem. Consulat Erckelius animæ suæ, dum vita, viresque sinunt, & Matthiæ Torckii sibi quondam confœderati exemplo, (q) meliora sequatur, & ad benignissimæ Matris Ecclesiæ sinum convolet, quæ discolos etiam filios, sed verè pœnitentes, in gratiam recipit, quinimò etiam invitat.

His obiter dictis, revertamur eò unde digressa est oratio. Instabat Nuntius Apostolicus, ut Sacerdotes Ultrajectini novum Vicarium Adamum Daemen reciperent, & agnoscerent. Hoc illi molestè tulerunt (r), & hæc ipsa postulatio æquissima, scandalo ipsis fuit, & ratio protestandi. Obtendunt autem jura prætensi Capituli Ultrajectini præter cujus assensum Vicarium pro Missionibus Hollandicis constituere non liceat, sed hæc inania esse, demonstravimus invictè. Nituntur verò præcipuè Auctoritate Præpotentium Hollandiæ Ordinum, qui ad injustas ipsorum querelas generali Constitutione edixerant, ne quis uti Vicarius istarum Regionum haberetur, nisi qui ab ipsorum Ordinum Deputatis admissus esset.

Alia mens erat Harlemensibus, qui commune periculum Missionis Hollandicæ miserati, Consacerdotes suos non tantùm hortabantur, & modis omnibus excitabant ut S. Sedis mandatis reverenter obedirent, sed cùm apud Ultrajectenses frustrà adhiberent operam suam, apud ipsosmet Præpotentes Hollandiæ Ordines suas interposuerunt preces (s) ut novo Vicario ex ipsorum liceret auctoritate Officio suo fungi. Factum illustre & gloriosum exigit sanè, ut Posteritati commendentur illi, qui hìc nomina sua professi sunt: nimirum THEODORUS VAN GROENHOUT, Archiepiscopi Sebasteni Romam euntis aliquando Pro-Vicarius, THEODORUS DE VISSER, NICOLAUS VANDER MEER, CORNELIUS VANDER COOGEN, & LAMBERTUS SCHAEP, qui apud Harlemenses dicuntur *Capitulares*.

Hæc vestigia si tenuissent etiam Ultrajectenses, novo Vicario dandam fuisse ab Ordinibus Hollandiæ Muneris sui obeundi licentiam, res est extra omnem controversiam posita. Sed enimverò alia suberat caussa; novum Vicarium non tenebant sibi per omnia addictum. Quod ubi senserunt, non erat eum laturus Sebastenus, (t) qui omnium animos ab ejus fide & obedientia avocavit, atque ea potiùs reminiscere fecit, quæ ambitioni suæ & adversis conatibus favebant.

(p) Append. N. XCII. (q) *Excommunicatus est 13. Martii 1709. Absolutionem accepit 17 Augusti 1710.* (r) Protest. Flandr. pag. 6. (s) Append. N. XCIII. (t) Cockius lib. 3. cap. 14. n. 7.

vebant. Atque ot simul & semel illâ curâ exsolverentur Ultrajectini, procuratum est Edictum, quo Adamo Daemen exercitium Vicariatûs Apostolici interdictum fuit sub pœna arbitraria: „ (u) ac licet Hollandiæ „ Ordines subindè Hagam præsens conve- „ niret, rationes, queis se purgaret, scripto „ Ordinibus exhiberet, denique nullum non „ moveret lapidem, quo latum ab eis E- „ dictum, si non revocaretur, certè sopi- „ retur & temperaretur, nihil prorsus ob- „ tinuit, RATIONIBUS EJUS NIHILI „ PENSIS „ inquit Heussenius. Hoc impedimentum à Sebasteno positum fuisse, tradit Cockius loco supra citato. Ut ut est, Adamus Daemen Muoere suo fungi permissus est numquam, & aliæ prætereà ei structæ insidiæ majorem adhuc Missioni Hollandicæ attulêre mæstitiam. Eodem siquidem Edicto ioterdicta ipsi fuit personalis ad Provinciam Hollandiæ accessus, donec Vicariatui Apostolico scriptis tabulis renuntiasset; quare ille abdicationem à munere, aut abdicandi licentiam plus vice simplici petiit à Summo Pontifice Clemente XI. sed frustra. Interim, quia iovitis Ordinibus Provinciam admioistrare parum poterat prodesse Rei Ecclesiasticæ; Catholicis verò istarum Regionum obesse plurimùm, ideò Officium à Nuotio Apostolico, ejus nomine curatum est, quamdiu vixit.

De 16. April. 1709.

Iocidit in hæc tempora Petri Coddæi Archiepiscopi Sebasteni excessus è vita. Videri posset, prætensi Ultrajectensis Capituli Causæ admiscendus non esse antiquus dolor lugendæ mortis illius, sed ratio Historiæ exigit, ot & illam commemoremus. Nam cùm omnium in Ecclesia Hollandica tumultuum noo tantùm pars magna fuerit, sed Catholicorum insuper invidiam, offensionemqoe, Ultrajectensium verò ambitionem, obstinationemque produxerit, non abs re erit hujus Viri exitum leviter perstringere. Et hìc non tam nostris verbis, quàm tabulis publicis rei gestæ ordinem exhibituri sumus.

Labente Anno 1710. Petrum Coddæum corripoit ægritudo suprema, quæ inter creberrimos & acerbissimos ex difficultate respirandi anhelitus, gravissimis doloribus Virum sensim exhausit & confecit, ita ot die quartâ Novembris extremis Sacrameotis munitus sit, ot restantor Ultrajectenses in Elogio funebri undique divolgato. Eminentissimus Cardinalis Bussius, tunc Nontius Coloniensis, acceptâ notitiâ gravis morbi, quo ille detinebatur non sine imminenti vitæ periculo, (v) summè sollicitus de scandalo publico, quod ex notoria & diuturna ejusdem Archiepiscopi inobedientia erga tam molta & tam varia Decreta Apostolica exortum erat, transmisit in Hollandiam Alexandrum Borgiam Auditorem suum, unà cum paternis Litteris quibus eumdem ad veram, & Catholico Archiepiscopo dignam resipiscentiam adhortatur. At ille in sua contumacia perstitit: Quibos Romam nuntiatis, à S. Congregatione S. Officii die 30. Decembris 1710. Decretum fuit: *Eidem Archiepiscopo, quatenus sine debita Pœnitentia decessisset, aut decederet, deneganda esse à Christi fidelibus solita suffragia tamquam notoriè inobedienti & refractario constitutionibus & Decretis Apostolicis, & privandum esse Ecclesiasticâ sepulturâ, eaque de re per eumdem D. Nuntium Coloniensem admonendos esse omnes Catholicos in Hollandia partibus constitutos*; quod Decretum Sanctissimus Dominus Clemens XI. approbavit & executioni demandari jussit. Cum verò postmodum aliis ejusdem Nuotii, & pluribus aliorum Litteris nuntiatus fuisset infelix, & ondequaque deplorabilis ejusdem Archiepiscopi obitus, absque ullo Pœnitentiæ de præfata publica inobedientia signo, imò cum repetita novis & enixis supradicti Auditoris adhortationibus repugantiâ atque obfirmatione, præsertim in deneganda debita subjectione Decretis Apostolicis, ac subscriptione Constitutionis ejosdem Pontificis Clementis VI. quæ incipit: *Vineam Domini* &c. adversùs Jansenianam hæresim, eadem S. Congregatio dio 14. Januarii 1711. re iterum maturè discussâ, quamvis non sine maximo omnium Eminentissimorum Patrum dolore, censuit supradictum Decretum de 30. Decembris 1710. esse exequendum, & per eumdem Cardinalem Bussium, tunc Nuntium, non tam ad damnandam Defuncti meoioriam, quàm ad aliorum contumacium & refractariorum exemplum & admonitionem, (ot tremendi judicii Dei memores, saluti animarum suarum opportunè consulerent) omnibus per Hollandiam Catholicis significandum esse; quæ omnia Summus Pontifex Clemens XI. approbavit. Ipsum verò Decretum per Hollandiam vulgatum est, & omnibus incussit trepidationem; Catholicis præterea injecit horrorem de tali Archiepiscopi exitu, Refractariis verò iræ factæ sunt ampliores, quæ creverunt etiam io ausa furialia.

ARTIC. XVIII. De Vicariatu Apostolico Adami Daemen.

Et verò magnis post hæc tempora anxietatibus & periculis administrata est res Ecclesiastica, & Sacrarum rerum commercium majoribus etiam incommodis obnoxium fuit. Rescissis oamque à Commonione Refractariis, gravissimis angustiis pressos se viderunt Catholici: Nam præterquam quod in insignioribus etiam per Hollandiam oppidis (ot nihil dicam de pagis) quinimò in primaria Civitate Dordracena, (x) omnia Oratoria à Sacerdotibus S. Sedi

(u) Bat. Sac. fol. 531. (v) Vide Append. N. XCIV. (x) Append. N. XCVI.

ARTIC. XVIII. De Vicariatu Apostolico Adami Daemen.

S. Sedi resistentibus occuparentur, ita ut multitudo Fidelium, qui diebus Dominicis & festivis sacris volebant interesse mysteriis, ad viciniora oppida seu loca, quatuor aut quinque leucis dissita, magno certè incommodo & per omnem cœli intemperiem, etiam malè affecti, senes, pueri, teneræque puellæ proficisci cogerentur; permolestum insuper erat moribundis quærere solatium, extremaque Sacramenta, Infantibus recens natis Sanctum Baptisma, adolescentioribus Catechesim, omnibus denique Confessarios. Et jam non satis constabat qui, & quousque essent vitandi, cùm & omnes Refractarii se excusarent ut non desererentur, & in contraria studia scinderetur incertum vulgus, atque hi starent pro illo, alii contrà in illum; quæ certè contentio miserandum in modum scidit familias, parentes divisit à filiis, fratres à sororibus; maritum quoque ab uxore & thalamo sejunxit & animo, numquam, aut rarò ab hac invidia reductos in pristinam aut gratiam, aut amicitiam, aut concordiam.

Summus Pontifex Clemens XI. in Brevi Apostolico de 7. Aprilis 1703. pervicaces illos Sacerdotes appellaverat *Ecclesiæ simul & Reipublicæ turbatores, qui subdalis artibus, falsisque narrationibus candidos Hollandorum animos decipere tentaverant & in errorem abducere, cæcos, non Pastores sed alienos, qui Gregem Dei mactare potiùs ac perdere, quàm custodire velle deprehensi fuerant; obtendentes quidem exactioris disciplinæ speciem, ac de rigidioris Theologiæ sibi famâ blandientes, sed illos longè esse à spiritu Dei, longè esse à sincera Christi charitate, longè à vera humilitatis & obedientiæ tramite.* Cardinalis Paulutius 12. Octobris 1703. ex Summi Pontificis mandato pronuntiaverat, omnes illos tum Clericos, tum Laicos qui prætensi Capituli Ultrajectini Jurisdictionem agnovissent, seu ipsis paruissent, *Schismaticis potiùs, quàm Catholicis esse adnumerandos.* Cardinalis Bussius, tunc Nuntius, diebus 18. & 21. Decemb. 1708. omnibus precibus obtestatus fuerat Catholicos, ut nullam cum inobedientibus Sacerdotibus communionem haberent, neque in illorum Oratoriis Rei Divinæ interessent, & ut, à quibus sibi cavere deberent, signo quasi demonstrativo internoscerent, exclusionem à Jubilæo indicium voluit esse Schismaticorum. Postremò idem Cardinalis 22. Januarii 1709. plurimùm inhibuit, ne Fidelium suffragia, Sanctorumve Communio applicarentur illis, qui sub Refractariorum Sacerdotum directione hanc vitam finierant.

His omnibus non obstantibus, Rationem Modumque invenerunt illi, ne perditi essent, atque etiam eradicati, & tantis obsequiis, assiduitate & astutiâ coluerunt suos; ut non contemnendam multitudinem retinuerint sibi devotissimam, addictissimamque. Sed factiones, societatesque quas obstinatio constringit, auctoribus suis facillimè adimuntur, nec permanent stabiliter uti Disciplina ex præscripto Ecclesiæ composita, quæ nullo umquam tempore deficit. Et verò magna secessio facta est cùm Cardinalis Bussius die 13. Januarii 1711. publicavit (y) INSTRUCTIONEM PRO CATHOLICIS ET PRÆSERTIM CONFESSARIIS IN FOEDERATO BELGIO DEGENTIBUS CIRCA VALIDITATEM SACRAMENTORUM; in qua, divisis in tres Classes Universis Refractariis Sacerdotibus, accuratè præscribit qualiter quisque vitandus est, & fugiendus.

Postquam hæc INSTRUCTIO, in re utique gravissima, per Hollandiam cognita fuit, & manifestata, statim è Catholicis multi, & sensim plures defecerunt à Refractariis; qui ruinæ suæ timentes, erubescentesque exiguum adhærentium numerum, ad subdolas artes, de quibus eos Pontifex Clemens XI. à multo tempore accusaverat, confugerunt; & labente Anno 1711. per Gulielmum Van Daelenoort & Cornelium Steenhoven Deputatos suos, adierunt Cardinalem Bussium tunc Nuntium Coloniensem, ineundæ concordiæ causâ. Et quamvis numquam adimpleverint methodum satisfaciendi Apostolicæ Sedi, quam Eminentissimus ille præscripserat, tamen ut in Hollandiam reduces fuerunt, sermo creberrimus per eos dies fuit de mutando Vicario, alioque in locum Adami Daemen substituendo, & de conciliata pace, ac de compositis discordiis; quod adeò fingere libuit, ut cùm Dordraci subsisterent hi Deputati qui Coloniâ adveniebant, solemnes ibidem gratias Deo retulerint in Oratorio Petri Tyboseh, quasi de compositis, ut fama mentiebatur, Ecclesiasticis rebus.

1703.

Fuit nonnemo, qui ad Cardinalem Bussium tunc Nuntium Apostolicum retulit, quidquid magnis rumoribus auditum, & à dictis Deputatis in Patria fuerat vulgatum, ad quæ pro veritatis testimonio, & pro rerum gestarum intelligentia à dicto Cardinali accepit „ (z) quod omnes itus & reditus „ illorum Deputatorum instituti non fuissent alio fine, quàm ad circumveniendam, fallendamque Ecclesiam; quod ipsos inter, & Nuntium Apostolicum actum „ non fuisset de mutando Vicario, sed „ de satisfactione quam circa Doctrinam „ præstare deberent; quod millenis modis „ conati fuissent illum fallere, aliorum hæreticorum more; sed cùm id non succederet, apertè fassi fuissent, *quod credere „ non possent illa quæ Ecclesia præscripsit in „ puncto*

(y) Append. N. XCV. (z) Append. N. XCVI.

„ *puncto* Doctrinæ; quod in Hollandiam redussent, & ex summa malitia sparsissent „ falsum illum rumorem, de quo scripserat „ ille.„ Cæterùm Spiritu veluti Prophetico in eadem illa Epistola edixit idem Cardinalis, multas ab hominibus istis expectandas esse molestias, nisi benignissimus Deus illorum corda mutasset; ad quam gratiam à Deo implorandam instituit tunc preces publicas per totam Missionem Hollandicam.

Sed longè aberat, ut optata pax rediret: nam Sacerdotes Ultrajectini magis memores consilii Doctoris Van Espen, quàm S. Sedis Mandatorum, & *fortiter insistentes Juribus* prætensi *Capituli*, Jurisdictionem Ecclesiasticam usurpare non desinebant, & Scriptis publicis (*a*) malè facta quæque & perversa tueri conabantur: quibus Romam denuntiatis, in Auctores tandem animadversum est per Censuras & pœnas Ecclesiasticas, etiam per Excommunicationem majorem.

Quantæ hinc exortæ sint turbæ, qui anditi clamores, quot nata scandala unusquisque facilè intelliget. Mallem hic commemorare, Sacerdotes illos meliores effectos fuisse per medicinalem hanc illis inflictam pœnam; sed hanc illis gloriam tribuere adeo non licet, ut è contrario dicendum sit, quod didicerint Censuras omnes Ecclesiasticas palam contemptui habere & nihili facere: idque eodem illo Præceptore, quo per conficta nuper Jura imaginarii Capituli invenerunt viam modumque resistendi Sedis Apostolicæ Decretis. Hujus rei probationes ad manum sunt. Prodiit primùm Anno 1709. & dein alterâ Editione Anno 1711. *Tractatus Historico-Canonicus de Censuris Ecclesiasticis*, compositus à Zegero Bernardo Van Espen *occasione eorum, quæ agebantur in Belgio Confœderato*, ut est in Præfatione. Postea Anno 1712. idem Auctor luci publicæ dedit Tractatum *de Promulgatione Legum Ecclesiasticarum, ac speciatim Bullarum & Rescriptorum Curiæ Romanæ. Ubi & de Placeto Regio, quod ante earum publicationem & executionem in Provinciis requiritur.* Hos Tractatus, multa cum diligentia, sed majori damno suo evolverunt Ultrajectenses; adeo ut Matthias Torckius (qui postea tamen ex Dei benignitate ad se reversus est) testatum reliquerit, (*b*) quod ex lectione *Tractatûs Historico-Canonici de Censuris Ecclesiasticis*, didicerit Excommunicationes non timere, imò contemnere, illasque impugnare & rejicere.

ARTIC. XVIII. De Vicariatu Apostolico Adami Daemen.

De his, aliisque hujus Doctoris Operibus judicium si protulerimus nostrum, nihil valebit apud Adversarios; malunt doceri à Gallis. Quare volupe nobis est, quod desiderium ipsorum hac in re explere valeamus. Consulant igitur Librum editum duobus voluminibus in 4. cum hoc titulo: *Commentaire de M. Dupuy sur le Traité des libertez de l'Eglise Gallicane de M. Pierre Pithou &c. nouvelle Edition à Paris 1715.* & in primo volumine pervolvant (*c*) Catalogum præcipuorum Scriptorum in Jus Canonicum, inter quos offendent Zegerum Bernardum Van Espen, & pag. quidem 140. *Tractatum de Promulgatione Legum Ecclesiasticarum*, de quo Auctor ille Gallus judicium suum profert his verbis: (*d*) Hic Auctor „ qui meritò timet Censuras Ecclesiasticas, in hoc Tractatu fecit, quidquid „ potuit, ut earum vim enervaret. Expressit ea, quæ observari solent in receptione & executione Rescriptorum Sedis Apostolicæ; sed studiosè abstinuit notare quomodo excipiendi sint illi, qui recusant obsequi Constitutionibus Pontificiis, quando „ acceptatæ & placetatæ sunt in diversis „ Regionibus. Oportuisset ut seipsum condemnasset, id quod semper tergiversamur „ facere, simul atque non habemus illam „ animi demissionem ac docilitatem, quæ „ veris Fidelibus adeo sunt necessariæ.„

Hìc discent, si modo velint, Ultrajectenses, Constitutionibus Apostolicis obediendum esse, si ut veri Fideles & Ecclesiæ Filii haberi velint. Si de majori Opere, cui Van Espen titulum fecit: *Jus Ecclesiasticum universum*, Gallorum quoque sententiam exquirere vacet, inspici poterit idem Catalogus pag. 129. & in Præfat. pag. 66. & 69.

De Adamo Daemen, qui nihil umquam in Missione Hollandica gerere permissus est, dicendum præterea occurrit nihil. Obiit autem Præsul ille Coloniæ die 30. Decembris 1717. cùm in Vicariatu Apostolico Successorem accepisset Joannem Van Bylevelt.

(*a*) *Protestatio asserta &c. & plures alii Libelli.* (*b*) Missive van Matthias Torck Pr. aen zeker agtbaer en geleerd Heer &c. pag. 19.

(c) *Catalogue des principaux Canonistes avec des remarques sur la bonté de leurs ouvrages & sur le choix de leurs Editions.*

(d) *Cet Auteur qui redoute avec raison les Censures du S. Siege, a fait ce qu'il a pu dans ce Traité pour en enerver la force. Il a marqué ce qui se pratique pour recevoir & executer les rescrits Apostoliques; mais il n'a eu garde de dire de quelle maniere il falloit traiter ceux qui refusent d'adherer aux Bulles des Papes quand elles sont acceptées & placetées dans les differens Etats. Il auroit fallu qu'il se fut condamné, & c'est ce qu'on recule toujours de faire, dès qu'on n'a point la soumission & la docilité si necessaire au vray fidele.*

ARTIC. XIX. De Vicariatu Apostolico Joannis van Bylevelt.

ARTICULUS XIX.

De Vicariatu Apostolico Joannis van Bylevelt.

1717.

HIc successit Adamo Daemen: sed priusquam novi rursus Vicarii Apostolici constitutionem, ejusque causas enarremus, præmittenda sunt illa, quæ licet ante hujus tempora sint gesta, tunc tamen primùm fuêre detecta, & quasi ex obscuris tenebris protracta in lucem.

Defecerat, ut supra vidimus, multitudo Fidelium ab Ultrajectinis aliisque Sacerdotibus S. Sedi non obedientibus: amiserant etiam illi Stationes, seu Pastoratus quàm plurimos, ob eorum qui præerant ad partes Catholicas accessionem, & verò metuebant ne sensim discessissent omnes. Quare decreverunt sollicitè conservare quas reliquias habebant Stationes, & exinde auctoritatem, gratiamque apud suos. Sed cùm laborarent Sacerdotum penuriâ, & è viciniuribus, finitimisque Episcopis nullus esset, qui illorum Alumnos Sacris Ordinibus vellet initiare, & ipsi illi juniores Ecclesiastici, detrectantes Formularii Alexandrini adversùs Jansenianam hæresim editi subscriptionem, nec à Nuntiis Apostolicis Dimissoriales Litteras, nec à Catholicis & S. Sedi Apostolicæ communione conjunctis Episcopis manuum impositionem aut peterent, aut cuperent; in summis angustiis, summa etiam atque ultima tentare voluerunt, ut ad Schismatis rationem jam nihil deesset.

Dudum siquidem animo suo repræsentarant facultatem illam, quæ Cathedralibus Capitulis, Sede Episcopali vacante, competit, dandi scilicet Litteras Dimissoriales ad Sacros Ordines suscipiendos: & jam satis ipsis audaciæ erat, ut & illam usurparent. Sed hie sententiam prius exquisierunt Quesnelli, & responsum nonnullorum Doctorum in Parisiensi, & Lovaniensi Universitatibus, qui ad proposita sibi interrogata responderunt ad voluntatem Ultrajectensium. Lovanienses quidem nomina sua evulgari siverunt, Parisienses non item, quos tempore opportuno publicandos promittit (e) Anonymus Gallus. Sed cùm instructi fuerint actis, & narrationibus per Adversarios adductis, & de illorum quidem veritate, atque de harum conditione nihil ipsis apparuerit, confidimus fore, ut & illi sententiam mutent, & hi, aut nomina sua profiteantur numquam, aut visis illis, quæ per decursum operis ex authenticis, prolatisque documentis desumpsimus, ipsosmet Ultrajectinos usurpatæ Jurisdictionis Ecclesiasticæ ingenuè condemnent.

Portò consilium omne exsecutus est Heussenius, prætensi Capituli Ultrajectini Vicarius, incitante Quesnello, & rem totam curante: omnibus, quæ obstabant, per eumdem remotis.

De tempore, quo clandestina hæc consilia impleri cœperunt, non satis constitit ab initio, sed tempus revelat omnia, quantumvis arcana. Habeo Litteras Haga-Comitis datas à spectabili Viro die 26. Maii 1716. significante, audita fuisse tunc temporis per Hollandiam scandala singularis exempli: Refractarios scilicet invenisse Episcopum, qui Junioribus Ecclesiasticis Sacerdotales ordinationes impenderat, & noviter tunc ordinatos numerari novemdecim. Quamvis in hoc numero error esse possit, vera tamen tunc nuntiata fuisse, docuit nos Anonymus Gallus Anno 1722. (f) „ Sex, *inquit*, circiter Anni sunt, cùm extraneus „ quidam Episcopus, quem Hollandicarum „ Ecclesiarum infortunia tangebant, plures ordinavit Sacerdotes vigore Dimissorialium Capituli Ultrajectensis. „ Igitur ad Annum 1716. referenda est præclari hujus operis inceptio. Et verò Consultatio Doctoris Sorbonici, nescio cujus (g) signata est die 31. Decembris 1715. Jurisconsultorum Parisiensium die 12. Martii 1716. Lovaniensium quidem Responsum datum tantùm fuit 25. Maii 1717. sed non videntur posteriorum judicium expectasse.

Reliqua omnia docemur ex Litteris manu propriâ Quesnelli scriptis ad Hugonem Heussenium, & Guilielmum Fredericum Van Dalennoort Presbyteros Ultrajectinos, quas autographas habemus, illasque damus inter *Monumenta*, (gg) signatas DU PUIS, prout Quesnellus solitus fuit signare loco proprii nominis, & nonnumquam etiam per duas tantummodò Majusculas D. P.

In his Epistolis plurima Ultrajectinorum dubia dissolvit, seu potiùs exsufflat Quesnellus, omnis in Hollandia prævaricationis suasor & incentor. Præparaverat Heussenius Lit-

(e) Memoire in Præf.

(f) *Il y a environ six ans qu'un Evêque étranger touché de l'état & des malheurs de l'Eglise d'Hollande, ordonna plusieurs Prêtres sur le Dimissoire du Chapitre d'Utrecht.* Memoire pour l'Eglise & Clergé d'Utrecht &c. à Amsterdam 1722. pag. 64.

(g) Mem. p. 158. 170. & 207. (gg) A. Num. XCVII.

Litteras Dimissoriales, sed quia homini Episcopalem praxim ignoranti res nova erat & inusitata, ideo Quesnelli judicium eandem submisit tam circa formam, quàm quoad materiam. Statuerat quidem Heussenius, Ordines Sacros suscipiendi potestatem facere non suis tantùm prætensis subditis, id est, Diœcesis Ultrajectinæ Scholaribus, sed Ecclesiasticis quoque aliarum Diœcesium Missionis Hollandicæ: verùm Episcopum Ordinantem hac in re fallere Religioni sibi duxerat, quare expressis verbis, mittendum à se Scholarem in Dimissorio suo dixerat subditum *Diœcesis Harlemensis, Ultrajectensis Suffraganeæ*; quæ verba omittenda censet Quesnellus, „ (*b*) ne Episcopo, ad „ quem recursus fieret, ansa præberetur „ quærendi, cur Capitulum Ultrajectinum „ Potestatem faceret ordinandi subditum „ alterius Diœceseos? Si respondeatur (in- quit in Epistola de 18. Novembris 1718.) „ id fieri propter denegatam à Capitulo Har- „ lemensi facultatem, quæretur facti pro- „ batio, quam ordinandus producere non „ poterit, non satis instructus ad vindi- „ canda Jura Metropolitica. „ Scilicet Heussenius prætensus Vicarius Ultrajectinæ Ecclesiæ Metropolitanæ, Jurisdictionem sibi arrogaverat in Diœcesim quoque Harlemensem Ultrajectinæ Suffraganeam, & ut huic flagitio velamentum quæreretur, instirerat pridem Quesnellus, „ ut à Vicario Harle- „ mensi per Notarium coram testibus pe- „ terentur Litteræ Dimissoriales, quin imò „ ex ipso directè quæreretur, velletne Vi- „ carii munere fungi, curareque suorum „ Ordinationem, ut repulsa haberetur in „ debita forma, quæ usui esse posset apud „ Episcopos, qui de ea re doceri cupe- „ rent. „ Hæc diligentia cùm esset omissa, neque hæc probatio haberetur, voluit ille, ut Harlemensis Diœceseos subditus ab Heussenio ad Sacros ordines mittendus, simpliciter diceretur *Amstelodamensis*. „ Episcopus „ enim, *inquit*, ejusque Vicarius facilè sup- „ ponent, Amstelodamum esse Diœcesis „ Ultrajectinæ, paucis nimirum scientibus „ Harlemum Episcopatum esse. Nec fal- „ luntur in ipsa re (*sic pergit*) cùm penes „ Capitulum Ultrajectinum jus sit curandi „ Ordinationem subditi istius, qui præsen- „ tatur, de cætero autem parum intersit, „ noritne Episcopus aut Vicarius, quo id „ titulo fiat, sinanturque id ignorare, quod „ non nisi scrupulos, & cavillationes pa- „ rere posset. Perspectum mihi quidem non „ est, fore, ut nolint ipsi rem istam discu- „ tere, ast interim tamen tentandum cen- „ seo. „ Quis non totis artubus contremiscat, cùm hæc legit? æquè perversi exempli sunt, quæ sequuntur.

Inveniendus fuerat Episcopus, qui imaginarium Capitulum Ultrajectinum, & ab eo delectum prætensum Vicarium vellet agnoscere, & cui hæc dolosâ ratione à Quesnello præscriptâ imponi posset: sed cùm in Belgio, finitimisque Regionibus nimiùm nimiùmque nota esset Ultrajectensium Sacerdotum Rebellio, quærendus fuit in remotioribus, magisque disjunctis locis. Et hoc etiam Quesnello curare datum est. Habeo præ manibus consignatam litteris Testificationem, quâ declaratur, tentatam fuisse fidem Episcopi Boloniensis in Picardia, Archiepiscopi Rhemensis Suffraganei, etiam per immissos in Seminarium suum Episcopale duos Hollandos, Clericis ejus velut aggregatos; sed hæc ratio caruit effectu, quare Quesnellus in eadem illa Epistola ad Heussenium dicit. „ De Boloniensi cogitan- „ dum ampliùs non est. „ *Pour M. de Boulogne il n'y faut plus penser.*

ARTIC. XIX. De Vicariatu Apostolico Joannis van Bylevelt.

Quid, quod ipsum Cardinalem Noaillium circumveniendum suaserit? Acceperat, expeditas fuisse ab Heussenio Litteras Dimissorias pro N. Barckman Ultrajectino, qui Parisiis habitans in Collegio S. Maglorii, in longinqua Regione, *au Païs lointain* Sacris Ordinibus initiaretur. Succenset huic consilio Quesnellus (*i*) in Epistola ad eumdem Heussenium data 15. Januarii 1719. judicans, hoc pacto occasionem negligi tentandi aliquid apud Archiepiscopum Parisiensem, & suggerit, ut dictus Barckman cum Dimissorio suo, in aliorum S. Maglorii Ecclesiasticorum societate sisteret se Vicariis Generalibus, quos inter non deessent Amici, qui, si res in eorum esset arbitrio, nullam moturi erant difficultatem. „ Fallor ve- „ hementer, *inquit ibidem*, nisi inter eos „ unus sit recens creatus, qui Casui (id „ est, Consultationi Parisiensium Doctorum „ de qua supra) subscripsit. Securos vos red- „ dere nolim, id planè successurum: nam si „ negotium ad suam Eminentiam deferatur, „ fortè recusabit novam offensionis causam „ præbere Summo Pontifici. At verò pro- „ desset plurimùm, si ea porta umquam ape- „ riretur, unde tentandi occasionem præ- „ termittendam non censemus. „ Ita ille; qui Cardinali objiciendam suadet occasionem offendendi Summum Pontificem. Et tamen perditus ille haberi voluit, & à sectatoribus suis ostentatur veluti strictioris Ethicæ Magister, qui aliàs tam acerbè invectus est in omnem seu doctrinam seu praxim mitiorem, Orbem universum commovens, dum pervertere non potuit!

Attamen tentamen illud ad obtinendam Hollandorum ab Heussenio, prætensoque Ultrajectino Capitulo mittendorum Ordinationem successit apud Episcopum * Sanitiensem in Provincia, Archiepiscopi * Ebredunensis Suffraganeum, qui plures Hollandos

* *Senez en Provence.*
* *Ambrun*

(*b*) Append. N. XCVII. (*i*) Append. CI.

ARTIC. XIX. De Vicariatu Apostolico Joannis van Byleveld.

landos ad se missos ordinavit Sacerdotes, ut habent Testimonia, quæ apud nos sunt: ex quibus etiam liquet, quod Hollandi in *longinquam istam Regionem* proficiscentes, Parisiis assumpserint habitum Presbyterorum Congregationis Oratorii Berulliani, ut securiùs viam facerent, & in angusta Civitate Sanitiensi laterent faciliùs. Huic seculi prudentiæ accessit & alia: nemini videlicet (excepto Godefrido Akkoy, qui de sua cum Jansenio Iprensi sanguinis conjunctione gloriatur) permissum fuisse sibi servare Litteras Episcopi Saturiensis de susceptis Ordinibus Sacris fidem facientes, quas nimirum omnes abstulit Heussenius, & post eum Cornelius Steenoven & ipse prætensus Capituli Vicarius, ne in aliorum manus devenirent, omnibus prætereà jure jurando adstrictis de non propalando, à quo essent Episcopo ordinati. Cùm verò, occurrente necessitate, de suscepto Sacerdotio docendum esset, prætensi Vicarii producebatur Declaratio, qualis videri potest inter *Monumenta* hic adjecta. (*l*)

Quantùm verò laboraverint, ut extraneus ille Episcopus, vel illi Episcopi numquam manifesti fierent, & quantùm inde sibi timuerint, patet ex Epistola, quam rursus Autographam habeo, Cornelii Steenovii ad Joannem Libon clanculum ordinatum Sacerdotem, & Vicariam operam navantem Gaudæ Guilielmo Wannaer intruso ibidem Pastori seu Missionario, postea defuncto. Displicebat ipsismet DD. Statibus magnus ille numerus novorum hominum, qui se Sacerdotes dicebant, & diversis in locis ad sacrilegam rerum Sacrarum Administrationem adhibebantur. E Consulibus Gaudanis unus, qui de extraneo illo Episcopo ordinante multa audiverat, quamvis quis esset, vario rumore non constaret; accitum ad se Joannem Libon interrogavit, à quo esset Episcopo ordinatus Sacerdos, & à quo Missionem seu Jurisdictionem accepisset. Post multas tergiversationes, quæ apud Consulem nihil valebant, respondit: ordinatum se à quodam Episcopo Hiberno, cujus nomen ignoraret, Ordinationem peractam fuisse in una ex septemdecim Provinciis, & Missionem suam se obtinuisse à Steenovio. Verane, an falsa dixerit, non disputo; dixisse, testes sunt tabulæ, quas servo. In hisce angustiis constitutus Joannes ille, & ulteriores metuens interrogationes, confugit ad Steenovium, qui die 17. Octobris 1719. eidem respondit in hæc verba, quæ inter *Monumenta* referri meruerunt. (*m*) „ Quantùm attinet detectam „ notitiam istius Episcopi, qui Dom. V. or- „ dinavit cum fiducia & promissione ser- „ vandi secreti, illud absolutè servandum est, „ *quia* (alias) *omnes desererent nos*, „ *& nullus umquam Episcopus ad nos ju-* „ *vandos inclinaretur; si id palam fieret,* „ *turpissimæ infidelitatis essemus rei ......si* „ *Dominatio Vestra ulterius compellatur ad* „ *exhibendam Missionem suam, dignetur* „ *transmittere nomina & cognomina omnium* „ *quatuor Dominorum de Clero.* „ Igitur, Steenovius Jurisdictionem prætensè dederat quatuor Dominis de Clero, quorum ne nomina quidem aut cognomina tenebat. Et metuebant deseri ab hominibus, illisque infideles esse, qui ob defectionem ab Ecclesia, non vident se deserendos esse à Deo. Cæterùm suo hic exemplo probant Ultrajectenses, quàm verum sit, odisse lucem omnes, qui malè agunt.

Simile planè documentum dederunt in Appellatione, quam prætensi Capitulares Ultrajectenses non tantùm, sed alii prætereà adhærentes illis Sacerdotes Hollandi, die 9. Maii 1719. interjecerunt à Constitutione Apostolica *Unigenitus* ad futurum Concilium Generale; qui est alter eventus Schismaticus jam enarrandus, cujus detestandi criminis incentor ac promotor rursus fuit Quesnellus. Accipe mysterium iniquitatis.

Die 23. Novembris 1718. ita scribit ipse ad Heussenium. „ (*n*) Accepi Litteras Di- „ missoriales, quas ad me mittere dignata „ est Dominatio Vestra, pro quibus demis- „ sas refero gratias. Nunc res alia nobis „ tractanda occurrit, eaque adeo majoris „ moliminis atque utilitatis. Viri multi exi- „ miæ pietatis, & veritatis negotio addictis- „ simi, necessarium planè existimant, ut „ harum Provinciarum Ecclesia aliquid „ audeat, quo in hoc rerum Articulo eidem „ veritati testimonium reddat, ubi tot Epis- „ copi totis viribus Constitutionem ita eve- „ hunt, ut regulam Fidei esse censeant. A „ Capitulo Harlemensi nihil boni expectan- „ dum est, at Metropolitanum, tum hanc „ negligentiam, tum denegationem hujus „ testimonii, tum reliqua in quibus deficit, „ compensare oportet. Modus condendi te- „ stimonii nullus melior occurrit, quàm ad- „ hærere Appellationi Eminentissimi Cardi- „ nalis de Noailles aliorumque Episcopo- „ rum Appellantium, Instrumento Capitu- „ lari, eâ quâ poterit meliori formâ; & me- „ retur sanè res tanti momenti, ut extraor- „ dinariâ convocatione Capitulum congre- „ getur. Adhæreri eodem tempore posset „ Appellationi Universitatis Parisiensis, ac „ Facultatum Theologicarum Parisiensis, „ Rhemensis, Nannetensis, & Pictaviensis „ &c. „ Die 17. Decembris 1718. ad Guilielmum Fredericum van Dalenoort Hagæ-Comitis Missionarium, & prætensum quoque Capitularem Ultrajectinum, misit hæc verba. (*o*) „ De Appellatione ad Concilium

(*l*) Append. N. CII. (*m*) Append. N. CVII. (*n*) Vide Append. N. XCVIII. (*o*) Append. N. XCIX.

ARTIC. XIX. De Vicariatu Apostolico Joannis van Bylevelt.

,, lium Generale scripsi ad D. Van Heussen & ad D. Van Erckel, qui continuò ,, ambabus, ut ajunt, ulnis propositionem ,, meam amplexati sunt; equidem dubitare nequeo, quin eodem zelo animata ,, sit Dominatio vestra. Significavi D. Gallois (*Petit-pied*) Capitulum Ultrajectense, eique Confœderatos desiderato Instrumento manum quantociùs admoturos, ,, idque subscribendum ab omnibus, qui eò ,, induci poterunt. Certiorem me reddit D. ,, Gallois, Epistolâ heri sub vesperam receptâ, gratissimam fore Appellationem ,, Cardinali Noaillio id in primo accessu ,, magis patefacturo. Igitur non est ampliùs ,, retrocedendi locus. ,, Et rursus ad Heussenium 15. Januarii 1719. (*p*) ,, Persuasum habeo, Dominationem Vestram circa ,, Appellationem in ea perstare Sententia, ,, quam mihi testari dignata est. D. Dalennoort scripsit ad me *subdubitans*, ast ego ,, respondere non distuli. ,, In Postscripto ejusdem Epistolæ indicat Quesnellus Auctorem Instrumenti Appellationis, his verbis. ,, Post obsignatam Epistolam meam, ,, vestram accipio. Volupe est intelligere, ,, rectiùs habere Dominum Van Erckel, ,, ipsumque incumbere desideratissimo Operi: Deum rogo vires novas suppediret, ,, quibus rem feliciter ad finem perducat. In alia Epistola ad Gulielmum Van Dalennoort scripta die ultimâ Anni 1718. significat Quesnellus, misisse se Joanni Christiano van Erckel Instrumentum Appellationis Universitatis Parisiensis, quod, (*ut ait* (*q*) ,, elegantissimum est, & quod ,, aliis concinnandis præluceat. Declaratio ,, seu explicatio Motivorum magis etiam ,, excellit successu minimè pœnitendo. ,, His porrò transmissis à Quesnello Documentis Erckelius usus est perquàm liberaliter.

Non solùm Refractarios Missionis Hollandicæ ad appellandum Quesnellus instigavit, & suppeditavit materiam; sed insuper adjunxit motiva, quibus ad hujus atrocitatem facti inducerentur. Vidimus statim, quod ipsos lactaverit spe ineundæ apud Cardinalem Noaillium gratiæ per adhæsionem ejus Appellationi: sed ecce iisdem illis Presbyteris Hollandis proponit, vindictam ut sumant de Episcopis Belgii, qui Sedi Apostolicæ adhærent: ,, (*r*) Videntur, *inquit*, Viri ,, nonnulli in Dignitate positi vehementer ,, cupere, ut hæc Ecclesia mentem suam ,, explicet, idque adeò potissimùm, ut ea ,, Appellatio opponatur Decretis Archiepiscopi Mechliniensis, aliorumque Belgii ,, Episcoporum. ,, In Litteris ultimâ die Anni 1718. cùm Guilielmus Dalennoortius timeret, ne negotium Constitutionis brevi Romanos inter & Gallos componeretur; Quesnellus, ne hoc Appellationem retardet, panicum hunc Dalennoortii timorem tollit his verbis. (*s*) ,, Spes nulla affulget concordiæ ,, Romam inter & Franciam; quod si quid ,, Appellantium Episcoporum favorem vobis conciliare possit, id verò est, si vos ,, ipsis hoc tempore conjungatis, quo meritò sperare possitis, ipsos in Ecclesiæ vestræ gratiam, quidquid eorum erit, collaturos. ,,

Hæc Quesnelli verba respiciunt notos conatus Refractariorum Missionis Hollandicæ, qui, agente Doctore Petit-pied à Cardinale Noaillio, aliisque Episcopis illi adhærentibus petiebant, ut in compositione, quam Appellantes Galli cum S. Sede inituri essent, comprehenderentur & ipsi. Imò aliqui ex prætensis Capitularibus Ultrajectinis recusabant appellare, nisi Cardinalis Noaillius ante omnia promitteret, quod subditos Missionis Sacris Ordinibus insigniret, Sacrumque Oleum ipsis procuraret, ac de cæteris necessariis provideret. Nihil horum obtineri potuit: quare Quesnellus ratus ejusmodi postulationibus immorandum non esse, subjungit in eadem Epistola: ,, Satis perspicit ,, Dominatio vestra, nihil in hoc negotio stipulandum esse. ,, Ne verò metu majorum difficultatum Romæ incurrendarum ab appellando retrahantur, statim subdit Quesnellus: ,, Roma tantum vobis quantum poterit mali semper inferet, neque ,, Appellatio quidquam sibi attrahet, cùm ,, nihil ultrà adjungi queat. *Rome vous fera toujours tout le mal qu'elle pourra, & l'Appel n'y ajoutera rien, puisqu'ils ne peuvent y ajouter rien.* ,,

Hæc scribit, quia aliqui ex imaginariis Capitularibus abhorrebant ab Appellatione, metuentes Summum Pontificem, & S. Sedem, quam nolebant sibi magis infensam reddere. In eadem Epistola Quesnellus hæc habet: ,, Objectiones Dominorum Ultrajectensium non videntur multùm urgentes. ,, Bulla & Litteræ Apostolicæ, à quibus modo appellatur, res sunt, quæ in praxi Appellationis nullâ connexione uniuntur; ,, sola, *Unigenitus* & prædictarum Litterarum Apostolicarum (*Pastoralis Officii*) ,, mentio facienda est. ,, Hoc tamen judicio Quesnelli contempto, appellarunt etiam à Mandatis & Rescriptis Apostolicis in Causa prætensi Capituli, & usurpatæ Jurisdictionis Ecclesiasticæ datis.

Patet hinc, quibus motivis Quesnellus Refractarios Ultrajectinos ad appellandum induxerit, ac solverit factas ab ipsis objectiones. Videndum jam, quomodo instruxerit illos de modo corradendi subscriptiones, de forma, ac solemnitate in ipsa Appellatione servanda, de servando quoque secreto, reliquisque, quæ rursus docebimur ex ipsius Quesnelli Epistolis.

(*p*) Append. N. CI. (*q*) Append. N. C. (*r*) Append. N. XCVIII. (*s*) Append. N. C.

ARTIC. XIX. De Vicariatu Apostolico Joannis van Byleveld.

„Postquam, inquit in Epistola de 23. Novembris 1718. ad Heussenium (r) „ hoc „ Instrumentum subscriptum esset ab omnibus Capitularibus, & contrasignatum ab „ aliquo Secretario, subscriberent ordine „ Pastores omnes, aliique Clerici harum „ Ecclesiarum, vicinarumque, qui Capitulo se vellent conjungere, eligendusque „ esset industrius aliquis bonæ voluntatis, „ qui hac illac circumcursaret ad exigendas Instrumenti subscriptiones. Apponendum esset sigillum Metropolitanum majoris formæ ceræ impressum. Cavendum „ omninò ne principiò strepitus fiat, omnia clam machinando, ne qua res perveniat ad aures Nuntiorum, qui sollicitationibus suis plures averterent, alioquin „ satis benè dispositos.„

Potuitne Magister aliquis discipulos rudiores accuratius instruere? Instructionem secuti sunt ad apicem. Quippe Manuscriptum Instrumenti Appellationis submissum est variis Pastoribus seu Missionariis ad illud examinandum, & ut, si quid delendum, mutandum, aut addendum judicarent, id in separata schedula scriptum ipsi Manuscripto jungerent. Formula adhæsionis, quæ est pag. 17. Instrumenti, separatim impressa singulis adhærentibus submissa est, quam à se signatam remiserunt ad Erckelium. Singulis commendatum est secretum, ne res Communitati seu Parochianis innotesceret, à quibus timebant sibi exprobratum iri, quod jam publicam à Summo Pontifice secessionem facerent.

In eadem Epistola describit Quesnellus, quâ solemnitate peragendus sit ritus Appellationis. „ Quandoquidem verò, *inquit*, „ actus Religionis sit, eum religioso modo „ exequi convenit, quod vel in ipso Instrumento appareat: Deum nempè V. G. „ per plures dies exoratum esse, celebratum Sacrum solemne coram omnibus Capitularibus, invocatam sæpius Spiritûs „ Sancti gratiam per Hymnum: *Veni Creator Spiritus*.„

Obtemperatum Quesnello, suadenti res sacratissimas profanari in impia Schismatis professione. Prætensum Capitulum convocatum est Roterodamum in domum Jacobi Timmer Pastoris Refractarii ibidem. Priusquam ad appellandum procederent, elegerunt duos novos prætensos Canonicos, ut octovirûm numerus esset completus, scilicet Matthiam Oosterlingh, & Gisbertum Van Dyck, in locum Hugonis Heussenii & Andreæ Vander Schuur defunctorum. Prætensi Canonici octo induerunt se superpellicio, almutio, & bireto violaceo; quo habitu numquam usi fuerant ante illum diem 9. Maii 1719. Cum hoc ornatu iverunt ad Ecclesiam seu Oratorium Jacobi Timmer, flectentes in scamno Communionis, inspectante populo. Joannes Christianus Erckelius prætensus Decanus, nominatim excommunicatus die 16. Januarii 1711. & denuntiatus die sequenti, non obstante Excommunicatione, celebravit Missam de Spiritu Sancto: quâ finitâ, altâ voce & alternatim cum dictis prætensis Canonicis recitavit hymnum *Veni Creator* &c. Post Sacrum sumpto potu Thé, Caffè, Chocolat, secesserunt octo Canonici in cubiculum, & appellarunt. Ita Declarationes, quas præ oculis habemus.

Denique in eadem illa Epistola instruit Quesnellus discipulos suos Capitulares, ad quem, & quâ formâ confectum jam, & à Refractariis signatum Instrumentum Appellationis sit transmittendum. Ecce verba: Instrumentum Appellationis vestræ poterit „ mitti deinceps ad Cardinalem Noaillium „ cum submississima Epistola, quâ Zelus „ ejus pro tuenda veritate mirificè extollatur. De cætero explorare conabor, utrum „ Eminentia sua vobis respondere dignaretur, id enim si fieret, responsum ejus „ esset Capituli vestri agnitio. Fortè satius erit, Parisiis à vobis aliquem designari, qui Instrumentum adhæsionis registrari curet in Officialitate Parisiensi, aliisque locis, ut expedire postmodum judicabitur.„ Hactenus Quesnellus.

Proh quantùm laboravit ille, ut Refractarios Ultrajectinos, dubitantes & hæsitantes, ad appellandum induceret! Quæ non motiva ad persuadendum adhibuit? Quas objectas difficultates non solvit? Timebant, ne, si res innotesceret Communitati, meritò sibi exprobraretur, quod jam publicam fecissent à Romano Pontifice secessionem. Quesnellus hunc obicem sustulit commendando secretum, atque silentium. Timebant novo facinore irritare Romam. Roma, inquiebat Quesnellus, semper vobis quodcumque poterit malum inferet, nec post latas in vos dudum Excommunicationes, habet prætereà quod adjiciat. Dubium non est, quin ejusmodi præstigiis fascinaverit quosdam Galliæ Episcopos, & ad appellandum induxerit: ita ut publicus Galliæ, & Hollandiæ fuerit perturbator, & novi ac impii Schismatis fax atque incentor.

Ipsum Instrumentum Appellationis excutere non vacat. Quæ causam spectant Petri Codde Archiepiscopi Sebasteni, & imaginarii Capituli Ultrajectensis, sat superque eversa sunt tam in Historia nostra, quàm in subjunctis Dissertationibus. Clamant se non fuisse auditos, sed clamorem retundimus in Dissertatione XIV. Objiciunt nobis auctoritates S. Thomæ Cantuariensis, Francisci Zabarellæ & Roberti Bellarmini Cardinalium, at in gratiam simplicium & ineruditorum, hisce occurrimus in Dissertatione XVIII. Illa verò argumenta, quæ in prædicto

(r) Append. N. XCVIII.

dicto Instrumento desumpta sunt ex Theologia, accuratâ *Refutatione* solvuntur, quam *Monumentis* hisce annexis subjungimus.

Porro quamvis hæc Appellatio facta fuerit die 9. Maii 1719. prout eodem ferè tempore innotuit, ipsum tamen Instrumentum publicatum solummodò fuit Mense Octobri 1720. quæ dilatio etiam mysterio non caruit. Multis instabant apud paucos illos Galliæ Episcopos, qui ab eadem Constitutione *Unigenitus* appellaverant, ut causam Ultrajectensium facerent suam, illosque in quamdam Societatem admitterent, ut junctis viribus impugnarent Constitutionem Apostolicam: sed cùm spretis ejusmodi postulatis, ignoti illi, & infimi Ordinis Sacerdotes relinquerentur sibi, & interim inter Episcopos Gallicanos illo tempore de pace atque concordia tractaretur, indèque timerent, ne integra, debitaque Constitutioni Apostolicæ redderetur obedientia & observantia, crediderunt illi, quod appellantes Episcopi à proposito abduci possent, si Instrumentum Appellationis suæ tandem publicum redderent. Tantùm sibi in desperatis rebus sumpserunt arrogantiæ.

Heussenius, qui Quesnelli præceptis sedulò auscultarat, non vidit Appellationis diem, in quo pro sua malitia gavisus fuisset: tribus enim ferè ante illum diem Mensibus ereptus est è vivis. In Articulo mortis constitutus, brevi Declaratione subscripsit, se eidem Appellationi adhærere, si prætensum Capitulum appellaret; laudatus post mortem à suis, (u) *ut præcipuus hujus Appellationis promotor*. Obiit autem Lugduni-Batavorum, ætate provectus, in qua civitate fuerat Pastor seu Missionarius in erecta à se, propriis sumptibus, magnificâ Statione. Domum, quam inhabitabat splendidam atque amplissimam, testamento legavit Vicario Missionis Hollandicæ. Aliam contiguam, Pastoribus Successoribus suis. Utramque occupat Cornelius Steenhoven prætensus Heussenii Successor. Defuncti cadaver vestibus Sacerdotalibus indutum in amplissimo conclavi publicè fuit expositum per dies aliquot, accurrente populo numerosissimo, etiam Acatholico, adeò ut ædium adytum satellitibus obsidêre necessum fuerit. Funus in Ecclesiam S. Pancratii Lugduni-Batavorum, quæ servit cultui Religionis prætensè Reformatæ, solemni pompa pro more Patriæ illatum; comitati sunt omnis statûs & conditionis homines, etiam Burgimagistri, & Domini de Statubus Hollandiæ, quorum aliquos sanguine contingebat. Hunc splendorem studiosè affectarunt Ultrajectenses, ut primo post mutatam Religionem prætensi Capituli Vicario gloriam, sibi verò nomen quærerent, quod centum & triginta annis jacuerat sepultum. Exstat in Heussenii ædibus Bibliotheca multis & præstantibus libris, jam inde à mutato Hollandiæ Statu, instrui cœpta, quæ spectat ad Vicarium Apostolicum pro tempore existentem, sed quæ possideri pergit à prætensis Capitularibus per eorumdem Coryphæum Cornelium Steenhovium.

Obiit ... Februarii 1719

ARTIC. XIX De Vicariatu Apostolico Joannis van Byleveld.

1719.

Eodem Anno aliam jacturam fecerunt Ultrajectenses, si tamen jactura dicenda est, & non potiùs grande lucrum, magnaque utilitas, cùm sibi ereptum viderunt omnium suorum hortatorem scelerum, Paschasium, inquam, Quesnellum, proscriptum, profugumque Presbyterum & famosum auctorem Libri, *fallacem Doctrinam* continentis; adnumerandumque *Magistris illis mendacibus, & in deceptione illusoribus, qui splendidâ pietatis specie prava dogmata latenter insinuantes, introducunt sectas perditionis sub imagine Sanctitatis.*

Constitutio *Unigenitus*.

Cohabitabat is Amstelodami Arnoldo Josepho de Brigode Insulensi, mercatori ibidem non exiguæ notæ, qui mutato nomine appellatur *Du Bois*, estque idem ille, quem piæ mem. Humbertus Gulielmus à Precipiano Archiepiscopus Mechliniensis die 30. Maii 1703. unà cum Quesnello & Gerberonio apprehendit. In hujus ædibus mortuus est Quesnellus die 2. Decembris 1719. postquam Joannes van Neck Missionarius Refractarius Amstelodami ultima eidem Sacramenta administrare non exhorruit. Defuncti cadaver aperuit Chirurgus Plaetman, è quo exscidit cor, quod miratus est adeò magnum fuisse pro tam exiguo corpore. Vitro deinde inclusum cor missum est Parisios ad Doctorem Petit-pied. Corpus plumbeo loculo arcâ ligneâ circumdato impositum, & è domo dicti Du Bois elatum, curru advectum est in pagum *Warmont* prope Lugdunum-Batavorum, novem circiter leucis Amstelodamo dissitum, comitantibus Dominis Du Bois, Theodoro Doncker Missionario Refractario, & Gallo quodam Diacono, & collocatum fuit in domo suburbana, quam ibidem habebat Hugo Gael & ipse Refractarius Sacerdos jam defunctus. Die 7. Decembris sepultus est Quesnellus in Ecclesia de Warmont, in eodem tumulo cum Petro Codde Archiepiscopo Sebasteno, quod est Familiare Sepulchrum Henrici Vander Graft, Heussenii quondam avunculi. Funus comitati sunt bini & bini: D. Du Bois & Diaconus ille Gallus. Cornelius Steenhoven & Theodorus Doncker. Joannes Michaël Blankaart (v) & Petrus Augustinus Verbeecq

(u) Vide in Instum. Appell. pag. 23.

(v) Hic Joannes Michaël Blankaart Presbyter Diœcesis Mechliniensis, Refractariorum artibus delusus, Factioni adhæsit, sed cognitâ fraude, illam deseruit spontè, & in S. Sedis Apostolicæ, & Eminentissimi Archiepiscopi sui gratiam rediit Anno 1720. & permanet constanter.

ARTIC. XIX. De Vicariatu Apostolico Joannis van Byleveh.

Verbeecq Sacerdotes Refractariis, vestibus talaribus nigris pro more Patriæ induti: Hugone Gael domi remanente ob infirmam præ senio valetudinem, qui funeris comitibus à sepultura reversis exstruxit convivium. Posteà Amstelodami in Oratorio Joannis van Neck celebratæ sunt exequiæ Sacra faciente Cornelio Francisco Krys inter Harlemenses Sacerdotes Refractario. Habita est per Cornelium Steenhovium, linguâ vernaculâ Oratio funebris coram numerosissima concione. Exstructæ sunt in ædibus Joannis van Neck epulæ funereæ sumptibus Domini Du Bois. Recitati versus varii: & discumbentibus distributa sunt numismata argentea & aurea Quesnellum referentia. Ita scriptæ Tabulæ, quæ apud nos sunt.

Jam de novi Vicarii Apostolici constitutione ejusque gestis agendum, & repetenda nobis res est ab Anno 1716.

Omnia per Missionem Hollandicam pessum ibant. In rebus sacris innumeri erant abusus, frequentia Sacrilegia. Correptiones jam erant inutiles, Censuræ Ecclesiasticæ infructuosæ, invasiones Stationum jam quotidianæ. Hieronymus Archinto Nuntius Coloniensis citari fecerat ad Tribunal suum varios Stationum occupatores, & inter hos Guilielmum Wannaer, & Theodorum Vander Croon Refractarios Missionarios Gaudæ intrusos. Hi ad Consules Gaudanos, alii alibi querelas deferunt: cùm Joanni van Bylevelt, aliisque utriusque Cleri Catholici Presbyteris severè injungitur, ut evocationes ad exterum tribunal impedirent. Quamvis autem Catholicorum nemo citationes illas negaret esse justissimas; tamen ad obsequendum secularis Potestatis voluntati, & ad avertenda incommoda, quæ ob paucorum contumaciam, fidelibus innumeris, multisque morigeris Sacerdotibus videbantur imminere, supplicatum fuit prædicto Nuntio, ut suspenderet effectum monitorialium suarum: Sed non poterat arbitrio suo uti, cùm urgeret Summi Pontificis imperium: quare cogitatum fuit de deputando aliquo intra ipsam Missionem Sacerdote, qui Refractarios illos intrusos, potestate delegatâ citaret coram se, ad declinandam exteri Tribunalis invidiam. Re cum seculari Potestate communicatâ, Delegatio data est Joanni van Bylevelt primario Hagæ-Comitis Pastori seu Missionario, & expeditæ Delegationis tabulæ die 7. Octobris 1716. (x) Quibus munitus ille, & acceptâ ab Ordinum Hollandiæ Deputatis agendi licentiâ, sub initium Anni 1717. Gaudam se contulit, & 13. Januarii dictos Guilielmum Wannaer, & Theodorum Vander Croon coram se vocavit, declaraturos, quo titulo dictas Stationes in oppido Gaudano occuparent, aut illas incunctanter dimitterent, aliàs condemnandos in Censuras & pœnas (y) in Decreto S. Congregationis sub die 3. Februarii Anni 1703. & in Brevi Apostolico de 7. Aprilis ejusdem Anni contentas. Sed illi nec agnoscere voluerunt, nec revereri Delegationem Byleveltii, & ad interrogata respondere detrectarunt. Adeò ut omne Judicium, & quoscumque Judices recusent decretæ semel contumaciæ inhærentes.

His ita sine effectu tentatis, visum fuit ob varias rationes, non esse à Delegato procedendum ulteriùs. Interim Refractarii omnia turbabant, continuis libellis, & querelis fatigantes Præpotentes Hollandiæ Ordines. Et insigne dederunt perfidiæ argumentum in uno libello supplici iisdem Ordinibus oblato, quem integrum inter *Monumenta* dandum putavimus, (z) ut appareat, ad quantam cordis amaritudinem devenerint illi, imò quantis acti fuerint intemperiis.

Præterea, quod ibidem se falsò appellent *benè intentionatos Sacerdotes Cleri Romani sive Romano-Catholici*, ipsos verò Fideles morigeris Sacerdotibus adhærentes vocent *Seditiosos*. Non culpo jam, quod Byleveltium S. Sedis jussa exequentem, reum agere satagant transgressionis Mandatorum Supremæ in Rep. Hollandica Potestatis, eique invidiam creare conentur ob Commissionem Gaudanam, quæ non alio ex capite displicuit, nisi quod ipsis inconsultis ejus exequendæ licentia data sit.

Sed quæro, an splendidissimi mendacii, proditionis, & fœdissimæ notam perfidiæ evadere possint, dum instigantibus furiis, & felle tincto calamo scripserunt: „ quod „ administratio dicti Bylevelt, cùm eam „ exerceat ut prætensus Commissarius Internuntii Bruxellensis, & Curiæ Romanæ, despoticum & illimitatum, ejusdem „ Curiæ Regimen, (contra quod prædicta Decreta *Ordinum Hollandiæ* emanarunt veluti illius repagulum, atque claustrum; quodque Catholici etiam Principes, omnesque Supremæ Auctoritatis Zelatores fortiter oppugnant) in has partes „ infallibiliter inducat: atque adeò Inquisitionem, aliasque violentas coactiones. „ Inter quas minimæ non sunt modi illi, „ quibus Romanæ Curiæ Ministri, à Sacerdotibus in numerum obedientium & morigerorum recipiendis exigunt, ut renontient omni recursui ad supremos hujus „ Patriæ Ordines, *& jure jurando promittant, quod spretis Decretis & prohibitionibus DD. Statuum*, recepturi sint omnem illum pro Vicario Apostolico harum Provinciarum, quem Romana Curia voluerit constituere. „

Postquam in hunc modum virus acerbitatis suæ evomuêre, nonnihil mitiores facti,

(x) Append. N. CIII. (y) Append. N. LXXX. (z) Append. N. CIV.

ÆLi, veluti qui ob despumatam jam rabiem animi deliquium passi essent, ad humiles querelas convertuntur, causantes, ob administrationem Byleveltii, quæ Hagæ-Comitis fiebat sub oculis Supremæ Potestatis, Romanam Curiam, in illam posse opinionem venire, quod Præpotentes Ordines ampliùs nolint Decreta & Edicta sua continere in viridi observantia, videanturque à Refractariis Sacerdotibus, & à pseudo-Catholica plebe pristinam suam benevolentiam auferre, permittendo ipsos Curiæ Romanæ, ejusque Ministris.

Sed linquentem animum statim revocant, & os, quod maledictione plenum est, aperiunt in hunc modum. „ Ex hac præcon„ cepta per Curiam Romanam opinione, „ consequens esse videtur, quod Roma haud „ facilè concessura sit Vicarium qui in his „ Provinciis personaliter degat (sine quo „ tamen pax & tranquillitas publica inter „ Catholicos restaurari nequaquam potest) „ sed potiùs totam Missionis hujus admi„ nistrationem committet Nuntiis suis, at„ que Internuntiis, peregrinis Italis, qui „ continuò locum mutant, & in Ditionibus „ hujus Reip. Hostium nonnumquam resi„ dent. Ille enim omnium molitionum sua„ rum scopus est, ut imperii sui fines per „ has Provincias latiùs semper extendant, „ Ministrorum suorum crumenam ex pe„ cuniis incolarum hujus Reip. largiùs im„ pleant, & Sacerdotes hujus benè inten„ tionati Cleri, quamdiu popilli sunt, in„ desinenter opprimant. „

Tum alias angustias explicant, periculum nimirum totalis interitûs ejusdem Cleri, „ „ cùm nullus, „ inquiunt „ modus super„ sit novos Sacerdotes in decedentium lo„ cos obtinendi, nullusque reperiatur ex„ traneus Episcopus, ne quidem in Gallia, „ qui contemptis difficultatibus inde cum „ Romana Curia orituris, Ordinationes Sa„ cerdotales novellis Cleri alumnis impen„ dere velit. „ Postea vapulant Jesuitæ, ve„ luti „ mentibus hominum insultantes „ magnificos Romanæ Potestatis animos „ circa temporalia Regum atque Princi„ pum, & circa fidelitatem & obedientiam „ subditorum. „ Mirum fuisset, nì Jesuitæ in scenam producti, finem Declamationi dedissent!

Quid non ineptiarum hic effundit impotens ira? Joannem Byleveltium Con-Sacerdotem suum, qui nullâ ipsos lacessivit injuriâ in extremum capitis, fortunarumque periculum adducunt, hac sola de causa, quia ferre non poterant: quòd ab Ordinibus Hollandiæ benignè cum illo, & cum Sedis Apostolicæ Mandatis pro æquitate sua probatis, agnitisque, ageretur. Et quia Romana erant Decreta, in Romanam Curiam, id est, Sedem Apostolicam, Centrum unitatis Catholicæ, sæviendum erat verbis atrocibus: & cùm nihil inveniret cæca invidia quod culparet, in una Delegatione Nuntii Coloniensis fingendum erat *despoticum & illimitatum Regimen quod Catholici etiam Principes oppugnarent.*

ARTIC. XIX. De Vicariatu Apostolico Joannis van Byleveld.

Ubinam verò illi viderunt vel audiverunt, exigi *juramentum de spernendis Decretis & prohibitionibus DD. Statuum?* Provocamus id ut ostendant, si animus sit, mendacii & imposturæ à se notam, ullo umquam tempore, amoliri. Quâ fide, quâ probitate tacent illi, quod è contrariò semper & ubique à S. Sede inculcatum sit, ut Fideles Hollandi suis subjacerent Dominis, quos universorum Gubernator Deus illis voluit præesse? Creduntne illi oculos nostros fugere, prout ipsorum memoriâ videtur excessisse, quod Heussenius ipse sollicitè adnotaverit, mandatum fuisse à Summo Pontifice Eminentissimo Cardinali Bussio tunc Nuntio Coloniensi: (a) *Ut ante omnia compertum sibi esset, ei quem designare voluisset* (Vicarium Apostolicum) *liberam à DD. Ordinibus muneris sui administrationem, & quali hactenus usi fuerant Vicarii, concessum iri?* Hoccine est exigere *jusjurandum de spernendis Decretis & prohibitionibus DD. Statuum?* Et quid de reliquo balbutit infelix astutia in hoc infausto Libello? „ Ro„ ma „ inquiunt „ haud facilè concessura „ est Vicarium qui in his Provinciis per„ sonaliter degat. „ Igitur à Pontifice dandos est etiamnum Vicarius? Bene habet! Daturus est statim. Vos cavete, ne illum exulem esse curetis, ut curasse vos Theodorum Cockium supra docui. Cavete, ne omnis ad eum accessus præclusus sit, ut fecisse vos in Gerardo Potcampio ostendi. Cavete denique, ne si, quod absit, novus Vicarius DD. Ordinibus displiceat, rationes queis se purgare volet, *nihili pensentur*, ut in Adamo Daemen contigisse, fassi estis vosmetipsi. Ecce quinque annorum spatio (b) tres Vicarios à Pontifice datos, per quos certè non stetit, *ut in his Provinciis personaliter degerent.*

1705.

Superest unum antequam vos dimittam. Quid causæ est, quod apud Præpotentes Ordines doleatis (quamvis extra propositum) de angustiis vestris circa Ordinationes Sacerdotales Alumnorum vestrorum? Dicitis, *nullum reperiri extraneum Episcopum, ne quidem in Gallia, qui contemptis difficultatibus inde cum Romana Curia orituris, Ordinationes Sacerdotales novellis Alumnis vestris impendere velit.* Hæc fidenter asseritis Anno 1717. cùm Anno superiore ingens numerus ab extraneo certè Episcopo ordinatus fuerit, ut ex succenturiato vestro, Anonymo Gallo docui suprà. Illud autem,

V Anno

(a) Bat. Sac. Par, 2, fol. 530. col. 1. (b) Theod. de Cock 1702. Potcamp 1705. Daemen 1707.

ARTIC. XIX. De Vicariatu Apostolico Joannis van Bylevelt.

Anno superiore, (1716.) in ore fuit & in horrore omnium. Tanta certè apud Præpotentes Ordines dissimulatio, ne quid gravius dicam, illos vobis iratos meritò reddidisset. Nobis verò, quia pugnantia loquimini, expedite vos, si Viri estis, & imposterum verum dicite.

Dum illi hic sudant, narrabimus nos, nullam querelarum illarum rationem habitam fuisse, etiamsi sequentibus diebus oblati fuerint tres alii Libelli, à tribus Sacerdotibus Refractariis citatis ad tribunal Nuntii Coloniensis. Quia verò evocationes illæ displicebant, ideo Mense Augusto ejusdem Anni 1717. ad Ordinum Deputatos accitus Byleveltius in mandatis accepit, ut Litteras daret quàm posset urgentissimas ad Nuntium Coloniensem, & ad Internuntium Bruxellensem, ut à citationibus abstineretur, sub comminatione quod aliàs ipse aliique Sacerdotes morigeri expellerentur è Provincia, & quod, si hæ minæ nihil profecissent, Ordines gravioribus pœnis in Catholicos agerent. Erat hæc difficilis non tantùm, sed moraliter Byleveltio impossibilis provincia, imò ipsis S. Sedis Ministris, qui ex Summi Pontificis mandato in intrusos non tantùm Missionarios, sed & in noviter & furtivè ordinatos Sacerdotes animadvertere necesse habebant. Hi postremi erant Catholicis non tantùm invisi, sed ipsi etiam populo refractario graves, qui sæpius renuit assistere Sacris, quæ ab illicitè ordinatis fiebant. Solent enim præferre illos Missionarios, quantumvis Refractarios, qui antiquis facultatibus à Sebasteno ante Suspensionem concessis gaudent, præ illis, qui aut clanculum ordinati, aut jurisdictione tantùm Heussenii vel Steenhovii muniti sunt. Norunt scilicet distinguere inter lepram & lepram.

Quia verò jam plusquam sesqui-Anni spatio de creando novo Vicario deliberatum fuerat, & de eligenda per Summum Pontificem persona, ac de permittenda ab Ordinibus muneris administratione, cum DD. Deputatis multoties actum fuerat, & res credebatur felicem exitum habitura: Citationes, evocationesque cessavêre donec nova à S. Sede responsa venirent. Cùm ecce Clemens XI. ut DD. Statuum desiderio satisfaceret (quantùm salvâ Justitiâ, & S. Sedis Auctoritate licebat) omni illos humanitatis genere, uti (c) aliàs declaraverat, prosequi volens, decrevit Joannem Van Bylevelt Ultrajectinum constituere Vicarium Apostolicum, jam quartum à Sebasteno, uti fecit per Breve expeditum Romæ die 2. Octobris 1717. (d)

Sed ille nihil melior aut felicior effectus Prædecessoribus suis, adversa omnia expertus est. Suscitatâ enim eidem lite coram Concilio Provinciali Hollandiæ, ob procuratam, ut volunt, morigeri Sacerdotis ad Stationem de Assendelft Missionem ab Internuntio Bruxellensi, die 3. Maii 1718. per Sententiam ejusdem Concilii mittitur in exilium, proscriptus extra Provincias Hollandiæ, Zelandiæ, & West-Frisiæ; condemnatus prætereà in mulctam duorum millium florenorum, & in misias Justitiæ.

Cùm hæc iterum curâ liberati essent Refractarii, & Byleveltius Vicarius Apostolicus *in his Provinciis personaliter degere* non posset, opportunum arbitrati sunt, ut ipsimet assurgerent animo, & Heussenio suo, prætenso Capituli Vicario, ab Ordinibus impetrarent Auctoritatem regendi Missiones Hollandicas, sine cujus licentia, nulli esset permissum Sacra facere, aut Stationem aliquam adire. In hunc finem, illo Anno multis egerunt apud Ordines, imò rumor percrebuit aliquo tempore, quod hac in parte exauditi essent. Unde, proscripto per publicam Sententiam Vicario, tanta mox rerum omnium confusio exorta est, quantam alia ætas nulla umquam vidit. Refractarii triumphabant, & à Patriæ moderatoribus, quorum favorem incredibilibus modis aucupari norunt, rerum Sacrarum gubernandarum potestatem, ut publicè ferebatur, adepti erant. Divulgabatur, penes ipsos stare, ut quotquot à Ministris Apostolicis ad illam messem destinati essent, pro libitu amandarentur ad exilia, aut carceres. Sed isthæc persuasio postea evanuit. Interim ipsi superbè extollebant cristas, ut ex causa Gysberti Van-Schooten, quam inficiari non ausint, liquet clariùs quàm ipsis gratum sit.

1718.

Sacerdos ille, Rotterodamensis, ad primariam Hagæ-Comitis Stationem, per exilium Vicarii Apostolici vacantem promotus fuerat ab Internuntio Apostolico Vincentio Santini. Sensit id Joannes Christianus Erckelius Districtûs Delflandiæ prætensè Archipresbyter, qui ad Gysbertum Litteras dedit omni acrimoniâ plenas, & vanis comminationibus turgidas, in quibus eidem, Sacra peragendi facultatem ad duas, uti garrit, hebdomadas largitur; seriò eumdem admonens, ut ab Heussenio prætenso Vicario, vel ab imaginario Capitulo dictæ facultatis prorogationem sibi quamprimum procuraret, nisi eorum indignationem experiri mallet. Risit ille cum pseudo-Archipresbyteri Schedula, & contra superba molimina se muniens, in attributa sibi per Internuntium statione securus permansit usque ad mortem. Habeo penes me tabulas hujus arrogantiæ testes, signatas à prædicto Gysberto die 9. Augusti 1718.

Post hæc, Refractarii ausi sunt quidlibet, & Mense Aprili 1719. angariaverunt Dominicum

(c) Vide Append. N. XCI. (d) Append. N. CV.

minicum Mariam Varlet Episcopum Babylonienſem, qui per Hollandiam iter faciens in Perſidem, Amſtelodami ſubſtitit, hoſpitio exceptus à Jacobo Krys. Hic, rogatu, ut ait, (e) Capituli Ultrajectini Sanctum Confirmationis Sacramentum ſuis tantummodò Sectatoribus adminiſtravit Ultrajecti, Lugduni Batavorum, & etiam Hagæ-Comitis.

Interim expetebatur ſummopere Vicarii Apoſtolici præſentia in illis Fœderati Belgii Provinciis à quibus lege exilii non arcebatur, & Clemens XI. Conſilium probaverat; quare ille Ultrajectum ſe contulit, & Miſſionis regimen aſſumpſit die 5. Julii 1719. Sed poſt ſeptem Menſium moram Ultrajecti factam migrat aliò, & tandem ſedem figit Arnhemii ubi etiamnum commoratur, intendens illis qui S. Sedi Apoſtolicæ communione adhærent, nullam gerens curam illorum, qui à nobis exiverunt.

Si eamdem quoque rationem tenerent Adverſarii, jam nec tantum pateretur tranquillitas publica, nec tam frequentia eſſent in rebus Sacris ad Magiſtratus ſeculares perfugia. Sed multùm adſeram tædii ac faſtidii, ſi hæc, quæ ſunt quotidiana, operoſiùs enarrem. Sufficerit adducere inceptum audax Cornelii Steenhoven, qui die 26. Septembris 1721. Sacerdoti Catholico ad Stationem extra Portam Oppidi Amſtelodamenſis vulgò *De Berebeyt*, à ſuperioribus deſtinato, tradidit Patentes, ut loquimur, Litteras, veluti Diploma Epiſcopale, quo eidem, quamvis in Diœceſi Harlemenſi laboraturo, Facultatem facit Sacra peragendi. Apographum, quod nactus ſum, inter *Monumenta* exhibeo, (f) in quo ille ſe dicit non tantùm prætenſi *Capituli Ultrajectini*, ſed *& Harlemenſis Vicarium Generalem, utrâque Sede Vacante*. Hic quod rideamus magiſne eſt, an quod deploremus?

1722\. Solus hactenus egit Steenhovius: aſt Anno ſequenti, tota ſimul Factio vocem extulit in famoſo MEMORIALI, quod patrio ſermone conſcriptum, & dein ſæpius typis impreſſum Ordinibus Hollandiæ obtulerunt contra S. Sedem, ejuſque Miniſtros: ſed quod tam eſt impudens, ut apud nullos gratiam, apud omnes offenſionem habuerit. Statim ſub initium vehementer delirantes quaſi multâ febre phrenetici, in Eccleſiam Romanam maledicta congeruot, quæ ante-acta ætas audivit numquam; & neſcio quem Dominatum fingentes, atque ex illo Reip. Hollandicæ periculum imminere ſomniantes, dum in Sedem Apoſtolicam inſidias ſtruunt, in ſe ipſos concitarunt odia omnium. Rejecto namque cum indignatione ab ipſiſmet Reip. Proceribus Libello famoſo, Ultrajectinorum Sacerdotum aliquos dicitur inſaniſſimæ hujus infamiæ puduiſſe. Et verò quiſquis ſanæ mentis eſt, & incolumi ſenſu ac capite, quantumcumque etiam malam cauſam tueatur & amet, ferre non valebit, aut probare ſanaticos hujus MEMORIALIS clamores. Unum adduco pro multis. Poſtquam de ſuprema, & ut barbarè loquimur, deſpotica (prout fingere libuit) S. Sedis per Hollandiam in ſpiritualibus poteſtate, mendaciter multa, & ineptè effutierunt, pergunt in hæc verba: „ (g) Procul dubio prudentiſſimis „ Reipublicæ noſtræ Moderatoribus placere „ nequaquam poſſet, quod quinquies centena millia Romanorum Catholicorum per „ has Regiones, imò per Provinciæ confinia diſperſorum, taliter expediti eſſent „ ſive prompti, ad exequenda quælibet imperata & juſſa ſive Imperatoris ſive Regis Boruſſiæ, (qui duo Principes vicini „ ſunt nobis) ut ad nutum utriuſque Monarchæ illorum obediretur deſiderio. Longè periculoſioris tamen videtur eſſe ſequelæ, ſi quando ſimilis Indigenarum numerus, incitatus imaginariis conſcientiæ „ obligationibus, ad nutum paratus eſſet ad „ facienda quæcumque vellent Romanæ Curiæ Miniſtri. „

ARTIC. XIX. De Vicariatu Apoſtolico Joannis van Byleveit.

Nemo mihi ſuccenſeat ſi infrunitum hunc rabulam, omnium mortalium ſceleſtiſſimum, & omni reſponſo indignum ad Morotrophium ablegem, donec liberetur ab intemperiis quibus agitur. Illud ſolummodo dicendum eſt pro potentiſſimæ Reip. ſecuritate (ſi tamen ob has furias inquieto umquam animo eſſe potuêre) quod Romano-Catholicorum omnium conſcientia, ad quam nefarius ille appellare auſus eſt, dictet & imperet, ut omnes & ſinguli Reip. Subditi fideliter ſubjaceant Dominis ſuis, idque non tantùm ex lege Divina, & ex omni Jure, ſed præterea etiam ex Summorum Pontificum & S. Sedis exhortationibus privatis, quarum

(e) In Præf. Apolog. pag. 8. (f) Append. N. CVI.

(g) *'t Zou ook zekerlyk niet van de goedkeur onzer zeer wyze Regenten zyn; dat vyfmael hondert duyſende Rooms-gezinde verſpreyd door het geheele Land, en ook zelf buiten haar eindpalen zoodanig gereed ſtonden, om uit te voeren alle ſchikkingen en beveelen des Keyſers of des Konings van Pruiſſen, die onze twee naburige Princen zyn, dat, als die Monarchen maer een wenck gaven, haar begeerte zoude werden opgevolgt. Dog van een veel gevaerlyker gevolg ſchynt het te zyn, zoo wanneer een diergelyck getal Ingezetenen, aangedrongen door verbeelde verpligtingen van gewiſſe, gereed ſtonde, om op een wenck alles te doen das de Miniſters van 't Roomſche Hof zouden willen.* Memorie voor de zeer Doorlugtige, Hoog-Edele en zeer wyze Regeerders dezer Hoog-mogende Republick. In S. Gravenhage, by KITTO 1722. Blad 6.

ARTIC. XIX. De Vicariatu Apostolico Joannis van Byleveld.

quarum in decursu Historiæ meminimus aliquando. (h) Et quamvis hæc repetenda minimè forent, (cognitâ scilicet, & numquam in suspicionem vocatâ Catholicorum Incolarum fidelitate) placuit tamen omnium nomine publicam hanc edere Declarationem.

Post furiosa adeò initia quis expectet saniora verba? Pergunt illi tamen in proposito, & Episcopum sibi dari postulant, sed talem inquiunt, qui sui juris sit, qui constet per seipsum, & cujus potestas, auctoritas, jurisdictio, gesta denique, actusque à Sedis Apostolicæ cura, providentia, correctione dependeant nulla in parte. Monstrum sibi fingunt quod adorent; unde etiam laborant, & sudant ut chimæræ suæ nomen quærant. Primò *Episcopum* futurum dicunt (i) *Romano-Catholicorum Archiepiscopatûs Ultrajectensis*, vel *per Archiepiscopatum Ultrajectensem*. Sed hic timent offensam Supremæ Potestatis; quare titulo Ultrajectensi valere jusso, *Episcopum* appellabunt *Romano-Catholicorum per Fœderatum Belgium*. Magna hæc est & planè nova Diœcesis, sed hic etiam cedunt, & simpliciter *Episcopum* nominari consentiunt. Sed omni nondum timore vacui, largiuntur tandem humiliter, ut *Præpositus* tantummodò, vel *Ordinarius* vocetur. Crediderim ego homines illos nocturnis aspectubus delusos nobis somnia narrare. Arrodunt enimverò etiam formulam, quâ Sacerdotes in Missionem Hollandicam destinandi, Summo Pontifici & Successoribus ejus promittunt *omnem obedientiam*, id est *veram*, ut habet Professio Fidei à Pio IV. edita, & toto Orbe celebrata. Ipsi, *omnem obedientiam* interpretantur (l) *obedientiam indefinitam*, & hanc pugnare aiunt, cum incolumitate Regnorum & Provinciarum, eò quòd omnia Potestatis secularis mandata enervet, ac irrita faciat, simul atque Pontifex illa aboleverit. Hic magnos nobis risus darent, nisi ageretur de re seria. Provocamus hos maledicos, ut in medium proferant illas Leges, Ordinationesque civiles, aut politicam illam disciplinam istarum Provinciarum, quæ ab obedientia Summo Pontifici, ut Ecclesiæ Catholicæ Capiti & Doctori universali præstitâ, imò juratâ, patiantur vel tantillum. Multa alia cœco furore conjecerunt in chartam, quibus excutiendis major insumendus esset labor, quàm purgando Augiæ stabulo. Sed cùm & ipsi omnes, & singuli ipsorum in Sacrorum Ordinum susceptione *veram obedientiam* jurejurando promiserint Pontifici Romano, sciant se esse perjuros, vel edant causam.

Mutant se Adversarii in omnes formas, & quos statim vidimus inverecundiâ & irâ plenos, jam exhibemus reverentiæ, atque observantiæ, quin imò pietati & misericordiæ publicè addictos. Diem ultimum clauserat Innocentius XIII. 7. Martii 1724. cui precibus & sacrificiis per totum Orbem parentabant Episcopi. Hic etiam Ultrajectenses nostri populo imposuerunt, & oratores visi sunt. Prodiit uno post Mense (m) Epistola prætensè Pastoralis Cornelii Steenovii & Gysberti van Dyk Sacerdotum Ultrajectensium, qui ambo se Vicarios dicunt Capituli Metropolitici Ultrajectini, quam typis impressam ad omnes tum seculares tum regulares Sacerdotes submiserunt per Missionem Hollandicam. Et Sacerdos quidem van Dalennoort *prætensus* Archipresbyter Delflandiæ, Schedulâ particulari (n) Missionariis Districtûs non sui, superbum pseudo-Vicariorum solium direxit. Dicit se ille *Officialem*; id scilicet deerat, ut aliquid esse putaremus magnificas pseudo-Capituli nugas. Cæterùm puto quod hic Officialis, Juris scientiam sibi acquisiverit in Universitate quam nominabunt numquam.

Manum hic ponunt ad aratrum quod Dominus ipsis non credidit dirigendum, imò quod Summi Pontifices illis eripuerunt plus vice simplici; sed cùm agrum ipsum injustè occuparint, mirum non est, quod ejus quoque culturam usurpent. Adferunt autem preces & gemitus quos nolumus, & suffragia non profutura, & sacrilega Sacrificia. Et qui tam enormiter verbis, & factis Pontificiam læsere Auctoritatem, hi pro sancta defuncti anima, qui ipsas Schismaticorum umbras non tam fugit, quàm fugat, preces fundunt: qui Ecclesiam Dei deturparunt, & diro schismate eam flagellarunt usque ad sanguinem, Hostias pacificas offerunt, & eleemosynas, & jejunia, nescientes scriptum esse: (o) quod *homo qui jejunat in peccatis suis*, sed *iterum eadem facit* non *proficit humiliando se*. ORATIONEM ILLIUS QUIS EXAUDIET?

Sed utinam verè humiliarent se, & sic primum tenerent pœnitentiæ gradum! Quin imò antiquâ etiamnum prurigine incitati nescio quid mussitant in pseudo-Pastorali Epistola, de *periculis* quæ *adeunt* Pontifices *dum alios regendos suscipiunt*. Sed esto id verum sit, & nemini negatum, statuant ipsi secum, quantam subeant damnationem, qui curam animarum arripiunt à nemine missi, & Sacris operantur ab omnibus prohibiti; & dum in alieno, sed legitimè nato, periculo trepidant, in proprio discrimine indebitè contracto, totis artubus contremiscant! Sed longè sunt à vera humilitate, imò ad superbiam accedunt diabolicam, qui obvoluto sermone & subdolis verbis, & malignæ illusionis aculeis tacitè sugillant Summorum Pontificum gesta, & Ecclesiæ regi-

(h) Vide etiam Bat. Sac. Par. 2. fol. 483. col. 1. Item fol. 504. col. 1. (i) Memor. pag. 10. (l) Pag. 13. (m) Append. N. CVIII. (n) Append. N. CIX. (o) Ecclesi. 34. ℣. ult.

regimen; nequiter commemorantes: datos olim fuisse Pastores *cum austeritate imperantes & cum potentia; qui ob peccata populorum subinde regnare sinuntur; qui contrariam viam insistunt; per quos dispergguntur greges, & fiunt in devorationem omnium bestiarum agri*; qui Summi Pontificis Electionem commendantes, eamdem projecta temeritate *Apostolatum* vocant *de quo prævaricatus est Judas*; deniqoe, qui callidâ machinatione preces ad Deum dirigunt, ut eligatur Pastur, *qui sit omnium Pastorum primus, & præcipuus Successor Petri*. Quò hæc tendant, facilè intelligimus qui vestris argutiis diu assuevimus.

Post indignissimam commendatiunem summi in Ecclesia negotii, ad propria studia convertuntur, & petunt Pontificem, *qui commotas tempestates in Ecclesia Hollandica componere* VALEAT, VELSTQUE. *Nostis*, inquiunt, *quam sævientibus procellis aliquot jam annis jactemur. Cernitis pacem exulare, & dirum Schisma Fidelem populum distrahere. Legitimos Pastores à multis deseri, dum aliis Presbyteris verâ Missione ac Potestate carentibus sese adjungunt*. Numquid hic Clodius accusat?

Pastorem bonum concessit Deus per Electionem Sanctissimi Domini nostri BENEDICTI XIII. per quam *exercuit misericordiam suam*, ut omnis Ecclesia testatur, & ipsi iisdem verbis exoptant. Spondemus nos, Sanctitatem suam ex animo VELLE & cupere *commotas* in Hollandia *tempestates componere*; & porro VALEETT Pontifex, si illi nullum adferant Pontificiæ voluntati impedimentum.

Sed hic multum est quod timeamus. Etenim antequam hæc agerentor, prætensi illi Capitulares, qui hactenus satis habuerani quod toti Orbi ludos præbuissent per electom à se Vicarium, Scenam rursus aperiendam censuêre per electionem quoque (si Superis placet) propriu Episcopi, factam die 27. Aprilis 1723. de persona Cornelii Steenovii. Et ne viderentur sine auctoritate procedere, rem discutiendam miserunt ad non unam Academiam, ut vulgò fertur. Consultationem sex comprehendunt capitibus, quæ nos breviter examinamus in *Dissert. XV*. Responsum Juris-prudentum hactenus divulgatum non est. Ausi tamen sunt per jocularem audaciam interpellare Romanum Pontificem pro ridiculæ Electionis coofirmatione, & ne per omnia ludum esse puerilem existimes, jam diu est, ex quo universos fabulæ spectatores in spem vocant sacrilegæ Consecrationis, ut detestabiles Ludi tragicè finiantur. Inaudita perduellio, quæ vix fidem inveniat apud posteros! Statuerat sanctissimæ memoriæ Pontifex Innucentius XIII. pro meritis castigare stupendam prævaricationem, sed morte præreptus justissimam animadversionem adhibere non potuit. Sed hic Summi Pontificis vices implevit Eminentissimum S. R. E. Cardinalium Collegium in Conclavi Apostolico, pro Successore eligendo congregatum, per Litteras (p) ad Belgii Internuntium datas, & noper publicatas. Quibus illi nihilo meliores effecti, sed in novam rabiem acti, opposuerunt scommata & maledictones, & mordax carmen, & væ. Promittunt Opus justæ molis; sed utinam sit sanæ mentis, quale non est Libellus ille (q) hoc Anno (qq) impressus, & his diebus mihi submissus, in quo propugnant has propositiones in Ecclesia Dei hactenus non auditas.

ARTIC. XIX. De Vicariatu Apostolico Joannis van Bylevelt.

1. *Pontifice absque justis causis Confirmationem Electi (Steenovii) negante, licet tamen, potest, & debet procedi ad Consecrationem Episcopi pro Ecclesia Ultrajectensi.* Par. 2. cap. 3.

2. *Consecratio peragi potest per unum Episcopum, si plures haberi nequeant.* Cap. 4.

3. *Potest omnis Episcopus, imò ei licet, & porrò tenetur Ecclesiæ Ultrajectensi succurrere etiam per Consecrationem propriis Episcopi. Ad hoc præcipuè tenentur Episcopi vicini; illis deficientibus, etiam remotiores; imò etiam aliquis in exilio existens.* Cap. 5.

4. *Institutio Episcopi in Ecclesia Ultrajectina nec potest, nec debet omitti ob timorem Schismatis inter Fideles.* Part. 3. Cap. 1.

5. *Institutio Episcopi in Ecclesia Ultrajectina non potest, nec debet omitti ob timorem Excommunicationum.* Cap. 2.

6. *Institutio Episcopi in Ecclesia Ultrajectina nec debet, nec potest omitti ob timorem numquam obtinenda reconciliationis cum Curia Romana.* Cap 3.

Has furias retulisse, refutasse est; utpote quæ nullo nituntur jure quàm rebellionis, & contumaciæ Post hæc, non est cum ipsis ampliùs rationibus agendum.

Et verò fortiter urserunt illi propositum suum ot obtinerent effectum consiliorum suorum, & misso Censurarum Ecclesiasticarum timore, excusso quoque Schismatis horrore, & reconciliationem cum S. Sede Apostolica, veluti rem nihili, contemnentes, ad Consecrationem Steenovii processerunt. Vuluerunt tamen videri omnem modum servasse; quare, invitarunt Episcopos vicinos, Litteris (r) à Joanne Christiano Erckelio datis prætensi Capituli nomine.

X Nun

(p) Append. N. CX.

(q) *Korte onderrechtinge voor de Catholycken der vereenighde Nederlanden, wegens de Kerck van Utrecht, ende des zelfs Recht tot een eigen Bisschop.* 't Amsterdam by JAN BEERNINCK Boekvercooper in de Hoogstraat. 1724. (qq) *Scribebat Auctor hæc Mense Julio 1724.* (r) Vide Append. Monument. N. CXI.

ARTIC. XIX. De Vicariatu Apostolico Joannis van Bylevelt.

Non ignorabant illi interim quod Episcopi nulli accederent, & ideo quoque viderur haud seria fuisse invitatio; Epistolam enim misit Erckelius die 6. Octobris 1724. & die 15. ejusdem Mensis & Anni Consecratio peracta est Amstelodami per unum Episcopum Dominicum Mariam Varlet Babiloniensem, ab exercitio Pontificalium suspensum à 15. Martii 1720. (s) ut agnovit ipse.

In illa verò Epistola summis laudibus effert Cornelium Steenovium, ut *omni ex parte commendatissimum*, quem *Factionis antesignanum* & *Excommunicationis vinculis sæpius irretitum* pronuntiaverant S.R.E. Cardinales in Comitiis pro deligendo Summo Pontifice Congregati. *Canonicè* quoque *electum* dicit, quem iidem purpurati Patres *temerè* & *nulliter* electum declaraverant. Excusationes quoque affert de non expectata Pontificia Confirmatione, & ad necessitatis prætextum recurrit. De his videri potest *Dissertatio XXII.*

Ipse verò Steenovius, postquam Episcopalis Consecrationis munus accepisset (t) *per detestabilem ac Sacrilegam manuum impositionem*, Ordinis exercitio ob temporum circumstantias, ut ait, aliquamdiu supersedendum duxit. Sed Mense Februario Anni 1725. hoc etiam ausurus, Litteras dedit ad Episcopos vicinos, quos certiores reddere voluit de arripiendo à se Ordinis Episcopalis exercitio. Epistolam, quam ea de re dedit ad Eminentissimum Cardinalem de Alsatia Archiepiscopum Mechliniensem, exhibeo inter *Monumenta*. (u) De pseudo-Electione sua, & de Consecratione profert eadem quæ Adversarii allegarunt in CAUSA ECCLESIÆ ULTRAJECTINÆ, de qua in posterioribus DISSERTATIONIBUS egimus abundè.

In altera parte Epistolæ implorat charitatem Eminentissimi Cardinalis Archiepiscopi, cui commendat tum seipsum, tum Ecclesiam Ultrajectinam, quam falsò vocat *suam*; audet etiam à Cardinali exigere Communionem Ecclesiasticam, ejusque intercessionem ad obtinendam gratiam Summi Pontificis. Nullum quidem ab Eminentissimo Principe responsum tulit, nec ab alio ullo Belgii Episcopo ad quos ejusdem tenoris Litteras exaravit; fortè illa de causa, quòd apud religiosa populorum corda non bonæ suspicionis esset, Litteras dare ad illum à cujus Communione abstinendum sanxit, & imperavit Summus Pontifex. Hoc enim habet firma, ac sincera Cathedræ Petri adhæsio, ut nobiscum nec amicitiam, nec pacem habere possint, qui cum Ecclesiæ Capite bella gerunt. Nec quidquam faciunt verba quæ reverentiam profitentur & observantiam, quamdiu animo, actibusque suis observantiam rejiciunt, & reverentiam conculcant.

Interim cùm nova hæc scandala vehementer doleret Summus Pontifex Benedictus XIII. illis obviam ire compulsus est per Breve Apostolicum, paternæ sollicitudinis suæ testimonium; in quo (v) Universis Catholicis in Fœderato Belgio commorantibus declarat, „ tam Electionem Cornelii Steenoven in Archiepiscopum Ultrajectinum „ fuisse irritam, ac prorsus nullam; quàm „ ejus Consecrationem fuisse omninò illicitam & execrandam. „ Fidelibus verò omnibus injungit ac vetat, ne eumdem „ pro „ vero Archiepiscopo Ultrajectino habeant „ & agnoscant, neve cum eodem ullo pacto, præsertim in Divinis, communicent. „

Si hoc etiam Breve Apostolicum eodem loco habeant Adversarii, quo antiquiora S. Sedis Decreta, & negligant, contemnant, ac rejiciant Summorum Pontificum pronuntiata omnia, dolebimus nos quidem, & boni omnes ingemiscent; ipsi verò objicient se periculo reddendæ rationis (qua horà non putabunt) justo, & supremo Judici Deo, qui Steenovium paucis ab accepto Brevi Apostolico diebus ad tribunal suum evocavit, & quam in hoc mundo, invità Sede Apostolica, personam lusit, unà cum vita jussit exuere die 3. Aprilis 1725

Atque hic præsentem Historiam concludimus Deum rogantes, ut ejus quoque memoriam à nobis auferat per deploratorum hominum conversionem. Amen.

(s) Apologie de M. l'Evêque de Babilone. pag. 50. (t) BENEDICTUS XIII. in Brevi ad Universos Catholicos Fœd. Belgii 21. Feb. 1725. (u) Append. N. CXII. (v) Append. N. CXIII.

F I N I S.

APPENDIX
MONUMENTORUM

QUÆ

IN PRÆMISSA HISTORIA

ECCLESIÆ ULTRAJECTENSIS

ET

IN SUBJUNCTIS DISSERTATIONIBUS

CITANTUR.

APPENDIX MONUMENTORUM

QUÆ IN PRÆMISSA HISTORIA ECCLESIÆ ULTRAJECTENSIS ET IN SUBJUNCTIS DISSERTATIONIBUS CITANTUR.

Bulla EUGENII PP. III. pro Electione Episcopi Trajectensis. *Ex Wilhelmo Heda Historiæ Ultrajectinæ pag. 163.*

N.º I. EUgenius Episcopus Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Decano, & Capitulo Ecclesiæ Trajectensis, gratiam, gloriam, & Apostolicam Benedictionem. Supplicatio Charissimi in Christo Filii Conradi Tertii Regis Romanorum Illustris, Nobis per dilectum Filium Conradum ipsius Fratrem, vestræ Ecclesiæ Præpositum, propter hoc ab eodem Rege ad Romanam Curiam destinatum, continebat, ut Privilegia per Romanorum Reges & Imperatores Antecessores suos Ecclesiæ vestræ concessa, nec non Privilegium ab ipso Ecclesiæ vestræ prædictæ concessum, Auctoritate Apostolicâ dignitaremur confirmare; cujus Privilegii tenor talis est. In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Conradus divinâ fivente clementiâ Rex Romanorum Tertius. Si Ecclesias Dei amplificamus & earum Jura Regali auctoritate tuemur & confirmamus, Antecessorum nostrorum piorum Regum, vel Imperatorum exempla imitamur, & hoc nobis ad Regni nostri celsitudinem, & præcipuè ad animæ nostræ salutem profuturum non ambigimus. Et *propter tam futurorom, quàm præsentium Christi, nostrique Fidelium Regni noverit industria, quod nobis apud Trajectum Civitatem residentibus, & de pace, ac de statu Regni tractantibus, fidelis noster Hardbertus ejusdem loci venerabilis Episcopus, Conradus

* *Forte legendum*: Ea propter.

radus frater noster Præpositus, Decanus, & Capitulum Majoris Ecclesiæ dictæ Civitatis ad nostram præsentiam venerunt, nostræ Celsitudini supplicantes, ut sicut Antecessores nostri pii Romani Reges & Imperatores, ipsam Ecclesiam Trajectensem multis honoribus & Privilegiis dotaverunt, sic Nostra Regalis Excellentia ipsorum vestigia imitando, dictæ Ecclesiæ aliquam honoris prærogativam concedere dignaremur. Nos itaque considerantes, quod Regalem decet Excellentiam, illos honorare debere prærogativà ampliori, quorum devotionem continuis obsequiis experimur, attendentes etiam Nos, & Antecessores nostros Reges & Imperatores in dicta Ecclesia à fundatione ejus inter Canonicos primum locum obtinere, nostramque Præbendam in eadem duos deservire Sacerdotes, pro nostra salute, & Regni tranquillitate, ac pace Dominum exorantes, & dicti Hardberti Venerabilis Episcopi fidele servitium, ac Dilectorum Nobis Decani, & Capituli grata obsequia, & devotionem frequentem, quâ nostram Regalem Excellentiam, & dilectam Conjugem nostram Gertrudim Reginam per aliquod tempus in ipsa Civitate commorantem plurimùm honorarunt. Et propter hoc volentes eandem Ecclesiam Majorem Trajectensem honoris prærogativà speciali sublimare, ob remedium animæ nostræ, & animarum Domini Henrici III. Avi nostri, (cujus viscera in ipsa Ecclesia pro pignore sunt sepulta) & Henrici IV. Avunculi nostri Imp. nec non interventum dilectæ Conjugis nostræ Reginæ prædictæ, ac Conradi Fratris nostri charissimi ejusdem Ecclesiæ Præpositi, Jus eligendi, & instituendi Episcopum in ipsa Ecclesia, quod ad Reges Rom. & Imperatores pertinere dignoscitur, & ab Antecessoribus nostris Regibus & Imperatoribus usque ad nostra tempora est devolutum, & deductum, antedictis Præposito, Decano, ac Capitulo Ecclesiæ Trajectensis, ac Dilectis nostris Præposito, Decano, & Capitulo Ecclesiæ Sancti Bonifacii ejusdem loci, eidem Majori Ecclesiæ ab earum fundatione speciali fraternitate, ut Nobis innotuit, conjunctis, in donationem perpetuam Regali magnificentiâ concedimus in donum, & damus potestatem nostram omnimodam à nullo Successorum nostrorum infringendam; ut cùm Episcopatum prædictum vacare contigerit, iidem Præpositi, Decani, & Capitula Majoris, & Sancti Salvatoris Trajectensis antedicti, & nulli alii, nisi Ecclesiarum suarum Concanonici, Episcopum alium eligendi plenariam habeant potestatem. Ut autem hæc nostra donatio, donum, & Privilegium Regiâ Magnificentiâ voluntariè, ac liberaliter concessa iisdem perpetua sint, & rata credantur ab omnibus, & inconvulsa omni deinceps tempore conserventur, hac in charta conscribi jussimus, manu propriâ, ut infrà videtur, corroborantes; idoneos testes, qui præsentes aderant, subter notari fecimus, quorum nomina hæc sunt: Ancelinus Havelburgensis Episcopus, Albero Leodiensis Episcopus, Wernerus Monasteriensis Episcopus, Nicolaus Cameracensis Episcopus, Udo Osenburgensis Episcopus. Walramus Dux, Wilhelmus Comes Palatinus, Henricus Comes De Zutphene, Arnoldus Comes de Clivo, Adolphus Comes de Monte, Henricus Comes de Gelre, Conradus frater noster Præpositus Trajectensis, Emo Præpositus Sancti Bonifacii, Conradus Tielensis Præpositus, Lambertus Sancti Petri Præpositus, Godefridus de Renen, Alardus de Megene, Otto Præfectus Trajectensis, Egbertus de Amstelle, Bertoldus de Aldenseele, Jacobus de Satersloe. Signum Domini Conradi Romanorum Regis III. Ego Arnoldus Cancellarius vice Henrici Moguntini Archiepiscopi & Archicancellarii recognovi, Anno Dominicæ Incarnationis M. CXLV. Indict. VIII. XV. Kalend. Novemb. regnante Conrado Romanorum Rege Tertio. Anno verò Regni ejus VIII. Data apud Trajectum in Christo feliciter. Ea propter Nos pro Nostræ Ecclesiæ reverentia, & ejusdem Regis supplicantis instantiâ inclinati, considerantes etiam ad Ecclesiam vestram dicti Regis devotionem, quâ ipsam Regali Magnificentiâ favorabiliter, & excellenter honoravit, antedictum Privilegium, cujus tenor his nostris Apostolicis Litteris de verbo ad verbum est insertus; & omnia Privilegia per Romanos Reges & Imperatores Ecclesiæ vestræ ad honorem Christi, & Ecclesiæ exaltationem concessa, Apostolicâ Auctoritate confirmamus, inhibentes sub Anathematis vinculo, ne Imperialis, vel Regalis, vel Episcopalis, Clericalis, vel laicalis persona aliqua cujoscunque statûs, & conditionis existat, ipsam Ecclesiam Trajectensem, contra hujusmodi Privilegium, & nostræ Confirmationis tenorem, molestare, aut in ejusdem præjudicium in præmissis quidquam in perpetuum audeat attentare, decernentes irritum & inane, si quid à quoquam in contrarium fuerit attentatum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ Confirmationis paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum XV. Kalend. Aprilis, Pontificatûs nostri Anno primo.

CLE-

CLEMENTIS Papæ VII. Bulla Confirmationis translationis temporalitatis Ecclesiæ Ultrajectensis in Carolum V. Cæsarem, tamquam Ducem Brabantiæ & Comitem Hollandiæ. *Ex Beka & Heda ad calcem.*

II. CLEMENS Episcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex (ad quem, sicut omnium rerum spiritualium cura pertinet, ita bona quoque temporalia ad quascumque Ecclesias spectantia ipsius sunt dispositionis) pro Pastorali Officio sibi demandato ea assiduè agit, & meditatur, per quæ Ecclesiæ ipsæ tam Cathedrales, quàm Collegiatæ, & illarum Episcopi, & Prælati quietè & tranquillè, ac pacificè vivere possint. Et si quando contingit Episcopos & Prælatos ipsos à suis Sedibus & Ecclesiis violenter ejici, & extrodi, & propterea ad secularium Principum opem implorandum confugere, ipsorumque sumptibus, viribus, & copiis in pristinas Sedes rursos reponi & restitui, ac per eos in tantorum beneficiorum remonerationem bona ipsa temporalia, & secularem eorum jurisdictionem iisdem Principibus liberatoribus concedi, & in eos transferri, Pontifex ipse tales concessiones & translationes auctoritate Apostolica approbare, & confirmare, ac de novo concedere consuevit, ut eo scilicet pacto & ipsarum Ecclesiarum incolumitati consulatur & earum Episcopi & Prælati, in quiete, tranquillitate, & securitate constituantur, prout id in Domino conspicit salubriter expedire. Sanè licet à longis retroactis temporibus, ad omnes Episcopos Trajectens. qui pro tempore fuerunt, Dominiom tam spirituale quàm seculare Ecclesiæ Trajectens. ac plurium Oppidorum, locorum & Castrorum, tam in agro Trajectens. quàm in partibus superioribus Patriæ Transysselanæ consistenoum, plenissimo jure pertinuerit; nihilominus Dilectus Filius Nobilis Vir Carolus Dox Gelriæ præter jus & fas primò bonæ memoriæ Fredericum Marchionem Badensem olim Episcopum Trajectens. quoddam ex ipsis Oppidis manu armatâ ac militari spoliavit, illudqoe violenter occupavit; ad quod rursus vindicandum, idem Fredericus Episcopus ingentes expensas innumerosque labores subire coactus fuit. Et deinde idem Carolus Dux, similis memoriæ Philippum de Burgundia etiam Episcopum Trajectens. pluribus ex eisdem Castris & Oppidis vi & armis spoliavit, sibique injustè usurpavit, pro quibus recuperandis licet magni sumptus à prænominatis Episcopis facti, pecuniæque ingentes erogatæ fuerunt, tamen ea loca sic occupata, in manibus & potestate ipsius Ducis Caroli permanserunt usque ad tempus, quo Dilectus Filius Henricus Comes Palatinus & Dux Bavariæ in Episcopum Trajectensem electus, & electio hujusmodi Apostolica forsan Auctoritate confirmata extitit. Qui quidem Heoricus electus animadvertens, quod damna & incommoda, * *quæ* Præcessores sui Episcopi Trajectenses subierant, ut ea quoquo pacto resarciret, ac paci, quieti, securitatique suæ, ac subditorum suorum consuleret, talem concordiam opera & interventu Venerabilis Fratris nostri Archiepiscopi Treverensis, cum eodem Carolo Duce inierat, ut ipse Heoricus electus ei summam quinquaginta millium florenorum enumeraret, & quorundam Castrorum occupatorum usumfructum ad ejus vitam dimitteret, quæ quidem Castra, eo defuncto, rursus ad Ecclesiam redirent, sed eâ lege, ut si proles legitima ex eo superesset, illi proli duntaxat quinquaginta millia florenorum persolverentur. Cætera verò Castra sic occupata, ex tunc eidem Henrico Electo restitui deberent, prout mox etiam restituta fuerunt. Et qoamvis dictus Henricus Electus, eâ Concordiâ sic stabilitâ, omninò speraret se deinceps summa in pace, & tranquillitate unà cum subditis suis permansurom, nihilominus ipse Carolus Dux, oblatâ occasione, quod idem Henricus Electus interim populari seditione fuerat repulsus, immemor fœderis, & concordiæ hojusmodi, Castra & Oppida Patriæ Transysselanæ invadere, eaque obsidione premere veritus non fuit. Et cùm Castrorum & Oppidorum prædictorum Consules, & Præfecti ad opem, & auxilium implorandum ad dictum Henricum Electum confugissent, & ille, utpote ex sua Civitate ejectus, opibusque exutus, minimè opitulari potuisset, quod reliquum fuit, eis per Litteras suas, ut à Capitaneo Charissimi in Christo Filii nostri Caroli Romanorum & Hispaniarum Regis Catholici in Imperatorem electi, qui Frisiæ præerat, auxilium deposcerent, concessisset, & ipsum Carolum Regem, qui etiam Dox Brabantiæ & Comes Flandriæ & Hollandiæ existit, in Dominum cognoscerent, licentiam dedisset, absolvendo eos ab Hommagio sibi præstito, ac juramentom fidelitatis eis relaxando, ac dicti Con-

* *Deest in Editione citata, sed videtur omninò addendum cum interpunctionibus à nobis adhibitis.*

Consules ad hoc deputati, Litterarum earundem vigore, post quædam capitula eum ipsius Caroli Regis ministris confecta, inter cætera continentia, ut dictus Carolus Rex quamprimum exercitum instruere, ac Bellum ipsi Carolo Duci inferre deberet, se ipsi Carolo Regi dediderunt, & homagium & juramentum fidelitatis ejus tunc Procuratori præstiterunt. Et cùm interim Populus Trajectensis de Electo restituendo, &, si eis venia daretur, rursus in Civitatem revocando pertractasset, Dux ipse dolo & fraude quorundam seditiosorum allectus Civitatem Trajectens. clandestinè occupavit, eamque hostiliter diripuit, & ut scelus sceleri adjungeret, Ecclesias prophanare, illarumque bona invadere, & diripere, ac auferre veritus non fuit; quinimò quæ ad Divinum cultum erant destinata, sacrilego conatu ademit, atque osurpavit. Propter quæ ipse Henricus Electus tot undique molestiis & ærumnis circumventus, ad dilectam in Christo Filiam Nobilem Mulierem Margaretam Archiducissam Austriæ pro dicto Carolo Rege in partibus Flandriæ Gubernatricem: Nec non ipsius Caroli Regis in Ducatu Brabantiæ & Comitatu Hollandiæ Procuratorem confugere, & adversùs tam atrocem injuriam, horrida facinora, necessariam opem implorare coactus fuit. Et cùm dictam Margaretam ad id promptissimam invenisset, & mox certus dicti Caroli Regis Capitaneus valido exercitu magnis quidem sumptibus coadunato & sub signis constituto, in Ducatu dicti Caroli Ducis impetum fecisset, ac Oppida sub ipso Duce violenter occupata recuperasset, & ipsum Henricum Electum in sua Civitate, à qua ejectus fuerat, restituisset, præfatus Henricus Electus tot calamitatibus ope ipsius Caroli Regis tandem liberatus, animadvertens se, & Civitatem ipsam, ac tot Castra & Oppida & Municipia ad suam Ecclesiam Trajectens. spectantia non sine magna impensa, sibique intollerabili, diutius retinere, nec de expensis pro exercitu in ejus defensionem, & subsidio comparato factis, præfata Carolo Regi satisfacere; ac cupiens dicto Carolo Regi ob tot in se collata beneficia gratiam aliquam referre, & demum suorum subditorum quieti & tranquillitati ac securitati consulere, eosque ab imminentibus periculis & futuris incommodis præservare, ex præmissis, & aliis non minoris momenti causis, Civitatem ipsam, ac Oppida, Castra, municipia & loca partis inferioris Trajectensis ad ipsum Henricum Electum suosque Successores Episcopos Trajectenses, ac Mensam Episcopalem Trajectensem legitimè spectantia, cum illorum machinis, tormentis, bombardis ac omnibus & singulis juribus & pertinentiis, jurisdictione temporali, nec non vasallis, Officiariis, subditis & incolis suis, in ipsum Carolum Regem transtulit & transfudit, ac omnes excisias, Census, redditus, emphitioses, terras, pascua, decimas, vineas, sylvas, Jura patronatûs tam Laicalia quàm Castralia, nec non omnia Thelonia, & Theloneorum Jura, Studia, Vasallagia, Dominia, & ut vulgò dicunt altas, medias & bassas Jurisdictiones, & demum omnem temporalem & secularem Jurisdictionem, aliaque servitia & Jura quæcunquo ad eum ratione dictæ Ecclesiæ Trajectens. in Civitate, Oppidis, Castris, fortalitiis, terris, locis, Dominiis & utraque Patria tam Transysellana, quàm Cisysellana prædictis quomodolibet spectabant & pertinebant, cum omnibus & singulis eorum pertinentiis & appenditiis, ac libris feudorum & redditũum, chartis, Registris, computis & aliis scripturis præmissa concernentibus, præfato Carolo Regi tanquam Brabantiæ Duci, & Holland. Comiti pro se, & Successoribus Ducibus Brabantiæ & Comitibus Hollan. seu ejus tunc legitimo Procuratori sub Sedis Apostolicæ beneplacito concessit & donavit, ac in eum transtulit. Nec non omnes & singulos Vasallos, Officiales, Subditos & Incolas prædictos à Juramento fidelitatis & alia quacunque obligatione, quà sibi & Domino temporali tenebantur, absolvit. Eisque ut à præfato Carolo Rege ex tunc de cætero auxilium implorare, illique ac Hæredibus & Successoribus tanquam Ducibus Brabant. & Comit. Holl. Homagium, & Juramentum fidelitatis præstare valerent, liberam licentiam expressè concessit, reservatâ sibi ac Successoribus suis Episcopis Trajectensibus solâ Jurisdictione sua spirituali per Civitatem prædictam & Diœcesin Trajectensem, unà cum Domo sua Episcopali in eadem Civitate consistente, & una alia Domo extra dictam Civitatem in Diœcesi sua Trajectensi sita, in qua ipse & Successores sui Episcopi Traject. cum sua familia quietis & otii gratia considere possent. Sic tamen quod ipse Carolus Rex, Henrico Electo & Successoribus prædictis, nomine annuæ pensionis duorum millium Caroleorum aureorum pro dote ejusdem Ecclesiæ persolveret; ac præmissa omnia acta & constituta sint cum scitu & expresso consensu Dilectorum Filiorum Præpositorum, Decanorum, & Capitulorum prædictæ Majoris & Collegiatarum Sancti Salvatoris, Sancti Petri, Sancti Joannis, & Beatæ Mariæ Trajectensium Ecclesiarum, qui habitâ matura consultatione, diligentique examine, ea omnia approbarunt & rata, firmaque & stabilia esse voluerunt, ipsique Præpositi, Decani, Capitulaque, qui tempore quo præfatus Henricus Electus Consulibus & Deputatis Patriæ Cisysellanæ hujusmodi per suas Litteras concesserat facultatemque tribuerat, ut dictum Carolum Regem in Dominum recognoscerent, ac illi ho-

homagium, & fidelitatis juramentum præstare possent, à Civitate erant expulsi, nec in loco Capitulari simul convenire, & consultare poterant, jam tunc de præmissis omnibus, quæ tunc temporis peracta fuerant, plenam notitiam habentes matura cum deliberatione, debitisque & consuetis tractatibus præmissis, omnia per Henricum Electum, ac Consules, & Deputatos Castrorum Patriæ Transysselan. vigore Literarum Henrici Electi eis concessarum, gesta & facta in omnibus, & per omnia approbarunt, & ratificarunt. *Et insuper iidem Præpositi, Decani, & Capitula* planè considerantes, id quod multis experimentis didicerant, propter Electiones Episcoporum in discordia factas, cùm alii aliò traherent, & suis quisque factionibus inhæreret, Civitatem, universumque populum, atque etiam ipsosmet in tot ærumnis & calamitatibus frequenter incidisse, ne quid tale ex tunc deinceps eveniret, ultro ac sponte *eidem Carolo Regi tanquam Duci Brabantiæ & Comiti Hollan. concesserunt* * & *quoties contingeret Ecclesiam Trajectensem carere Pastore, nullius in eorum Episcopum eligendi jus, vel potestatem haberent, præterquam illius, quem dictus Carolus Rex ut Dux Brabantiæ & Comes Hollan. significandum, insinuandum, nominandumque duceret.* Adjicientes etiam, ut nullus in Decanum alicui ex quinque Ecclesiis antedictis præficeretur, nisi qui ipsi Carolo Regi gratus & acceptus foret; & cùm tunc Procurator dicti Caroli Regis præmissa omnia approbasset, acceptasset, & rata habuisset, ipsi Præpositi, & Decani tam Procuratorem, quàm Henricum Electum præfatos, ad Majorem Ecclesiam comitati sunt. Et ibidem Procuratorem in tabernaculo decenter urnato collocarunt, Episcopo, & nonnullis Præpositis, ac Decanis earundem Ecclesiarum, in suo quisque stallo, ut moris est, constitutis, & deinde Hymno *Te Deum laudamus*, altâ voce, jucundè, & alacriter decantando, ac Missâ solenni à quodam Episcopo celebratâ, rursus Henricum Electum, & Procuratorem præfatos ad Domum Episcopalem comitati sunt, Electoque ibidem relicto, mox dictus Procurator, Prælatis & Nobilibus plerisque comitantibus, ad publicum urbis Palatium se contulit, atque inde ad domum privatam cujusdam civis satis magnificè instructam divertit; pulsatâque campanâ, ad cujus sonitum populus in unum convenire solet, Nobilibus, aliisque dictæ Civitatis Ordinibus in conspectu ejusdem Procuratoris aggregatis, perfectâque Juramenti Formulâ, quâ communi dicto Carolo Regi erant præstituri, Populus Universus, denudato cujusque capite, duobusque digitis dexteræ manûs sursum erectis, juxta morem qui jurejurando inibi observatur, solemne Juramentum præstiterunt, & vicissim dictus Procurator ipsius Caroli Regis nomine, honestè, beneque tractare, & ab ingruentibus malis, & periculis protegere, & tueri, ac in omnibus boni, clementisque Domini Officio fungi promisit, & ad ea observanda jurejurando se astrinxit. Quæ omnia, tam Henricus Electus, quàm Capitula præfati proponi fecerunt in Consistorio nostro, coram nobis petentes, ea ut stabiliora sint, ac plus roboris & firmitatis obtineant, Apostolica Auctoritate approbari, & confirmari, ac de novo concedi. Nos igitur, habita super his cum Venerabilibus Fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus maturâ deliberatione, & discussione, Electum, & singulares personas Capitulorum hujusmodi, à quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris & Pœnis à Jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, de eorundem Fratrum consilio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ Potestatis plenitudine, translationem temporalis Jurisdictionis, Civitatis, Castrorum, & Oppidorum, tam Patriæ Transysselanæ superioris, quàm Patriæ Trajectensis inferioris, ac aliorum jurium prædictorum, in ipsum Carolum Regem tamquam Ducem Brabantiæ & Comitem Hollandiæ, ac illorum donationem, ac alia per eundem Henricum Electum de eorundem Capitulorum consensu facta, Auctoritate Apostolicâ tenore præsentium approbamus, & confirmamus; præterquam quoad cassationem pensionis, in eventum unionis Mensæ Episcopalis Trajectensis ** Beneficiorum Ecclesiasticorum valore dictæ pensionis. Supplentes omnes, & singulos tam juris, quàm facti defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, ac potiori pro cautela Civitatem & Castra, ac alia jura prædicta eidem Carolo Regi, & Successoribus suis Ducibus Brabantiæ, & Comitibus Hollandiæ in perpetuum de novo concedimus, ac *Electiones per Capitula ipsa in Episcopum Traject. absque ipsius Caroli Regis & Successorum suorum Ducum Brabantiæ, & Comitum Hollandiæ prædictorum Nominatione*, nec non Electiones Decanorum Ecclesiarum hujusmodi, illorum Decanatuum occurrente vacatione, de aliis personis, quàm Carolo Regi, & ejus Successoribus præfatis, gratis, & acceptis, pro tempore *factas, nullas, nulliusque roboris, vel momenti existere eâdem Auctoritate decernimus.* Quocirca Venerabilibus Fratribus nostris Archiepiscopo Panormitano, & Episcopo Castelli Maris, ac Dilecto Filio Decano Ecclesiæ S. Lebuini Daventriensi, Traject. Diœces. per Apostolica

* *Legendum:* ut, *prout etiam legit* Erckelius in Assert. Juris Pag. 14. ** *Desunt aliqua.*

Apoſtolica Scripta mandamus, Quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, Carolo Regi, & Succeſſoribus ſuis prædictis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant Auctoritate noſtrâ præſentes Litteras & in eis contenta hujuſmodi firmiter obſervari, ac ſingulos, quos Litteræ ipſæ concernunt, illis pacificè frui, & gaudere: non permittentes eos deſuper contra præſentium tenorem quomodolibet moleſtari, inquietari, aut perturbari. Contradictores Auctoritate noſtrâ per Cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo, non obſtantibus fel. record. Pauli Papæ Secundi Prædeceſſoris noſtri, & quibuſvis aliis Apoſtolicis, etiam in Conciliis generalibus editis, etiam ſimiles approbationes fieri prohibentibus Conſtitutionibus; nec non Majoris, & Eccleſiarum aliarum prædictarum juramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate aliâ roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, privilegiis quoque, & indultis Apoſtolicis Epiſcopo Trajectenſi pro tempore exiſtenti, & dictarum Eccleſiarum Capitulis ſub quibuſcunque tenoribus & formis conceſſis, approbatis, & innovatis: quibus omnibus tenores illorum præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis, aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus, contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus, communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, confirmationis, conceſſionis, Decreti, mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Domini milleſimo quingenteſimo viceſimo nono, tertio decimo Kalendas Septembris. Pontificatûs noſtri Anno ſexto Sic ſcriptum ſupra plicam. A de Caſtillo. Et ſupra dorſum erant ſcripta verba ſequentia: Regiſtr. In Cancellaria Apoſtolica. De Cœſis. Sigillata ſigillo aureo appenſo cordulæ ſericæ coloris rubei & crocei.

Extractum ex Bulla PAULI IV. SUPER UNIVERSAS ORBIS ECCLESIAS &c. data Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quinquageſimo nono, IV. Idûs Maii, Pontificatûs ſui Anno quarto.

III. Cameracenſem verò, & Collegiatam S. Rumoldi Oppidi Mechlinienſis, & TRAJECTENSEM Eccleſias in Metropolitanas, ac Cameracenſes, & TRAJECTENSES Sedes Epiſcopales in Archiepiſcopales, eaſque & ipſam Eccleſiam S. Rumoldi, Metropolitanorum Præſulum Sedes ac Provinciarum Capita, ſcientiâ, conſilio & Poteſtatis plenitudine ſimilibus, Auctoritate, & tenore præmiſſis, etiam erigimus, & inſtituimus.

IV. Eidem autem Philippo Regi, ejuſque Succeſſoribus, qui pro tempore ejuſdem Regionis in temporalibus Domini extiterint, *Jus nominandi* perſonas idoneas, in Theologia Magiſtros, aut in Decretis Doctores, ſeu Licentiatos, nobilium Univerſitatum more, diligenti examine præcedente promotos, ad Mechlinienſem, Antverpienſem, Trajectenſem, Atrebatenſem, Tornacenſem, Harlemenſem, Ruremundenſem, Namurcenſem, Gandavenſem, ac Brugenſem, Daventrienſem, Buſcoducenſem, Leovardienſem, Gruningenſem, Middelburgenſem, Eccleſias prædictas, tam in hac prima vice, quàm quotieſcumque illas pro tempore vacare contigerit, *Nobis & Romano Pontifici*, qui pro tempore fuerit, per Nos, & eumdem Pontificem in Archiepiſcopos, & Epiſcopos earum, ad *nominationem ejuſmodi inſtituendos*, de eodem conſilio, & ſcientia, ac Auctoritate præmiſſis, in perpetuum reſervamus, atque concedimus, ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis Auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

EXTRACTUM.

Extractum ex Bulla Pii IV. Ex INJUNCTO NOBIS APOSTOLICÆ SERVITUTIS OFFICIO &c. Data Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo, quinto Iduum Martii, Pontificatûs sui Anno secundo.

V. ET quoniam antiqui proventus annui Mensæ Episcopalis Trajectensis olim uberrimi, sic sensim depenisse dicantur, ut hodiè valorem annuum duorum millium & sexcentorum Ducatorum auri de Camera, secundùm communem existimationem vix constituant, longèque tenuiores sint, quàm quod ad manutenendum Dignitatis Archiepiscopalis statum expediat. Igitur, ut ipsi Mensæ de ampliori dote, ad concurrentiam Mensæ Archiepiscopalis Mechliniensis, minori quo potest detrimento, vel incommodo, consulatur; à Monasterio Sancti Pauli Trajectensis, Ordinis Sancti Benedicti, seu illius Mensâ Abbatiali, quæ uberrimis proventibus pollet, Decimas, Proprietates, & Jura in Ducatu Geldriæ consistentia, & ad Monasterium, seu Abbatialem hujusmodi, aut Conventualem, vel communem Mensam pertinentia, quorum fructus, redditus, & proventus quingentorum Ducatorum auri de Camera, * ut etiam accepimus, annuatim non excedunt, seu ex eisdem usque ad dictum valorem annuum ex nunc, dummodo si illi ad solum Abbatem ipsius Monasterii pertineant, dilecti Filii moderni Abbatis ad hoc accedat assensus: sin autem, cùm primùm per cessum vel decessum ejusdem moderni Abbatis dictum Monasterium vacare contigerit, ex nunc prout ex tunc, & è contrà perpetuò separamus, dividimus & dismembramus; illaque sic separata & dismembrata dictæ Mensæ Trajectensi pro augmento dotis hujusmodi perpetuò applicamus, & appropriamus.

VI. Et ulteriùs unum & unam Majoris, ac alium & aliam Sancti Salvatoris, nec non alium & aliam Sancti Petri, ac alium & aliam Sancti Joannis, nec non reliquum & reliquam Sanctæ Mariæ Trajectensium Ecclesiarum Canonicatus & Præbendas, quos primò, nec non quarum in simul quingentorum ** De Oudewaeter & Werder hospitalis Sancti Joannis Jerosolymitani, Bajulivatûs Sanctæ Catharinæ Trajectensis, dicti hospitalis Sancti Johannis Jerosolymitani, etiam cùm primùm illos per cessum, etiam ex causa permutationis, vel decessum illos nunc obtinentium, etiam apud Sedem Apostolicam prædictam, aut aliàs quibusvis modis, & ex quorumcumque personis, etiam in aliquo ex mensibus in quibus vacantium beneficiorum dispositio Nobis, aut Romano Pontifici pro tempore existenti, per Constitutiones Apostolicas, vel Cancellariæ Apostolicæ Regulas, seu Litteras alternativarum, aut alia privilegia, & indulta reservata existat, seu fuerit, simul, vel successivè vacare contigerit, ex nunc prout ex tunc, & è contrà; vel etiam si illi ad præsens, nec non omnes quæ longiori, quàm quod in illarum fundationibus seu ordinationibus exprimetur, tempore, vacarunt, & Priori Provinciali Domûs Sanctæ Elisabeth, etiam Trajectensis, Hospitalis Teutonicorum subjectæ sunt, quarum etiam quingentorum Ducatorum auri de Camera, secundùm eamdem existimationem, valorem communem, ut similiter accepimus, non excedunt, dicti Hospitalis Beatæ Mariæ Teutonicorum, præceptorias, Commendatarias nuncupatas, quibusvis modis, & ex quorumcumque personis, seu per liberas resignationes, quamvis de illis in Romana Curia vel extra eam, etiam coram Notario publico & testibus spontè factas, aut Constitutione piæ memoriæ Johannis Papæ XXII. etiam Prædecessoris nostri, quæ incipit Execrabilis, vel assecutionem alterius beneficii Ecclesiastici, quavis auctoritate collati vacent, etiamsi tanto tempore vacaverint, quod eorum collatio juxta Lateranensis Statuta Concilii ad Sedem Apostolicam præfatam legitimè devoluta, ipsique Dispositioni Apostolicæ specialiter, vel generaliter reservati, & Conventuales existant, & ad illos consueverint, qui per electionem assumi, eisque cura etiam jurisdictionalis immineat animarum, super eis quoque inter aliquos lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendent indecisa, cum omnibus Juribus, Jurisdictionibus, annexis, & pertinentiis suis, Mensæ Trajectensi prædictæ perpetuò unimus, annectimus, & incorporamus; ita quod liceat pro tempore existenti Archiepiscopo Trajectensi corporalem possessionem Decimarum, proprietatum & Jurium dismembratorum, nec non præceptoriarum Canonicatuum & Præbendarum

* Supple: valorem communem. ** Desunt nonnulla.

Digitized by Google

darum, Juriumque, Jurisdictionum annexorum, & pertinentiarum prædictorum, per se vel alium, seu alios propriâ Auctoritate liberè apprehendere, & perpetuò retinere.

VII. Ac in singulis Majori Trajectensi, & Sancti Salvatoris, ac Sancti Petri, nec non Sancti Johannis, & Beatæ Mariæ Ecclesiis hujusmodi tamquam ibibi Capitularis, locum, vocem, & auctoritatem super Decanum, & Canonicos singularum Ecclesiarum earumdem, habere & exercere, ac in ejus Diœcesi, seu Provincia residendo, fructus, redditus, & proventus, nec non jura, obventiones, distributiones, & alia emolumenta, etiam ratione residentiæ debita, perindè ac si ipse in singulis eisdem Ecclesiis resideret (ita tamen, quod in Civitate Trajectensi residens, easdem Ecclesias, earumque Chorum, ad hoc ut omnia laudabiliter procedant & observentur, frequenter visitare, ac onera dictis præceptoriis incumbentia supportare, jura quoque ab Hospitalibus & Militiis hujusmodi præstari solita omninò pendere studeat) integrè percipere, ac in suos, nec non Mensæ suæ, ac præceptoriarum hujusmodi usus & utilitatem convertere, cujusvis licentiâ desuper minimè requisitâ. Sic quod Archiepiscopus Trajectensis pro tempore existens, à prima die receptionis suæ, omnia & singula, fructus, redditus, proventus, unà obventiones & emolumenta omnium & singulorum tam Majoris, quàm aliarum Ecclesiarum prædictarum Canonicatuum, & præbendarum, eidem Mensæ Archiepiscopali, ut præfertur, unitorum, integrè & absque ullâ prorsus diminutione, aliàs prout olim Episcopus Trajectensis, ac Majoris, & Sancti Petri Ecclesiarum Trajectensium Decani percipere consueverunt, etiam in primo Anno percipere valeat.

VIII. Ut autem ipse Archiepiscopus pro tempore existens in tanta Diœcesi, adeoque ampla Provincia, quæ omnium prima hæreticorum irruptionibus obnoxia existit, eruditorum Virorum copiam, ad meliorem Orthodoxæ Fidei defensionem & Ecclesiasticæ Jurisdictionis conservationem, commodiùs habere, & perpetuò confovere possit; statuimus & ordinamus, quòd ex omnibus Canonicatibus & præbendis dictæ Ecclesiæ Trajectensis, quos, facto loco unioni Mensæ Trajectensis de Canonicatu & præbenda Ecclesiæ Trajectensis primò vacaturis hujusmodi, etiam primò per cessum vel decessum, etiam apud Sedem Apostolicam prædictam, aut aliàs vacare contigerit, vel etiamsi actu nunc vacent, ac tanto tempore vacaverint, quòd eorum collatio juxta Lateranensis Statuta Concilii ad Sedem Apostolicam præfatam legitimè devoluta, ipsique Canonicatus & præbendæ similiter dispositioni Apostolicæ specialiter, vel generaliter reservati, affecti, & sacerdotales existant, & super eis inter aliquos lis, cujus statum etiam præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, tribus Magistris aut Licentiatis in Theologia, & tribus Doctoribus Decretorum, seu in eis Licentiatis, ac tribus aliis Nobilibus ejus Diœcesis, etiam in Jure, vel Theologia saltem Gradu Licentiaturæ, in famosa quapiam Universitate Studii Generalis secundùm tenorem primò dictarum Litterarum promotis, ordine præmisso servato, in perpetuum concedi, & assignari debeant: Quodque ad sex priores, tam Nobiles, quàm alii non Nobiles, ut præfertur tamen qualificati; ad reliquos verò tres Canonicatus, & tres Præbendas ex reliquis novem Canonicatibus & Præbendis hujusmodi, nulli nisi Nobiles & Graduati ut præfertur, assumi possint.

IX. Ac omnes & singuli ratione suarum hujusmodi Præbendarum consilium & operam in negotio Ecclesiæ & Religionis, cæterisque difficultatibus pro tempore emergentibus, quoties ab Archiepiscopo præfato requisiti fuerint, tam conjunctim, quàm divisim præstare teneantur. Et, ut de Viris spectatæ Doctrinæ & probitatis ad ædificationem Ecclesiæ dein accuratiùs prospiciatur, quòd ipsi novem Canonicatus & novem præbendæ, hac primâ vice ad præfatum Archiepiscopum dumtaxat, & deinde quoties illa futuris temporibus vacaverint, ut præfertur, ad electionem Archiepiscopi, & aliorum Graduatorum prædictorum superstitum, per eos conferantur, & in hujusmodi Electione suffragium Archiepiscopi non plus juris sive momenti, quàm cujusvis Graduatorum habeat, nisi vocum paritate occurrente; tuncque iteratum ad hoc Archiepiscopi suffragium paritatem vocum hujusmodi dirimat: quodque posthac ipsi novem Canonicatus, & novem præbendæ sub nullis specialibus vel generalibus, etiam mentalibus reservationibus, affectionibus, & in corpore Juris clausis, nec non expectativis, coadjutoriis, mandatis, facultatibus, indultis de providendo, commendando, & aliàs disponendo, primariis precibus nuncupatis, aut aliis gratiis præventivis per Nos, aut Romanos Pontifices pro tempore existentes, & Sedem Apostolicam præfatam, vel ejus Legatos, etiam consideratione, intuitu, contemplatione, vel ad instantiam Imperatoris, Regum, & aliorum Principum, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, & ex quacumque causâ quantumlibet urgenti, pro tempore factis & concessis comprehendantur; nec etiam tamquam vacantes apud Sedem Apostolicam hujusmodi, aut ullâ aliâ ratione generaliter, vel specialiter reservari, nec illorum vacatione per resignationem, etiam causâ permutationis, apud Sedem eamdem de illis provideri, vel aliàs quoquo modo disponi possit, sed forma Electio-

Digitized by Google

Electionis præmissæ omni tempore servari, nullaque Causâ infringi debeat. Quodque unus ex novem Canonicis prædictis Magister, seu Licentiatus in Theologia, & alter Decretorum Doctor, seu etiam Licentiatus, Seniores, ratione suarum præbendatum facultatem habeant visitandi per Universam Diœcesim Trajectensem prædictam, quoties ab Archiepiscopo Trajectensi, cæteri verò Canonici Graduati prædicti, quandocumque requisiti fuerint, illi assistere teneantur, ac ex reliquis Senioribus Canonicis prædictis, duo in Theologia, & unus in Jure Canonico Graduati, ut præfertur, unà cum Scholastico Majoris Ecclesiæ Trajectensis, promovendos ad Sacros Ordines, admittendos autem ad curas animarum quacumque Auctoritate illi provisi fuerint, unà cum Archidiacono cujus ditionis erunt, curæ hujusmodi examinandi, respectivè curam habeant; neminem, nisi idoneum, seque personalem residentiam facturum medio Juramento promittentem admittendo. Et quoniam nuperrima hæreticorum studia, temporisque malitia, viros doctos ab Ecclesiis suis diutiùs abesse non patitur; Quod si Canonici Graduati prædicti ab Ecclesia sua, nisi ab Archiepiscopo suo missi, per duos menses abfuerint, integros suæ Præbendæ fructus illius Anni amittant, & Capitulo cedant, ac omnes proventus singularum præbendarum dictæ Majoris Ecclesiæ in duas æquales partes dividantur, quarum altera pro quotidianis distributionibus, his solis qui Divinis Officiis in Choro deservierint, & inibi à principio usque ad finem, exceptâ necessitatis causa permanserint, ministrari debeat; nec quispiam ulla dispensatione, vel alio Privilegio Apostolico quâcumque causâ impetrato vel concesso, sese à residentia hujusmodi eximere poterit.

X. Cùmque novem Canonicatuum & præbendarum affectorum dispositio ad Archiepiscopum, & novem Graduatos modo præmisso sit concessa, proinde reliqui Capitulares Canonici Collationem aliorum Canonicatuum & præbendarum in suo Turno ordinario habeant.

XI. Extracta ex Libro manuscripto, cui titulus: *Relatio, seu Descriptio status Religionis Catholicæ in Hollandia, eique confœderatis Provinciis, à Jacobo de la Torre Archiepiscopo Ephesino, Vicario Apostolico collecta, & exhibita Sanctissimo Domino nostro Alexandro VII., atque Eminentissimis ac Reverendissimis S. R. E. Principibus ac Cardinalibus Sacræ Congregationis de propaganda Fide, kal. Aprilis An. Domini MDCLVI.*

A Paginâ 57. *de Frederico Schenck.* Illoque mortuo, Anno prædicto 1580. 8. Kal. Septembris à Rege Catholico præfato nominatus fuit ad eamdem Sedem Archiepiscopalem Joannes Bruhesius Nobilis Campiniano-Brabantus, Juris utriusque Doctor, Protonotarius Apostolicus, Ecclesiæ Metropolitanæ Ultrajectinæ Decanus, ac nominatus antea Episcopus Groningensis, sed Coloniæ etiam illo Anno 1600. 10. Septembris defunctus.

B A Serenissimis Archiducibus Alberto, & Isabella Clara Eugenia, Belgii totius tunc Principibus, & Dominis pro eadem Sede nominatus fuit Sasboldus Vosmerus Delphius, Sacræ Theologiæ Licentiatus, Decanus Ecclesiæ Collegiatæ Divæ Virginis Hagiensis.

C Et à morte postremi Archiepiscopi Schenckii prædicti, Sedis vacantis ab Anno 1580. constitutus Vicarius Generalis.

D Et ab Anno 1583. Vicarius Apostolicus. Bruhesio enim exule, & *cùm ad titulum Archiepiscopatûs Ultrajectensis ille consecrari non potuisset*, cùmque Provinciæ prædictæ ab Hæreticis omnimodò essent occupatæ; ut Belgio Fides Catholica è cineribus excitaretur, ac foveretur, visum fuerat S. Sedi Apostolicæ constituere in illis aliquem Vicarium Apostolicum, cui tamquam repræsentanti Summi Pontificis Personam, omnes residui Catholici subessent, & qui per se, & cooperantes sibi Sacerdotes conaretur illos in Fide continere, & errantes ad gremium Ecclesiæ reducere. Ideoque prædictus Gregorius XIII. fel. record. Anno 1583. præfato, eumdem Sasboldum Vosmerum, ad supradicti Lindani commendationem, per Breve Apostolicum constituerat Vicarium Apostolicum earumdem Provinciarum, concedendo eidem etiam, ob difficilem ad Sanctam Sedem Apostolicam accessum, amplas Facultates, recursum tamen ei in difficilioribus relinquens ad Nuncium Apostolicum Coloniensem, seu ad Tractum Rheni,

Rheni, & Inferioris Germaniæ partes; cùm in illo Belgio Nuncius Apostolicus nullus adesset, quia nec in eo Princeps aderat, qui eidem Belgio potiretur.

E Postquam verò, *nec Sasboldus ad titulum Ultrajectensem consecrari potuisset*, pro majori, tum auctoritate, tum subditorum commodo, à Clemente Papa VIII. iisdem Belgii Principibus instantibus datus ei fuit Anno 1602. alius Titulus, ad quem, & ad titulum competentis, & congrui Patrimonii sui proprii, præfato eodem Anno, die verò 22. Septembris, sic Romæ consecratus est Archiepiscopus Philippensis in Partibus.

F Eique ab Urbe mox discedenti, ac pro pluribus adhuc Facultatibus apud Sanctissimum prædictum Dominum instanti, idem Clemens VIII. respondit: *Vade, fac, quod Ego in partibus existens facere possem, & deberem*. Ad Dominos Nuncios Apostolicos in Belgio deinceps acturos (quia jam Principes aderant Belgii Proprietarii) in posterum illum remittendo quoad causas difficiliores.

G Et occasione mentionis istius, ac Bruhesii, lubet recensere encomium, quod Historiographus celebris Frisiæ Martinus Hamconius, de Frisiæ Episcopis, & ex ipso Arnoldus Havensius Libro suo de Erectione novorum in Belgio Episcopatuum, habent. Joannes, inquiunt, Bruhesius, Ultrajectinæ Sedis Præsul designatus, Coloniæ moriens, ad Cathedram non pervenit; Sasboldus verò Archiepiscopus Philippensis Legatione nunc Apostolica illis in partibus, nomine Pontificis Maximi fungitur; quem quidem, ut aliquando Sedem Ultrajectinam pacatè administrantem videant, quotquot sincerè favent, ut plurimùm exoptant: utpotè antiquæ virtutis, ac Fidei virum, qui Religionis ergò varias, plurimorum annorum decursu, ab hæterodoxis persecutiones infracto animo pertulit. Hæc illi.

H Persecutio autem illa Sasboldi in eo consistebat, quod Hagæ citatus, nec comparens, exilio, ac Patrimonii ampli confiscatione mulctatus sit ipso Anno 1602. ob Vicariatum Apostolicum per unitas Belgii Provincias acceptatum, & exercitum, uti ejus Sententiæ tenor (cujus teneo copiam) fidem facit. Hagæ-Comitis tamen, dum ibi citaretur, & condemnaretur, delitescebat domi Parentum meorum, & me, cùm suos sæpè Coloniâ secretiùs reinviseret, ibidem Anno 1611. Sacramento Confirmationis corroboravit. Exilium autem posteà pro majori tempore egit Coloniæ, ibidemque idem patienter, & fortiter ferens, Anno 1614. 3. Maii Apostolatui suo sanctè immoratus, apud Franciscanos Observantes, seu Recollectas *ad Olivas* ibi dictos honorificè fuit tumulatus, ac miraculis à morte etiam inclaruit, uti asseritur in Oratione funebri, quam vir solidæ virtutis dixit, & Coloniæ typis mandatam dudum, & sæpius legi.

I At verò sicuti illi in Vicariatu Generali, non Apostolico, sed loco Sedis Ultrajectensis vacantis, substituti successivè fuerunt uti Vicarii Apostolici Provicarii, Bucho à Montzynia Decanus S. Salvatoris, Wilgerus à Moerendael Decanus S. Petri, Arnoldus Eschius Canonicus S. Joannis Baptistæ dudum mortui, & Joannes Wachtelarius S. Theologiæ Licentiatus, Canonicus S. Mariæ nuper defunctus.

K Ità *in ipsum Vicariatum Apostolicum* eidem Sasboldo Vosmero, earumdem Provinciarum Clero eligente, Serenissimis Principibus Alberto, ac Isabellâ Clara Eugeniâ præfatis præsentantibus, & Paulo V. Pontifice Maximo confirmante, dicto Anno 1614. successit Philippus Rovenius Daventriensis, sacræ Theologiæ Licentiatus, ac quondam Professor, & Seminarii nostri Coloniensis Præses, Decanus Aldensaliensis, & Diœcesis Daventriensis tunc Vicarius Generalis, qui sexennio post, præfatis iterum Principibus instantibus, Anno scilicet 1620. die 8. Novembris, Foresti, Nobili in Abbatia juxta Bruxellam, etiam in Archiepiscopum Philippensem per Nuncium Apostolicum Bruxellensem Archiepiscopum Salernitanum Lucium, postea Sanctæ R. E. Cardinalem Sanseverinum ordinatus, & titulo Præposituræ Aldensaliensis, & pensionis annuæ trecentorum scutorum eidem illam conferentibus Archiducibus præfatis, & hanc super Ærarium Regium Bruxellæ assignantibus iisdem; qui sanè Philippus Rovenius, miro pietatis, humilitatis, sobrietatis, modestiæ, & summæ ædificationis exemplo, pro re Catholica strenuissimè pluribus annis stetit, donec annorum ætatis 78. XI. Octobris Anni 1651. sancta in pace ex hac vita, & è medio nationis pravæ discesserit Ultrajecti, ubi æquè secretò sepulturæ est traditus, uti secretissimò, pro majori parte quinque, aut sex ultimorum Lustrorum, apud pientissimam simul ac Nobilissimam Virginem Henricam Duvenvordiam Warmontii, ac Alckemadii Topatcharum sororem, hospitam liberalissimam, & Sanctis Pudentianæ, ac Praxedi æquiparandam, diliтuerat, & patientissimè tulerat, quod ab hæterodoxis Ultrajectensibus durissimam passus fuisset persecutionem ob eamdem superioritatem, quam tamen excercere, & Clero suo adhærere non destitit, licet accusatus, non auditus, Bibliothecâ, aliisque spoliatus, æternùm proscriptus, & hostis Patriæ suæ declaratus propter justitiam fuisset.

L Cui indignus Ego eligente etiam Clero, & Rege Catholico probante, atque præfato Rovenio præsentante, vestrâque Sanctitate patrocinante, Coadjutor Anno 1640. à Sanctissimo Domino nostro fel. record. Urbano

Urbano Octavo datus, atque vigore Bre-
vium Apostolicorum Sanctissimi Domini
nostri etiam fel record. Innocentii X. An-
no 1647. die 19. Maii Monasterii Westpha-
liæ à vestra etiam Sanctitate, tunc Nuncio
Apostolico extraordinario, Archiepiscopus
Ephesinus, Patrimonii modici quoque titulo
consecratus, *succedo in præfatum Vicariatum
Apostolicum*, etiam non melior fratribus
(dicam cum Simone Machabeo) seu po-
tius Patribus meis effectus, ob Sacri Chris-
matis unctiones nostratibus in Hollandia im-
pertitas, irrevocabiliter mox proscriptus,
Patrimonio præfato Fisco adjudicato.

M Mirâ autem providentia, nunc dum hæc
relustro, placuit Beatitudini, ac Eminentiis
vestris etiam mihi assignare in hoc opere
Apostolico Coadjutorem, qui mihi suffra-
ganeo labore succurrat in Provinciis unitis,
futurus præsens, cùm ipse id in persona
ppræfato exilio præstare non possim, Za-
chariam videlicet de Metz Juris utriusque
Licentiatum, Canonicum Trajectensem ac
Thorensem, Protonotarium Apostolicum,
& apud nos Pastorem Schevelinganum, mox
Trallensis Episcopatûs subtitulo, Infula de-
corandum, non obstantibus diversis, quas
Electus ille à Beatitudine vestra ad excutien-
dum onus istud adducere conatus fuit, ex-
cusationibus, atque effugiis.

N Præfatus autem *Joannes Wachtelarius*
quadraginta, & sex annis integris, omnium
trium Vicariorum Apostolicorum conse-
quenter fuit Vicarius Generalis, in socios,
seu Assessores secum Ultrajecti habens or-
dinariè duos, aut tres: uti *Jacobum Bolinus*
Sacræ Theologiæ Doctorem, *Theodorum de
Witte*, & *Antonium Vossium* Sacræ Theo-
logiæ Licentiatos, quibus vitâ deficientibus,
Joannes Putcamerus Sacræ Theologiæ Li-
centiatus paulatim, ac *Abrahamus Brienen*
Sacræ Theologiæ Doctor, ac Notarius A-
postolicus, nec non *Joannes Schadeus* Sa-
cræ Theologiæ etiam Licentiatus, singularis
Zeli, Pietatis & Doctrinæ viri successerunt,
& à me mox fuère confirmati, donec tan-
dem etiam Wachtelario defuncto (ut parti-
culariùs recensebo cùm de Culemburgo
agam, quia illo in Oppido obiit) loco ejus,
pro majori parte Diœcesis Ultrajectensis,
substituerim *Joannem de Neercassel* Con-
gregationis Oratorii Sacerdotem doctissi-
mum, & piissimum, eidem præfatos Putca-
merum, & Brienen in Assessores adjungens;
& præposuerim Hollandiæ Australis Archi-
presbyteris prædictum Schadeum, & Clivix
parti *Ludolphum Brunesium* Sacræ Theo-
logiæ Licentiatum, & Decanum, ac Nobi-
lem Daventriensem, & Monasterii Sanctæ
Agnetis Embricæ, de qua infra, Præposi-
tum. Hæcque sunt, quæ Episcopos, ac
Vicarios Ultrajectenses spectant.

O Pag. 73. Synodus, & Concilium Triden-
tinum receptum ac publicatum. Enumera-
tis namque veteribus, novisque Episcopis,
eorumque Vicariis Apostolicis, atque etiam
eorum Provinciis, haud abs re erit innecte-
re, ac verbo præcisiùs repetere de Conci-
lio Tridentino, in Metropoli Ultrajectina,
ac ejus Suffraganeis Diœcesibus initio Ere-
ctionis præstiorum novorum Episcopatuum,
& antequam dira hæresis invaluisset in Pro-
vinciis confœderatis, publicato, quod Ul-
trajecti quidem à supra nominato Archie-
piscopo Schenckio à Toutenburgh sub ini-
tium Mensis Augusti Anni 1565. publica-
tum, & uti in præfata Metropolitana, ita
& in omnibus illius Archidiœcesis Eccle-
siis, & locis recipi, ac observari mandatum
fuit. Eodem quippe Anno idem Archie-
piscopus convocavit Concilium Provincia-
le, quod decimâ Octobris inchoatum, 30.
Mensis ejusdem fuit absolutum, eique in-
terfuère Comprovinciales, seu Suffraganei
Episcopi consecrati, in suis Episcopatibus
respectivè residentes, Nicolaus Nieuwlandt
Harlemensis, Nicolaus à Castro Middel-
burgensis, Joannes Knyffius Groningensis,
& insuper Remigius Druitius Leovardien-
sis, Joannes Mahusius Daventriensis respe-
ctivè Ecclesiarum designati, & confirma-
ti, sed duo posteriores necdum Consecra-
ti Episcopi, nec etiam residentes. Guiliel-
mus item Damasi Lindanus, de quo initiò
dixi, designatus tunc Episcopus Ruræmun-
densis, non quidem tamquam Comprovin-
cialis, sed tamquam Hagiensis Palatii Ec-
clesiæ Collegiatæ, præfato Archiepiscopatui
subditæ, Decanus, de quo Lindano etiam
non semel adhuc facta mentio; sed & ad-
fuerunt huic Concilio Abbates duo, Sancti
Pauli Ultrajectensis nempe, & insulæ Bea-
tæ Mariæ, dictæ Marieen-Weerd juxta Cu-
lenburgum. Præpositus etiam, & Decanus
Sancti Joannis Baptistæ, & Decani S. Sal-
vatoris, & Sancti Petri, ac Beatæ Mariæ
unà cum frequenti numero Canonicorum
Collegiatarum Ecclesiarum Ultrajectinæ
Civitatis, eoque in Concilio, Sessione pri-
ma, præfatâ die decimâ Octobris habitâ, om-
nes unanimiter declararunt sese amplecti
omnia, & singula in Sacro Concilio Tri-
dentino decreta concernentia Fidem, Sa-
cramenta, ac ritus Ecclesiæ Catholicæ;
affirmantes, & firmiter statuentes, se pe-
nes illa vivere, & mori velle; & aliis in
Sessionibus id actum, quod lecti fuerint
Canones ejusdem Concilii reformationem
morum concernentes, quam reformationem
in praxim deducendam, & resolverunt, ac
promiserunt, & de facto in praxim dedu-
cere incæperant, antequam fera pessima,
Hæresis devoratum venisset resolutiones op-
timas quasque.

P Pag. 115. Sed ad ipsam Ecclesiam Ca-
thedralem, seu Metropolitanam redeo. Et
quidem

quidem Anno Domini 1023. uti Historiæ Patriæ referunt, eadem Sancti Martini Ecclesia fuit multò adhuc magis ampliata, multòque magnificentiùs extructa per Aldebodum Frisium 19. Ultrajectensem Episcopum, accurrente 6. Kal. Julii Anni præfati Henrico Claudo Secundo Imperatore, unà cum duodecim Episcopis dedicandæ Ecclesiæ ergò, in honorem Dei, & ejusdem B. Martini Episcopi Confessoris: de quo Sancto Martino prætereundum non videtur id, quod legimus apud Volaretranum: *Ecclesiam hanc, & universam Diœcesim Ultrajectensem isti Sancto fuisse devotam ob fluvium coercitum, qui per agrum omnem exundarat.* Hæcque Sancti Martini Ecclesia structurâ longè amplissimâ, & elegantissimâ, solet in hunc usque diem habere Canonicos quadraginta, & Vicarios quinquaginta, fueruntque in ea Inclyti Ordinis Aurei Velleris 10. Januarii 1429. à Philippo, Bono Burgundiæ Duce ac Belgii Principe, ducta Elizabetha seu Isabella Joannis Lusitaniæ Regis Filiâ in Uxorem, in Nuptiarum celebratione Brugis Flandrorum instituti, Comitia 21. sub Carolo Quinto Cæsare, quinto ejusdem Ordinis Capite, solemnizata, prout Ordinis istius Equitum tunc existentium, ac ibidem electorum insignia Gentilitia in hujus Ecclesiæ Choro adhuc extantia docent. Extantque in hac Ecclesia adhuc nonnullæ Episcoporum Ultrajectensium Tumbæ sepulchrales, & vitreæ fenestræ eorumdem, nonnullas, aliasque Historias Sacras, & catholicas perplures repræsentantes, & servari in ea solebant duæ perinsignes partes *Sanctissimi Domini nostri Jesu Christi, quarum altera ablata, reproducta fuit antè Annum Bruxellæ, ibidemque exornata in D. Gudulæ Collegiata, ac Parochiali, primariaque Ecclesia, magno habetur in honore, alia diminuta licet, adhuc tamen tutò conservatur.

* *Supple* Crucis.

Q Secundaria Ecclesia, uti jam innui, dicata fuit Sanctissimo Salvatori, sed & simul posteà S. Bonifacio præfato Apostolo nostro adnominata fuit, tum quia, postquam idem Sanctus suis cum sociis, uti innuò dixi, Doccomii in Frisia Martyrio fuisset affectus, Clerus Ultrajectensis, ejusdem Sancti, ac sociorum sacra Corpora hac in Basilica honorificè sepeliverant, tum quia ipse hanc Ecclesiam pro majori parte extruxerat, quæ Ecclesia Canonicos habet viginti, & Vicarios 27., & Canonici illi initio Fundationis ad præscriptum à D. Aurelio Augustino Regulam canonicè, ac in communi hoc in Monasterio vetulo, uti olim Ecclesiæ ipsi *Oude-Monster* (quod est, vetus Monasterium) nomen remansit. Concanonicus autem ibidem Sanctus Odulphus antea Pastor Oorschotanus, in veteris hujus Monasterii Claustro, aliis hujus Ædis Sacræ Canonicis se conjunxit, cujus quas inhabitavit Ædes habitatas à Nobilibus Vander Burghiis adhuc ostenduntur, & antè caminum in illis memini, me ab Annis 30. legisse, *Sanctus Odulphus Canonicus, hujus olim Domus fuit inhabitator.* Et Præpositi sanè hujus Ecclesiæ, uti è dotatione fuerunt ditissimi, & Divi Martini, æquè ac illis qui Sancti Joannis erant, splendore præcellentes, ità & hucusque etiam nunc hæreticâ eâdem Præpositurâ gaudentes, se Dei gratiâ, supremorum Principum instar, Præpositos veteris Monasterii, & scribunt, & scribi volunt.

R Tertia hujus Civitatis Ecclesia est Sanctæ Mariæ, Canonicos habens triginta, Vicarios viginti quinque.

Quarta Sancti Petri Apostoli, triginta habens Canonicos, & totidem Vicarios.

Ultima Sancti Joannis Baptistæ, quæ habere solet Canonicos viginti, & totidem Vicarios. Præpositum autem pluribus insignibus Dominis imperantem. Ita ut in universum Canonici omnes prædivites fuerint in hac Civitate, centum & quadraginta.

S Pag. 121. Ecclesiæ verò Parochiales quatuor sunt, ac prima Sanctæ Mariæ Majoris, quæ & Ecclesia Civilis, seu Civium dicitur, fundata Anno 1156.

Secunda Sancti Jacobi Majoris Apostoli.

Tertia S. Nicolai Episcopi & Confessoris.

Quarta Sanctæ Gertrudis Virginis, quam fundatam invenio Anno 1231; quæ omnes Archidiacono Ultrajectensi, qui è Canonicis Metropolitanæ Ecclesiæ assumebatur, parere solebant, sed his Parochiis non suberant Ecclesiæ præfatæ Metropolitana, & quatuor Collegiatæ, quarum quæque, tres, quatuor, aut plures habebat Presbyteros Animarum, ut vocabant, iique suppositorum singulorum Collegiatarum Ecclesiarum præfatarum Confessiones excipiebant, & Ecclesiæ Sacramenta administrabant, atque præterea omnia Pastoralia exequebantur apud moribundos, aut mortuos, Pastorum instar; qualem Presbyterum Animarum Ecclesiæ præfatæ Sancti Joannis Baptistæ adhuc superstitem vidi, zelo & virtute excellentem Adrianum ab Oorschot, de quo etiam memini superiùs dixisse.

T Sed & tempore Catholicorum Capitulum Cathedrale, posteà Metropolitanum, curabat Parochiam S. Mariæ Majoris, seu Ecclesiæ Civilis, & duos constituebat Sacerdotes in Pastores, qui eam curarent, ac pascerent, & quidem post abactum hinc *Martinum Duncanum* suprà laudatum, atque post obitum *Cornelii Gaudani* præfato tempore adhuc instituti, à Canonicis Catholicis assumptus fuit supracitatus *Jacobus Bolius* Sacræ Theologiæ Doctor, atque etiam ipse Canonicus Ecclesiæ Metropolitanæ Anno 1608. confirmatus à Vicario Apostolico Sasboldo, sicuti & ejus Compastor *Hermannus*

mannus Strick Sacræ Theologiæ Baccalaureus formatus. Idemque est de Ecclesia S. Jacobi, cujus similiter per Canonicos Catholicos Pastor assumptus est primarius, ab eodem Sasboldo Anno 1610. confirmatus, *Alexander Axelius*, Sacræ Theologiæ Licentiatus, atque Jurisconsulti illius, Joannis Honorii Axelii, Scriptis suis in Urbe cogniti, frater. Aliarum verò duarum Parochiarum, ut primò Sanctæ Gertrudis, etiam supracitatus *Antonius Vossius*, Sacræ Theologiæ Licentiatus Anno 1619. à meo prædecessore, & secundò Sancti Nicolai, à Præfato Sasboldo Anno 1612. *Joannes Cuyckius*, *sine agnitione ullius Capituli*, Pastores constituti. Hosce posteà intermedii secuti fuerunt Pastores isti Divæ Mariæ Majoris, *Gerardus Peltius* S. Theologiæ Licentiatus; Sancti Jacobi, unus post alterum, *Judocus ab Haesten*, & *Thomas Hasnackerus* Sacræ Theologiæ Licentiati, ac *Gaspar Adami* Sacræ Theologiæ Baccalaureus formatus, nec non *Petrus Peltius* Congregationis Oratorii. Sanctæ Gertrudis, *Henricus Vander Steen* Juris utriusque Licentiatus, & *Jacobus de Leeuw* Sacræ Theologiæ Baccalaureus formatus; Joanni autem Cuyckio, *Joannes Putkamerus* successit in Sancti Nicolai Cura, de quo Putcamero, aliisque, nunc hac in Civitate Pastoribus paullò inferiùs dicam, postquam alias Ultrajecti fundatas Ecclesias enumeravero.

V Pag. 130. Præfatis vero in Metropolitana Ultrajectina, & Collegiatis Ecclesiis numerus suprà expressus 140. hodièque completus est, sed Canonicorum *undecim* supersunt Catholici, ex his solùm sacerdos solus unus *Theodorus Strengius*, seu *Severus*, qui Sanctitati Vestræ antehac fuit à Sacris. Alii verò è Nobilissimis omnes sunt familiis, uti *Mulart*, *Haestreght*, fratres duo, *Taes Van Amerongheu*, *Borreni Noodt*, *Byleveldt*, *Holeewech*, *Vanden Steen*, & *Junius*. Duodecimo nuper defuncto *Judoco de Vooght Van Reyneveldt* Sacerdote, & Natalibus quoque prænobili, probissimoque viro. Atque notandum hic venit, quod per omnes Unitas Provincias, Cathedralium & Collegiatarum Ecclesiarum Præbendas, ac Vicarias Fisco suo addixerint Status Politici hæretici, præterquam, QUOD HAC IN CIVITATE CANONICALES PRÆBENDÆ NOMINETENUS, unà tamen cum fructibus, de tempore in tempus fuerint successivè per Præbendatos, per vices, seu per *Turnum*, ut vocant, collatæ, & quod ad Annum usque 1622. mixtim in personas etiam Orthodoxas æquè ac Heterodoxas; sed quod ab Anno illo, Edicto per Provinciæ hujus Ordines publicato vetitum fuerit, ne quis in posterum ad Præbendas illas posset promoveri, qui non publicè profiteretur eorum hæresim Calvinianam, quam veram Christianam Religionem esse ipsi proclamant, atque hinc illo à tempore Catholicis non fuit ad illas ulteriùs relictus aditus.

XII. Copia di Lettera della Serenissima Infante Isabella à Papa Gregorio XV.

MOLTO SANTO PADRE,

Partendo per Roma l'Arcivescovo Filippense Vicario Apostolico delle Provincie rebelle per rendere alla Santità Vostra la debita obedienza, e dargli conto dello stato in che si trova la nostra Santa Religione in quelle Provincie, e con occasione d'essere sforzato assentarsi per la particolar persecuzione, che si fa contro la persona sua, mi è parso conveniente accompagnarlo con questi pochi versi, non solo per certificare a Vostra Santità, che il mezzo unico per mantenere la nostra Religione è l'aver fatto un Vicario Apostolico con la facoltà che tiene, sotto il cui governo come capo, gl'altri membri, così Sacerdoti, come Secolari si conservino in buona unione, e concordia, come ancora per fare testimonianza alla Santità Vostra, che il detto Arcivescovo si governa nel modo, che si potrebbe desiderare per l'accrescimento, e beneficio maggiore della Religione Cattolica in dette Provincie rebelle, delle quali io ne assicuro che la Santità Vostra ne tiene particular cura. E con questo

Copia Epistolæ Infantis Isabellæ ad Gregorium Papam XV.

SANCTISSIME PATER,

Romam proficiscente Archiepiscopo Philippensi Vicario Apostolico Provinciarum rebellium, ut Sanctitati Vestræ debitam obedientiam exhibeat, eique rationem reddat status in quo hodie versatur Sancta nostra Religio in prædictis Provinciis, eà potissimùm occasione, quâ exulare cogitur propter particularem persecutionem contra ipsum motam; è re visum est, ipsum paucis hisce lineis communire, non solùm ut certiorem reddam Sanctitatem Vestram, unicum Religionis ibi conservandæ medium fuisse, Vicarium Apostolicum constituere, cum iis, quas habet, facultatibus, sub cujus, tanquam capitis, Regimine, membra alia tum Ecclesiasticorum, tum Secularium in pacifica unione & concordia conserventur; verùm etiam ut tester Sanctitati Vestræ, prædictum Archiepiscopum ita se gerere, ut cùm maximè desiderari posset ad incrementum & maius beneficium Catholicæ Religionis in præfatis rebellibus Provinciis, quibus Sanctitatem Vestram peculiari studio affici

ſto baciando umilmente li piedi della Beatitudine Voſtra, prego il Signor noſtro,

Molto Santo Padre, conſervi la ſua ſalute per molti Anni per il bene e pace della ſua Chieſa. In Bruxelles alli 9. d'Agoſto 1622. Di V. Santità Molt' Obediente Figliola, ISABELLA.

affici perſuaſiſſimum habeo. Atque hiſce pedes Beatitudinis Veſtræ humillimè deoſculando, Deum precor, Sanctiſſime Pater, eam ad utilitatem, pacemque Eccleſiæ ſuæ quàm diutiſſimè ſoſpitem & incolumem ſervet. Bruxellis 9. Auguſti 1622. Sanctitatis Veſtræ Obedientiſſima Filia, ISABELLA.

XIII. Copia Brevis Apoſtolici CLEMENTIS PP. VIII. de 30. Octobris 1602. ad Sasboldum Voſmerum Archiepiſcopum Philippenſem & Vicarium Apoſtolicum. *Ex Archivio Archiepiſcopatûs Mechlinienſis.*

VEnerabilis Frater, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Cupientes, ut in locis Ditionum Belgicarum tuæ Curæ *ratione Officii Vicarii Apoſtolici per dilectum Filium noſtrum & Apoſtolicæ Sedis in Belgicis Ditionibus Nuntium Tibi delati* commiſſis, ea quæ Curam Paſtoralem concernunt, & ad Catholicæ Religionis propagationem & animarum ſalutem pertinent, rectè & fideliter peragantur; Tibi, de cujus pietate & prudentia, ac Religionis zelo plurimùm in Domino confidimus, ultra alias quaſcumque Tibi hactenus per Nos attributas Facultates, *durante tuâ hujuſmodi deputatione ad Arbitrium dicti Nuncii, cui in aliquo per præſentes præjudicare non intendimus quo minus Tu, ad ſui libitum, ab hujuſmodi Officio removeri & revocari non poſſis,* plenam & amplam ſuper omnibus cujuſvis Ordinis, etiam Mendicantium, ac inſtituti, etiam Societatis Jeſu, ingredientibus Provincias tibi commiſſas, tam in his, quæ concernunt adminiſtrationem Sacramentorum, quàm circa Doctrinam Catholicam, & diſciplinam, etiam quod tales Regulares habeant Obedientiam ſuorum Superiorum, & miſſi ſint Religionis adjuvandæ causâ dummodo tamen in eadem Provincia non adſint Superiores dictorum Regularium ibi degentes, ſuperioritatem & auctoritatem omnimodam ac eandem quam eorum Superiores haberent ſi in eiſdem partibus reſiderent, ita ut illos, & quemlibet eorum circa præmiſſa viſitare, corrigere, & reformare, & quoſcumque contradictores per Cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna Juris & facti remedia cogere & compellere poſſis, & valeas, Auctoritate Apoſtolicâ tenore præſentium concedimus & impertimur. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & quorumvis Ordinum, & Inſtitutorum Regularium, & dictæ Societatis Jeſu Juramento, Confirmatione Apoſtolicâ, vel quavis firmitate aliâ roborata, ſtatutis & Conſuetudinibus, Privilegiis quoque, exemptionibus, Indultis, & Litteris Apoſtolicis, eiſdem Regularibus, eorumque Superioribus, & perſonis ſub quibuſcumque, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis in genere, vel in ſpecie, aliàs quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis & approbatis. Quibus omnibus & ſingulis, eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris. Die 30. Octobris 1602. Pontificatûs noſtri Anno undecimo. *M. Veſtrius Barbianus.*

XIV. Breve CLEMENTIS VIII. de XV. Kalendas Martias MDCIII. ad Sasboldum Voſmerum Archiepiſcopum Philippenſem & Vicarium Apoſtolicum Fœderati Belgii. *Ex Erckelio Proteſtationis denuò aſſertæ pag. 19. Edit. Lat.*

REverende Frater, *Vicarii Apoſtolici munere arbitrio Nuncii durante,* quoſcumque Canonicatus & Præbendas, aliaque Beneficia inferiora Eccleſiaſtica in Cathedralibus & Metropolitanis, vel Collegiatis, aut Parochialibus, vel aliis Eccleſiis conſiſtentia dictarum Ditionum, extra Romanam Curiam in quibuſvis menſibus per quaſcumque Cancellariæ Apoſtolicæ Regulas ſeu Conſtitutiones S. Sedi reſervatis,

servatis, quibusvis modis vacantia, & in-
posterum vacatura, quibusvis personis, &
quæcumque alia Beneficia compatibilia ob-
tinentibus, quas ad id idoneas esse judica-
veris, auctoritate Apostolicâ conferre ut li-
berè & licitè valeas, tenore præsentium li-
centiam concedimus .... Decernentes om-
nes & quascumque Collationes, quæ de
hujusmodi Canonicatibus, & Beneficiis per
Te vigore præsentium contigerit, valere,
plenamque roboris firmitatem obtinere,
ac iisdem personis suffragari debere in om-
nibus & per omnia, perinde ac si de illis
per eandem Sedem factæ fuissent. Sicque
per quoscumque Judices & Commissarios,
quavis auctoritate fungentes, & Causarum
Palatii Auditores, & S. R. E. Cardinales ju-
dicari ac definiri debere. Nec non irritum
& inane quidquid secus super his à quo-
cumque quavis auctoritate scienter, vel ig-
noranter contigerit attentari.

XV. Diploma Sasboldi Vosmeri Archiepiscopi Philippensis & Vicarii Apostolici. *Ex Batavia Sacra part. 2. fol. 72. Col. 2.*

SAsboldus Dei & Apostolicæ Sedis Gra-
tiâ Archiepiscopus Philippensis, & Ul-
trajectensis, nec non Holland. Zeland.
eisdemque unitarum, atque reductarum
Transisulaniæ Provinciarum Vicarius A-
postolicus, Eximiis, & multùm Reverendis
D. Wilgero à Moerendael S. Petri Decano,
D. Joanni Wachtelaer Licent. & Canonico
S. Mariæ, Domino Jacobo Bool, S. Theol.
Doct. ad S. Mariam Ultrajecti Præbenda-
to, Salutem in Christo Jesu.

Moles negotiorum aliaque impedimenta
quàm plurima Nos retinent, ne coram sin-
gulorum necessitatibus fidelium subvenia-
mus. Ob quod necessariò ad auxilia eorum
confugimus, qui Nobis à Deo ad Ecclesia-
rum subsidia, & Decorem Domûs Dei dati
sunt comministri, quique suæ vocationis
memores, libenter in salutem animarum coô-
perantur, respicientes in Auctorem Fidei,
& Consummatorem Jesum, qui proposito
sibi gaudio sustinuit Crucem confusione
contemptâ. Vos itaque, de quorum pietate
& præstantia multam fiduciam habemus,
& quorum conversatio bonum Testimonium
in Ecclesia meretur, in Domino requirimus,
& nostros Vicarios Generales per Univer-
sam Metropolim Ultrajectensem *Auctoritate Sedis Apostolicæ Nobis in hac parte concessâ* creavimus, constituimus & deputavi-
mus, uti etiam per præsentes creamus,
constituimus & deputamus, ita tamen, id-
que ob caussas Nos moventes, ut vicissim
ordine & tempore à Nobis deputando, &
pro rerum exigentia liberè variando, præ-
dicto munere sic fungamini, ut reliqui in-
terim Assessorum & Consiliariorum Officio
fungantur. Dantes Vobis per hæc amplam
potestatem per totam prædictam Metropo-
lim Ultrajectensem, omnesque Provincias
unitas, & singula earum loca, Verbum Dei
prædicandi, Confessiones audiendi, aliaque
Sacramenta Fidelibus administrandi, & Pa-
storalia omnia aliis ad hoc idoneis Sacerdo-
tibus tam Secularibus quàm Religiosis com-
mittendi. Insuper Ecclesias, Monasteria,
aliaque pia loca etiam exempta visitandi,
corrigendi, castigandi, mulctandi, rebelles
Beneficiis & Officiis privandi. Et quia Ec-
clesiarum piorumque locorum Vasa, Or-
namenta, SS. Reliquiæ, aliaque Divino Cul-
tui dedicata multis periculis, nec non cor-
ruptioni & distractioni sunt obnoxia, prout
experientia monstrat; huic malo occurrere
volentes, damus vobis Potestatem omnia
ejusmodi ad quævis prædictæ Metropolis, &
unitarum Partium loca spectantia colligen-
di, & è manibus tam Ecclesiasticorum quàm
Secularium eruendi atque conservandi, vel
etiam sub manibus eorum, in quorum po-
testate sunt, quando hoc vobis expedire
videbitur, relinquendi, acceptâ tamen suf-
ficiente debitæ custodiæ, atque restitutionis
cautione. Concedimus quoque Potestatem
à casibus Archiepiscopali præeminentiâ, &
à crimine hæresis absolvendi, Litteras com-
mendatitias, & Dimissoriales ad Clericatum
ac Minores & Majores Ordines, juxtà for-
mam Concilii Tridentini, concedendi; ad
Beneficia Ecclesiæ debitè nominatos exa-
minandi, &, si idoneos reperiatis, ad illa
instituendi, electiones ad jurisdictionem
Archiepiscopalem pertinentes confirmandi,
Beneficia & Officia ad ejusdem collationem
quomodolibet pertinentia, Jure Ordinario
dignis conferendi, omniaque alia faciendi,
quæ Vicarius Generalis de Jure vel con-
suetudine, aut alias canonicè facere hacte-
nus potuit, vel consuevit, servatis semper
Sacri Concilii Trident. Ordinationibus &
præceptis. Mandamus itaque Populo, &
Clero dictæ Metropolis & partium unita-
rum in virtute Sanctæ Obedientiæ, & aliis
pœnis arbitrariis, quatenus vos prænomi-
natos Vicarios nostros recipiant, vobisque
in his, quæ ad munus vestrum pertinent,
efficaciter obediant. Ut autem præmissa
omnia faciliùs & efficaciùs ad effectum per-
ducan-

Digitized by Google

ducantur, damus vobis potestatem, ut possitis contra inobedientes, refractarios, vel quomodolibet vos impedire conantes per quaslibet Censuras aliasque pœnas canonicas (prout expedire judicaveritis) procedere, non obstantibus Ordinationibus, & Constitutionibus quibuscumque. Et quoniam ea, quæ à multis examinantur, sicuti prudentiùs ita & feliciùs executioni mandantur, adjungimus vobis in dicto munere Consiliarios & Assessores, Eximios, & longâ rerum praxi exercitatos admodum Reverendos Dominos Hadrianum ab Oirschot, Ecclesiæ Collegiatæ S. Joannis Trajecten. Pœnitentiarium, & D. Hermannum Strichium, S. Theol. B. Formatum, Collegiatæ Ecclesiæ S. Petri Trajecten. Vicarium. Annuentes, ut si quando non omnes semper esse præsentes contigerit, ut reliqui in commisso sibi munere validè procedere possint, ac valeant, præsentibus ad Revocationem Nostram duraturis. Datum Embricæ 30. Septemb. 1611.

Erectio Concilii Vicariatûs Ultrajectensis per Philippum Rovenium, confirmata per Jacobum De la Torre, aliosque Missionis Hollandicæ Vicarios Apostolicos. *Ex Editis per modernos Sacerdotes Ultrajectinos.*

XVI. Jacobus, Dei & Apostolicæ Sedis Gratiâ *Archiepiscopus Ephesinus*, Sanctissimi in Christo Patris ac Domini nostri, Domini *Alexandri* divina Providentiâ ejus nominis Papæ Septimi, Prælatus Domesticus & Assistens, ejusdemque, ac præfatæ Sanctæ Sedis per Confœderatas Belgii Provincias *Vicarius Apostolicus*, &c. Omnibus ac singulis de Clero & Populo Secularibus æquè ac Regularibus per Civitatem & Archidiœcesim Ultrajectensem, Salutem in Domino.

Dudum à felicis recordationis *Philippo Archiepiscopo Philippensi*, in VICARIATU APOSTOLICO PRÆDECESSORE NOSTRO emanarunt Patentes Litteræ tenoris sequentis.

Philippus, Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ, *Archiepiscopus Philippensis* & *Ultrajectensis*, nec non Hollandiæ, Zelandiæ, cæterarumque confœderatarum Belgii Provinciarum, atque Trans-Isulaniæ partium *Vicarius Apostolicus*, Præpositus *Aldensaliensis*; Universis & singulis Pastoribus, locorum Ordinariis, aliisque Presbyteris & Cooperatoribus in directione animarum tam Sæcularibus quàm Regularibus per Diœcesim Ultrajectensem, Salutem in Domino sempiternam.

Crescente paulatim per Dei Gratiam Catholicorum numero, videmus etiam labores nostros & sollicitudinem augeri: ideoque merito ad hoc Nobis attendendum duximus, ut plures etiam ex præcipuis hujus Diœcesis Sacerdotibus Cooperatores in partem sollicitudinis & in laborum sublevamen assumeremus, qui communicatis Nobiscum consiliis onus regiminis amplæ hujus Diœcesis suavius redderent & securius. In hunc ergò finem VICARIATUM QUEMDAM pro Diœcesi Ultrajectensi erigendum censuimus, & in Dei nomine erigimus per præsentes. In quo, ne Nos nimiâ mole negotiorum obruamur, in Cooperatores tamquam membra *Vicariatûs* assumpsimus admodum Reverendos Dominos *M. Joannem Wachtelaer*, S. T. L. Vicarium Nostrum Generalem, *M. Lambertum Feitium* multorum annorum labore & experientiâ in Pastoralibus exercitiis probatum Theologum, *M. Henricum Steeneum*, *J. V. L. M. Gerardum Peltium*, & *M. Joannem Putcamerium S. T. L.* qui utpote in Oppido Ultrajectensi residentes faciliùs convenire, & Nobis ad manum esse poterunt. Adjungimus nihilominus illis, & ad Vicariatum nostrum pertinere volumus Reverendos Dominos Archi-presbyteros hujus Diœcesis, scilicet *M. Engelbertum Kenniphoven*, S. T. L. Pastorem & Archi-presbyterum Hagiensis Districtûs, *M. Rumoldum Medenblykium*, *S. T. L.* Archi-presbyterum Rynlandiæ, *M. Suitbertum Henrici*, *S. T. L.* Archipresbyterum Delphensis Districtûs, item *M. Hermannum Oemminum*, *J. V. D.* Archi-presbyterum Zuit-Hollandiæ, & *M. Petrum Henrici S. T. L.* Archi-presbyterum Districtûs Gaudani à nobis nuper designati, & *M. Reynerum Mercatorem* S. T. B. F. Pastorem Leydensem, qui Annis singulis ad minimum bis convenient nobiscum ad pertractanda Diœcesis negotia, scilicet semel die opportuno post Dominicam tertiam post Pascha, & iterum die convenienti post Festum S. Bartholomæi; aut si notabile impedimentum occurrat, aliis diebus per Nos, vel Vicarium nostrum Generalem designandis, indicato pariter loco in quo Conventus videbitur celebrandus.

Pro majori autem stabilimento & continuatione dicti Vicariatûs commune ærarium ad incumbentes sumptus pro bono publico facien-

faciendos, & occurrentia onera sublevanda erigetur, cujus administratio penes Archiepiscopum, vel ejus Vicarium Generalem erit. Statuetur quoque Secretarius aliquis vel actuarius, qui acta in singulis Conventibus & notabiliora quæque, quæ scriptis mandanda videbuntur, accuratè annotabit, & in Congregationibus prælegeret, quæ prælegenda videbuntur. Mandamus, itaque, & sub pœna inobedientiæ præcipimus omnibus & singulis Diœcesis Ultrajectensis Pastoribus, aliisque Sacerdotibus & Cooperatoribus tam Secularibus, quàm Regularibus, ut ad hunc Vicariatum à Nobis prædicto modo erectum, in difficultatibus exurgentibus recursum habeant, ejusque directioni, statutis, & constitutionibus per Nos approbatis vel approbandis efficaciter obediant, singulique in suo ordine pro salute & profectu Ecclesiæ Dei, in hac Diœcesi alacriter laborare studeant, ut ita Dei honor, & salus animarum cum bona correspondentia & concordia, convenientique ordine procuretur. In pleniorem fidem præmissorum hanc Constitutionem nostram & Instrumentum erectionis Vicariatûs conscribi fecimus, & nominis nostri subsignatione, ac sigilli subimpressione confirmavimus. Actum die 9. Novembris Anno. D. 1633. Pontificatûs S.D.N. Domini *Urbani* Papæ VIII. Anno 11. Erat subscriptum, PHILIPPUS, *Archiepiscopus Philippensis, Vicarius Apostolicus.* Et infimè, ex Mandato Ill. ac Rev. Dom. *God. à Moock* Secret. Sigillo subjunctum apposito.

Cùm autem quæ ad felicius Regimen dictæ Diœcesis Ultrajectinæ, & ad sublevamen sui laboris noster ordinavit Prædecessor, etiam Nobis, nostrisque Successoribus commoda & necessaria esse sentiamus, atque eadem posthac conducibilia ad ejusdem Diœcesis Regimen fore confidamus; hinc est, quod Nos, pro Officii nostri debito dictæ Diœcesis utilitati intendentes, & ante nominati Vicariatûs stabilimento, continuationi, & amplificationi studentes, in Dei nomine continuamus, & confirmamus omnes & singulos, qui superstites sunt ex iis, quos Prædecessor noster ad *Vicariatum* istum in prima erectione assumpsit, & illos quoque, qui iisdem morientibus substituti postea ab ipso, vel à Nobis fuerunt; mandantes illis omnem curam, & communicantes omnem potestatem, quam idem Prædecessor noster in præinsertis Litteris *Vicariatûs* istis mandavit, & communicavit.

Præterea volentes dictum *Vicariatum* majori honore condecorare, *erigimus illum in perpetuum Senatum Ecclesiæ Ultrajectinæ atque Concilium Vicariatûs nostri, ejusdemque Ecclesiæ, & ad instar Canonicorum Graduatorum in Ecclesia Cathedrali haberi volumus*; Idque eâ lege, ut Nos, & pro tempore futuri Vicarii Apostolici, simus Præsides perpetui, & Capita ejusdem Concilii, habentes in eodem vocem Primam, & præterea in paritate votorum, facultatem alterutri parti accedendi, atque sic paritatem dirimendi.

Cupientes etiam Concilium istud faciliùs congregari posse, damus eidem facultatem eligendi (Præsidente Vicario Apostolico, vel saltem absentis voce in scripto præhabitâ & propositâ) Vice-Præsidem, qui, Vicario Apostolico absente, valeat convocare Concilium, atque in eodem Præsidere, quique teneatur de Conventu habendo præmonere Vicarium Apostolicum, eidemque acta Concilii postea referre, atque in casu paritatis votorum ab eodem petere decisionem.

Quod si verò contingat ipsum Vice-Præsidem interesse non posse Congregationi, senior Concilii locum illius supplebit in omnibus; optantes quoque maximâ unanimitate colligatum semper manere idem Concilium, transferimus in illud Jus atque potestatem alias idoneas personas in locum decedentium ad hoc Concilium eligendi & assumendi, (Præsidente Vicario Apostolico vel saltem absentis voce in scripto præhabitâ ac propositâ, uti supra) facultatem etiam concedimus condendi sibi leges, & statuta in hisce electionibus, & reliquis consultationibus perpetuò servanda. Similiter quoque desiderantes, ut omnes, qui in hujus Diœcesis Regimine sub Nobis sunt constituti, in aliquo sibi associentur Collegio, volentesque efficere, ut sicuti modò omnes Archipresbyteri, Archidiaconi & Pro-Vicarii nostri hujus Diœcesis (exceptis Officialibus & Dignitatibus Ducatûs Cliviensis) sunt de hoc Concilio, ita quoque maneant imposterum, damus hoc Jus & Privilegium eidem Concilio, quod deinceps illi soli ad Archidiaconi, vel Pro-Vicarii, vel Vicarii Apostolici Officium vel Dignitatem (extra Ducatum Cliviensem) poterunt promoveri in hac Diœcesi, qui de illo Concilio sunt, & quod eorumdem talis ratio habebitur in Archipresbyterorum creationibus, ut semper major pars Archipresbyterorum sit de hoc Concilio.

Præterea cupientes zelum Fidei propagandæ & amplificandi Cleri in hac Diœcesi, fovere in viris hujus Concilii, spondemus & fidem damus iisdem, eorumque successoribus, quod nequaquam concedemus Regulari personæ ullam Parochiam, locum, vel Congregationem intra hanc Diœcesim, quæ nunc à solo aliquo Presbytero seculari, vel imposterum solis secularibus excolitur, vel excoli incipiet. Atque de hoc securos facere volentes viros hujus Concilii (quatenus ea spe diligentiùs curent Parochias & loca deserta excoli à Clero seculari, eademque de mediis temporalibus provideri) obligamus

gamus Nos, Officii nostri Vicariatûs Apo-
stolici nomine, quod decedentibus in hac
Diœcesi secularibus, oon alios quàm secu-
lares substituemus in iisdem Parochiis, lo-
cis, & Congregationibus, in habitaculis quo-
que, fundis, bonorumque proveotibus, quæ
in beneficium, manutentionem, vel usum
ejusmodi Parochiarum, Locorum, vel Com-
munitatum, jam olim data, vel ab ultimo
Presbytero seculari defuncto relicta fue-
runt: ita ut bona talia, neque in totum, ne-
que pro parte, valeant ad Missionarios Re-
gulares, eorumque Conventus ullo titulo,
vel jure transferri. *Declaramus quoque in-
tentionem nostram esse, quod hoc Concilium
in conservandis Juribus quibuscumque Diœ-
cesis hujus, & reliquis causis majoribus Au-
ctoritatem habebit ad instar Capituli Cathe-
dralis.*

Denique cordi habentes erectionem Æra-
rii (à Prædecessore quidem nostro providè
ordinatam, atque in præinsertis Litteris isti
Vicariatui demandatam, sed hactenus omis-
sam) & eandem ad effectum omni promp-
tiori modo deducere satagentes; acceptan-
dam judicavimus, & in Dei nomine per
præsentes acceptamus fundationem, seu ere-
ctionem dicti Ærarii, ad quam nobis viri
hujus Vicariatûs offerunt summam viginti
millium florenorum in parata pecunia cum
promissione de augmentando per se, & per
alios, pro viribus suis, dicto Ærario ad sum-
mam quinquaginta millium florenorum, id-
que totum sub his conditionibus, & non
aliter, nec aliàs, quod omnimoda custodia,
gubernatio, & administratio ejusdem Ærarii
erit, & in perpetuum manebit apud hoc
Concilium cum Præside suo Vicario Apo-
stolico, qui Concilium istud eo loco habe-
bit, quo Capitulum Cathedrale est apud
Ordinarium; cum jure tali, quod ex illo
corpore & non aliundè assumet suos Archi-
diaconos, Pro-Vicarios & majorem Archi-
Presbyterorum partem hujus Diœcesis ex-
tra Ducatum Cliviensem; quodque sine as-
sensu ejusdem Concilii non conferet ulli Re-
gulari locum, Congregationem, vel Paro-
chiam, ejusve proventus & emolumenta,
quæ ab aliquo Sacerdote seculari solo ha-
ctenus curata, & deservita fuerunt. Ita qui-
dem, ut si quispiam quovis prætextu tenta-
verit per Censuras & fulmina Ecclesiastica
dictum Concilium Vicariatûs à præfata Cu-
stodia, Gubernatione & Administratione di-
cti Ærarii amovere, ipsumque extinguere,
vel continuationem ejusdem per liberam no-
vorum electionem impedire, vel præfatis ju-
ribus privare, tunc ipso facto dissolutum
& annullatum sit hoc publicum Ærarium,
ita ut cuique liberum sit repetere quæ intu-
lit, & quæ à prædefunctis, vel extraneis il-
lata fuerunt inter superstites dividere, & re-
stituere his, quibus id defunctus tali casu
legaverit, ad disponendum illis privatâ suâ
auctoritate, perinde ac si in Ærarium pu-
blicum illata numquam fuissent, ut verò de
hisce omnibus hi Fundatores securiores sint,
declaramus Nos tali modo acceptare omnia,
& singula, & sic illis postulata quæque con-
cedere, ut nullam, & irritam velimus esse
donationem, seu Fundationem hanc, si præ-
fatæ conditiones violatæ à quoquam fuerint,
& propterea ex nunc pro tunc revocamus
& annullamus omnem nostram acceptatio-
nem dictæ Donationis & Fundationis in casu
talis violationis. Mandamus itaque, & sub
pœna inobedientiæ præcipimus omnibus, &
singulis Diœcesis Ultrajectinæ Pastoribus, &
Missionariis, Presbyteris, & Clericis, Secu-
laribus & Regularibus, ut hoc Concilium
Vicariatûs tamquam Senatum Ecclesiæ Ul-
trajectinæ recognoscant, & in honore ha-
beant. In quorum omnium & singulorum
pleniorem fidem & robur, hanc Constitutio-
nem conscribi & hoc Instrumentum Appro-
bationis & Elevationis Concilii Vicariatûs
fieri mandavimus, atque nominis nostri sub-
signatione confirmavimus, ac Sigilli nostri
majoris subimpressione corroborari jussimus.
Antverpiæ hoc solemni Die festo SS. Aposto-
lorum Petri & Pauli, stylo Ultrajectensi, An-
no Domini M.D.C.LVIII. Sanctissimi verò
Domini nostri prædicti Pontificatûs quarto.

(LS) Erat subsignatum:

JACOBUS, *Archiepiscopus Ephesinus, Vic. Apost.*

Et infra, De Mandato Ill. ac Rev. Domini, D. mei præfati.

FERD. DE LA CRESSONNIERE, *Secret.*

Hanc Copiam cum suo Originali concorda-
re attestor, in cujus fidem meâ manu
subscripsi, & meo sigillo munivi.
Amisfurti. hac 12. (Octava S. Bonifacii) Junii Anno 1717.

PHILIPPUS EMANUEL LE FEBRE, *Prot. Not. Apost.*

NOS retroscripti per Secretarium nostrum
prælegi fecimus retroscriptas Litteras Paten-
tes Reverendis admodum Dominis de *Con-
cilio Vicariatûs* hujus, qui easdem sum-
mâ reverentiâ audiverunt, laudaverunt, &
acceptarunt; Nobisque (Professione Fidei,
ac fidelitatis Juramento præmissis) addixe-
runt, & promiserunt diligentiam ad colla-
borandum (juxta datam sibi auctoritatem)
honori S. Sedis Apostolicæ, propagationi
Fidei, & stabilimento Cleri in dicta Ar-
chidiœcesi; ideoque & hic Nobiscum sua
nomina, & cognomina subscripserunt. Præ-
sentibus *R. D. Laurentio Van Meeuwen*,
hujus Civitatis Antverpiensis, Parochialis
Ecclesiæ S. Georgii Martyris, Pastore, &
Domino *Thoma à Wykersloot*, *J. U. D.* ad
præmissa vocatis, ac rogatis. Actum eadem
in

in Civitate Antwerpiensi die, & Anno qui-
bus, retro. *Erat subsignatum.*

Jacobus, *Archiepiscopus Ephesinus, Vicarius Apost.*

Joannes Schade,
Joannes van Neercassel.
Rudolphus ab Heumen,
Joannes Putkamerus,
Abrahamus Brienen,
Henricus Vander Graft,
Anthonius Vander Plaet, 1658.
L. V. Meeuwen, *Past. in S. Georgii*, *ut Testis.*
Thomas van Wykersloot, *ut Testis.*

De Mandato Ill. ac Rev. Domini mei præfati.

Ferd. de la Cressonniere, *Secret.*

Ego infrascriptus tempore renovationis Vicariatûs ob senium absens, vidi, legi, Instrumentum hoc desuper erectum, à Con-fratribus subscriptum; eidem intentione subscribo hâc 26. Aug. Anno 1658.

P. Purmerent.

XVII. Zacharias, Dei & Apostolicæ Sedis Gratiâ *Episcopus Trallensis*, & per unitas Belgii Provincias *Vicariatûs Apostolici* Coadjutor perpetuus &c.

Notum facimus, quod *R. R. D. D. Joannes de Neercassel, Joannes Schadé, Joannes Putkamer & Abrahamus Brienen*, Nobis exhibuerint Erectionem, Confirmationem, & amplificationem *Concilii Vicariatûs Ultrajectensis* ab altera parte hujus folii autenticè descriptam, atque à Nobis per manûs nostræ subscriptionem approbari, vel confirmari instanter petierint. Quodque Nos inclinati ad ea roboranda, quæ Prædecessores nostri pro bono Ecclesiarum sapienter ordinarunt, judicavimus petitioni præfatæ annuendum, adeòque per præsentem manûs nostræ subscriptionem approbamus omnia, & singula in altera parte hujus folii contenta; atque Dominis de *Vicariatu* isto spondemus inviolata servare cuncta privilegia, gratias & facultates ibidem expressas. Actum 19. Aug. Ultrajecti Anno post millesimum, sexcentesimo, quinquagesimo nono.

Signatum erat.

Zacharias, *Episc. Trallensis.*

XVIII. Cùm Institutio *Concilii Vicariatûs Ultrajectensis*, à me semper existimata sit tamquam columen Ecclesiæ Catholicæ militantis in Fœderato Belgio, hinc factus modò Vicarius Apost. non possum non illud approbare, & confirmare, optans ut Successores mei in Officio Vic. Apost. istud Concilium æstiment, tamquam Fidei conservandæ & propagandæ Seminarium, & operâ istorum virorum utantur semper, eorumque Concilium audiant.

In quorum fidem hocce Scriptum Ultrajecti 17. April. Anno 1667. expedivi.

Subsignatum fuit.

Johannes *Episc. Castoriens: Vic. Apost.*

Has vicissim Copias sub litteris B. & C. cum suo Originali concordare attestor, in cujus fidem manu meâ subsignavi, ac sigillo meo roboravi.

Amisforti. hâc 12. Julii, quæ erat Octava S. Bonifacii Anno 1717.

Philippus Emanuel le Febre, *Prot. Not. Apost.*

XIX. Petrus, *Dei & Apostolicæ Sedis Gratiâ Archiepiscopus Sebastenus, &c. Omnibus hasce visuris Salutem in Domino.*

Decessores nostri sollicitè Catholicæ in Fœderato Belgio Ecclesiæ incolumitati, atque Cleri Batavi conservationi curam intendentes, Collegium Presbyterorum, sub nomine Vicariatûs, sive, ut vulgò loquimur, Capituli Ultrajectini, erigendum, ac fovendum esse duxerunt. Id testati sunt Illustrissimus Dominus *Philippus Rovenius* Archiep. Philippensis, atque Illustrissimus Dominus *Jacobus de la Torre*, Archiep. Ephesinus Litteris patentibus eum in finem solemniter datis. Hisce Litteris Illustrissimus Dominus *Zacharias de Mez*, Episcopus Trallensis, uti etiam Illustrissimus Dominus Episcopus Castoriensis plenè subscripserunt. Ego quidem, susceptâ hujus Ecclesiæ administratione, iis nomen meum non apposui, sed id merâ incuriâ, nullo autem erga memoratum Collegium affectûs, aut existimationis defectu accidit. Proinde me ejusdem cum Decessoribus meis hac super re mentis & animi esse, atque semper fuisse, vigore præsentium declaro. Actum Ultrajecti die 7. Nov. Anno à Nativitate Domini 1704.

Petrus, *Archiep. Sebastenus.*

De mandato Ill. D. præfati, Theodorus Doncker, *S. T. S.*

XX. Infrascriptus declaro, me Jura & legitimas prærogativas Capituli Ultrajectini secundùm quod Prædecessores mei promiserunt, pro viribus illibata servaturum; & quidquid ab iisdem Prædecessoribus meis, Capitularibus prædictis & Clero promissum est, ego iis sincerè promitto. In quorum fidem hisce subscribo. Actum Hagæ-Comitum 24. Novemb. Anno 1705.

Gerardus Potcamp, *Vic. Apost. per unitum Belgium.*

BREVIA

Digitized by Google

BREVIA PAULI V.

XXI.

Ad Philippum Rovenium. *Secundùm Copias ex Archivio Archiepiscopatûs Mechliniensis.*

PAULUS PP. V.

Dilecte Fili, salutem & Apostolicam Benedictionem. Ne Christi fideles, qui in istis partibus, quæ ab hæreticis occupantur, existunt, omni Pastorali curâ destituantur, pro nostro Apostolatûs Officii debito, quantùm cum Domino possumus, providere volentes, ac de tuo Catholicæ Religionis zelo, doctrina, fide, ac prudentia plurimùm in Domino confidentes, Te in partibus Hollandiæ, & Zelandiæ Vicarium Apostolicum ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum cum facultatibus in aliis nostris in simili forma Brevis expeditis Litteris, Apostolicâ Auctoritate tenore præsentium facimus, constituimus, & deputamus. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die XI. Octobris M.D.C.XIV. Pontificatûs nostri Anno Decimo. Subsignatum erat. *S. Cobellutius.*

Inscriptio in dorso pergameni. *Dilecto Filio Philippo Rovenio Decano Collegiatæ Ecclesiæ Oppidi, seu loci de Aldensel.* Impressum erat sigillum Piscatoris in rubra cera.

Concordat cum suo Originali. Quod attestor Notarius publicus in Curia Brabantiæ admissus. *G. V. Waermenhuysen Coggeman* Notarius 1623.

XXII. PAULUS PP. V.

Dilecte Fili, salutem & Apostolicam Benedictionem. Cupientes, ut in locis Ditionum Belgicarum tuæ curæ, ratione Officii Vicarii Apostolici commissis, rectè & fideliter omnia peragantur, Tibi, durante tuo Officio hujusmodi, plenam & amplam super omnibus cujusvis Ordinis, etiam Mendicantium, ac Instituti, etiam Societatis JESU, ingredientibus Provincias Tibi commissas, tam in his, quæ concernunt administrationem Sacramentorum, quàm circa doctrinam Catholicam & disciplinam, etiam quod tales Regulares habeant obedientiam suorum Superiorum, & missi sint Religionis adjuvandæ causâ, dummodo tamen in eadem Provincia non adsint Superiores dictorum Regularium ibi degentes, superioritatem & auctoritatem omnimodam, ac eandem, quam eorum Superiores haberent, si in eisdem partibus residerent, ita ut illos, & quemlibet eorum, circa præmissa visitare, corrigere, & reformare, ac contradictores quoscumque per Censuras & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia cogere & compellere possis, & valeas, auctoritate Apostolicâ tenore præsentium concedimus, & impertimur. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & quorumvis Ordinum, & Institutorum Regularium, etiam dictæ Societatis JESU, juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis Statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis quoque, exemptionibus, indultis, & Litteris Apostolicis, eisdem Regularibus, eorumque Superioribus & personis, sub quibuscumque tenore, & formis, ac cum quibusvis Clausulis, & Decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenorem præsentibus pro plenè & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hâc vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XI. Octobris M.D.C.XIV. Pontificatûs nostri Anno decimo. Et inferiùs erat signatum. *S. Cobellutius.* Et in dorso scriptum. *Dilecto Filio Philippo Rovenio Decano Collegiatæ Ecclesiæ Oppidi, seu loci de Aldensel.* Annulus Piscatoris ibi impressus.

Collatio facta cum Originali Bruxellæ 5. Januarii 1615. Quod attestor.

G. V. Waermenhuysen Coggeman Notarius publicus.

XXIII. PAULUS PP. V.

Dilecte Fili, salutem & Apostolicam Benedictionem. Cùm, sicut accepimus, in Belgii Ditionibus ab hæreticis occupatis, ubi Vicarius Apostolicus à Nobis deputatus est, nonnulli Catholici de Beneficiis Ecclesiasticis illarum Ditionum, ab hæreticis, hanc Auctoritatem temerè & falsò sibi arrogantibus, provisi, & cupientes sibi de eisdem Beneficiis ab eadem Sede provideri, huc propterea accedere non audeant, seu nequeant, dictaque Beneficia ..... absque aliquo saltem Canonico .... obviare, ac conscientiarum dictorum Provisorum securitati consulere, & jura prædicta tueri cupientes, Tuis in hac parte precibus addicti, Tibi hujusmodi Vicarii Apo-

Apostolici munere durante, ut quoscumque
Canonicatus & Præbendas, aliaque inferiora
Beneficia Ecclesiastica, Cathedralibus & Me-
tropolitanis vel Collegiatis, aut Parochiali-
bus, seu aliis Ecclesiis consistentia dictarum
Ditionum, extra Romanam Curiam, in qui-
buscumque Mensibus, per quascumque Can-
cellariæ Apostolicæ Regulas, seu Constitu-
tiones dictæ Sedi reservatis, quibusvis modis
vacantia, & imposterum vacatura, quibus-
vis personis, Catholicis tamen, quæcumque
alia Beneficia Ecclesiastica compatibilia ob-
tinentibus, quas ad id idoneas esse judicave-
ris, nec non illis, per hæreticos, ut præfer-
tur, de Canonicatibus, & Præbendis, & in-
ferioribus beneficiis provisis, illa de novo
Auctoritate Apostolica conferre, & de il-
lis etiam providere, fructus quoque, red-
ditus, proventus, jura, obventiones, emo-
lumenta, ac distributiones, ex eis per eos
indebitè percepta, & ad quamcumque sum-
mam ascendentia, illis gratiosè dimittere,
& condonare, nec non ab eis omnem in-
habilitatis, & infamiæ maculam, sive no-
tam per eos, præmissorum occasione, con-
tractam abolere, ac illos in pristinum, &
eum, in quo ante præmissa quomodolibet
erant, statum restituere, reponere, & ple-
narié redintegrare, liberè, & licitè valeas,
dictâ Auctoritate, tenore præsentiom licen-
tiam concedimus & facultatem; decernen-
tes omnes, & quascumque Collationes &
provisiones, aliaque præmissa, quæ de hu-
jusmodi Canonicatibus & Præbendis, ac Be-
neficiis, per Te vigore præsentium fieri
contigerit, ut præfertur, valere, plenamque
roboris firmitatem obtinere, ac iisdem
personis suffragari debere in omnibus, &
per omnia, perinde, ac si de illis per ean-
dem Sedem facta fuissent, sicque per quos-
cumque Judices, & Commissarios quavis
Auctoritate fungentes, & Causarum Apo-
stolicarum Auditores, ac S. R. E. Cardina-
les ubique judicari, & definitari debere, ac
irritum & inane, si secus super his à quo-
quam, quavis auctoritate, scienter, vel ig-
noranter contigerit attentari. Non obstan-
tibus præmissis, ac quibusvis Constitutioni-
bus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ec-
clesiarum in quibus hujusmodi Beneficia
forsan fuerint etiam Juramento, Confirma-
tione Apostolicâ, vel quâvis firmitate aliâ
roboratis statutis & consuetudinibus, cæte-
risque contrariis quibuscumque. Datum Ro-
mæ apud S. Mariam Majorem sub annulo
Piscatoris Die 9. Octobris Anno 1614. Pon-
tificatûs Nostri Anno decimo.

XXIV. Decretum Consistoriale, quo Philippus Rovenius creatur Archiepiscopus Philippensis.

A

Feriâ secundâ die 17. Augusti 1620. Romæ in Aula Palatii Quirinalis fuit Consistorium secretum, in quo,

Reverendissimo Domino Cardinali Burghesio Flandriæ Protectore referente, Sanctissimus Dominus noster, Ecclesiæ Philippensi in Thessalia, in partibus Infidelium, vacanti per obitum Sasboldi ultimi ejusdem Ecclesiæ Archiepiscopi, providit de persona R. D. Philippi Rovenii Presbyteri Daventriensis Diœcesis, Sacræ Theologiæ Licentiati &c. cum facultate Pontificalia munera exercendi in Provinciis Hollandiæ & Zelandiæ, quæ Pastoribus destitutæ sunt, & cum retentione Præpositurae Aldenzaliensis, quam obtinet in Daventriensi Diœcesi &c ex cujus fructibus, unà cum annua perpetua pensione sibi assignata à Belgii Principibus, adjunctis etiam aliis subsidiis ordinariis, quæ quidem omnia conjunctim æstimantur ad scuta mille monetæ illarum partium &c.

B

PAULUS PP. V.

Venerabilis Frater, salutem & Apostolicam Benedictionem. Ea, quæ de Fraternitatis tuæ pietate, Prudentia, & doctrina certis testimoniis accepimus, jure optimo Nos induxerunt, ut Te Archiepiscopali dignitate exornaremus; ut eâ ratione honorificentiùs, ac majori cum fructu demandatum Tibi à Nobis in istis partibus Apostolici Vicariatûs munus exercere possis, nec dubiam spem concipimus, Divinâ adjutrice gratiâ, à qua omnis nostra sufficientia est, talia Te ubique tuarum virtutum exempla præbiturum, ut unam Dei gloriam, & animarum salutem perpetuò præ oculis habens, optimæ nostræ de Te expectationi cumulatè respondeas. Nam quod pertinet ad
ea, quæ per Litteras à Nobis postulasti,
nostram voluntatem plenè intelliges à Ve-
nerabili Fratre Archiepiscopo Salernitano
Nuntio nostro. Equidem de nostra in Te pa-
terna caritate omnia Tibi pollicearis volu-
mus, quæ tuis commodis unquam conduc-
cere cum Domino cognoverimus; quemad-
modum cùm se dabit occasio re ipsâ prom-
ptè demonstrabimus. Dominus Fraternitati
tuæ firmo suæ Gratiæ auxilio ubique adsit,
ut quæ ei maximè grata sunt, totis viribus
semper agere pergas. Et iterum Tibi Apo-
stolicam Benedictionem peramanter imper-
timur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam
Majorem sub annulo Piscatoris die 17. Octo-
bris M. D. C. XX. Pontificatûs nostri Anno
decimo sexto. Subsignatum erat: *Gaspar Palo.*

Palo. Inscriptio in dorso pergameni erat. *Venerabili Fratri Philippo Electo Archiepiscopo Philippensi.* Impressum erat sigillum Piscatoris in rubra cera.

Concordat cum suo Originali. Quod attestor Notarius publicus in Curia Brabantiæ admissus.

G. V. Waermenhuysen Coggeman Nots. 1623.

XXV. Initium prolixi Libelli supplicis oblati Episcopis Belgii Anno 1624. *Ex Archivio Archiepiscopatûs Mechliniensis.*

Illustrissimo, & Reverendissimis Dominis.

EXponitur cum debita reverentia ex parte *Vicariorum Subdelegatorum Illustrissimi Domini Vicarii Apostolici in Provinciis unitis*, & Pastorum, totiusque Cleri secularis. Quod ab Annis 40. & pluribus, postquam redactæ essent quædam Provinciæ Belgii Regis Catholici in potestatem hæreticorum, varii eruditione, & pietate præstantes Sacerdotes missi sint Lovanio (ac præsertim ex disciplina Eximii Doctoris Jansonii) & aliundè, qui suscitarent semen Fidei, & conservarent *Catholicorum reliquias* in obedientia S. Sedis Apostolicæ & Regiæ Catholicæ Majestatis.

Multiplicato tandem istorum Sacerdotum numero, visum fuit Summis Pontificibus, præsertim Clementi Octavo felicis recordationis, ex consilio Illustrissimi Nuncii Apostolici Belgii Octavii Frangipani, iisdem præficere Auctoritate Apostolicâ Vicarium Apostolicum Dominum Sasbout Delphensem, (quem etiam postea Anno 1602. ad instantiam Serenissimi Archiducis Alberti gloriosæ memoriæ, & Serenissimæ Infantis, Archiepiscopum creavit) atque eidem, ut inter operarios istos, & desolatæ vineæ cultores, necessarium constitueret ordinem, per Breve Apostolicum omnes Religiosos paulatim accedentes, & nominatim Societatis JESU (quorum primus, & unicus accessit Anno 1593. paulatim plures) subjecit, tanquam proprio suo Superiori, in his, quæ concernunt administrationem Sacramentorum, Doctrinam Catholicam, & Disciplinam Ecclesiasticam. Promittebant autem Patres Societatis ad ingressum omnia obsequia, & obedientiam; quibus Vicarius Apostolicus de locis, & Fidelium Ædibus ac sustentatione honesta providebat. Sed confidentiores facti, sensim etiam pro suis exemptionibus contra Vicarii Apostolici Auctoritatem, & Pastores locorum, aliosque Ordinarios Sacerdotes contendere cœperunt.

Et propterea Anno 1610. conclusi sunt inter Vicarium Apostolicum & Patrem Provincialem Societatis Flerontinum, certi articuli concordiæ, diu antea ab ipsismet Patribus Societatis oblati, quos Pater Flerontinus Provincialis omnibus suis per speciales Litteras eodem Anno 9. Martii, sub omni obedientia, & gravissimis pœnis strictissimè servare, & singulis mensibus relegendo, secundùm illos conscientiam suam examinare præcepit. Quin etiam, exortis rursus contentionibus, Paulus Papa V. felicis recordationis sæpius eosdem observari mandavit, à quibus nihilominus frequenter recesserunt.

Mortuo autem prædicto Archiepiscopo Vicario Apostolico Sasboldo Anno 1614. *ad sollicitationem Cleri secularis, commendationem Illustrissimi Nuncii Apostolici nunc Cardinalis Bentivoglio*, ex voluntate Serenissimi Archiducis gloriosæ memoriæ, & Serenissimæ Infantis (collatâ ad hoc Præpositurâ Aldenzaliensi) constitutus est à Paulo Papa V. Successor Vicarius Apostolicus, Dominus Philippus Rovenius, tunc Decanus Aldenzaliensis, cum iisdem prærogativis & facultatibus, atque auctoritate speciali in Religiosos, & nominatim Societatis JESU, per Breve Apostolicum. Quem etiam [illegible] Archidux gloriosæ memoriæ & Serenissima Infans, magnâ instantiâ, etiam dote ex Ærario suo datâ, speciatim pro conf[illegible]manda Auctoritate (cùm illa rursus nonnihil impugnaretur) Archiepiscopum creari f[illegible]cerunt: atque illâ Auctoritate Apostolicâ, *Vicarius* secundùm vires suas à Domino sibi *concessas*, semper studuit in pace, & tranquillitate tam Regularibus, quàm Secularibus præesse.

XXVI. Initium Memorialis superiori Libello annexi. *Ex eodem Archivio.*

De ordine qui in Clero Fœderatarum Provinciarum videtur servandus.

PAssim in usu est, quod Religiosi cujuscumque Ordinis facti Pastores, ea in parte subsint Ordinariis.

Cùm autem Ecclesia Provinciarum Fœderatarum suis Ordinariis careant [illegible] *supremo Pastori, loco eorum* [illegible] *tuere Sedis Apostolicæ Vicarium* [illegible] *testate delegata, munia Ordi*[illegible]*, visum fuit* [illegible] *iidem constituere* [illegible]*, qui cum Potestate delegata*... *ariorum illis* in

...in Provinciis obeat: idque Jure, nam Vicarium Christi non solùm Episcopus Episcoporum est, verùm etiam Episcopus Ecclesiæ Dei.

Quod ergo Religiosi, facti Pastores, debent Ordinario, si in illis essent locis, id deferre debent illi, qui in ipsorum locum per Supremam Ecclesiæ Dei Episcopum surrogatus est, accedente præsertim peculiari, hac in parte, Pontificis Romani mandato, sine quo id ipsum deberent Jure Ecclesiastico.

Extractum ex Epistola Philippi Rovenii ad Jacobum Boonen Archiepiscopum Mechliniensem, datâ Romæ 25. Febr. 1623. *Ex eodem Archivio.*

XXVII.

Contendunt inter cætera Patres Societatis, quod Vicarius Apostolicus in Hollandia non habeat Potestatem *ordinariam*, quod, quamvis falsum sit, cùm sit Vicarius Papæ, a quo plusquam ordinariam illic obtinuit Potestatem, tamen *si dignaretur Nos Serenissima Infans ad Titulum Ultrajectensem commendare*, jam clarius omnis contentio esset ablata. *Dabit Deus* quod expediet Ecclesiæ, *mihi onera mea* abunde sufficiunt.

Epistola Philippi Rovenii ad prædictum Archiepiscopum data Romæ 17. Martii 1623. & manu propriâ exarata. *Ex Originali asservato in eodem Archivio.*

XXVIII. A

Illustrissime & Reverendissime Domine, Patrone colendissime.

Cum, bonâ veniâ Serenissimæ Infantis, instructus commendatitiis ejusdem Literis ad Pontificem, ad Urbem accesserim, non alio animo, quàm ut Statum Ecclesiæ in partibus mihi commissis exponerem, & Confirmationem facultatum à Paulo V. felicis Recordationis mihi concessarum postularem, ac potissimùm declarationem cujusdam Brevis, quo conceditur Vicario Apostolico plena superioritas in omnes Regulares, etiam mendicantes, ac Societatis JESU, qui Provincias Confœderatas Religionis adjuvandæ causâ ingrediuntur, tum quoad administrationem Sacramentorum, tum quoad Doctrinam Catholicam, & Disciplinam. Quo Brevi se non comprehendi contendebant Patres Societatis, eò quod addatur clausula (dummodo tamen Regulares non habeant in eadem Provincia suos Superiores illic degentes) nam quia dicunt se illic habere Superiorem degentem, volebant se exemptos, & posse independenter à Vicario quæcumque Sacramenta administrare, prædicare, aliaque exercere. Ego verò existimarem eos, quandoquidem ibi collegialiter non vivunt, sed extra Monasteria, & habitum, singuli Oppidis & Provinciis separati, non censeri habere illic Superiorem degentem ad mentem Pontificis. Ideoque ad sopiendas contentiones, quæ ex independenti illo agendi modo jam ortæ erant, & ulteriùs oriri poterant, petivi explicationem; nihil Superioritatis circa disciplinam illorum Regularem prætendens, nisi in quantum Jure communi, & Conc. Tridentini conceditur Ordinariis, velut Apostolicæ Sedis Delegatis. Subitò autem præter expectationem, Patres Societatis prolixis scriptis se opposuerunt, expressè asserentes, in Hollandia propter persecutiones non posse servari Ordinem Hierarchicum; non esse illic Pastores nisi fictitios, eò quod Ecclesiæ sint destructæ, bona ab hæreticis occupata; Ordinem Hierarchicum lucri causâ tantùm illic confictum à Sacerdotibus, ut possent exhaurire Populum collectis, prætextu Seminariorum, lautè vivere, providere suis amicis, & famulis, alere magnificè Vicarium Apostolicum. Tendere ipsos eò, ut Patres Societatis, aliique Regulares omninò excludantur, ipsique soli dominentur; Vicarium Apostolicum eo fine venisse ad Urbem, & facere multa, quæ impediant procurationem salutis animarum in istis partibus. Quinimò adduxerunt aliqua Testimonia à laicis emendicata, & (quod magis miror) Reverendissimi Sylvæducensis, quibus dicitur, omnino esse necessarium abrogari Superioritatem Vicarii in Religiosos in Hollandia, non enim alio modo sopiri posse diffidia, & tolli scandala. Omitto alia, quæ clanculum contrà Nos & Sacerdotes suggesserunt. Cùmque scirent à Serenissima Infante in favorem Vicarii esse scriptum ad Papam quod unicum medium ad conservandam Pacem, & pro-

profectum Religionis in istis partibus, sit, si agnoscatur unum Caput, sub cujus directione omnes tam sæculares, quàm Regulares Sacerdotes illic laborent; Jamque intelligerent Sanctissimum, & Congregationem Cardinalium omnino ad hoc propendere, ut declararent Ordinem Hierarchicum, ubi Ecclesia militat, maximè necessarium, nec impedire persecutiones, quo minùs illic possint esse veri Pastores; & Vicarium Apostolicum pro Superiore agnoscendum illic, etiam à Regularibus, in his, quæ curam Animarum, administrationem Sacramentorum, & Verbi Dei concernunt. Et opportunè, Nobis antea nescientibus, jam emanasset Constitutio S. D. N. Greg. XV. quæ Religiosos per totum Orbem in prædictis subjicit Ordinariis, tanquam Sedis Apostolicæ Delegatis; *Ipsi contra contendere cœperunt, quod Vicarius Apostolicus non sit Ordinarius: sed nec hic invenientes effugium, cùm nimis apertum sit, ipsum agere vices Pontificis,* QUI MAXIME EST ORDINARIUS, *à quo plusquam Ordinariam, & sine dubio delegatam habeat Vicarius potestatem*; promiserunt se curaturos, ut Serenissima Infans mentem suam pro iis explicaret. Adeoque scriptum est ad Oratorem Infantis, non fuisse eam mentem Serenissimæ Infantis, ut Vicarius Apostolicus Literis commendatitiis sibi ad S. D. N. concessis abuteretur in depressionem Societatis, quorum opera à multis in istis partibus probatur, ideoque attenderet, ne Vicario Apostolico patrocinium præberet in aliquo, quod ad expulsionem Patrum Societatis ex Hollandia vergeret, vel in aliquod præjudicium Regiæ Majestatis. Unde factum est, ut Reverendissimo Domino *Vives*, Oratore Infantis, paulatim patrocinium suum nobis subtrahente, &, ut videbatur, etiam Legato Regis Hispaniarum, malè de Nobis informato, justissima causa nostra ferè periclitaretur propter impositas calumnias. Tantum verò abest, ut Nos Patrum Societatis expulsionem desideremus, ut benignè eos ad subsidium invitaverimus, ut unanimiter Nobiscum laborarent, multòque ampliùs eisdem concesserimus, quàm unquam meus Prædecessor: Agnoscimus enim multum boni eos illic præstitisse, & præstare posse, modo ordinatè agant, Pastorum jura non perturbent, directioni unius capitis, quod Sedes Apostolica constituit, obediant. ..... Refutatione etiam non indiget, quod hìc spargant, Nos in Urbe agere, ut constituantur aliqui in Sedibus vacantibus Episcopi, quod fortassè putant in præjudicium cedere Catholicæ Majestatis; *Nemo enim de hoc vel verbum movit in Urbe, nec fuit à nobis cogitatum: quinimò, nec de mea persona quicquam insinuatum ex parte nostra de promotione ad Archiepiscopatum Ultrojectensem: committo id Deo (qui novit me non ambire) & Serenissimæ Infanti, aut Regiæ Majestati, sine cujus commendatione hic nihil movebitur.* Satis modo apparet nimis manifestè falsa esse hæc, & similia, quæ tantùm ad impediendum principale negotium confinguntur: unde etiam, Deo sic disponente, nec apud Sanctissimum, nec apud Cardinales fidem inveniunt: neque habetur ullus respectus ad Testimonia Laicorum, quia vident quod judicium Laicorum in talibus requirere, sit contentiones excitare, & oves contrà Pastores incitare. Reverendissimum Sylvæducensem miramur se alienis miscere, sed creditur sinistrâ relatione præventus. Ita ut omnino speremus propediem, Deo dirigente, aliquid pro bono Ecclesiæ in istis partibus determinandum, ut ad nostros (ad quod anhelamus) redire possimus. Quia verò tam sinistra suspicio ingesta videtur Serenissimæ Infanti de Nobis, non potui prætermittere, quin datis ad Ipsam Litteris declararem optimâ fide, me nullo pacto agere pro Patrum Societatis aut aliorum Regularium ex Hollandia expulsione, cùm grata, & utilis sit ipsorum cooperatio; sed hoc solùm, ut pro pace, concordia & Ordine Ecclesiæ servando, omnes sub uno Capite Vicario Apostolico laborent, eique secundùm Ordinationem Sanctissimi in his, quæ curam animarum concernunt, vel administrationem Sacramentorum, & Verbi Dei prædicationem obedire teneantur. In hoc & in nullo alio, fideliter, secundùm commendationem Serenissimæ Infantis, mihi hactenus patrocinatus est Reverendissimus D. *Vives* Orator suæ Celsitudinis, cujus patrocinio doleo me nunc destitui per sinistram relationem Patrum Societatis. Insinuavi in Litteris ad Serenissimam Infantem, quod ulteriorem de negotio hoc instructionem possit requirere ab Illustrissima Dominatione vestra, quam obnixè rogo, ut, si occasio tulerit, eam pleniùs pro veritate informare non gravetur. Offero me vicissim ad quæcumque obsequia Illustrissimæ Gratiæ tuæ præstanda paratissimum. Et me vestro patrocinio commendans, Deum oro, ut Ill. Cels. tuam Nobis, & Ecclesiæ suæ diu servet incolumem. Romæ die 17. Martii Anno 1623. Illustrissimæ & Reverendissimæ Gratiæ tuæ, Devotissimus cliens & servus P. Archiepiscopus Philippensis, Vicarius Apostolicus.

EPISTOLA

B

EPISTOLA

Cornelii Jansenii Doctoris Lovaniensis, posteà Episcopi Iprensis, ad Joannem Vergerium Abbatem San-ciranum. *Ex Epistolis Jansenii editis à Gerberonio Anno* 1702. *pag.* 118.

De Bruxelles le 21. & le 22. de Juillet 1622.

MONSIEUR

J'Ai receu la Lettre qui respond à celles qui traitent de l'affaire de (a) Semir, laquelle j'ai communiquée, pour autant qu'il étoit expedient, au (b) Prelat des Steropes, & à ceux qu'il a en son Conseil. Ils trouvent la compagnie à leur gré, & les ay enflammé beaucoup davantage; jusques à me dire ces paroles, que je vous écrivisse, que leur volonté étoit gagnée, & qu'il restoit le plus difficile à les planter quelque part: de laquelle difficulté, je vous veux deduire les causes, afin que vous compreniez au fonds l'état de cette affaire. C'est que ce Prelat, est Prelat Titulaire d'un Archeveché de Grece, aiant puissance pleniere de Vicaire Apostolique par tout le Territoire de (c) Steropes, à cause que les Evechez sont possedez par les Ennemis (d) d'Alanias. *De là vient qu'il n'a pas en son pouvoir aucun Benefice pour leur entretiennement, ou Maison, ou Ville pour les placer. Que s'il tachoit de leur trouver une place au (e) lieu de la residence de (f) Sulpice l'Evêque du lieu (g) y devroit consentir; qui est fort addonné à (h) Pacuvius, ou pour le moins ne le veut pas offenser. Combien que pour trouver en ce lieu une place, seroit assez facile; mais il y auroit outre la difficulté dite empeschement à leur trouver raisonnable entretien, d'autant qu'il est hors de sa Jurisdiction, laquelle s'il avoit à son plein commandement, il n'y auroit rien de si facile que de les accommoder de tout ce qu'il leur faut, en plusieurs endroits. Cependant (i) Boëce leur a repondu, que si l'affaire est à leur gré, il ne doute pas, que Dieu dissipera ces difficultez, par un moien, ou autre. Ils desirent toutefois, que (l) Celias envoie un memorial particulier de tout, pour être informé pleinement. Ils se fachent de la froideur des quartiers de (m) Impera, qui ne se remuent pas facilement pour peu de choses, & moins encore embrassent celles d'autrui, avec passion ... Si Dieu faisoit*

Bruxellæ 21. & 22. Julii 1622.

ACcepi Epistolam responsoriam illis (*meis*) quæ agunt de negotio D. Berulli, quam communicavi, in quantum opus erat, cum Vicario *Apostolico Hollandiæ*, & illis qui ei sunt à consiliis. *Sodalitium* arridet illis, quos etiam multò ardentiores feci, adeo ut edixerint, quemadmodum nuper significabam, quod superatæ essent ipsorum voluntates, & superesset rei caput, nimirum ut alicubi collocarentur; cujus difficultatis causas exponere mihi est animus, ut rem penitus cognoscas. *Scito igitur, quod Prælatus ille sit Episcopus Titularis Archiepiscopatûs in Græcia, plenam habens potestatem Vicarii Apostolici per totam Hollandiam, quia Episcopatus possidentur ab hostibus Regis Hispaniæ.* Hinc provenit, ut nullum in ejus potestate sit Beneficium quod illis sustentandis conferat, aut Domus, aut Oppidum in quo illos collocet. Si conaretur locum illis reperire Lovanii, opus esset licentiâ Ordinarii qui multùm addictus est Jesuitis, aut saltem illos non vult offendere, quamvis aliàs facilè esset hic illis locum dare. Sed præter jam dictam difficultatem, ægrè etiam haberetur unde alerentur ut par est, tanto magis quis (*Lovanium*) extra ejus (*Vicarii Apostolici*) Jurisdictionem existit; si enim illi subesset, facillimo negotio illis prospiceretur de necessariis omnibus in loco non uno. Interim respondit illis Jansenius, non dubitare se (modò res illis placeat) quin Deus hâc vel illâ ratione dissipaturus sit has difficultates. Cupiunt autem, ut Sanciranus scriptum Memoriale submittat de toto (*negotio*) ut rem integrè perspectam habeant. Irascuntur lentitudini Belgarum, qui difficilè moventur ob non multum rei, & difficiliùs rem alterius amplexantur cum fervore .... Si Deus daret ingressum ad Provincias ab Ordinibus occupatas, Berulli negotium meliùs succederet, ut tu facilè intelligis; & hoc est quod Jansenius expectat,

(a) M. de Beralle (b) M. Rovenius Vicaire Apostolique en Hollande (c) d'Hollande. (d) Roi d'Espagne. (e) Louvain. (f) Jansenius. (g) l'Archevêque de Malines (h) Jesuites. (i) Jansenius (l) S. Ciran. (m) des Pays-bas.

Digitized by Google

soit une ouverture aux Provinces qui sont entierement tenues par les Etats, l'affaire de (n) Semir s'accomoderoit plus aisement, comme vous comprenez bien; & c'est cela que (o) Boëce attend, & espere que par ce moien (si Dieu n'en presente à vous, ou à nous quelque autre) (p) Semir sera facilement accommodé. Car aussi bien cette affaire ne se porachevra pas de cette année, comme je m'en doute; d'autant qu'il a sur les bras, le voyage vers (q) Gerordus en Automne, pour ses difficultés avec (r) Pacuvius. Je croi que si cette (s) Compagnie étoit aux quartiers de ce Prelat des (t) Steropet, la plus grande part de ses Prêtres de ce Pays; s'y rangeroient; d'autant qu'ils vivent la plûpart Apostoliquement, en aucune façon sans bien, au milieu des Heretiques, & dont deja quelques-uns s'étoient enrollez en cette Societé des Oblati. *Il sera à propos d'avoir des chiffres pour cette affaire, c'est pourquoi je vous envoie ce papier adjoint.*

ētat, atque sperat hac viâ (nî Deus aliam dederit tibi, aut mihi) Berullo faciliè prospiciendum. Quidquid sit, res hæc, quantùm arbitror, non componetur hoc Anno, tanto magis, quod incumbat illi iter ad Papam proximo Autumno ob dissensiones cum Jesuitis. Si Congregatio Oratorii existeret in partibus Hollandiæ, puto Sacerdotes illius pro maxima parte illi nomen daturos, vivunt enim ut plurimùm Apostolicè, sine ullis redditibus, in medio hæreticorum, & ex quibus jam nunc nonnulli nomen dederant illi Societati *Oblatorum*. Convenit arcanas notas habere pro hac re (*tractanda*) quare submitto tibi adjunctum folium.

C Alia Epistola Jansenii ad eundem, ex eadem Editione pag. 269.

De Louvain le 1. d'Aout 1631.

MONSIEUR

J*'Ai attendu de Vous ecrire, touchant ce que Vous aviez demandé du Vicaire Apostolique d'Hollande, par ce qu'on l'attendoit icy, pour en pouvoir être plus pertinement informé. Il est*, Archiepiscopus Philippensis, *& souvent il s'ecrit aussy* Ultrajectensis, MAIS CE TILTRE NE LUI A JAMAIS ETE DONNE A MON AVIS. *Il est Vicaire Apostolique d'Hollande & des Provinces Unies*, avec pouvoir d'Ordinaire, *quoiqu'il ne semble pas être* ORDINAIRE *des Evechez qui y sont. Il a eu des difficultez avec des Religieux, particulierement de la Compagnie, aussi bien que son Predecesseur* D. Sasboldus Archiepiscopus Philippensis *&c.*

Lovanii 1. Augusti 1631.

DIstuli tibi respondere ad ea quæ quæsieras de Vicario Apostolico Hollandiæ, quia expectabatur hic, ut plenius de illis essem instructus. Est *Archiepiscopus Philippensis*, & sæpe etiam se scribit *Ultrajectensem*, SED HIC TITULUS, MEO JUDICIO, NUMQUAM ILLI DATUS FUIT. Est Vicarius Apostolicus Hollandiæ & Fœderatarum Provinciarum *cum Potestate Ordinarii*, quamvis non videatur esse ORDINARIUS Episcopatuum illarum partium. Difficultates habuit cum Regularibus, maximè cum Jesuitis, prout etiam Prædecessor ejus D. *Sasboldus Archiepiscopus Philippensis* &c.

XXIX. Epistola Philippi Rovenii ad Jacobum Boonen Archiepiscopum Mechliniensem. Data Romæ 23. Octob. 1623. *Ex Originali asservato in Archivio Archiepiscopatûs Mechliniensis.*

Illustrissime & Reverendissime Domine, Patrone colendissime

SCripsi elapso Sabbatho Illustrissimæ Dominationi Vestræ, quo in statu res nostræ in Urbe essent: nimirum, post longam moram, & rei discussionem, tandem visum esse suæ Sanctitati, & Sacræ Congregationi de propaganda Fide, ut quandoquidem se in hujus difficultatis discussione multa consideranda offerebant quæ facti sunt, & particularem notitiam locorum, personarum, statûsque P[illegible] triæ requirere videbantur, à Vicinis Epi[illegible]opis informatio peteretur: dixitque mi[illegible] Dominicâ elapsâ, vivæ Vocis oraculo, [illegible]ontifex, se jam Episcoporum Judicium [illegible] per negotio nostro peti jussisse, & de ca[illegible] in Belgium scribi; mihique concessa Be[illegible]edictione, & licentiâ abeundi, mandavit [illegible] ut si quid contra resolutiones datas à Cardinalibus deputatis

(n) M. de Berulle. (o) Jansenius. (p) M. de Berulle. (q) Le Pape. (r) [illegible]es Jesuites. (s) De l'Oratoire. (t) M. Rovenius Vicaire Apostolique d'Hollande.

gravaminis, de hoc Episcopis haberem; si autem, viso Judicio Episcopos informarem; vel mutaturum, vel cassaturum illas resolutiones, ac stabiliturum auctoritatem Vicarii Apostolici: interim verò, me posse uti omnibus facultatibus à Paulo V. felicis Recordationis concessis, in quantum non præjudicant datis Resolutionibus, donec aliud statuatur. Judicant omnes Cardinales, in favorem nostrum id à Pontifice factum, ut vicinorum, & amicorum nobis Episcoporum, & quorum ex parte interest (eò quod aliquæ Partes Provinciæ ipsorum, & Diœcesium, loca hæreticis subjecta ingrediantur) judicium sit petitum. Rogo itaque obnixè Illustrissimam Dominationem tuam, ut si fieri possit, eò usque differatur responsio, donec Nobis licuerit coram adesse, (quod brevi, Deo favente, fore confidimus, quia 24. Octobris hinc discessuri sumus) & Ecclesiæ statum exponere, & necessitatem unius Capitis, à quo omnes tam Sæculares, quàm Regulares in Hollandia, & confœderatis locis laborantes, in his quæ curam animarum, Sacramentorum administrationem, & Verbi Dei prædicationem concernunt, dependeant, ut ita pax, & concordia serventur, & evitentur scandala & pericula, adeoque animæ illæ miseræ, sub hæreticorum jugo gementes, efficaciùs juventur. Deum oro ut Ill. Dominationem vestram Sancto suo Spiritu dirigat, & Ecclesiæ suæ diu incolumem servet. Ex Urbe die 23. Octobris Anno 1623. Illustrissimæ & Reverendissimæ Dominationis vestræ, humilis Cliens & Conservus in Domino. *Philippus Archiepiscopus Philippensis, Vicarius Apostolicus.*

XXX. Initium Scripti Episcopis Belgii Oblati Anno 1624.

Ex eodem Archivio.

Instructio circa Controversiam Archiepiscopi Philipp. Vicarii Apostolici Hollandiæ & Confœderat. Provinciarum, cum Regularibus ad auxilium Animarum ei collaborantibus, præsertim ex Societate JESU.

Defuncto R.mo Sasboldo Archiepiscopo Philippensi Vicario Apostolico Anno 1614. 3. Maii, *ad instantiam totius Cleri Hollandiæ & Confœderatarum Provinciarum postulatus est Philippus Rovenius*, tunc Decanus Aldenzaliensis, & in Vicarium Apostolicum à Paulo Papa V. per speciale Breve promotus. Cui ad instantiam Ser.mi Principis Alberti, & Nuncii Apostolici Guidonis Bentivolii, communicatæ sunt 20. Decembris ejusdem Anni certæ facultates. &c.

XXXI. Copia Libelli Romæ ab Archiepiscopo Ephesino oblati, 1656.

Eminentissimi & Reverendissimi DD.

A Veni ad Urbem indignus Vicarius Apostolicus Hollandiæ, & Unitarum Provinciarum Jacobus de La Torre Archiepiscopus Ephesinus, ut inter alia agenda, ac huic Sacræ Congregationi remonstranda, etiam explicetur eidem præcisè, quas, & quales habeam, & Prædecessor meus Philippus Rovenius Archiepiscopus Philippensis facultates habuerit, ut aut has, aut saltem illas, aut utrasque renovari jubere Sacra ista Congregatio dignetur.

B Ut autem primò à superioritate incipiam, exhibetur hic sub Numero I. junctum Breve Apostolicum, quo constitutus sum Vicarius Apostolicus, sed cùm in illo contineatur nihil de Superioritate, adjungo & secundum sub N. II. Constitutionis in Vicarium Apostolicum mei Prædecessoris, & tertium sub N. III. quo antea Coadjutor constitutus fueram, quæ quidem, secundum & tertium, solùm de facultatibus quibusdam agunt in genere, Prædecessori meo antehac concessis, inter quas superioritas venit censenda, quæ Brevi N. IV. adducto in favorem Prædecessoris præcisiùs agit etiam ibi illi subjiciendo Regulares, ut ideo,

C Humillimè supplicem, quatenus renovari, seu novi dari queant Vicarii mei Apostolici Patentes, ac in iis disertè exprimatur superioritas in omnes, tum sæculares, tum Regulares in Provinciis unitis præfatis viventes Sacerdotes, & Clericos cujusvis Instituti, ac Diœcesis earumdem Provinciarum, *ita ut penes nullum Capitulum, aut Vicariatum, quocumque Titulo prætensum, sit, aut remaneat aliquod jus Episcopale*, sed declaretur Episcopatuum omnium earundem Provinciarum, omneque jus Episcopale esse penes unum, & *solum Vicarium Apostolicum Sanctæ Sedis Apostolicæ* specialiter delegatum.

INSTRU.

XXXII. Instructiones Sac. Congregationis de propaganda Fide pro R. P. D. Archiepiscopo Ephesino Vicario Apostolico in Hollandia, & Provinciis unitis, nec non pro R. P. D. Episcopo Trallensi ejus Coadjutore.

A AD obviandas difficultates, quæ sæpe in Missione Hollandica, & Provinciarum Fœderatarum oriuntur, & ad magis regulariter illas dirigendas pro Omnipotentis Dei servitio, ac Animarum salute, aliquas instructiones D. V. & R. P. D. Episcopo Trallensi Coadjutori proponendas esse, à Sacra Congregatione supradicta fuit decretum, juxtà quas Gubernium earumdem Missionum D. V. conformare diligenter studeat.

B *Et infrà*: Licitum, imò opportunum erit D. V. ejusque Coadjutori SUBDELEGATOS variis in locis habere, ut obi ipsimet adesse non valent, quidquid in Missionibus agendum est PRO-VICARII isti perficere possint; & sicut illis facultates proprias D. V. communicare ad libitum, juxtà locorum, & personarum exigentiam, licitum erit; ità ab omnibus, & singulis utriusque Cleri, etiam Societatis JESU, pro talibus recognosci, & haberi debent, non obstantibus quibuscumque &c. Ità quod omnes & singuli, Visitationibus & correctionibus SUBDELEGATORUM subsint, æque ac si ab ipso Vicario Apostolico, ejusque Coadjutore procederent.

XXXIII. Epistola ex parte Sacræ Congregationis scripta Zachariæ Mezio Episcopo Trallensi & Coadjutori Vicarii Apostolici die 4. Octobris 1659.

MIrum moveri isthic, circa usum potestatis Dominationis Tuæ exercendum, dubium potuisse. Nam cùm sis ipse Domini Archiepiscopi Ephesini, istis in partibus Vicarii, Coadjutor, quis nesciat eas Facultates Te habere, quas ille ex sibi concessis Tibi delegat? Verum quidem est, cùm illius continuata ægritudo, quæ gravis accidit EE. DD. meis innotuerit, opus fore, ut quoniam illa eum ad muneris sui exercitium inhabilem reddit, Tu vices illius suppleas, & majus, quàm anteà, onus sustineas. Quapropter in rem monitus est Internuncius, ut prudenter, ac suaviter eumdem Dominum pergat ab Officii administratione divertere, observetque interim, an morbus aliqua ex parte remittat. Nunc eidem tradita sunt opportuna perscripta cum eisdem animadversionibus, quas Dominatio tua suggerit, circa istorum Missionariorum Regularium, minùs tuis præceptis obsequentium, contumaciam, & juxta Responsiones illius præsentius remedium adhibebitur, præter quam quod item expectabimus, ut Dominatio tua rationes, modumque id opportunius peragendi, insinuet.

XXXIV. Acta Sac. Congregationis de die 22. Augusti 1661.

Sig. Card. Brancacci.

IL Vescovo Trallense bo. me. Coadjutore dell' Archivescovo d'Efeso Vicario Apostolico delle Provincie Unite prima di morire per discarico della sua coscienza rappresenta alcuni bisogni di quella Missione. Si duole primieramente del grave danno che fanno alla Religione molti Sacerdoti scandalosi che vi si trovano, e che se bene si incolpa de danni il governo dell' Eretici, la verità é che gl' Eretici se ne scandalizano; onde supplica che si mandi Pastore

Eminentissimus Cardinalis Brancacci.

EPiscopus Trallensis (bon. Mem.) Coadjutor Archiepiscopi Ephesini Vicarii Apostolici Provinciarum Fœderatarum, ad exonerationem conscientiæ suæ, ante obitum nonnullas Missionis istius necessitates repræsentat. Primùm conqueritur de gravi damno, quod Religioni inferunt multi scandalosi Sacerdotes ibidem existentes, qui licet damnorum causam in hæreticorum regimen conjiciant, verissimum tamen est, quod hæretici ipsi scandalizentur: supplicat proin-

fore di petto, e che sappia resistere all' i- fuze [illegible] quelli che procurano senza meriti ascendere a gl' Ordini sagri. Che la Congregazione de' Sacerdoti d'Harlem....... [illegible] havea deputato in quella Provincia dopo la sua morte un Provicario Generale, il quale con gl'altri Arcipreti invigili alla cura di essa fin che dalla Santa Sede fusse provista d'un Capo legitimo, & un' altro ne venga fatto in Utrect.

[illegible], ut Pastor fortis substituatur, qui possit resistere eorum postulatis, qui sine ullis suis meritis ad Sacros Ordines promoveri contendunt. Quod Congregatio Sacerdotum Harlemensium.... Et quod ei Provinciæ à sua morte deputasset Pro-Vicarium Generalem, qui cum aliis Archipresbyteris curæ ipsius invigilet, donec à S. Sede de legitimo Capite provisum fuerit; item, quod alium statuisset Ultrajecti.

Decretum die 22. Augusti 1661.

Quoad Primum, de Conditionibus eligendi in Coadjutorem, advertatur. Quoad secundum ....

Informatio Internuntii Apostolici de die 18. Martii 1662. ad Sacram Congregationem. XXXV.

Em.mo e Rev.mo Sig.re mio Pron.e Col.mo

Col dispaccio della Segretaria di Stato delli XI. Febraro giuntomi la settimana passata, ho ricevuto la favoritissima di V. E. delli 7. Gennaro nella quale si degna communicarmi li trè punti accennati alla Sagra Congregazione dal defonto Vescovo di Tralles poco avanti la sua morte. Il primo de quali consiste nello dichiarazione da lui fatta ...... Il 2. nella necessità di rimediare che non si ammettano soggetti in troppo gran numero al Sacerdozio sia con titolo di Missione, ò di Patrimonio. Il 3. di proibire i Missionarii di ricever Donne allo vita Devotaria col voto di Castità senza licenza del Vicario Apostolico, ò suoi Provicarii.

Commandandomi V. E. di dirne il senso mio per porvisi dalla Sagra Congregazione il rimedio conveniente avanti la Confermazione del nuovo Vicario è Coadjutore Apostolico, à fine che non venga attribuito al loro nuovo governo, e l'incomincino con disgusti, io posso umilmente rappresentarle come Mons.r sudetto haveva trattato delle medesime materie moltoparticolarmente con me ancora, e che trovavo, e trovo molto ben fatto il porvi rimedio; differendo solamente di motivarlo alla Sagra Congregazione fin tanto che fussero nel maneggio del loro Pastorale ufficio il Vicario, e Coadjutore sudetti, essendo necessario il discutere la materia con essi, e la maniera, non potendo circa il 2. e 3. punto derivarne minima occasione d'invidia contro di loro, poiche il rimedio sarà udito con applauso, oltre l'esser già notorio, che il motore n'è stato il defonto Trallense ..... Nel resto io stimarei necessario la sollecita confermazione delli sudetti portando la tardanza di tanti Mesi pregiuditio non ordinario. A V. E. per fine profondamente resto inchinandomi Di V. E. V.ma Div.mo & oblig.mo Serv.re Gio. Abb. di Monte Reale.

Em.me ac Rev.me D. Patrone Colendissime

In fasciculo (elapsâ hebdomadâ mihi reddito) Expeditionis factæ à Secretaria Apostolica XI. Februarii, accepi faventissimas E. V. Literas, 7. Januarii datas, in quibus dignatur mecum communicare tria puncta S. Congregationi exhibita à defuncto Episcopo Trallensi paulò ante obitum. Eorum primum consistit in declaratione ab ipso facta ...... Alterum, in necessitate opponendi remedium, ne nimis multi ad Sacerdotium admittantur, sive titulo Missionis, sive Patrimonii. Tertium, ut prohibeantur Missionarii admittere puellas ad vitam devotam, sub voto Castitatis, absque licentia Vic. Apostolici, aut ejus Provicariorum.

Cùm mihi præcipiat E. V. ut mentem meam aperiam, quò Sac. Congregatio conveniens remedium adhibeat ante Confirmationem novi Vicarii, & Coadjutoris Apostolici, ut eo pacto non tribuatur novo eorum Regimini, idque proinde cum molestiis incipiant, possum equidem humillimè exponere, supradictum Illustrissimum de iisdem rebus mecum etiam sedulò egisse, meque probasse, & etiamnum probare, quod afferatur remedium; id verò Sac. Congregationi exponere solummodò distuli, donec in Pastorali Ministerio prædicti ambo existerent tum Vicarius, tum ejus Coadjutor; necessarium enim est, ut & materia, & modus cum ipsis expendatur, quandoquidem circa primum & secundum punctum, nulla in ipsos derivari possit invidia, cùm appositum remedium cum approbatione accipiendum sit, præterquam, quod omnes vulgò noverint, earum rerum motorem fuisse defunctum ipsum Trallensem. *Et infra*: De cætero videtur necessaria eorundem confirmatio, ne tot mensium procrastinatio non modicum afferat præjudicium. Reliquum est, ut E. V. demississimè venerer. Em. V.ræ Humill. Devotiss. & oblig. Famulus *Joannes Abbas Montis Regalis.*

XXXVI. Gratiarum actio Cleri Batavi ad Papam ALEXANDRUM VII. de 20. Octobris 1661. dum putabant suum commendatum Joannem de Neercassel constitutum esse Vicarium Apostolicum.

Ex Batavia Sacra Par. 2. fol. 479. col. 1.

SANCTISSIME PATER

MAximâ animi exultatione affecti fuimus Nos, & quicumque, quibus licuit certiores fieri de sollicitudine Sanctitatis Vestræ erga Ecclesias istas afflictas Unitarum Provinciarum, felicissimo illo effectu, quo iisdem vacantibus, nobis tam celeriter providerit, idque de tali viro, quo melior, ne longissimâ quidem disquisitione potuisset reperiri. Ità æstimamus coràm Deo; ità illum vulgi sermo celebrat; ita gaudebunt de illo, cùm tempos permittet manifestari rem istam. Nos autem, *quibus datum est nosse mysterium hoc*, continere non possumus lætitiam animi nostri, quin præveniamus communem gratulationem, atque nostro nomine, nempe *Concilii Vicariatûs Ultrajectensis*, & *Harlemensis Provicarii*, hancce ad Sanctitatem Vestram scribamus grati animi Testificationem, pro *votis nostris, precibusque susceptis*, agnoscentes Sanctitatem Vestram tam fecisse benignè, quàm preces illæ non erant dignæ, atque promittentes, nos adeo diligenter, obedienter, & sine querela sub hoc Vicario Apostolico, profectui animarum, & bono Statui Ecclesiarum intenturos, ut Vestram Sanctitatem numquam penitere hujus facti possit, sed potiùs gaudendi semper materiam in pace, atque profectu harum Ecclesiarum inveniat. Quod ut nobis Deus concedat, Apostolicam Vestram Benedictionem humillimè ad Pedes Sanctitatis Vestræ prostrati petimus. Datum Rotterodami 1661. 20. Octobris

Vestræ Sanctitatis Humillimi, & obedientissimi Famuli.

JOANNES SCHADE' Provicarius Hollandiæ Australis Diœcesis Ultrajectensis.
PETRUS PUMERENT, Archipr.[s] Diœcesis Gaudanæ.
LUDOLFUS AB HEUMEN, Archipresbyter Hollandiæ Australis.
JOANNES PUTKAMERUS, Pastor Ultrajectinus ad S. Nicolaum.
ABRAHAMUS BRIENEN, Pastor S. Gertrudis Ultrajecti.
HENRICUS VANDER GRAFT, Archipresbyter Rhenolandiæ.
ANTONIUS VANDE PLAET, Archipresbyter Occidentalis Rhenolandiæ, Concilii Vicariatûs Ultrajectensis Secretarius.
BALDUINUS CATZIUS Pro-Vicarius Harlemensis, meo, & Confratrum meorum absentium nomine.

Hæc Copia concordat cum suo Originali. MATTHÆUS DE ONATE Canonicus Bruxellensis.

XXXVII Transmissio Processûs die 21. Januarii 1662. per Internuntium facta de Balduino Catzio destinato Vicario Apostolico.

Illmo e Rev.^mo Sig.^r Mio Pron.^e Col.^mo

COl presente ordinario trasmetto all' Emo Sig. Card. Chigi il processo sopra le qualità del sig. Cassio destinato Vicario Apostolico in Olanda con speranza che debba spedirsi quanto prima, stante la necessità di non lassar piu lungo tempo quella Missione senza verun capo. Non mi è stato possibile sentir maggior numero de Testimonii essendo quasi inaccessibili le strade da qui, e l'Olanda, nel cuor dell' Inverno come siamo ora, ne potevo averli che con farli venire espressamente di colà. Tuttavia il sogetto è tanto noto à sua Beatitudine che ogni altro attestazione può esser superflua. Rassegnando la mia somma Osser-

Ill.me ac Rev.me Domine Patron Col.me

HOc cursore ad Eminentissimum Cardinalem Chigi mitto processum super qualitatibus D. Catzii, destinati Vicarii Apostolici in Hollandia, non sine spe fore ut quàmprimùm expediatur, attentâ necessitate Missionem illam tam diu sine ullo capite non relinquendi. Integrum mihi nequaquam fuit plurium testimonia colligere, ob vias hinc in Hollandiam propè inaccessibiles, ea in qua nunc sumus [illegible] mis acerbitate, neque haber[illegible] media hierant nisi indè expressè accer[illegible] testes poterentur. Cæterùm adeò Beatitudini suæ [illegible] nota est personæ, ut omnis ulterior atte[illegible]tatio superflua videri possit. Maneo observa[illegible]ntissimo cultu, manus-

le bacio riverentemente le mani. Brusselles 21. Gennaro 1662. Di V.S. Illustrissima e Reverendissima Dev.mo Serv.re Gio. Abbate di Monte-Reale.

manusque reverenter deosculor. Bruxellis 21. Januarii 1662. Illustrissimæ ac Reverendissimæ D.V. Devotissimus Famulus, *Joannes Abbas Montis Regalis.*

XXXVIII. Gratiarum Actio Joannis de Neercassel ad Internuntium Bruxellensem, die 24. Februarii 1662. putantis, se destinatum esse Vicarium Apostolicum. *Extat etiam in Batavia Sacra Part. 2. fol. 479. col. 1.*

Illustrissime, & Reverendissime Domine Patrone Colendissime.

ZElus, quo Fidei per Orbem ac præcipuè per Fœderatum Belgium propagandæ G. Vestra intendit, me inutilis sollicitudinis reum convinceret, si Ei Ecclesiæ nostræ negotia commendarem, quæ per Sanctissimi Domini nostri providentiam, & Fœderatorum Ordinum erga nos propensiorem voluntatem, suorumquo contra Catholicam Religionem Edictorum mitigationem, feliciorem indies nanciscuntur effectum. Unum est, quod Officii mei ratio à me exigit, scilicet, ut Gratiæ vestræ immensas gratias agam, quod satagerit Cleri nostri *me sibi Vicarium Apostolicum dari supplicantis* vota adimplere. Optassem illum Sanctissimo Domino nostro commendasse virum me meliorem; verùm quia pro me ei placuit Sanctissimo supplicare, *& ejus Libellus admissus sit*, Cleri me votis accommodo, & Beatitudinis suæ mandato me omnino subjicio; quidquid enim illa de me statuerit, mihi sanctum erit. Porro Gratiæ vestræ me, meaque omnia addico, expectaturus opportunitatem, quâ vobis probem, quàm non omnino sim favori vostro ingratus, & quanta sim cum Reverentia & Observantia, Illustrissimæ Dominationis vestræ. Datum Ultrajecti 24. Februarii Anno 1662. Obsequentissimus & Devotissimus Famulus. JOANNES A NEERCASSEL.

Ad latus: Nobilis qui has Dominationi Vestræ Illustrissimæ tradet, consobrinus meus est, qui nostri Cleri negotia agere paratus, vestra mandata ad Nos tutò poterit transmittere.

XXXIX. Epistola pro parte Sacræ Congregationis scripta ad Internuntium, quâ mittuntur ei Litteræ cum Expeditionibus pro novo Vicario Balduino Catzio, ejusque Coadjutore Joanne de Neercassel.

A Monsr. Internunzio di Fiandra 1. Luglio 1662.

S*I mandano con quest' Ordinario le speditioni del Vicario Apostolico di coteste Paesi per il Sig. Balduino Catzio, e della Coadjutoria per il Sig. Neercassel. La tardanza di quest' ultima, che la Santità di Nro Sig. ha voluto che si* faccia doppo quella, ben che fosse risoluta *prima, ha dato qualche umbra à molti del Clero di Utrecht, e forse anche all' istesso Neercassel, ben che egli in una sua Lettera se ne dimostri del tutto lontano e con sentimenti affatto rassegnati alla disposizione di Nro Sig. Onde puo temersi che non ostante la prudenza de Capi possa col tempo cagionare qualche disturba. Il fondamento dell' ombra é stato un ap*prensione che il P. Neercassel fosse dà principio destinato per Vicario, *e non per Coadjutore, e che perciò l'elettione seguente del Sig. Balduino, e la tardanza della spedizione di quello fussero una vergognosa esclusione di lui doppo già* publicata.

Internuntio in Flandria 1. Julii 1662.

HOc Cursore ordinario diriguntur Expeditiones Vicarii Apostolici istius Regionis pro D. Balduino Catzio, ac Coadjutoriæ pro D. Neercassel. Procrastinatio hujus ultimæ, quam SS.mus D. N. post illam fieri voluit, quamquam primò resoluta fuisset, *suspicaces cogitationes injecit Clero Ultrajectino, & fortè ipsi etiam Domino Neercassel*, tametsi ipse in una sua Epistola ab in-

se omninò remotum testetur, sese totum Sanctitatis suæ dispositioni resignans. Hinc, nequidquam obstante capitum prudentiâ, timeri potest, ne lapsu temporis perturbatio aliqua suboriatur. Apprehensionis fundamentum fuit prævia suspicio, *quod P. Neercassel jam à principio Vicarius destinatus fuisset*, non *Coadjutor*, atque adeò D. Balduini subsecuta electio, & procrastinata alterius expeditio, rebus jam antè propalatis, indecora exclusio censeretur.

EPIS-

Digitized by Google

XL. Epiſtola pro parte S. Congregationis ſcripta, quâ Catzio mittuntur expeditiones Vicariatûs, & Archiepiſcopatûs Philippenſis.

D. Balduino Catzio Archiepiſcopo Philippenſi 24. Junii 1662.

EX adjunctis SS.mi D. N. Litteris in forma Brevis dignoſcet Amplitudo Tua, ad quam ab eodem SS.mo fueris evectus Dignitatem, nullo alio prorſus impellento ſtimulo, quàm ſpiritualibus iſtorum Catholicorum neceſſitatibus opportunè providendi, multiplicesque virtutes tuas, ut par erat, decorandi. Quare Eminentiſſimis Patribus Sacræ hujus Congregationis gratiſſimum accidit, præter collatam Tibi Philippenſem Eccleſiam, Vicarii quoque Apoſtolici Belgii, iſtarumque Fœderatarum Provinciarum munus per Sanctam Sedem fuiſſe injunctum. Spes enim ſuborta eſt, cuncta proſperè, feliciterque eventura, adhibente Te ad omnem quâ commendaris ſolertiam, atque ſollicitudinem. Gratulans igitur Sacra Congregatio Te quàm plurimùm hortatur, ut ſedulò in id incumbas, & ſummam tibi à Deo præcatur incolumitatem. &c.

XLI. Epiſtola pro parte S. Congregationis ſcripta die 1. Julii 1662. quâ Joanni de Neercaſſel mittuntur expeditiones Epiſcopatûs Caſtorienſis, & Coadjutoratûs Vicarii Apoſtolici.

Domino Joanni Neercaſſel Epiſcopo Caſtorienſi, ac Coadjutori Vicarii Apoſtolici Hollandiæ.

COllatæ Amplitudini Tuæ à SS.mo Domino Noſtro Epiſcopalis Dignitatis expeditionem, nec non Coadjutoriæ iſtius Vicariatûs Apoſtolici cum futura in illo ſucceſſione, hiſce adjunctam recipies. Et quemadmodum non minùs Sanctitas ſua, quàm Eminentiſſimi Patres hujus S. Congregationis nulli meliùs, quàm Tibi tale onus injunctum ſibi perſuaſerunt, ſic omne ſtudium, omnemque operam Te adhibiturum ſperant, quò ſeſe [illegible] ita judicando minimè fefelliſſe dignoſcant. Dum igitur expectant eximiæ virtutis tuæ, nec non laborum tuorum fructus frequenter percipere, mihi injungunt, ut id Amplitudini Tuæ ſignificem. Quare exequens, ſummam Tibi à Deo apprecor felicitatem &c.

XLII. Supplicatio Cleri Ultrajectini de 1. Julii 1662. ut darentur duo Vicarii & neuter alterius eſſet Coadjutor.

Eminentiſſimi ac Reverendiſſimi Patres.

A DUm longior deſideriorum noſtrorum dilatio noſtram exercet patientiam, ſtimulat quoque diligentiam ad utendum tempore iſto, & informandum Eminentiſſimos Patres de ſtatu Eccleſiarum iſtarum, quibus tantâ deliberatione exquiritur alius, vel alii Vicarii Apoſtolici in demortuorum locum. Rogamus itaque obnixè Eminentiſſimos Patres omnes Infraſcripti, ut non dedignentur adjunctam Informationem patienter legere, ſine ambiguitate credere, attentè expendere, & vota noſtra piè audire. Quo facto &c.

JOANNES SCHAOE Provicarius, & Præpoſitus Auſtralis Hollandiæ Diœceſis Ultrajectenſis.

PETRUS PUMERENT Paſtor & Archipreſbyter Gaudanus.

LUDOLPHUS AB HEUMEN, Paſtor Dordracenus, Archipresbyter Hollandiæ Auſtralis.

JOANNES PUTKAMERUS, Paſtor Ultrajectinus ad S. Nicolaum, Vicariatûs Ultrajectini Aſſeſſor.

ABRAHAMUS BRIENEN Paſtor Ultrajectenſis & Vicariatûs Ultrajectini Aſſeſſor.

ANTONIUS VANDE PLA[illegible]T Paſtor, & Archipresbyter Rhenolandiæ, Secretarius Vicariatûs Ultrajectenſis.

STA-

Status rerum Ecclesiæ in Hollandia sive Provinciis confœderatis, seu *Informatio* de qua in præcedenti *Supplicatione*.

Sex sunt in istis Provinciis Episcopatus, destituti libero exercitio Religionis; Duo ex his sunt, & dudum fuerunt, abundantiores Clero, & Plebe, & exercitus Religionis. Videlicet Ultrajectensis Archiepiscopatus, & Harlemensis Episcopatus.

Ab his alii quatuor Episcopatus suos Pastores & Missionarios seculares hattenus mutuati sunt; qui etiam ad eorumdem Provicarios & Consiliarios in omni difficultate recurrere solent. Videlicet Episcopatus Daventriensis, & Middelburgensis ad Ultrajectenses: & Episcopatus Leowardiensis, & Groeningensis ad Harlemienses.

Duo hi Episcopatus, quasi duæ principales, & distinctæ portiones, *gubernati* SEMPER *fuerunt à Vicariis Apostolicis*, & sub illis respectivè comprehensi censebantur reliqui quatuor.

Hi duo Episcopatus singuli propria habent Seminaria, & exinde proprios Missionarios pro suis propriis locis evocant. Singuli seorsim proprias solent celebrare Synodos.

Si quæ causa communis occurrebat, singulorum horum Episcopatuum vota conferebantur, & expendebantur pari auctoritate; ad onera communia singuli contribuebant æqualiter.

Nunc placuit *SS.mo Domino* Nostro binos *Viros designare examinandos* ad vacantem *dignitatem Vicariatûs* Apostolici *super dictis duobus, ac* quatuor *aliis prænominatis Episcopatibus.*

Processus utriusque formatus est; *Juramentum præstitum; res* illa communi famâ *notissima est ubique.*

Dicto Clero utrique, charus est uterque: ac *utilem sibi sperat* utriusque operam, ideoque, ne alteruter cum famæ suæ detrimento negligatur, sollicitus est.

Non minus etiam sollicitus, ne, si alter alterius sit Coadjutor; vel alter sit otiosus, atque Ecclesiæ inutilis, vel ex duobus Rectoribus operosis Schismatis oriatur occasio.

Nam anteriori tempore (habente Vicario Apostolico Coadjutorem) contigit enasci simultates, & dissensionum semina jacta fuisse.

Insuper hoc tempore per longam dilationem, & varios rumores, studia quædam Partium orta sunt, dum plerorumque Ultrajectensium corda æmulatio quædam invasit pro Domino Neercassel; Harlemensium verò pro Domino Catzio.

Propter hæc incommoda vitanda, conventum fuit inter dictum utrumque Clerum, quod Ultrajectensis procuraret sustentationem Domino Neercassel, Harlemiensis verò suppeditaret Domino Catzio; quòd suis propriis mediis deesset.

Rebus istis ita se habentibus, profuturum maximè apparet Ecclesiæ Ultrajectensi, quod proprius illi cum suis duobus Episcopatibus antedictis Vicarius Apostolicus detur.

Nam & Districtûs illius amplitudo propter multiplicatos Missionarios integrum hominem requirit.

Et hoc etiam amorem erga Vicarium Apostolicum conciliabit, & amicitiam intimam in illo Clero, & studium ad sustentationem sui proprii Vicarii Apostolici.

Hinc speranda erit firma fundatio pro isto Vicario Apostolico, quæ indubiè, ex liberalitate Clericorum, & Laicorum hoc pollicentium, vel afferentium, brevì erigetur.

Hinc plurima bona ad stabilimentum Ecclesiæ istius, ad profectum Fidei, ad Regiminis prosperitatem, ac Sedis Apostolicæ obedientiam expectanda.

Neque ex hac duorum Apostolicorum Vicariorum Constitutione plus videtur incommodi timendum, quàm ex uno Vicario Apostolico, & altero Coadjutore.

Nam utrumque consecrandum esse, atque his in partibus moraturum, famâ vulgante audiunt Magistratus, & non exacerbantur, neque minantur.

Imò etiam utrique libertatem habitandi, quædam mitiores erga Catholicos Civitates dederunt apud acta publica, & quidem cum titulo Prælatorum.

Ex mandato Vicariatûs Ultrajectensis,
ANTONIUS VANDE PLAET *ejusdem Vicariatûs Secretarius.*

Decretum ex Audientia Sanctissimi, p.a Julii 1662.

Sanctissimus censuit non esse recedendum ab Expeditionibus jam factis.

Digitized by Google

XLIII. Epiſtola Joannis Neercaſſel Epiſcopi Caſtorienſis ad Sac. Congreg. de 27. Octobris 1662. quod neſciat, quid ſit de rebus Harlemenſibus, id relinquens notitiis Vicarii Apoſtolici Catzii.

Quod moneat me Eminentia veſtra &c. *Et infra:* Quid ſit de Harlemenſi, Leovardienſi, & Groeningenſi Eccleſiis, ſeribere non poſſum, quia illis numquam præfui, neque etiam de illarum ſtatu me informavi. Reddet illarum rationem Reverendiſſimus Philippenſis, qui illis longo tempore uti Pro-Vicarius advigilavit. *Signatum erat:* JOANNES EPISCOPUS CASTORIENSIS.

XLIV. Epiſtola ejuſdem ad Sac. Congreg. de 3. Novembris 1662. petentis Diſtr.ctuum diviſionem.

UTinam Illuſtriſſimus Alberitius Epiſtolâ aliqua ſignificare dignaretur, eſſe mentem Sacræ Congregationis, ut harum Eccleſiarum Cura, & directio penes me ſint. Non enim volo ſimilem declarationem in præjudicium Vicarii Apoſtolici: qui è contra liberaretur ab importunis quorumdam ſollicitationibus, qui, me excluſo, ſe optarent Regimini præfectos, ſed ne Ego per Capitularium Harlemenſium factionem turpiter inhonorer, & Epiſcopalem Characterem non feram ad tale opprobrium: ſed quò optimus Clerus meus Ultrajectenſis, defunctique Trallenſis bon. mem. amici, qui etiam omnes me, ut viſcera ſua, amant, nonnullam de mea promotione capiant conſolationem. Ità fieret, ut Clerus majori cum ardore allaboraret ad fundationem Vicariatûs Ultrajectenſis, quam jam inchoarunt, cujuſque proventibus Ego ex modo gaudeo Hactenus cum ſui Characteris injuria quaſi mendicatim vixerunt Vicarii Apoſtolici, quod etiam optimo Regimini plurimùm obſuit. Nam ibi facilè vitia manent impunita, ubi Superior, ab illis, quos caſtigare debet, ſuæ neceſſitatis expectat ſubſidium. Hæc, inquam, tam neceſſaria fundatio, quæ cœpta eſt, brevì augeretur, ſi Clerus Ultrajectenſis me videret tali Epiſtolâ inſtructum, quâ mihi aſſereretur regendi auctoritas.

A Gubernatore, & Magiſtratu Oppidi Gorcomienſis tanto cum honore ſum exceptus, quantum vix deferrent Catholicarum Urbium Magiſtratus aut Gubernatores. Clerus verò Ultrajectenſis, incredibili liberalitate, mihi tantum contulit ſtipendium, ut honeſtè hìc queam Epiſcopalem gerere Dignitatem; ipſorum omnia mea ſunt, ferunt enim ſua ad pedes meos more primorum Chriſtianorum Eccleſiæ Hieroſolymitanæ. Religioſi omnes mei ſunt obſervantiſſimi, & litteris ad me datis profitentur, quod in omnibus velint mihi eſſe obedientiſſimi. Ultrajecti datum 3. Novembris 1662. JOANNES EPISCOPUS CASTORIENSIS.

XLV. Sacræ Congregationis Commiſſio deſuper ad Internuntium die 18. Decembris 1662.

Decretum.

INternuntio, ut videat, an poſſit eos ſponte concordare ad aliqualem diſtinctionem, ſeu diviſionem inter ipſos, nullâ Sacræ Congregationis factâ mentione, & informet. Interim verò expediantur *facultates* Vicario Apoſtolico dumtaxat, cum facultate communicandi.

XLVI. Epiſtola Internuntii pro informatione juxta præcedens Decretum. Die 6. Januarii 1663.

Em.^mo^ e Rev.^mo^ Sig.^r^ mio Pron.^e^ Col.^mo^

P*Otrebbeſi à mio debol parere laſſar' correre la diviſione che hanno ſtabilito trà loro Monſ. Veſcovo Filippenſe, e Monſ. Caſto-*

Emin.me ac Rev.me D. Pa[illegible]rone Col.me

TEnui meo judicio toler[illegible]ri poſſet diviſio Curæ Miſſionis Ho[illegible]andicæ, quam inter ſe ſtabiliverunt Ill.mi [illegible]D. Philippenſis &

fioriſce della Cura della Miſſione d'Olanda perche fin' ora non produce ſe non buoni effetti, e quando col tempo appariſſe coſa in contrario può queſto lor Concordato ſempre abolirſi dalla Sagra Congregazione, mentre non potrà allegarſi che n'abbia fatto poſitiva approvazione. Al Coadjutore ſono aſſatto neceſſarie le facoltà che dimanda, & nelle ſettimane paſſate rappreſentai à V. E. queſto ſuo biſogno.

Quanto all'Ordinazione de' Sacerdoti rappreſentai già con altra mia delli 28. Ott. 1662. che li ſudetti domandavano facoltà d'ordinare, non à titolo di patrimonio, putendo eſſi ciò fare Auctoritate ordinaria, mà à titolo di Miſſione, quale come incognito nel Jus Canonico non può da eſſi ammetterſi ſenza licenza ſpeciale della Santa Sede. Onde come la permiſſione di ordinare ſei ſolamente, che la Santità di Nro Sig. ſi degnà di concederlene, non ſuppliſce al biſogno de' Sacerdoti da loro rappreſentato, così reſtaranno attendendo la licenza d'ordinare alcuni pochi d'avantaggio per ora, conforme fu da me ſcritto nella mia ſudetta de 28. Ottob. che la benignità di V. E. ſi degnà farli ſperare. Tanto mi occorre di replicare alla favoriſſima ſua delli 27. Nov. ricevuta ſolamente in queſta ſettimana col Diſpaccio della Segretaria di Stato delli 16. Decembre. Facendole per fine profondiſſima Riverenza. Bruſſelles 6. Gennaro 1663. Di V. E. U.mo Div.mo ed obl.mo Serv. Gio Abbate di Monte Realo.

& Caſtorienſis, quandoquidem uſque adhuc non niſi ſperatos effectus producat; quod ſi ſubinde in contrarium quidquam occurrat, integrum ſemper erit Sacræ Congregationi Concordatum ipſum diſſolvere, cùm nuſquam oſtendi poſſit, factum id fuiſſe cum ulla poſitiva ejus approbatione. Coadjutori neceſſariæ omnino ſunt facultates quas poſtulat, atque ego idcirco hebdomadis proximè elapſis, ipſam ejus indigentiam Em. V. expoſui.

Quantùm ad Ordinationem Sacerdotum, repræſentavi jam ante literis meis datis 28. Octobris 1662. præfatos iſtos poſtulare facultatem Ordinandi, non titulo patrimonii, quod *Ordinariâ Auctoritate* licet, ſed titulo Miſſionis, qui cùm in Jure Canonico incognitus ſit, ab ipſis admitti non poteſt, niſi ſpeciali poteſtate à Sede Apoſtolica obtentâ. Cùm igitur conceſſa à SS.mo Domino facultas ſex ſolummodo ordinandi, non ſufficiat indigentiæ Sacerdotum ab ipſis expoſitæ, licentiam expectabunt pauló plures modò ordinandi, quemadmodum in prædictis litteris 28. Octobris à me datis ſcriptum eſt, id quod ſperare Benignitas Em. V. ipſos jubere dignetur. Hæc ſola mihi occurrunt reponenda faventiſſimæ veſtræ Epiſtolæ datæ 27. Novembris, acceptæ primùm hac hebdomadâ cum expeditione Secretariæ Statûs de die 16. Decembris. Id unum teſtat ut Em. Veſtram profundiſſimâ reverentiâ venerer. Bruxellis 6. Januarii 1663. Eminentiæ Veſtræ Humill. Devotiſſ. & obligatiſſ. Famulus. *Joannes Abbas Montis Regalis.*

Relatio Statûs Miſſionum Hollandicarum die 28. Novembris 1662. ſubſcripta à ſolo Caſtorienſi, & exhibita in Congregatione habita 5. Junii 1663. XLVII.

EMinentiis veſtris expoſuit &c. *Et infrà.* In Archiepiſcopatu Ultrajectenſi eſt ſacer Senatus Octo Sacerdotum, quorum conſilio, opibus, & laboribus Vicarius Apoſtolicus ejuſque Coadjutor in negotiis harum Eccleſiarum dirigendis præcipuè utuntur. Hi octo Sacerdotes, uti dignitate, ità etiam meritis cæteros Miſſionarios antecellunt. Nullus inter ipſos, qui non eruditione, multorum annorum experientiâ, morum integritate, cæteris præluceat. Horum opes & patrimonia ſunt veluti fontes, ex quibus cæteri Miſſionarii ſuæ neceſſitatis ſubſidia hauriunt. Hi ſoli tantam in me pecuniarum vim, incredibili liberalitate profuderunt, quanta ſat eſt ad Epiſcopalem Dignitatem his in partibus nonnullo exteriori ſplendore condecorandam. Horum ſinguli amplas præfatorum Epiſcopatuum portiones, quibus intendant, habent ſibi deſignatas; hi etiam Seminarii Colonienſis directioni invigilant, ejus Alumnos ſegunt, & in Diſciplina Domini enutriunt. Adeo ut vix ſit bonum in hiſce Epiſcopatibus quod iſti octo non fecerint, vel ſaltem cujus magna pars non fuerint.

Et in fine ſignatum erat: JOANNES EPISCOPUS CASTORIENSIS. Amſtelodami 28. Novembris 1662.

EPISTOLA

XLVIII. Epistola D. Catzii Archiep. Philip. de die 15. Decembris 1662., quâ dicit se transmisisse Relationem per suum Coadjutorem Episcopum Castoriensem.

Eminentissimi Domini mei, & Patroni Colendissimi.

PEr Reverendissimum D. Coadjutorem nostrum ad Eminentissimos Dominos meos transmisi exactam, & quàm potuimus formare distinctam Religionis Catholicæ per Unitas Provincias descriptionem. Prædecessorum inhærendum fuit vestigiis; eorum Instructioni conformis est hæc, uti judico. Sed plurimùm Operariis dignissimis, Fidei insuper, ac Pietatis fructibus locupletata, unde patet Ecclesiæ incrementum ad Eminentiarum vestrarum (quibus ejus gloria curæ est) perenne gaudium, nostrumque in provincia Nobis commissa, in laboribus, & periculis solatium. Non desinam, sive per me, sive per Reverendissimum Dominum Coadjutorem, Eminentissimam vestram Congregationem informare, ac de omnibus certiorem reddere. Avidissimè diu expetitas, etiam fortè expeditas Facultates expectans, proque iisdem humiliter supplicans, ut vineæ Domini de cultoribus opportunè provideatur. Ad quod Apostolicæ Sedis copiosam Benedictionem, ac vestrarum Eminentiarum benevolentiam in primis necessariam, summis precibus imploro; futurus dum vivam.

Eminentissimi Domini Patroni mihi Colendissimi, Eminentiarum vestrarum.

Amstelodami 15. Decembris Anno 1662.

Devotissimus & obedientissimus famulus.

BALDUINUS *Archiep. Philip. Vic. Apost.*

XLIX. Congregatio habita die 22. Februarii 1663. super Epistola ab Internuntio die 6. Januarii scripta. (quam vide suprà N. XLVI.)

SUpplicò la S. Congregazione il Coadjutore di Olanda à voler appoggiare à lui il governo dell' Arcivescovato di Utrecht, ed al Vicario quello della Chiesa d'Harlem adducendone molte raggioni anche in servizio dello stesso Vicario, e fece insieme istanza per le sollecite facoltà. Quanto al primo punto, per prevenire i disturbi che potevano temersi, non tanto da i sudetti Prelati, quanto da i loro Aderenti, per le ragioni altre volte considerate, fu ordinato dalla Cong. che si scrivesse à Mons. Internunzio, che vedesse d'indurli a stabilire fra di loro il modo del Governo di commun consenso senza che la Cong.ne vi avesse parte veruna, e quanto al secondo, fu detto che le facoltà si dessero al Vicario solo, e che da lui le ricevesse il Coadjutore. Replica ora Mons. Internunzio che trà di loro si trovano aver fatto una tal divisione, che stimo che si possa lasciar correre derivandone buoni effetti, e quando col tempo si avesse motivo di rivocarla si potrà fare facilmente mentre la Cong.ne non l'ha approvata. Aggiunge che al Coadjutore sono affatto necessarie le facoltà, e che i medesimi Prelati stanno aspettando la licenza d'ordinar maggior numero di Sacerdoti à titolo di Missione non bastando per provedere al bisogno di quelle Chiese quei dodici che furon loro concessi ultimamente.

SAcræ Congregationi supplicavit Coadjutor Hollandiæ, ut sibi committeretur administratio Archiepiscopatûs Ultrajectini, & Vicario administratio Ecclesiæ Harlemensis, adducens idcircò rationes multas, etiam in obsequium ipsius Vicarii, unàque institit ad obtinendas solitas facultates. Quod ad primum spectat, ad præveniendas turbationes quæ timeri poterant, non tam à prædictis Prælatis, quàm ab eorum adhærentibus, propter rationes aliàs consideratas, ordinavit Congregatio, ut scriberetur ad Internuntium, ut conaretur ipsos inducere ad modum administrationis inter se, communi consensu stabiliendum, sic ut Sac. Congregatio nullam ea in re partem susciperet. Ad secundum, responsum fuit, facultates soli Vicario concedendas, à quo cum Coadjutore communicari possent. Reponit modò Internuntius, quod illi inter se talem modò divisionem instituerint, quam putat permitti saltem ex connivientia posse, cùm inde effectus boni promanent; & quando postmodum occurreret ratio ipsam revocandi, facilè fieri poterit quandoquidem à Sac. Congregatione numquam fuerit approbata. Adjungit, facultates ipsi Coadjutori esse omnino necessarias; & quod iidem Prælati expectent licentiam ordinandi [illegible] plures Sacerdotes titulo Missionis, quoniam ad prospiciendum penuriæ istarum Ecclesiarum, non sufficiunt duodecim isti, qui [illegible] ipsis nuperrimè concessi sunt.

RE-

RESCRIPTUM.

Quoad divisionem SS.mus laudavit, quod inter se convenerint absque ulla participatione S. Congregationis, quæ semper prudenter cumbit ita se gerere, ac si eam notitiam minimè habuisset. Circa facultates verò servetur solitum, concedendo nimirum eas Vicario, cum facultate communicandi Coadjutori.

Concedatur licentia ordinandi duodecim alios Sacerdotes, quorum sex ad titulum Missionis.

Congregatio de 5. Junii 1663.

I.

Scrive Monf. Internunzio che Monf. Archiv. Filippense Vicario Apostolico delle Provincie Unite avendo sin da che fu assunto a quella Carica comminciato à sentir nocumento dalle fatiche d'essa, come avezzo ad una vita quieta, a poco à poco segli è indebolita di tal maniera la mente, che è poi caduto in manifesto deliro. Onde non avendogli giovato l'allontanarsi dai negotii, i Parenti col conseglio de' Medici e delli Principali di quel Clero, hanno giudicato di levarlo dal cospetto publico, e l'anno condotto in Lovanio nel Collegio de' Padri dell' Oratorio, dove non tratta con altri, che con i Domestici di Casa, non dando i Medici speranza alcuna che sia per risanarsi. Che tutto il negozio resta appoggiato à Monf. Coadjutore, onde tanto più stima necessario che segli concedano le facoltà per le quali altre volte hà scritto.

Scribit D. Internuntius de Ill.mo Archiepiscopo Philippensi Vicario Apostolico Fœderatarum Provinciarum, quod cùm ab ipso susceptæ administrationis principio noxios valetudini suæ id genus labores sentire cœpisset, utpote qui ante vitæ quietæ assuevisset, sic paulatim ei debilitatum sit cerebrum, ut deinde in manifestum delirium delapsus sit. Unde cùm nihil profuisset eum à negotiis removere, propinqui ejus, de Medicorum, pluriumque Missionariorum Consilio, eum è publico conspectu rapiendum judicarunt, duxeruntque Lovanium ad Collegium Patrum Oratorii, ubi cum nullis aliis tractat, quàm cum Domesticis, spem planè modicam facientibus Medicis, fore ut unquam convalescat; tota interim Missionis curâ in Ill.m Coadjutorem incumbente, ut tanto magis necessarium sit facultates ei concedere, ad quas impetrandas aliàs institit.

RESCRIPTUM.

Concedantur Facultates directè Coadjutori.

Ex Libro Congregationum fol. 130. verso.

Congregatio eâdem 5. Junii.

II.

Relatione dello stato della Religione Cattolica nelle Provincie Unite di Fiandra trasmessa dal Vicario Apostolico, e suo Coadjutore.

Primo dicono trovarsi in Utrecht un Collegio d'otto Sacerdoti de' Principali di tutto quel Clero, à quali stà appoggiata la sopraintendenza delle Chiese di tutto quel Vicariato, avendone ciascuno di essi una parte assegnata. Dice Monf. Segretario che se all' EE. VV. paresse saria forse bene d'intender più distintamente come si formi questo Collegio, e chi gli ha dato le sopraintendenze de' Vescovati, e del Seminario di Colonia, e da quanto tempo in quà, perche, considerato il genio del Paese, potria con questo andarsi introducendo à favore di questo Collegio qualche Jus, e pretensione, alle quali poi non fosse facile à rimediare quando lo richiedesse il bisogno. E così parimente pareria bene di sapere che Seminario è questo di Colonia, di cui hanno questi Sacerdoti la direttione.

Relatio status Religionis Catholicæ in Provinciis unitis Belgii, transmissa à Vicario Apostolico & à suo Coadjutore.

Dicunt primò, esse Ultrajecti Collegium octo Sacerdotum præcipuorum de Clero, quorum singuli amplas Vicariatûs portiones, quibus intendant, habeant sibi designatas. Proponit D. Secretarius, quod si EE. VV. videretur, abs re non esset, paulò distinctiùs intelligere, quâ ratione formetur hoc Collegium, & quis eis illam Episcopatuum superintendentiam, uti & Seminarii Coloniensis commiserit, & à quo tempore: nam perpenso gentis istius ingenio, posset eâ via, sub prætextu istius Collegii, introduci jus aliquod & prætensio, quæ non adeo facilè esset postmodum rescindere, tum cùm id necessitas exigeret. Sic etiam expediret scire, quale sit istud Seminarium Coloniense, cujus directionem prædicti Sacerdotes habent.

RESCRIPTUM.

Ad primum; scribatur juxta monitum Secretarii.

Ex Libro Congregationum fol. 132. & seqq.

LII. Epiſtola ex parte Sacræ Congregationis ſcripta die 23. Junii 1663.

A Monſ. Internunzio.

FU letta ultimamente in Sagra Congregazione la relazione dello ſtato ſpirituale delle Provinte Unite raccolta con molta diligenza, & eſatezza da Monſ. Vicario e Monſ. Coadjutore, dalla quale hanno ricevuto queſti Emi Miei SS.ri molta conſolazione, intendendo la moltitudine degli Eccleſiaſtici che s'affatichano con tanto zelo per la ſalute dell' Anime, & il numero grande de' Cattolici che ſi trovano ſparſi in quei Paeſi. Perche poi ſi ſono oſſervate alcune coſe, che paiono aver biſogno di maggior dichiarazione, & altre anche di provedimento, mi hanno commendato l'EE. loro, che io le communichi à VS., e ſono ſeguenti.

Primo dicono che in Utrecht ſi trovi un Collegio d'otto Sacerdoti de' principali di tutto il Clero, ai quali ſtà appoggiata la ſopraintendenza delle Chieſe di tutto il Vicariato avendone ciaſcun di eſſi una parte aſſegnata, la S. Cong ne aurebbe caro d'eſſer informata, come ſi formi queſto Collegio, quando abbia avuto principio e da chi gli ſia ſtata conceſſo la ſopraintendenza ſi de Veſcovati, come d'un Seminario della Nazione Fiamengo in Colonia.

Illuſtriſſimo Internuntio.

LEcta fuit nuper in Sacra Congregatione Relatio Statûs Spiritualis Provinciarum Fœderatarum, diligenter, & accuratè collecta ab Ill.mo Vicario, & ab Ill.mo Coadjutore ex qua Em.mi DD. mei multam conſolationem hauſerunt, intelligentes numerum Eccleſiaſticorum qui tanto Zelo incumbunt in procurandam ſalutem animarum, atque ingentem Catholicorum per iſtas Regiones diſperſorum multitudinem. Cùm autem obſervata ſint nonnulla quæ majori indigent explanatione, alia verò quibus proſpiciendum ſit, in mandatis mihi dedêre E. E. D. D. ut cum D.V. ea communicem; ſunt autem ſequentia.

Dicunt 1. exſtare Ultrajecti Collegium Octo Sacerdotum, totius Cleri præcipuorum, quibus incumbat totius Vicariatûs Eccleſiis intendere, aſſignatâ ſingulis earum portione. Gratiſſimum eſſet Sacræ Congregationi intelligere quâ potiſſimùm ratione formetur iſtud Collegium, à quo tempore ei ſit datum principium, & à quo ipſis demandata ſit cura, tum Epiſcopatuum, tum Seminarii Colonienſis nationis Flandricæ.

LIII. Epiſtola pro parte S. Congreg. ſcripta die 5. Junii 1663.

Domino Epiſcopo Caſtorienſi Fœderatarum in Belgio Provinciarum Vicario Apoſtolico.

EX ſpirituali Fœderatarum Provinciarum ſtatu, quem diligenter ſanè collectum, ac digeſtum Amplitudo tua tranſmiſit, plura licuit E. E. P. P. percipere de quibus meritò poſſint lætari, Deoque ex animo gratias rependere, quod inter Fidei preſſuras, tum Catholicorum omni pietata, tum Eccleſiaſticorum laboribus Religio emergat. Quoniam verò ex iis, quæ tractantur, nonnulla viſa ſunt majori adhuc egere explicatione, aliqua verò proviſione; quæ ſequuntur, de utriſque me ad te perſcribere jubeor.

Aſſeris in primis, in Ultrajectenſi Epiſcopatu reperiri Collegium Octo Sacerdotum, quorum Conſilio, opibus, atque laboribus To ipſe utaris in iſtis reg[illegible]ndis Eccleſiis, ac ex eorumdem opibus, [illegible] & patrimoniis haoriant ſubſidium in nec[illegible]ſſitatibus ſuis: inſuper iſtorum Sacerdotum [illegible] ſingulos ſingulorum Epiſcopatuum præ[illegible]ſſe Regimini, nec non Seminarii Colon[illegible]ienſis directioni. Verùm cùm nec quom[illegible]do Collegium iſtud efformetur, exp[illegible]ſeris, nec unde ſumpſerit exordia, ac pr[illegible]greſſus, nec demum, quorum auctoritate [illegible] Sacerdotes ipſi Eccleſiarum, ac Seminarii d[illegible]rectioni præfecti fuerint, libenter hæc à T[illegible] Sacra Congregatio expetit, & præſer[illegible]m quodnam & qualo ſit Seminarium illu[illegible] Colonienſe, ut de ipſius Inſtituto, Alum[illegible]orum numero, forma regiminis, & qu[illegible]ſnam inde in rem

rem Catholicam fructus hujusque deriva-, venit, liceat cognoscere. Et infrà: Cùm tribus vicibus, ni fallor Tibi Facultas hujusmodi concessa fuit, mirum videtur, quod aptiores selecti è numero à Te ordinatorum non sufficiunt.

LIV. Epistola pro parte Sac. Congreg. scripta ad Internuntium Bruxellensem die 23. Junii 1663.

L'Avviso dell' Indisposizione di Monf. Arciv. Filippense recato dalla Lettera di V.S. fu inteso da questi Emi miei Sig. con particolar sentimento di compassione, ma molto maggior l'anno provato doppo che è giunta la nuova della morte di lui, sapendo che per la sua bontà meritava di godere più lungamente la benignità in cui si trovava; se ben giova di credere che Dio benedetto l'habbia voluto sottrarre dalle fatiche e dai travagli di questa vita per chiamarlo al suo eterno riposo. Ora passando il Vicariato nella persona di Monf. Castoriense segli inviaranno le facoltà che aveva il defonto, e subito che saranno spedite al S. Officio si trasmetteranno nelle mani di V.S. perche gliele consegni. Et il Sig. la prosperi.

Monitio de ægritudine Archiepiscopi Philippensis Litteris D.V. significata non sine summo E.E. DD. dolore accepta est, sed is multò accrevit postquam de ejus obitu nuntius accessit, nimirum quod probè intelligerent, Virum tantæ Probitatis, adepta dignitate diutius frui meritum esse, quamquam credi possit, Deum Opt. Max. hujus vitæ laboribus & ærumnis ipsum subtrahere voluisse, ut ad æternam suam requiem evocaret. Cùm itaque Vicariatus transeat in Ill. Castoriensem, jam ad eum mittentur facultates quas habebat defunctus, quæ ubi in S.Officio expeditæ fuerint, mox ad D.V. dirigentur, ut easdem in illius manus consignet. Prospera omnia &c.

LV. Pertinentia ad Preces Castoriensis Episcopi in Vicariatum Apostolicum succedentis, 1. ut esset solus, 2. ut posset ordinare plures Sacerdotes, 3. ut haberet facultates ORDINARII.

Epistola ex parte Concilii Vicariatûs Ultrajectini de 22. Junii ad Papam, ne Castoriensi Episcopo in Vicariatum Apostolicum succedenti adjungeret Collegam, vel Coadjutorem.

BEATISSIME PATER

Mors accelerata Domini Balduini Archiepiscopi Philippensis Vicarii Apostolici per Confœderatas Belgii Provincias summè affligeret Ecclesias eidem commissas, si non vestræ Beatitudinis provida dispositio easdem consolaretur. Nunc verò non sine gaudio tristes sunt, recolentes quod Beatitudo vestra antedicto Domino Vicario Apostolico Coadjutorem cum futura successione dederit Dominum Joannem Episcopum Castoriensem, cui nos Vicepræses, & Concilium Vicariatûs Ultrajectensis nosmet obedienter, gratanterque subjicimus, & de plebe ejusdem Ecclesiæ, ac reliquo Clero, & Populo Catholico confœderatarum Provinciarum, securam facimus Beatitudinem vestram. Ipse enim Dominus Episcopus Castoriensis, tempore Coadjutoriæ suæ, omnium subditorum sibi devinxit animos, visitando Ecclesias circumquaque in abundantia benedictionis, verbum Dei tùm utiliter, tùm suaviter ubique disseminando; valdeque circumspectè se in omnibus gerendo, omnemque persecutionis causam cautè declinando, qui licet pro sua gloria minùs sit sollicitus, tamen omittere non possumus, quin suppliciter per præsentes rogemus Beatitudinem vestram ne quem Collegam, vel Coadjutorem ipsi adjungat, ne ipsius gloriæ detrahatur, aut pax Ecclesiarum periclitetur, eo maximè attento, quod duorum Episcoporum sustentandorum ratio hactenus non fuerit à Clero integrè stabilita. Sed & hoc audemus addere supplicationi nostræ, ut Beatitudo vestra dignetur ei concedere, quæ Beatitudo vestra auctoritati ejus firmandæ & augendæ judicabit esse utilia.

Non-

Nonnulla suggessimus nos Domino Internuntio, qui, & ea probavit, & laudavit, quibus si Sanctitatis vestræ accedat approbatio, novo vinculo obedientiæ suæ nos adstringet, qui sumus omni cum Reverentia & Devotione.

BEATISSIME PATER,

Lovanii 22. Junii 1663.

Beatitudinis Vestræ

Obedientissimi Filii, & servi humillimi
JOANNES SCHAOE' Vice-Præses Concilii Vicariatûs Ultrajectensis.

LVI. Responsio ex parte S. Congregationis ad Concilium Vicariatus Ultrajectini.

Vice-Præsidi, ac Concilio Vicariatûs Ultrajectensis 18. Augusti 1663.

QUam Dominationes vestræ post obitum B. M. Vicarii Apostolici SS mo. D.N. dederunt Epistolam, Sanctitas sua ad S. hanc Congregationem transmisit. Et sanè mærorem, quem præfati Præsulis attulit jactura, non modicum diluit, quod in ipsius munus succedat Dominus Episcopus Castoriensis, cujus virtutibus ultra eam, quam vos additis fidem, plurima adstipulantur. Reliquum erit, ut omni conatu omnes ad Dei gloriam, Catholicamque Religionem promovendam intendatis animum, existimationemque, quam de vestro Præsule præfertis, debito erga ipsum obsequio comprobetis. Et Deus Dominationes vestras incolumes servet &c.

LVII. Epistola ex parte S. Congregationis scripta ad Internuntium Bruxellensem circa petitionem Vicarii Apostolici, & Coadjutoris, ordinandi centum Presbyteros, quod esset contra judicium defuncti Episcopi Trallensis.

All' Internunzio di Fiandra 11. Sett. 1662.

IN un Memoriale diretto alla Santita di Nro Sig. il nuovo Vicario Apostolico di Olanda unitamente col suo Coadjutore rappresentando la necessita che coteste Chiese hanno di Sacerdoti cosi per essere mancati molti (conforme essi asseriscono) come anche per esser crescinto il numero de Catolici, han fatto istanza della facoltà di consecrarne cento, cioé cinquanta nella Diocesi d'Harlem, Groninghense, e Leovardense, col governo delli quali il Vicario dice d'aver risoluto di assistere per se medesimo, e cinquanta altri nelle Diocesi d'Utrecht, Middelburgo, e Deventer, da lui raccommondate al Coadjutore. E questi &c. ricordandosi che la bo. me. del Vescovo Trallense poche ore prima che spirasse scrisse alla S. Cong. rappresentandole quasi per testamento tre piu gravi disordini di quelle Missioni, uno de quali esser la soverchia voglia che molti costi avevano d'esser Sacerdoti, e la violenza che quasi perció usavano al Vicario, e suo Coadjutore, con derivarne poi assai gravi inconvenienti, come V. S. ancora mostro di attestare, quando le fu dalla S. Cong. communicato, han risoluto di scriver à lei che informi sopra l'asserta necessità con avvisare in oltre per che gl'Oratori abbiano in ciò bisogno di licenza di Roma. Sodisfacciane con seg., e Dio la prosperi.

Ad Internuntium Belgii 11. Septemb. 1662.

IN libello supplici Sanctissimo D.N. oblato, Vicarius Apostolicus Hollandiæ unà cum suo Coadjutore exhibet necessitatem, quam in istis Ecclesiis, habent Sacerdotum, tum quod (uti ipsi asserunt) multi defecerint, tum quod accreverit numerus Catholicorum, unde institerunt, ut potestas fieret centum ad Sacros Ordines promovendi, nimirum quinquaginta pro Diœcesibus Harlemensi, Groningensi & Leovardiensi, quorum regimini se per se ipsum assisturum Vicarius pollicitus est, & quinquaginta alios pro Diœcesibus Ultrajectina, Middelburgensi & Daventriensi, qui Coadjutoris Curæ commendati sunt. Verum hi &c. memores quod bon. mem. Episcopus Trallensis paucis ante obitum horis, quasi ex ultima voluntate repræsentaverit tria gravissima istarum Missionum incommoda, quæ inter erat supervacanea voluntas, quâ multi tenebantur suscipiendi Sacerdotium, adeò ut id violenter extorquere vellent à Vicario & Coadjutore non sine turbis & molestiis, quemadmodum & D.V. testata est, quando à Sac. Congregatione res proposita fuit: voluerunt proinde ad ipsam scribi, ut super asserta necessitate informet, undique indicet, cur Oratores existiment, se ad id indigere licentiâ Romanâ. Ad hæc respondeat, & de cætero fortunet Deus, &c.

EPISTOLA

Epistola ex parte S. Congregationis scripta ad D. Archiepiscopum Philippensem Vicarium Apostolicum Fœderatarum Provinciarum, eâdem die xi. Septembris 1662. de eadem materia. LVIII.

Gaudeo de receptis ab Amplitudine tua Sanctissimi D.N. Litteris, in forma Brevis, Te in Archiepiscopali dignitate, atque in Vicarii Apostolici istarum Provinciarum Munere, constituentibus, Divinamque obsecro largitatem ut Gratiæ suæ munimine talem Te reddat Pastorem, qualem Tibi Sancta Sedes suasit, dum ad talia, ac tanta Te promovit. Jam verò, quod scribis de nunciato tibi quorumdam molimine ad Vicariatûs divisionem obtinendam, pertinendum non est; speratur etenim ab Eminentissimis PP. sufficienter per Te & Coadjutorem tuum omnia probè præstanda, quoties unanimi conatu (uti vos plurimùm hortantur in Domino) ad idem semper tenderitis, quæ Dei dumtaxat sunt, perquirentes. De reliquis, quæ in tua Epistola mones, per litteras S. Congregationis edoceberis. &c.

Facultates à Sanctissimo Domino Nostro in suis Brevibus Amplitudini Tuæ concessæ, ac transmissæ, non arctant Tibi auctoritatem, ut scribis, sed extendunt; ea etenim quæ in iis continentur, in facultatibus pro Episcopis à S. Congregatione expediri solitis, minimè habentur. Hæ verò quamprimùm pariter expedientur per S. Officium, & transmittentur.

Quod autem spectat ad petitam cùm abs Te, tum à Coadjutore Tuo Sacerdotes consecrandi facultatem, Eminentissimi Patres antequam quidquam hac in re statuant, distinctam prorsus, & exactam Status istic Catholicæ Religionis expectabunt Relationem, ut moris fuit præteritorum Vicariorum, mox ut munus adierunt; mihi interim injungentes, ut vos ambos moneam, bo. me. Trallensem in ipso ferè obitûs sui articulo in quadam ad S. Congregationem exarata Epistola, eamdem, quasi ex testamento, de tribus admonuisse, inter quæ unum erat, ut cautè hac in re procederetur, eò quod plurimi in istis Provinciis, ex nimia Sacerdotalis Dignitatis cupiditate, omnem moveant lapidem ad eam à Vicario, ejusque Coadjutore, vel invitis, extorquendam, ex quo posteà graves ac perniciosissimi promanarunt eventus, quod & Dominus Internuntius eâ de re tunc temporis requisitus comprobavit. Id igitur, ut Amplitudo tua expendat, rogo, ac summam tibi à Deo apprecor incolumitatem.

Epistola ex parte S. Congregationis scripta de eadem materia D. Episcopo Castoriensi Vicarii Apostolici Fœderati Belgii Coadjutori eâdem die xi. Septemb. 1662. LIX.

Ex porrecto, Amplitudinis Tuæ ac Vicarii Apostolici nomine, Sanctissimo Domino Nostro libello supplici pro obtinenda facultate Sacerdotes consecrandi ad consulendum Ecclesiarum Necessitati, Eminentissimi P. P. non minùs Tui, quàm ipsius studium, atque solertiam Rei Catholicæ promovendæ, prospexêre, & ut par erat, commendarunt. Verùm recolentes, quod ad id bo. me. Trallensis Prædecessor tuus, in ipso fermè sui decessûs articulo, S. Congregationi per Epistolam à se scriptam suggessit, eam obsecrans, ut cautè hac in re procedi juberet, cùm ex nimia plurimorum in istis Regionibus cupiditate Sacerdotium assequendi, quasi per vim adigantur Vicarius, & Coadjutor iis assentiri, unde gravia ac satis præjudicialia interdum promanarint incommoda, petitis annuere distulerunt, quousque transmissâ à Vobis de Statu in istis Provinciis Rei Christianæ Relatione, decernere deinde possint, an expediat. Hanc igitur præstolabuntur, & interim quod ad facultates attinet, cùm hactenus expeditæ non fuerint, quæ post Decretum hujus S. Congregationis per S. Officium concedi solent, mirari non debes, si minùs amplæ repertæ sunt, quas in SS.mi D. N. Litteris concessas vidisti; quinimò si diligenter observaveris, eas præter solitum additas esse. Quamprimum igitur expedientur. Et summam Amplitudini Tuæ exopto incolumitatem &c.

Digitized by Google

LX. Epiſtola ex parte S. Congregationis ſcripta 27. Novembris 1662. Domino Epiſcopo Caſtorienſi Coadjutori Vicarii Apoſtolici Fœderati Belgii.

TAmetſi S. Congregatio petitam ab Amplitudine Tua, & à Vicario Apoſtolico facultatem Sacerdotes promovendi, non niſi poſt receptam à vobis de iſtarum Miſſionum Statu Relationem decrevisset impertiri, audito nihilominùs ex amborum Epiſtolis, quod ob Presbyterorum deficientiam nonnullæ iſtic Eccleſiæ Parocho ſint deſtitutæ, nè dum præfatam præſtolantur Relationem, diurius ſuper hoc protraharur proviſio, placuit EE. PP. pro aliquali numero licentiam pro nunc elargiri, ut à Domino Internuntio uterque veſtrum percipere poterit. Quod verò attinet ad conſuetas, quibus Prædeceſſores veſtri potiti ſunt, facultates, eidem Domino Internuntio, majoris ſecuritatis ergo, illarum expeditio hodiè tranſmittitur, ipſi injungendo, ut quantò citiùs illam ad vos pervenire curet. Interim Sacra Congregatio Amplitudinis Tuæ ſolertiam in vinea iſta Domini excolendâ, ut par erat, commendavit, mihique juſſit, ut id Tibi ſignificarem, quod dum exequor, ſummam Tibi à Deo apprecor incolumitatem &c.

LXI. Epiſtola ex parte Sacræ Congregationis eâdem die ſcripta Domino Archiepiſcopo Philippenſi.

QUoniam, utì Amplitudo Tua teſtatur, ob Sacerdotum defectum nonnullæ iſtic Eccleſiæ Parochis ſunt deſtituræ, decreverunt Eminentiſſimi Patres, injunctà Tibi, & Coadjutori Tuo de iſtarum Miſſionum Statu Relatione minimè expectata, facultatem vobis pro nunc impertiri, aliqualem numerum Sacris, & Presbyteratûs Ordinibus initiandi, prout à D. Internuntio percipere poteris, majorem deinde numerum conceſſurs, poſtquam de iſtarum Eccleſiarum indigentia pleniùs fuerint edocti. Ab eodem etiam D. Internuntio Amplitudo Tua facultatum expeditionem recipiet, cùm fuerit ipſi directa, quò ſecuriùs iſtuc perveniat; etenim gratiſſimum fuit S. Congregationi ex Tuis Litteris accipere, quanta eum ſollicitudine Gregi Tibi à Deo, & à Sancta Sede commiſſo invigiles, magnumque inde Fidei Catholicæ augmentum Tibi pollicetur. Quod dum Amplitudini Tuæ ejuſdem juſſu ſignifico, ſummam Tibi à Deo apprecor incolumitatem &c.

LXII. Epiſtola S. Congregationis ad Internuntium 27. Novembris 1662.

SI ſtava appunto attendendo con deſiderio la riſpoſta di V.S. in propoſito della facoltà di ordinare, che con replicate iſtanze chiedono coteſto Vicario Apoſtolico, e ſuo Coadjutore, e nella prima Cong.e ſi riferirà quanto Ella in ciò hà prudentemente ſuggerito. Si contenta fra tanto la Santità di Nro Sig. che ſe ne poſſano ordinare dodici pùr che vi concorra l'approvazione anche di V.S. nè ſtima neceſſario che ſiano tutti con il Patrimonio ricordandoſi la Santità Sua d'aver conoſciuto, nel tempo che era in coteſte parti, di quelli che erano ordinati à titolo di Miſſioni ſoggetti qualificatiſſimi & in bontà, & in lettere, mà ſi contenta che ſei ſiano à titolo di Patrimonio e ſei à titolo di Miſſione. Si mandano parimente à V. S. le facoltà per Monſ. Archiveſcovo Filippenſe ſolamente, non eſſendo ſolito di ſpedirle giam-

SUmmo eum deſiderio expectabatur reſponſio D. V. ad propoſita circa facultatem ordinandi, quam repetitis vicibus flagitant Vicarius iſtic Apoſtolicus, ejuſque Coadjutor; atque in prima Congregatione referentur ea quæ idcirco prudentiſſimè ſuggeſſit. Conſentit interim Sanctitas ſua, ut ordinentur duodecim, eum & id ipſum approbet D. V. neque porrò neceſſarium exiſtimat, ut omnes habeant titulum Patrimonii, cùm adhuc meminerit Sanctiſſ. D. ſe, dum in iis partibus commoraretur, aliquos noviſſe, viros inſignes, probos, & doctos, qui titulo Miſſionis promoti erant, verùm acquieſcit Sanctitas ſua, ut ſex titulo patrimonii, ſex alii titulo Miſſionis conſecrentur. Mittuntur item D. V. facultates pro ſolo Archiepiſcopo Philippenſi, cùm in more poſitum non ſit, directè

giammai à drittura al Coadjutore per mantenere la dovuto dipendenza al Vicario Apostolico da cui gli devono essere communicate in vigore della facoltà speciale, che si concede.

rectè ad Coadjutorem dirigere, ut servetur debita subordinatio erga Vicarium Apostolicum, à quo cum ipso communicari debent, vi facultatis specialis quæ ad hoc conceditur.

Epistola ex parte S. Congreg. ad Internuntium 3. Martii 1663. LXIII.

Approvano questi &c. e vi condescende anche la Santità di Nro Sig. che si lasci correre l'accordo e divisione che V. S. scrive d'aver trà di loro stabilito Mons. Vicario Apostolico, e Coadjutore di cotesti Poesi poiche non essendovi intervenuto nè il nome, nè il consenso della S. Cong.e, si potrà sempre la medema darsene per non inteso, & avrà giusto titolo di rivocarlo, quando si conoscesse perniciosa alla quiete & al buon Governo di quelle Chiese. Per conto delle facoltà persiste la Santità Sua nel primiero proponimento, di non alterare il costume sin ora in ogni luogo uniformemente osservatosi di non conceder giammai le facoltà à Coadjutori, ma à drittura à loro Vescovi con la facoltà di communicarle, onde toccerà alla prudenza di V. S. di rendernelo capace.

Atteso poi il bisogno che V. S. rappresenta di maggior numero di Sacerdoti per proveder le Cure, concede loro la Santità sua facoltà di ordinare altri dodici, contentandosi che sei si promovano à titolo di Missione, e gl'altri à titolo di Patrimonio, ò beneficio, conforme al solito, nel che non dovrà a V. S. parer strano che si richiedo anche la licenza, atteso che tempo fa ne fu dalla Sagra Congregazione fatto non so qual prohibizione. Et il Sig. la prosperi &c.

Approbant hi &c. eòdemque inclinatur Sanctitas sua, ut conniventer permittatur conventio, seu divisio, quam stabilitam scribit D.ª V. inter Vicarium Apostolicum & Coadjutorem Fœderati Belgii, cùm enim neque nomen intervenerit, neque consensus Congregationis, rem totam ipsa ignorare poterit, habebitque justum titulum eumdem rescindendi, quoties perniciosa videbitur quieti, aut rectæ administrationi istarum Ecclesiarum. De facultatibus quod denuo agitur, persistit Sanctitas sua in prima resolutione, non mutandi consuetudinem, hactenus omni loco uniformiter observatam, de facultatibus numquam concedendis Coadjutoribus, sed directè Episcopis ipsis, cum potestate easdem communicandi; ad prudentiam D. V. spectabit eam rem D. Coadjutori persuasam reddere.

Attentâ deinde necessitate, quam exponit D. V.ª majoris numeri Sacerdotum, ut Missionibus prospiciatur, Sanctitas sua facultatem eis indulget, alios duodecim ordinandi, consentiendo, ut sex titulo Missionis, sex alii titulo patrimonii, aut Beneficii promoveantur more ordinario, in quo mirum non videatur D. V. quod venia postuletur, quandoquidem jam ab aliquo tempore, facta est à Sac. Congregatione nescio qualis prohibitio. Bona omnia &c.

Epistola D. Internuntii cum annexa Declaratione responsoria Episcopi Castoriensis. LXIV.

Em.mo e Rev.mo Sig.re mio Pron.e Col.mo

Nell'oggiunta copia si degnerò V. E. di veder le risposte di Mons. Castoriense as quesiti da me fattili secondo il commandamento della benig.ma sua de 23. Giugno. Brusselles 18. Agosto 1663. Di V. E. V.mo Div.mo ed ob.mo Serv. Gio. Abbate di Monte Reale.

Emin.me ac Rev.me D. Patrone Col.me

Dignabitur Eminentia Vestra in adjecta copia videre responsiones Illustrissimi Castoriensis ad quæstiones à me ipsi propositas ex præscripto benignissimæ Epistolæ suæ 23. Junii ad me datæ. Bruxellis 18. Augusti 1663. Eminentiæ Vestræ humill. devotiss. & obligat. Famulus *Joannes Abbas Montis Regalis.*

DE-

Declaratio Resſponſoria Joannis Neercaſſelii Epiſcopi Caſtorienſis ad Interrogata S. Congregationis de propaganda Fide circa Concilium Vicariatûs Ultrajectenſis.

AD primum. Status Collegii octo primariorum Sacerdotum, quod in Archiepiſcopatu Ultrajectenſi inſtitutum in meis Relationibus narravi, vix poteſt dilucidè explicari, niſi ipſis Inſtitutionis, atque amplificationis ejuſdem litteris exhibitis. Sed quia illas Curſori ferendas tradere non audeo, eò quod earumdem perditio apud Officiales (ſi fortè contingeret) cederet in ruinam dictarum Perſonarum, & generalem direptionem Eccleſiarum; Ideo cùm probaverit id Illuſtriſſima D. V. mittam illas per expreſſum, & quidem per aliquem ex ipſo Collegio, qui oretenus reliqua explicet, quæ Illuſtriſſima D. V. deſiderat pleniùs cognoſcere. Breviſſimè interim nunc pro aliquali informatione ſignifico, quod Collegium hoc, ſub nomine Vicariatûs Ultrajectenſis, fuit erectum per Illuſtriſſimum D. Philippum Archiepiſcopum Philippenſem Vicarium Apoſtolicum Anno 1633. die nonâ Novembris, quodque deinde Perſonæ illius Collegii (quæ tunc erant octo, & Ego unus ex illis) accenſæ zelo quodam procurandi boni publici illius Diœceſis (quod ab Illuſtriſſimo Epheſino minùs ſedulò curari conſpiciebatur) unanimiter conſtituerunt petere ab eodem Illuſtriſſimo Domino Epheſino confirmationem, & quamdam amplificationem memorati Inſtituti quam etiam conceſſit per Patentes Litteras datas die nonâ Julii 1658. Eaſdem ratificavit, & approbavit Reverendiſſimus D. Trallenſis Coadjutor Vicarii Apoſtolici die nonâ Auguſti 1659. Et Ego ipſe nuper præſidens in Congregatione dicti Collegii à me convocati, rebus ipſis confirmare cœpi, & ſcriptis confirmaturum me addixi, ſed jam differre illud malo, donec Emmentiſſimi D. D. ſufficienter informati mihi id permiſerint.

Quia verò Collegium iſtud ſummopere probo, omnique favore dignum judico, opto quàm maximè ipſi robur Confirmationis Apoſtolicæ addi, quò ipſi addatur novus ſtimulus faciendæ firmæ fundationis pro digna ſuſtentatione Vicarii Apoſtolici perpetuis futuris temporibus. Annè illius obtinendæ via aliqua pateat, deſidero quoque ab Illuſtriſſima D. V. cognoſcere.

Collegium illud ex vi ſuæ erectionis, vel amplificationis, illud habet juris in Diœceſi Ultrajectenſi, *ut ſit Concilium, vel Senatus Eccleſiaſticus Vicarii Apoſtolici*, pro Diœceſi illa; quomodo Capitulum Cathedrale eſt Concilium Epiſcopi, quem ex privata auctoritate, inconſultis ſuis Presbyteris regere, nec ratio, nec Canones permittunt. *In reliquis Epiſcopatibus nihil habet Collegium hoc.* Sed Perſonæ iſtæ adeo habiles, mihique obſequioſæ exiſtunt, ut aliquibus earum utar pro directione Diœceſis Daventrienſis & Middelburgenſis.

Quod hoc Collegium, ſive Sacer Senatus Eccleſiæ Ultrajectinæ, curam habeat Seminarii Ultrajectenſis quod Coloniæ Agrippinæ exiſtit, ita uſu receptum inveni, credoque id inde habere originem, quod Seminarium illud, non ex bonis Eccleſiaſticis, ſed ex liberalitate Plebis ad inſtantiam Confeſſariorum ſuorum (qui erant ex Clero Seculari) fuit fundatum, conſervatum & augmentatum, ſicut etiam uſque hodie eodem modo conſervari non deſinit.

Et infra: Ad quintum. Oldenzalienſe Capitulum idem habet adhuc aliquos Catholicæ Religionis Canonicos, quia Civitas illa eâ ſe lege Ordinibus dedit, ut Canonici, qui tunc omnes erant Eccleſiaſtici, quoad viverent, ſuis fruerentur præbendis. Demortuis verò non ſuccedunt niſi hæretici; unde brevi tempore ex ſolis conſtabit hæreticis, *nec eſt ullus modus illud Capitulum conſervandi.*

LXV. Epiſtola ex parte S. Congregationis ſcripta *die* 29. Septemb. 1663. ad D. Internuntium, quod non dentur D. Epiſcopo Caſtorienſi facultates Ordinarii prout petierat.

A Monſ. Internunzio.

F*Urono propoſte in S. Cong.ne l'iſtanze continuate nel foglio traſmeſſo da V. S. per parte di Monſ. Caſtorienſe nuovo Vica-*

Illuſtriſſimo Internuntio.

PRopoſitæ ſunt in Sac. Congregatione continuatæ inſtantiæ, in folio à D. V. tranſmiſſo, ex parte Illuſtriſſimi Caſtorienſis

no Apostolico, alle quali queste &c. con ogni di cooperare al retto ministero della gano di lui, hanno stimato di risponder nel modo seguente.

E infra in fine: Non si è approvata l'ultima, che conteneva di avere nel Vicariato tutta la potestà che anno i Vescovi nelle loro Diocesi, perche molte cose l'addattana ad un grado che all' altre non convengona. Et il Sig. la prosperi.

sis novi Vicarii Apostolici, quibus hi &c. intendentes allaborare rectæ administrationi ipsius muneris, respondendum existimarunt in hunc modum.

Et infra sub finem: Non est approbata ultima, qua petebatur, ut in Vicariatu haberetur omnis potestas, qua gaudent Episcopi in suis Diœcesibus; quia certo gradui res multæ adaptantur quæ aliis non conveniunt. Prospera omnia &c.

Epistola ex parte S. Congregationis scripta die 10. Novemb. 1663. Domino Episcopo Castoriensi Fœderatarum in Belgio Provinciarum Vicario Apostolico, ut Romam mitteret Diploma Institutionis Vicariatûs Ultrajectini.

LXVI. A

UT pleniùs iis satisfactum sit, quæ circa spiritualem statum ab Amplitudine Tua transmissum istarum Missionum Eminentissimi hujus Sacræ Congregationis Patres exquirebant, opus erit, ut transumptum Institutionis Collegii Sacerdotum Ultrajectensium, nec non Confirmationem ejusdem à bo. me. Ephesino, ac Trallensi factarum, quarum in responsionibus acceptis mentionem habes, quamprimùm transmittas &c.

Epistola Pastoralis Joannis Neercasselii Episcopi Castoriensis & Vicarii Apostolici occasione Condemnationis 65. Propositionum per INNOCENTIUM XI. *Ex Editione Anni 1679.*

B

JOANNES, *Dei & Apostolicæ Sedis Gratiâ Episcopus Castoriensis, Vicarius Apostolicus, Clero & Populo in Fœd. Belgio Catholicis recta sapere, & de veritatis consolatione gaudere.*

SAlvator & Magister Noster JESUS CHRISTUS, per Antistitum, Presbyterorum, Religiosorum, & Fidelium preces, qui diu doluerunt aliquorum opinionibus Catholicam obscurari Fidem, Ecclesiam inhonorari, mores corrumpi, pacemque turbari, misericorditer exoratus aperuit os sui in terris Vicarii, SS.mi D. N. INNOCENTII XI. ut sexaginta quinque propositiones tanquam scandalosas, & in praxi perniciosas condemnaret, & sub Excommunicationis pœna præciperet, ne quis illas, vel in Libris, vel in Thesibus, vel in sermone ad alium finem auderet allegare, quàm ad eas impugnandum, atque illarum perniciem Fidelibus exponendum.

Peccarem, RR. Viri & Fratres charissimi, in illam devotionem, quâ Christi Vicarium veneramini, si vos arbitrarer monendos, ut ejus definitioni vestros sensus subjiceretis. Creditis cum Irenæo (a) *eis, qui sunt undique fideles, necesse esse ad Romanam Ecclesiam propter potentiarem ejus* sive in profligandis erroribus, sive in asserenda veritate *principalitatem*, religiosè *convenire*. Vos *nullum primum nisi Christum*, cum Hieronymo (b) *sequentes*, Beatissimo Patri Nostro INNOCENTIO XI., id est, *Cathedræ Petri, communione* Fidei ac doctrinæ *consociamini, scientes super illam Petram ædificatam Ecclesiam, eosque omnes, qui extra hanc domum agnum comederint, esse prophanos*. Vos nullis privatis Scriptoribus, & Opinatoribus adhærentes pro reverentia Apostolicæ Sedis, ad quam, teste Cypriano, (c) *perfidia non potest habere accessum*, cum eodem Hieronymo *nescitis Vitalem, Meletium respuitis, ignoratis Paulinum, persuasi cunctos spargere, qui cum Romano Pontifice non colligunt, hoc est, qui Christi non sunt, esse Antichristi*. Sicuti enim in rebus controversis, *ad Romanorum Fidem Apostolico ore laudatam*, pro antiquo more recurritis, inde cum Episcopis Terraconensibus (d) *responsa*

(a) Lib. 3. cap. 3. (b) Ep. 57. ad Damas. (c) Epist. 55. Hieron. Ibid. (d) Ep. ad Hilarium Papam.

responsa prudentissimè *quærentes*, *unde nihil errore*, *nihil præsumptione*, *sed Pontificals totum deliberatione præcipitur*, ita etiam cum Episcopis Dardaniæ (e) *Apostolicæ & singulari Sedi communi fide*, *& devotione parere contenditis*. Demum consentitis S. Bernardo ad Romanum Pontificem scribenti his verbis: (f) *Oportet ad vestrum referri Apostolatum pericula quæque & scandala emergentia in Regno Dei*, *ea præsertim*, *quæ de Fide contingunt; dignumque arbitror ibi potissimùm resarciri damna Fidei*, *ubi non possit Fides sentire defectum: hæc quippe hujus prærogativa Sedis*. Cùm huic unanimi Sanctorum Patrum Doctrinæ, atque Apostolicæ Traditioni devotum præbeatis assensum, non est, quod vos doceam, quæ summo in terris Pastori, ejusque Sanctionibus obedientia debeatur. Vos tamen orandos monendosque existimo, ut quemadmodum Summi Pontificis amplectimini doctrinam, ita quoque illius imitemini discretionem, quâ sævit in errores, & dilexit errantes, perniciosa dogmata, ne incautis obrepere possent, singulatim designans, malè docentium nomina, ne ignominiâ afficerentur, amanter silens. Si hanc SS. D. N. discretionem erroribus infestam, & hominibus amicam æmulemini, *sicut est mihi justum hoc sentire pro omnibus vobis*, studiosissimè cavebitis, ne occasione damnatæ doctrinæ unus adversùs alterum insletur, quod ipse eam velut noxiam semper fuerit insectatus, ille sicut utilem aliquando fuerit complexus; ipse steterit in veritate, ille jacuerit in errore. Scitis enim esse benè stantis in veritate, jacentem piè erigere, & erecto congratulari: esse autem abutentis veritate, errantes irridere, & contemnere resipiscentes; neque etiam nos congaudere triumphanti de erroribus veritati, sed gaudere super iniquitate, quicumque gaudent, non quia frater ab errore liberatus est, sed quia frater ob præteritum errorem confusus est.

Ut ergo Fidei sua gloria, Ecclesiæ suus honor, moribus sua integritas, paci sua tranquillitas, & antiquæ Doctrinæ suus cultus per Bullam S.D.N., semotis altercationibus, restituatur; cogitent, qui damnatis opinionibus adhæserunt, nihil *gloriosiùs esse*, teste Augustino, (g) *quàm subjici*, *& vinci à veritate*: vel potiùs cogitent, non se victos esse, sed instructos: *Non enim vincimur*, inquit Cyprianus, (h) *quando nobis meliora offeruntur*, *sed instruimur; maximè in his*, *quæ ad Ecclesiæ unitatem pertinent*, *& spei*, *& fidei nostræ veritatem.*

Illi verò qui proscriptæ doctrinæ defensoribus sese opposuerunt, cogitent, (i) *non bonum hominis esse hominem vincere*, sed bonum hominis esse de veritate gaudere: (l) *Beata quippe vita est gaudium de veritate.* Demum utrique cogitent, (m) *communem omnibus esse veritatem; non esse meam*, *nec tuam*, *non esse* illius qui illam priùs cognoverit, *aut istius*, qui illam posteriùs receperit; *sed omnibus esse communem.* De communi ergo bono non singulariter, sed communiter exultemus, collaudantes Deum nostrum, qui ad ejus communionem nos publicè vocat, dum per suum in terris Vicarium, fugatis humanarum opinationum tenebris, Evangelii sui lumen clementer ostendit, ut illud sequentes, illudque amantes, perveniamus ad Regnum, in quo rex veritas, lex charitas, & duratio æternitas. Hoc votum,

Viri Reverendi & Fratres Charissimi,

Hussiæ 8. Aprilis 1679.

Vestri in Christo Famuli
J. Epi. Cast. V. A.

LXVII. Epistola Secretarii S. Congregationis scripta Die 7. Junii 1664. ad Internuntium Bruxellensem ex qua constat, Romam missum fuisse Diploma Institutionis Vicariatûs Ultrajectini.

A Monf. Internunzio.

SI è ricevuta la Copia della Conferma fatta da Monf. Archivescovo d'Efeso e da Monf. Trallense del Vicariato d'Utrecht, e avviſarò appresso à V. S. Ill.ma se sopra di questo occorrerà cos' alcuna.

Illustrissimo Internuntio.

ACcepta est Copia Confirmationis Vicariatûs Ultrajectini factæ per Archiepiscopum Ephesinum & Episcopum Trallensem. Ill.^me^ D. V. postea significabo, quid circa hæc occurrerit.

(e) Epist. ad Gelas. Papam. (f) Ad Innocent. Papam Epist. 190. (g) In Psal. 57. (h) Epist. 71. (i) Aug. Epist. 174. (l) Aug. lib. 10. confess. cap. 23. (m) Aug. in Psal. 75.

DECRE-

Decretum Sac. Congregationis particularis de propaganda Fide, editum jussu ALEXANDRI VII. Pontificis die 18. Decembris 1665. super rebus Missionum Hollandiæ. LXVIII.

AD 2.um & 3.um exhibeantur assertæ concessiones & licentiæ, deinde dabitur resolutio. Verùm quia cùm Archiepiscopus Ephesinus, dum bo. me. non sibi constaret, quàm plurima Decreta, & Ordinationes fecerit in præjudicium illarum Missionum, & contra præscriptum in Concordatis, Sanctissimus Dominus noster omnia per eumdem gesta per quinquennium ante ejus obitum, declaravit, & declarat nulla, & iovalida, & pro talibus haberi voluit, & mandavit.

Epistola Petri Codde Pro-Vicarii Episcopi Castoriensis per Diœcesim Ultrajectinam &c. post hujus obitum petentis à S. Congregatione prorogari facultates à dicto Episcopo sibi olim concessas, & quæ expirabant 22. Februarii 1687. LXIX.

E.mi Domini Patroni Colendissimi.

FAcultates, quas Sancta Sedes Episcopo Castoriensi piæ memoriæ largita est, & quas ipse mihi, ut suo in Diœcesibus Trajectina, ac Daventriensi Pro-Vicario, communicavit, cessabunt vigesimo secundo Februarii proximè vigorem obtinere. Idcirco compellor Eminentissimi Patres Vos supplex rogare, ut facultates istas, sine quibus ægerrimè Missionis hujus cura habetur, mihi humillimo famulo vestro dignemini prorogare, donec novum Vicarium ab Apostolica Sede designatum esse innotescat. Profectò hoc nuntium Ecclesiam nostram summè exhilarabit, quæ jam pluribus mensibus defunctum Antistitem eò plorat acerbiùs, quod non adsit novus, qui eam consoletur. Interim perseverant vota & desideria, quæ statim ab obitu Castoriensis Episcopi Clerus unanimis concepit; nempe ut ille in defuncti locum succedat, qui doctrinâ, pietate, zelo, omnique quo valuit modo, magnum adjutorium vivo præstitit. Nomine itaque Ecclesiæ viduatæ, Patroni observandissimi, Vos enixè, & suppliciter rogo, ut vota hæc nostra promovere non gravemini. Hunc favorem tantò precor ardentiùs, quantò certiùs novi, quod Ecclesiæ hujus tam vastæ, tamque numerosæ, & in medio Nationis pravæ assiduè conflictantis, maximè intersit, ut quispiam Episcopali pollens Dignitate ei brevi præficiatur. Dum hæc Eminentiis vestris, quas Deus Christianæ Reipublicæ bono diu sospitet, submississimè expromo, me veniâ vestrâ, omni observantiâ profiteor.

Eminentissimi Domini Patroni Colendissimi.

Lugduni Batavorum 24. Januarii 1687.

Humillimum, ac Obedientissimum Famulum Vestrum

PETRUM CODDE, *Provic. Traject.*

Epistola Josephi Causebant Pro-Vicarii Episcopi Castoriensis per Diœcesim Harlemensem &c. post hujus obitum scribentis super eadem re. LXX.

Eminentissimi Patres.

A Reverendissimo Vicario Apostolico Antistite Castoriensi, etiam post obitum constitutus Pro-Vicarius Apostolicus Episcopatuum Harlemensis, Leovardiensis, & Groeningensis, humillimè supplico, ut facultates Pro-Vicariis concedi solitæ, quæ 22. Februarii hujus Anni expirant, auctoritate, aut patrocinio Eminentiarum Vestrarum ad breve interstitii tempus renoventur; ne Provicariatus necessariis destituatur adminiculis.

A tempore obitûs Reverendissimi Vicarii Aposto-

Apoſtolici p. m. in Diſtrictibus curæ meæ concreditis tres Sacerdotes piè obdormierunt Amſtelodami. D. Joannes Wandelman Paſtor Amſtelodamenſis Vir magni zeli, & tantæ facundiæ, ut parem non haberet in Miſſione. D. Martinus Janſſens Paſtor Amſtelodamenſis Vir pius, & diſertus. P. Keiſer Miſſionarius Ordinis S. Dominici Amſtelodami, quondam S. T. Profeſſor. In locum duorum priorum ſuffeci D. D. Vander Meer, & Prauwelium egregios Sacerdotes, & civibus pergratos. In Leovardienſi, & Groeningenſi Diœceſibus graviſſima perſecutio per tres Menſes viguit, & ſubindè iterum exarſit. Quinque Sacerdotes carceribus mancipati, libertati reſtituti ſunt. In Urbibus præcipuis Epiſcopatûs Harlemenſis grandis pecunia à Catholicis in alimentum Gallorum fugitivorum collecta, animos Magiſtratuum nobis conciliavit, & invidiam Gallicæ perſecutionis, ut vocant, ad tempus depulit.

In tribus Epiſcopatibus dictis optabilis pax eſt inter Sacerdotes, patrocinio, & æquiſſimis legibus Eminentiarum Veſtrarum, nec ullis gravioribus controverſiis, aut moleſtiis fatigamur. Omnes Catholici ardentiſſimis votis novum Vicarium Apoſtolicum, & præcipuè laudatum, & commendatum à Clero deſiderant, ut tantæ dignitatis fulgore iterum recreëntur, ut ipſius ſpectabiliore auctoritate, controverſiæ (ſi quæ oriantur) faciliùs diſcutiantur, & ut perfectiùs Miſſioni provideatur. Cùm enim Pro-Vicarii numeroſæ plebis Curâ detineantur, an ipſis ſolis ſine diſpendio Miſſio diutiùs committatur, cenſeant Eminentiæ Veſtræ. Sum cum plenâ animi veneratione.

Eminentiſſimi Patres

17. Januarii 1687.

Emin. Veſtr. humillimus, & obſervantiſſimus ſervus,

JOSEPH CAUSEBANT *Decanus Capituli Harlemienſis.*

LXXI. Reſcriptum Sacræ Congregationis particularis de propaganda Fide habitæ die 11. Martii 1687.

DEntur arbitrio Sacræ Congregationis eædem facultates Internuntio Belgico, quas habebat defunctus Vicarius Apoſtolicus, cum poteſtate ſubdelegandi Pro-Vicariis Harlemenſi, & Ultrajectenſi, qui iterum poſſint aliis, quibus in illis Provinciis opus fuerit, communicare.

LXXII. Epiſtola Eminentiſſimi Cardinalis De Via olim Internuntii Belgici ad Eminentiſſimum Cardinalem Caſanatte. *Ex Bat. Sac. part. 2. fol. 510.*

Em.mo e Rev.mo Sig.r Pron.e Col.mo

T*Raſferendoſi à coteſta Corte Don Teodoro de Cock Miſſionario di Leyden, che per zelo, e perſuaſione del Clero d'Vtrecht intende ſollecitare coſtì la nomina d'un Vicario Apoſtolico, non ho mancato di pregarlo con viviſſime iſtanze d'eſprimere à V. E. i miei più commeſſi atteſtati di venerazione, e d'impetrarmi la grazia del ſuo riveritiſſimo patrocinio. Favorendomi eſſo di portare tali miei oſſequii all' E. V. devo in corriſpondenza dell' officio augurar anche à lui un eſito felice de' ſuoi negoziati mediante l'autorevole interpoſizione di V. E, dalla quale imploro con un benigno condono di tal ardire, l'onore di molti ſuoi pregiatiſſimi commandamenti, e le faccio profondiſſimo inchino. Bruſſelles 14. Maggio 1688. Di V. E. V.mo Divotiſſ. ed Oblig.mo Serv.* G. A. De via Abbate di S. Catarina.

Em.me ac Rev.me Dom.ne Patrone Col.me

CUm D. Theodorus de Cock Lugduni-Batavorum Miſſionarius in Urbem cogitet, zelo, & perſuaſione Cleri Ultrajectini, nominationem Vicarii Apoſtolici proſequi intendens; non prætermiſi, quin inſtantiſſimè eum rogarem, demiſſæ venerationis meæ erga Eminentiam Veſtram quàm teſtatiſſima faceret argumenta, ejuſque honoratiſſimi patrocinii gratiam impetraret. Quoniam verò ipſe ſummopere mihi favet, obſequia mea Eminentiæ Veſtræ deferendo, ut tam officioſæ benevolentiæ correſpondeam, augurari & ipſi debeo felicem negotiorum ſucceſſum ſub optatiſſimis auſpiciis auctoritatis Eminentiæ Veſtræ, à qua benignam libertatis meæ veniam, plurimarumque æſtimatiſſimarum juſſionum ſuarum honorem humillimè flagito, profundiſſimè inclinatus. Bruxellis 14. Maii 1688, E. V. Humill. Devotiſſ. & oblig.mus Famulus *G. A. De via Abbas S. Catharina.*

TESTIMO-

Testimonium Archiepiscopi Mechliniensis de professione Fidei, aliisque promissis à Petro Coddæo, antequam consecraretur, factis. *Ex Archivio Archiep. Mechlin.* LXXIII.

ALPHONSUS DE BERGHES *Dei, & Apostolicæ Sedis Gratiâ Archiepiscopus Mechliniensis, Primas Belgii, ad Exercitus Regios Delegatus Apostolicus, suæ Majestati à Conciliis Status &c. Omnibus has visuris salutem in Domino.*

Fidem facimus, quod die datæ præsentium Illustrissimus & Reverendissimus Dominus Petrus Codde Electus Archiepiscopus Sebastenus, in Sacello Domestico Palatii nostri Archiepiscopalis Bruxellensis, Diœcesis nostræ, emiserit in manibus nostris Fidei Professionem juxta formam à fel. record. Pio Papa quarto præscriptam, ultra Fidei professionem juxta articulos pridem à Sancta Sede Apostolica propositos, quam dictus Illustrissimus Dominus Electus sequenti die fecit, priusquam illi munus Consecrationis impenderimus. Actum Bruxellis Diœcesis nostræ die quintâ Mensis Februarii 1689. præsentibus Admodum Reverendis Dominis Josepho Causebant, & Hugone Van Heussen Pro-Vicariis Hollandicis, nec non plurimis ex notabilioribus de Clero Hollandico, aliisque spectatæ notæ personis. *Erat signatum.* Alphonsus Archiepiscopus Mechliniensis. *Et contrasignatum.* De Mandato Illustrissimi & Reverendissimi Domini Archiepiscopi præfati J. De Maeyere Secret. & munitum sigillo dicti Illustrissimi Domini.

Declaratio, quam Archiepiscopus Sebastenus, Delphis periculosè ægrotans, dictavit die 29. Septembris Anno 1691. *Ex Denunt. Apolog. ab ipsomet Sebasteno edita. Pag. 9. in 8.* LXXIV.

Ego infrascriptus, in hoc ultimo vitæ articulo constitutus, & Pastorum Principi, atque omnium Judici ministerii mei rationem daturus, hoc veritati, ac justitiæ testimonium reddo, me ex multis documentis minimè dubiis comperisse, accusationes quorumdam adversùs Clerum meum, tanquam qui in proscriptos ab Ecclesia Catholica errores circa Christi gratiam, ac prædestinationem, administrationem Sacramenti Pœnitentiæ, B. M. V. ac Sanctorum cultum & invocationem &c. deflecteret, nullâ veritate niti: & præcipuè criminationem illam, quâ aliqui primarios Cleri mei Presbyteros de quinque articulorum hæresi nituntur suspectos reddere. Grave accusatoribus illis reformido judicium Dei, atque Deum ex animo precor, ut illis oculos referet, ne ulteriùs Ecclesiam, cum tam gravi ejusdem, imò proprio ipsorum periculo, conturbent. Utinam desinant proscindere illos, quibus aliud nihil possunt, salvâ veritate, adscribere, nisi quod tutissimis S. Augustini ac S. Thomæ de Christi gratia ac prædestinatione dogmatibus adhæreant; quodque solidas prudentiæ regulas, à præclarissimis Ecclesiæ Theologis commendatas sequantur, ut secundùm eas de Peccatorum conversione, eorumque absolutione, vel dilatione judicent. Prætereà precor Deum, ut hoc morientis testimonium faciat fidem invenire coram Sanctissimo Patre nostro, & Patribus Eminentissimis: quos etiam unicè rogo, ut mihi successorem dignentur surrogare Provinciarum nostrarum Indigenam, & Clero charum: cùm sciam in quantum Ecclesiæ detrimentum animarumque jacturam cederet, si secus disponeretur. Clero item, & Regularibus omnibus, Fraternitatem, Charitatem ac debitam ergà Apostolicam Sedem observantiam unicè commendo: quemadmodum & ego in Communione, adhæsione, ac sincerissima Obedientia erga hanc Sanctam Sedem semper vixi, & etiamnum morior. Plura me morbi vis dictare non finit. Datum Delphis hoc die 29. Septembris 1691. horâ tertiâ pomeridianâ.

PETRUS *Archiep. Sebastenus.*

LXXV. Decretum Sacræ Congregationis particularis super negotio Missionis Hollandicæ, die 25. Septembris 1699. quo Petrus Codde Archiepiscopus Sebastenus Vicarius Apostolicus vocatur in Urbem, & Theodorus de Cock designatur Pro-Vicarius. *Ex Cockio lib. 2. cap. 20. pag. 113.*

RElatis per Eminentissimum Dominum Cardinalem *Albanum* Ponentem pluribus, iisque gravissimis accusationibus, & querelis, jam à pluribus annis habitis, adversùs R. P. D. Archiepiscopum Sebastenum, Missionis Hollandiæ Vicarium Apostolicum, ejusque Missionarios, tam circa Dogmata Fidei, præsertim in materia Jansenismi, & Bajanismi, quàm circa nimium & exoticum, & à communi Ecclesiæ praxi exorbitantem disciplinæ rigorem, non sine populorum offensione & scandalo: Eminentissimi Patres, auditis circa præmissa testimoniis plurimorum Episcoporum, Sacerdotum, cùm Secularium, tum Regularium variorum Ordinum, nec non Laicorum, tum indigenarum, tum exterorum, ac præsertim omnium ferè Catholicorum Principum, & ipsius etiam Sedis Apostolicæ Ministrorum; visisque plurimis Libris Doctrinæ suspectæ, & nonnullis jam condemnatis, à Missionariis Hollandiæ prodeuntibus: re maturè discussâ, decreverunt, ut sequitur:

Ad mentem: Quæ est, quod significetur R. P. D. Sebasteno, ut accedat ad Urbem, modis exprimendis juxta minutam conficiendam ab Eminentissimo Ponente.

Scribatur Domino Internuntio, Mentem Sacræ Congregationis esse, ut deputetur Pro-Vicarius Hollandiæ D. Theodorus de Cock, cum omnibus facultatibus Vicarii, ac propterea Internuntius insinuet Sebasteno, ut eum deputet: aliàs ipse Internuntius deputet eundem, nomine Sacræ Congregationis.

LXXVI. Breve Apostolicum ad Theodorum de Cock, de 13. Maii 1702. *Ex Batav. Sacr. Part. 2. pag. 523.*

Dilecto Filio, Theodoro de Cock, Presbytero seculari Ultrajectensi, in Sacra Theologia Magistro.

CLEMENS PAPA XI.

DIlecte Fili, salutem & Apostolicam benedictionem. De cura Christi fidelium in Hollandiæ aliisque Fœderatarum Provinciarum partibus, quæ ab hær. occupantur, existentium, pro pastorali nostro munere sollicii, ac de tua fide, doctrina, prudentia, & Catholicæ Religionis zelo, super quibus apud nos multipliciter commendaris, plurimùm in Domino confisi, Teque à quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, Censuris & pœnis, à Jure, vel ab homine, quàvis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatus * ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, de particularis Congregationis nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, super rebus ejusdem Hollandiæ coram Nobis habitæ, consilio, Te, qui, ut accepimus, aliàs Collegii Urbani *de propaganda Fide*, hujus almæ Urbis nostræ Alumnus fuisti, ac in Sac. Theologia Magister existis, diuturnum in illarum Regionum Missione servitium laudabiliter præstitisti, * Provinciarum Apostolicarum in Hollandiæ & Provinciarum hujusmodi partibus in locum Venerabilis Fratris, Petri Archiepiscopi Sebasteni, ibidem Vicarii Apostolici, quem ab omni exercitio, & administratione Vicariatûs præfati, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium suspendimus, cum omnibus & singulis facultatibus, privilegiis, & indultis, eidem Petro Archiepiscopo, ratione dicti Vicariatûs, aliàs à Sede Apostolica concessis, & quomodolibet competentibus, iis acceptis, quæ Episcopalem requirunt ordinem, & signanter cum potestate instituendi, & destituendi, ubi & quoties opportunum duxeris, alios Pro-Vicarios in dictis partibus, eâdem auctoritate, harum serie, ad nostrum, & ejusdem Sedis beneplacitum facimus, constituimus, & deputamus: Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ omnibus & singulis, ad quos spectat, & pro tempore specta-

* Supple: es, fuisti, existis.;

* Leg. Pro-Vicarium Apostolicum.

spectabit, ut Te ad Officium Pro-Vicarii Apostolici hujusmodi, illiusque liberum exercitium, juxta earumdem tenorem præsentium recipiant, & admittant, Teque recognoscant, & Te in omnibus quæ ad idem Officium pertinent, faveant, & admittant, & respectivè tua salubria monita, & mandata humiliter suscipiant, & adimplere procurent. Alioquin sententiam, sive pœnam, quam ritè tuleris, seu statueris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus Auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Non obstantibus Apostolicis, ac Universalibus, Provincialibusque, ac Synodalibus Conciliis editis, vel generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non quibusvis, etiam Juramento confirmatis, Apostolicâ, vel quâvis firmitate, aliàs roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris die 13. Maii 1702. Pontificatûs nostri Anno secundo.

Epistola Cardinalis Bussii, tunc Internuntii Bruxellensis ad Sacerdotes Ultrajectinos de agnoscendo Theodoro de Cock Pro-Vicario Apostolico à S. Sede constituto. *Ex Editis per modernos Sacerdotes Ultrajectinos.* LXXVII.

Adm. Reverendi Domini

Illustrissimi Archiepiscopi Sebasteni pietatem, & erga Sanctam Sedem reverentiam adeo perspectam habemus, ut nil ingratiùs ipsi accidere posse meritò censeamus, quàm si RR.ae DD.nes vestræ in testimonium amoris, & obsequii, quo eundem Præsulem prosequuntur, à debita Sanctæ Sedi submissione vel in minimo deflecterent. Per similem contumaciam indelebilis nota vestris tam præclaris Capitulis inureretur, & uberrimam obloquendi materiam linguis suis suppeditatam malevoli gratularentur. Quare ipsius Archi-Præsulis, ac DD. Vestrarum nomini, totiusque Missionis Hollandiæ utilitati consulentes, indispensabilem Pontificio Diplomati obedientiam testari debetis, promptè novum Pro-Vicarium Apostolicum agnoscendo; idque faciliorem etiam sternet viam, ut paterna benignitate, & clementiâ à Sanctissimo Domino nostro admittatur, quidquid desuper DD. Vestræ exponendum habent. Certas prætereà easdem volumus, nos operam omnem adhibituros, quâ decorem prædicti Archi-Præsulis, totius Cleri convenientias, & istarum Missionum progressum incessanter promoveamus. Sincero affectu dicor. Bruxellis 21. Junii 1702.

Adm. RR. DD. Vest. Addictissimus

Jo. Bapt. Bussius,
Abbas S. Salvatoris.

Edictum Ordinum Hollandiæ & West-Frisiæ quo Theodorus de Cock Pro-Vicarius Apostolicus interdicitur Officio. 17. Augusti 1702. LXXVIII.

PLACAET.

De Staten van Hollant ende West-Vrieslant, *Allen den geenen die desen sullen sien ofte hooren lesen*, salut; Doen te weten: *Alsoo tot onse kennisse gekomen is, dat* Petrus Codde, *Aerdts-Bisschop van Sebaste, die over de Roomsche Kercke in de Vereenighde Nederlanden met den titul van Vicaris Apostolyck was gestelt, door den Paus na Roomen was ontboden, ende aldaer by provisie van die Bedieninge was gesuspendeert, ende in*

EDICTUM.

Status Hollandiæ et West-Frisiæ, Omnibus has visuris seu legi audituris, salutem. *Notum facimus*: Cùm ad notitiam nostram pervenerit, quod *Petrus Codde* Archiepiscopus Sebastenus qui Ecclesiæ Romanæ in Fœderato Belgio præfectus fuerat cum titulo Vicarii Apostolici, à Pontifice evocatus esset Romam, ibique provisionaliter ab Officio suspensus, & in ejus locum substitutus esset *Theodorus Cock* Leidæ degens; quod Internuntius Pontifi-

cis

Digitized by Google

desselfs plaets aengestelt was eenen Theodorus Cock, *sich onthoudende tot Leyden; dat den Internuntius van den Paus alhier een Capittel van eenige Priesters soude hebben willen doen vergaederen, om de voorschreve suspensie ende nieuwe aenstellinge bekent te maecken.*

Dat de voornoemde Cock, *uyt krachte van die Commissie, albereydts eenige Priesters hadde gesuspendeert en afgeset.*

Dat van tydt tot tydt meer en meer geordende Priesters en Monniken, tegens den tenenr van onse voorgaende Placaten haer in onsen voorschreven Lande begeven; Soo is 't. *Dat wy tegens alle het selve willende voorsien, goedtgevonden hebben aen alle soo genaemde Roomsch Catholique Ingesetenen deser Landen, en anderen, te verbieden, soo als wy haer wel expresselyck verbieden by desen, soodanigen Capittel van Priesters, op de wyse, ende ten eynde als vooren beleydt, te assisteren, ofte 't geen aldaer besooten wert, te achtervolgen, ofte doen achtervolgen, ende specialyck dat niemant, wie het soude mogen wesen, alhier eenige beveelen van wegen den Paus ofte van eenige Vergaderinge, hoedanigh die soude mogen wesen, omme d'een of ander soo genoemde Roomsch Catholique te doen vertrecken naer Roomen sal mogen ter executie leggen, af ter executie geleght zynde, gehoorsamen, alles op pene van daer over arbitralyck te sullen werden gestraft.*

Dat niemandt voor Vicaris sal mogen werden erkendt, als die geene die na ordre, in dese Landen gebruyckelyck, behoorelycker wyse ge-eligeert, en by de Heeren Onse Gecommitteerde Raeden geadmitteert sal wesen; ende die sich daer vooren ter contrarie souden mogen uytgeven, ofte die qualiteyt aenmatigen, ofte de selve daer voor erkennen of respecteren, mede arbitralyck sullen werden gecorigeert.

Dat de voornoemde Cock *sal werden geinterdiceert, soo als de selve geinterdiceert werdt mits desen, het voorschreve Vicarisschap in eeniger manieren te exerceren, ende dat niemandt de selve in die qualiteyt sal hebben te erkennen ofte te obedieren, op pene als vooren; ende dat al 't geen hy op die naem soude mogen hebben verricht ofte geordonneert, en specialyck het suspenderen ende afstellen van eenige Priesters, voor nul ende van geender waerde sal werden gehouden.*

Dat eyndelyck sal werden geinterdiceert, soo als geinterdiceert werdt mits desen, op pene als vooren, dat van nu af aen geen geordende Priesters ofte Municken binnen dese Landen sullen vermogen te komen:

Ende op dat niemant hier over ignorantie soude mogen pretenderen, soo begeeren Wy dat desen alomme gepubliceert en geaffigeert sal werden daer het behoort, ende te geschieden gebruyckelyck is. Gedaen in den Hage onder het kleyne Zegel van den Lande, den 17. Augusti 1702. Onderstont, Ter Ordonnantie van de Staten. *Geteeckent,* Simon van Beaumont,

cis aliquorum Sacerdotum Capitulum in his Regionibus convocare voluisset, ad promulgandam dictam suspensionem ac substitutionem.

Quod prædictus *Cock*, vigore dictæ Commissionis jam nunc aliquot Sacerdotes suspendisset & destituisset (*ab Officio.*)

Quod identidem plures Regulares Sacerdotes & Monachi, contra tenorem præcedentium Edictorum nostrorum ad has Regiones se recipiant; Hinc est, quod Nobis, illis prospicere volentibus, visum sit, omnibus sic dictis Romano-Catholicis incolis harum Regionum, prohibere, prout expresse prohibemus per præsentes, ne tali Capitulo Sacerdotum, secundùm modum & in finem prædictos convocato, assistant, ejusve statutis pareant aut parere faciant, & specialiter, ne aliquis quiscumque demùm fuerit, aliquas, quascumque jussiones seu Pontificis, seu alicujus Congregationis, quibus unus aut alter sic dictorum Romano-Catholicorum cogeretur Romam proficisci, executioni mandare, aut executioni mandatis obedire possit, sub pœna in omnibus hisce arbitrariæ correctionis.

Quod nullus tamquam Vicarius agnosci poterit, nisi qui secundùm modum in his Regionibus usitatum debitè fuerit electus, & per Dominos Consiliarios Deputatos nostros admissus; & qui se è contrario pro tali gereret, aut dictam sibi qualitatem adscriberet, aut qui hunc uti talem agnoscerent, vel venerarentur, arbitrariæ quoque subjacebunt correctioni.

Quod prædicto *Cock* interdicetur, prout ipsi interdicitur per præsentes, ne prædictum Vicariatum aliquo modo exerceat, & quod nemo illum in dicta qualitate agnoscet, aut ei obediet sub pœna ut supra; & quod omnia quæ dicto nomine egisset, vel ordinasset, & specialiter suspensio ac destitutio (*ab Officio*) aliquorum Sacerdotum, uti irrita, nulliusque valoris habebuntur.

Postremò, quod interdicetur, prout interdicitur per præsentes, sub pœna ut supra, quod ex nunc nulli Sacerdotes Regulares, seu Monachi ad has Regiones accedere possint.

Et ut nemo horum ignorantiam prætexere possit, volumus, ut hoc Edictum ubique publicetur, & affigatur locis solitis, & consuetis. Datum Hagæ-Comitis sub parvo sigillo harum Regionum die decimâ septima Augusti 1702. Infra habebatur: *De Mandato Statuum.* Erat signatum: Simon van Beaumont.

EPIS-

Epistola Cardinalis Paulutii ad Martinum de Swaen & Socios Presbyteros Hollandiæ, per quam Theodorus de Cock Pro-Vicarius Apostolicus confirmatur in Officio, secùs quàm falsus in Hollandia rumor vulgaverat, 2. Decembris 1702. LXXIX.

Perillustres ac Adm. RR. DD.

NOn sine admiratione, ac molestia SS. D. N. ex Litteris DD. VV. intellexit Breve Apostolicum per D. Internuntium istuc delatum, quo Sanctitas sua D. Theodorum De Cock Pro-Vicarium Hollandiæ constituit, in dubium à vobis revocari. Quod, uti bonos Catholicos, ac Ecclesiasticos potissimùm viros decebat, maximâ potiùs veneratione, ac filiali obedientiâ excipere debebatis. Quam quidem Pro-Vicarii deputationem, cùm Sanctitas sua non levibus, sed gravibus innixa rationibus, & summa cum maturitate, atque consilio fecerit, minùs prudentis animi esse videtur, futurum sperare, ut eadem Sanctitas sua ab ejusmodi deliberatione in præsentia recedat. Quod si D. Archiepiscopus Sebastenus bonum jus fovere, & satis se ab objectis purgare posse confidit, ad illud se stare Tribunal cognoscet, à quo sua cuique justitia pro merito administratur. Quamobrem consultiùs, atque etiam æquiùs agetis, si ejusmodi Sanctæ Sedis Decretis, eâ quâ par est animi submissione obtemperando, melioribus sinè, quàm quibus huc usque usi estis argumentis, veros vos obedientiæ filios esse probabitis. Hæc autem sunt de quibus Sanctissimus Pontifex pro Paterna sua clementia, & salubri vestra directione, ac bono, vos sedulò admonendos esse judicavit. Et DD. Vestras Deus incolumes diu servet. Romæ 2. Decembris 1702. Erat signatum, F. CARDINALIS PAULUTIUS. Superscriptio erat: *Perillustribus & Adm. R. R. DD. Martino de Swaen, ac Sociis Presbyteris Hollandiæ.*

Epistola S. Congregationis de propaganda Fide scripta ad quemdam Missionarium Hollandiæ, super nullitate jurisdictionis Pro-Vicariorum & Archipresbyterorum ab Archiepiscopo Sebasteno constitutorum 3. Febr. 1703. LXXX.

DEbeo per præsentem in nomine hujus Sacræ Congregationis, ac expresso mandato Sanctissimi Domini significare D. V. ac per eum cuicumque, ad quem pertineat, quod omnes provisiones Pastorum, Deservitorum, aliorumque destinatorum ad curam animarum, & administrationem Sacramentorum factæ, etiam pro interim, & sub titulo necessitatis, tam à præteritis Pro-Vicariis, quàm ab Archipresbyteris, aut ab assertis Assessoribus istorum prætensorum Capitulorum, post suspensionem D. Archiepiscopi Sebasteni ab Apostolico Vicariato, sint nullæ, irritæ, ac nullios valoris. Nihilominus pro majori cautela Sanctitas sua his declaravit, & declarat, ut tales; cum omni eo quod inde secutum est, & præsentium vigore expressam faciens procurationem unicoique supradictorum Ecclesiasticorum, ut ne ullo modo se ingerant in regimen istarum Missionum, sub pœna Excommunicationis incurrendæ ipso facto, sine ulla alia declaratione. Poterit D. V. facere eâ formâ, seu modo, quem existimabit magis idoneum magisque pacificum, ot quilibet, cui obvenit, sciat supradictam mentem SS. D. N. ut securitati conscientiarum provideatur. Et Deus D. V. prosperet.

Roma 3. Febr. 1703. Ad placitum D. V.ræ *erat subsignatum*,

C. CARDINALIS BARBERINUS *Præfectus*. *& Inferiùs*,

C. A. FABRONIUS *Secretarius*.

LXXXI. Epistola Internuntii Bruxellensis ad Martinum de Swaen super eadem re. 22. Feb. 1703.

Adm. Rev. Domine.

Romanæ, quas hîc horâ recipimus, litteræ, præcisum SS. D. mandatum ferunt indicandi, ex parte, & nomine Sanctitatis suæ, Ecclesiasticis istarum Missionum, quod quamvis provisiones omnes, & singulæ Pastorum, Deservitorum, aut quorumcumque aliorum, quibus cura animarum, & administratio Sacramentorum commissa fuit, tam à RR. Exprovicariis quàm Archipresbyteris, vel assertis Assessoribus prætensorum Capitulorum Missionum Fœderati Belgii, post deputatum à sua Sanctitate novum Pro-Vicarium, fint per se ipsas nullæ, irritæ, & nullius valoris. Nihilominus cùm sua Sanctitas ad majorem cautelam, & paterno suo zelo, earumdem Missionum tranquillitati, & animarum saluti prospiciat, & ut quæcumque contestationum & scandalorum semina ab ipsis Missionibus amoliatur, declaravit, & vigore præsentium declarat, easdem deputationes, & provisiones cum omnibus indè secutis, nullas, irritas, ac nullius valoris, inhibendo expressè quibuscumque Ecclesiasticis, ne se ullatenus ingerant in regimen istarum Missionum, sub pœna Excommunicationis ipso facto incurrendæ.

Nos igitur Apostolicis mandatis, quâ par est sedulitate, ac reverentiâ obtemperantes, Sanctitatis Suæ declarationem D. V.ᵃ indicamus, injungentes etiam, eamdem aliis istarum Missionum Presbyteris notam facere, eosque ad emendationem præteritorum verbo, & exemplo inducturam speramus Dominationem Vestram. Non est dedecus retractare quod infundatè gessimus, habemus majorum virorum præclarissima retractationis exempla; imitari non pigeat, quod laudare delectat. Clara Pontificia Declaratio veritatem firmavit, cui obedire omnino debemus. Id à probata Dominationis Vestræ prudentia & conscientiæ teneritudine indubiè expectans, inscribor. Bruxellis 22. Februarii 1703.

Adm. Rev. D. V.ᵃ

Addictissimus
Jo. Bapt. Bussius
Abbas S. Salvatoris.

LXXXII. Breve Clementis Papæ XI. de 7. Aprilis 1703. ad Fœderati Belgii Catholicos, quo declaratur, prætensis Capitulis nullam esse Jurisdictionem Ecclesiasticam, & sub Excommunicationis pœna prohibetur, ne se Missionis regimini immisceant.

Dilectis Filiis, Universis Catholicis, in partibus Hollandiæ & Provinciarum conterminarum constitutis.

CLEMENS PAPA XI.

Dilecti Filii, salutem. Illius vices, licet immeriti, gerentes in terris, qui transiturus ex hoc mundo ad Patrem, pacem, quam nascendo nuntiaverat, Ecclesiæ suæ velut testamento reliquit; in eam maximè curam incumbimus, ut Catholici omnes, iique præsertim, qui in sejunctis ab hac Sancta Sede regionibus constituti, ab omni specie mali cavere diligentiùs debent, remotis dissensionum fomentis, ea quæ pacis sunt, studiosè sectentur; quive in unitate ejusdem Fidei consentiunt, concordiæ quoque & Charitatis vinculo conjungantur. Quamobrem turbarum ac dissensionum mala germina, quæ in Hollandicis Missionibus jam pridem exorta, quotidie succrescere, non sine gravi paterni nostri cordis amaritudine, deprehendimus; resecare, atque etiam, favente Domino, prorsùs eradicare cupientes, Venerabili Fratre Petro Archiepiscopo Sebasteno, *justis, gravibusque de causis, à Vicariatûs Apostolici officio, quod obtinebat, suspenso*, Pro-Vicarioque interim, donec ab eadem Sede aliter provideretur, in ejus locum subrogato; nulli alteri sub Pro-Vicariatûs, Archipresbyteratûs, aut assertorum Capitulorum, ut vocant, Assessoratûs, seu cujusvis alterius muneris aut Officii obtentu, Pastores, Missionarios, Deservitores, aut alios quoscumque, ad anima-

curam, Sacramentorumque administrationem, etiam prætextu necessitatis, constituendi seu deputandi facultatem competere declaravimus, & nihilominus ad abundantiorem cautelam & quatenus opus esset, omnes & singulas deputationes supradictorum officiorum nomine, ut supra, factas, cum omnibus inde secutis, prorsus irritas, ac nullius roboris vel momenti esse decrevimus: omnibus propterea Clericis Missionum præfatarum Apostolica auctoritate, & sub Excommunicationis, ipso facto & absque alia declaratione incurrendæ pœna, districtius inhibentes, ne in illarum spirituali regimine se ingerere quovis pacto auderent vel præsumerent. Nunc verò, ut quod paucis denunciatum est, omnibus istarum Regionum Catholicis plenius innotescat, nullusque amplius de Pontificia voluntate nostra ambigendi supersit locus, ea de re vos omnes, Dilecti Filii, per præsentes Literas, duximus admonendos; de vestra quidem eximia pietate, constantique erga Apostolicam Sedem obedientia planè confisi, nullam imposterùm apud vos fidem aut aditum inventuros, paucos illos, Ecclesiæ simul atque Reipublicæ turbatores, qui subdolis artibus, falsisque narrationibus, candidos animos vestros decipere, aut etiam si possent, in errorem abducere conati sunt. Sinite illos, Dilecti Filii, quia cæci sunt, atque utinam non excæcaverit illos malitia eorum! Ostendite vos veras Christi oves esse, qui supremi in terris Pastoris, ab eodem Domino constituti, monitis obsequuntur, & non audiunt vocem alienorum. Alieni profectò sunt, qui, dum gregem Dei dividere tentant, mactare potiùs ac perdere, quàm custodire velle deprehenduntur. Obtendunt illi quidem exactioris disciplinæ speciem, ac de rigidioris Theologiæ sibi fama blandiuntur; quales verò animo sensus foveant, quòve mente colliment, quicumque sapiens rerum æstimator facilè judicabit, certissimâ illa (quâ nos, ad eos, qui veniunt in vestimentis ovium, dignoscendos, Salvator noster instruxit) adhibita regulâ: *A fructibus eorum cognoscetis eos.* Quis enim, ut cætera taceamus, tot ab iis hac in causa editos libellos videat, jurgiis, maledictis, mendaciis, calumniis, apertâque in Apostolicam Sedem irreverentiâ ac temeritate undequaque scatentes; quos magno vel ipsis heterodoxis scandalo fuisse comperimus, quin statim agnoscat, quàm longè illorum Auctores, Defensoresque à spiritu Dei sunt, qui non est dissensionis Deus, sed Pacis; quàm longè à sincera Christi charitate, quam adeo verbis prædicant, factis destruunt; quàm longè demùm à veræ humilitatis & obedientiæ, quæ cæterarum virtutum fundamenta sunt, tramite; dum adversùs ipsam Beati Petri Sedem, Christianorum omnium Matrem & Magistram, caput attollere, ejusque mandatis obviam ire, quinimò & potestatem convellere, ac palam impetere non erubescunt. Vos autem, Dilecti Filii, non sic; sed in accepto à Majoribus vestris pietatis instituto perseverantes, quem Religione profitemini Sacro-sanctæ Romanæ Ecclesiæ principatum, promptâ, ut verè Catholicos decet, obedientiâ comprobate. Neque enim vobis nisi pro vestra utilitate præcipimus, nec temporalia vestra quærimus, sed spiritualia vobis Charismata comparamus. Quod verò ad præfatum Archiepiscopum Sebastenum attinet, cùm repetitis multorum officiis, atque etiam enixis Dilecti Filii Theodori de Cock, à Nobis, ut præfertur, Pro-Vicarii constituti precibus urgeremur, ut illi in Hollandiam redeundi potestas fieret, asserentibus cunctis, id quoque à Secularibus Magistratibus de restituendo, ut aiebant, in Patriam proprio cive solicitis, vehementer optari; Apostolicâ potiùs indulgentiâ, quàm districtiori Canonum censurâ usi, discedendi non modò veniam, sed & mandatum, ante duos ferè menses, ipsi ultrò dedimus. Eidem verò, cùm se pararet itineri, ad Nos nuperrimè venienti, paternè simul ac perspicuè animi nostri sensus ita explicavimus, ut licet novi istarum partium Vicarii Apostolici deputationem diutius adhuc Nos differre contingeret, ipse tamen spem omnem, ejusmodi munus, quod ei non nisi ad hujus Sanctæ Sedis beneplacitum demandatum fuisse reperiebatur, & à quo subindè, sicut præmittitur, suspensus fuerat, imposterum exercendi sibi penitùs sublatam esse, non obscurè intelligeret. Ita siquidem, re satis superque discussâ auditoque plurium venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, spirituali istarum Missionum bono magis congruere in Domino censuimus. Præterea eidem injunximus, ut fautores suos ab omni contentione & æmulatione, sui potissimùm causâ suscitatis, curaret avertere; offensiones omnes, querelas, cæterasque terrenas sapientium rationes, ingenito hominibus proprii commodi studio jugiter suggerente, minimè defuturas, uno hoc effato Apostoli compescendo: *Obedite Præpositis vestris, & subjacete eis; ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri.* Hæc omnia, Dilecti Filii, vobis similiter innotescere, necessarium duximus; ut quicumque apud vos Catholicorum nomine censeri volunt, non sint sicut parvuli fluctuantes; sed sciant, quem Pastorem in via Domini sequi, & cujus mandatis parêre teneantur. Satagite igitur, ut qui rectè credendi gratiam à Domino consecuti estis, bonorum operum, & præcipuè charitatis, humilitatis, & obedientiæ fructibus eidem Domino respon-

respondeatis; frustra enim fuerit Catholicè credidisse, nisi cæterarum quoque virtutum suffragio reporteris finem Fidei vestræ, salutem animarum. Idque ut faciliùs assequamini, supremum misericordiarum Patrem, pro muneris nostri debito, Paternoque, quo vos omnes complectimur, amore precari non desistemus, & Apostolicam interim Benedictionem vobis ex animo impertimur. Datum Romæ die septima Aprilis M. D. CC. III.

LXXXIII. Litteræ S. Congregationis Illustrissimo D. Petro Coddæo Archiepiscopo Sebasteno scriptæ 25. Augusti 1703.

PErlectis in Sacra Congregatione Litteris Amplitudinis Tuæ, gavisi sunt quidem Eminentissimi Patres de felici in Patriam reditu, sed de gravibus, quibus Catholici per Hollandiam vexantur ærumnis, doluerunt magis: quibus verò potissimùm Auctoribus, impulsoribus, atque instigatoribus in tantum discrimen adductæ res vestræ sint, cùm omnibus pateat, ipsis quoque Acatholicis palam fatentibus, profectò ignorare non potes. Mirantur equidem Patres Eminentissimi, & pro paterna, quâ vos omnes in Christo diligunt charitate, ingemiscunt, viros Catholicos, Sacerdotes, Pastores, qui bonitatem & disciplinam, & scientiam profitentur, eò se partium studiis adduci esse passos, ut, dummodo tuerentur tuam, Catholicæ Fidei causam prodere non erubuerint; quodque mirandum magis, iidem ipsi sunt, quos Amplitudo Tua & arctâ sibi præ cæteris necessitudine junctos voluit, & Beneficiis ornavit, & accusatos plures apud Sanctam Sedem defendit acerrimè, utque strenuos vineæ Dominicæ & inconfusibiles operarios, ipsique Sanctæ Sedi obsequentissimos prædicavit, atque præcipuos in regenda Missione, sibi socios & adjutores adhibuit, ut vel ex hoc uno (etiamsi cætera plurima defuissent) agnoscere debeat Amplitudo Tua, quàm justè, quàm necessariò de mutando istarum Missionum regimine, earumque administratione in alium transferenda cogitandum fuerit: id verò cùm jam debitâ maturitate planè constitutum, ac ritè peractum sit, & Sanctissimus Dominus noster eâ de re datis ad omnes Hollandiæ Catholicos Apostolicis Litteris mentem suam abundè explicaverit; superest, ut quicumque Christi Vicario subesse, ac Beati Petri Cathedræ voluerint Communione sociari, Sanctitatis Suæ Mandatis reverenter obediant; si qui verò (quod absit) obdurato animo reluctari pergant, veluti Ethnici, & Publicani tandem juxta Evangelii monitum habeantur. Reliquum Deo committendum est, qui sperantes in se confundi non patitur, & servos quidem suos, tamquam aurum probat in camino tribulationis; nec tamen deserit, sed brachio sancto suo defendit illos, & suavibus illis vocibus consolatur ac reficit: *Si me persecuti sint & vos persequentur.* Propterea non est concidendum animis, sed fortiter sustinendum; non enim vincitur Ecclesia persecutionibus, sed augetur: quod ipsimet Patres vestri, quorum virtutum & in asserenda Fide Romana constantiæ æmulatores vos esse decet, toties experti sunt. *Oportet autem & hæreses esse, ut qui probati sunt*, fideles inveniantur. Tibi verò (si tuos, si patriam, si Fidem Catholicam cordi habeas, & quod caput est, nisi in conspectu Supremi Judicis, qui scrutatur renes & corda tantorum Ecclesiæ malorum culpam subire velis) adnitendum est maximè, ut tempestatem, quæ non nisi propter Te exorta est, totis viribus sedare contendas; idque non ægrè admodum assequeris, si amicis omnibus & clientibus tuis denunties ex animo, nullo Te ambitionis æstu abripi, neque primos recubitus affectare; satis propterea Tibi fore, ut Supremi in terris Ecclesiæ Pastoris voluntati obsequendo, Tibimet impostetum pacificè vivas, quod quidem & animæ tuæ tutius fuerit, & Christianæ sapientiæ, quæ magis subesse appetit, quàm præesse, institutis conformius, ne aliàs videaris, quæ tua potiùs, quàm quæ Jesu Christi sunt, in Evangelico Ministerio quæsivisse; tuarum quoque partium fuerit, eosdem sedulò admonere, ut conscientiæ suæ consulant, & Ecclesiasticas Censuras, quibus non pauci juxta Canonicas Sanctiones irretiti sunt, minimè parvi pendant: Dominus est enim patiens Redditor. Te verò (quidquid demum ipsi acturi sunt) prorsus nolle ipsorum culpis involvi, ne tremendæ nimis Christi sententiæ obnoxius fias, *Væ homini illi, per quem scandalum venit.* Et ista quidem cùm Sacræ Congregationis, tunc etiam maximè Sanctitatis suæ nomine Amplitudini Tuæ significanda habui; Teque interim paratissimam in exequendis Apostolicæ Sedis Mandatis voluntatem seriò promittentem laudamus omnes, impensiùs laudaturi, cùm id ipsum, ut (Deo dante) confidimus, opere comprobaveris. Et Amplitudinem Tuam Deus incolumem servet.

C. Cardinalis Barberini *Præfectus*
Carolus Augustinus Fabroni Secretarius.

EPISTOLA

Epistola Cardinalis Paulutii data Romæ 12. Oct. 1703. Ad Petrum Coddæum Archiepiscopum Sebastenum, ac eidem Archiepiscopo tradita 12. Novembris 1703. LXXXIV.

Illustrissime ac Rev. Domine.

Restituendæ Missionibus Hollandicis paci, paterna sollicitudine intendens Sanctissimus Dominus noster non semel hactenus declaravit, nemini, præter Deputatos ab Apostolica Sede, Jus ullum, aut Jurisdictionem spiritualem in easdem Missiones competere: ideoque Ecclesiasticis omnibus, Auctoritate Apostolica inhibuit, ne cujusvis officii, aut etiam prætensorum Hollandiæ Capitulorum Assessoratûs, seu alterius ab iisdem Capitulis habitæ commissionis prætextu, in præfatarum Missionum Regimen se ingerant, sub pœna Excommunicationis, ipso facto, & absque alia declaratione incurrendæ.

Quamvis autem totum id Amplitudini Tuæ satis innotuisse credi potest, tamen ad abundantiorem cautelam voluit Sanctitas Sua ut iterum Tibi meis hisce Litteris significarem, nullam prorsus jurisdictionem spiritualem in antedictis prætensis Capitulis à Sede Apostolica agnosci, ac propterea non licere Amplitudini Tuæ, illorum nomine, jussu seu permissione Pontificalia ulla munia exercere: & nihilominus etsi Sua Sanctitas sibi persuadeat, ultro Te Tibi ab hac re temperaturum, ne id agere ullo pacto præsumas, iterum Sanctissimus Dominus noster Auctoritate Apostolica Tibi prohibet, sub pœna perpetuæ suspensionis ab exercitio Pontificalium, pariter ipso facto, & absque alia declaratione incurrendæ; mandatque Tibi Sanctitas Sua, ut ea de re prætensos Capitulares seriò admoneas, ut ab usurpatione omnis spiritualis jurisdictionis omninò caveant, aliàs Excommunicationis latæ sententiæ vinculo (cui contravenientes, quatenus opus sit, iterum subiicit Sanctitas Sua) se noverint innodatos: cæteros verò, cùm clericos, tum laicos, qui eorum prætensorum Capitulorum jurisdictionem (donec ab Apostolica Sede aliter decretum fuerit) agnoverint, seu ipsis paruerint, schismaticis potius, quàm Catholicis esse adnumerandos.

Ego verò, dum Sanctitatis Suæ jussa exequens hæc Tibi scribo, Deum Optimum Maximum rogo, ut Hollandicis Missionibus optatam reddat aliquando tranquillitatem: Tibi autem ut cœlestium donorum incremento læta & salutaria cuncta largiatur. Datum Romæ die 12. Octobris 1703.

Dominationis Tuæ Illustrissimæ
Ad Officia paratissimus
Signatum,
F. CARD. PAULUTIUS.

DECRETUM. LXXXV.

Feria V. Die 3. *Aprilis* 1704.

IN Congregatione Generali Sanctæ Romanæ & Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico apud Sanctum Petrum coram Sanctissimo Domino nostro D. CLEMENTE Divina Providentia Papa XI. ac Eminentissimis & Reverendissimis Dominis S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem generalibus Inquisitoribus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

Sanctissimus Dominus noster, Dominus CLEMENS XI. Papa prædictus, infrascriptos libellos, videlicet.

Declaratio Archiepiscopi Sebasteni, Apostolici in Hollandiæ Missione Vicarii, super pluribus, quæ tum ad ipsum, tum ad illam pertinent, interrogationibus. Romæ typis Reverendæ Cameræ Apostolicæ 1701.

Responsiones Archiepiscopi Sebasteni in Belgio Fœderato Vicarii Apostolici, ad scriptum varia accusationum capita continens, jussu Eminentissimorum Deputatorum ei traditum. Romæ typis Reverendæ Cameræ Apostolicæ 1701.

Prævio accurato eorumdem examine, habitâque super illis Relatione & censurâ à pluribus in Sacra Theologia Magistris ad id specialiter deputatis, nec non auditis præfatorum Eminentissimorum Cardinalium suffragiis, prohibendos, atque damnandos censuit, prout præsenti Decreto damnat & prohibet, uti continentes do-

ctrinas

ctrinas & assertiones ad minimùm suspectas, singulares, atque Ecclesiasticis Constitutionibus repugnantes, quibus Christi Fideles in jam damnatos errores induci, ac pravis opinionibus infici possent: ita ut nemini imposterum, cujuscumque gradûs aut conditionis existat, eosdem libellos, vel eorum alterum ullo modo, & sub quocumque prætextu quovis idiomate imprimere, vel imprimi facere, aut impressos legere vel apud se retinere liceat, sed illi Ordinariis locorum, aut hæreticæ pravitatis Inquisitoribus ab omnibus, qui eos habuerint, statim & cum effectu tradi, & consignari omnino debeant sub pœnis in Indice Librorum prohibitorum contentis. Ipsum verò R. P. D. Archiepiscopum Sebastenum, eò quod post diuturnam ac plenam totius causæ discussionem Apostolicæ Sedi, quoad ea, de quibus fuerat denunciatus, ut præfertur, minimè satisfecerit; ab omni Hollandicarum Missionum Regimine dudum ei ad ejusdem Sedis beneplacitum commisso, & à quo nuper suspensus fuerat, penitus removendo, Sanctitas Sua ad alterius Vicarii Apostolici deputationem in ejus locum liberè procedi, ac proinde hac de re in Congregatione negotiis propagandæ Fidei præposita juxta solitum agi mandavit.

JOSEPH BARTOLUS. S. Romanæ & Universalis Inquisitionis Notarius.

Loco † Sigilli.

Die 7. Maii 1704. supradictum Decretum affixum & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Palatii Sancti Officii, ac in aliis locis solitis & consuetis Urbis, per me Franciscum Perinum Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

LXXXVI. Epistola Cardinalis Paulutii ad D. van Groenhout aliosque Harlemenses. De 22. Nov. 1704.

ADmodum RR.di DD.ni Mala, quibus Hollandiæ Missiones premuntur, adeo gravia sunt & undequaque vulgata, ut ea, etiam ante Litteras vestras, ignorare non potuerit Sanctissimus Dominus noster. His quidem paterna charitate condolet Sanctitas Sua, sed ex eo maximè angitur, quod non hostium aut alienigenarum operâ, sed ipsorum Ecclesiæ Ministrorum (quod maximè erubescendum est) culpâ ac veluti studio res vestræ in summam calamitatem adductæ videantur. Si enim Sanctitatis Suæ monita toties repetita, ab omnibus, ut par erat, reverenter excepta, nec non præcepta atque mandata Apostolicæ Sedis, non alium in finem quàm utilitatis vestræ tendentia, ut sanè decebat Catholicos, impleta fuissent, omnia jam in Patria vestra quieta ac pacata gauderemus; sed dum plerique partium studiis, contentione, & simulatione à debita supremo Ecclesiæ Præsidi Obedientia se abripi sinunt, quid mirum, si permittente Deo ærumnæ atque afflictiones Catholicorum augentur? ut propterea non sine intimo cordis gemitu pro eo, quo vos amore prosequitur Sanctitas Sua, Apostolicum illud vobis ingeminare cogatur: *si invicem mordetis & comeditis, videte ne ab invicem consumamini.* Quod ad Missionum vestrarum Regimen pertinet, scitote illud Sanctitati Suæ maximè curæ esse, & quemadmodum quæcumque hactenus circa illud statuit, non nisi perniciosæ doctrinæ, disciplinæque ab universæ Ecclesiæ praxi discrepantis, ab eisdem Missionibus eliminandæ causa facta sunt, ita nihil imposterum ab eadem Sanctitate Sua statuendum fore, quod non Dei gloriam vestramque ac totius Populi Orthodoxi utilitatem respiciat. Interea vestrûm neminem, ac Compresbyterorum vestrorum latere potest, pluries jam à Sanctitate Sua, etiam cum Censurarum Ecclesiasticarum indictione sancitum esse, ne quis citra Deputatorum ab Apostolica Sede auctoritatem, animarum curæ, aut ulli spirituali jurisdictioni, per Fœderatum Belgium, quocumque tandem titulo sese immisceat. Si quis ergo mandatis hujusmodi non paruerit, conscientiæ suæ immò & aliorum, propter actuum nullitatem, consulat necesse est, quod quidem ab omnibus Hollandiæ Sacerdotibus in conspectu Dei, qui non irridetur, sedulò recogitari cupit Sanctitas Sua, quæ emendatos quosque & revertentes ad cor, amantissimi Patris visceribus parata complecti, omnino de Vobis meliora confidit, omnibusque Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Ecclesiarum omnium Matri ac Magistræ, verè obedientibus, Apostolicam Benedictionem meis hisce Litteris benignè impertitur. Datum Romæ Die 22. Nov. 1704.

DD.rum VV.rum

Ad Officia

F. CARD. PAULUTIUS.

Superscriptio: Adm. RR.dis DD.nis Van Groenhout aliisque Harlemensibus. Harlemium.

EPIS-

Epistola Cardinalis Paulutii ad DD. Hugonem van Heussen & Guilielmum van Dalennoort, Sacerdotes Ultrajectenses. De 22. Novembris 1704. LXXXVII.

ADmodum RR.[di] DD.[ri] Cùm ea omnia, quæ in gravissima D. Archiepiscopi Sebasteni causa gesta sunt, non nisi summa maturitate, justitiâ, quinimò etiam clementia Sanctissimi Domini nostri decreta atque firmata jam fuerint: nihil est quod ea de te litteris nostris rescribi mandet Sanctitas Sua, quæ quidem non sine intimo dolore percipit ingentia, quibus Catholicorum Hollandiæ res turbantur, mala, nihilque studii ac sollicitudinis prætermissura est, ut iisdem finis quantocius imponatur. Huic porro rei vos quoque primùm & Compresbyteros vestros sedulam omnino navare operam decet, eosque præsertim, qui humani aliquid passi, ullam tantis Ecclesiæ detrimentis dedisse causam, sibi conscii sunt: eosdem præterea paternè admonet, hortaturque, & per viscera Misericordiæ Dei nostri obsecrat Sanctitas Sua, ut seriò secum ipsi in conspectu Dei reputent Evangelica verba: *necesse est ut veniant scandala, verumtamen væ homini illi per quem scandalum venit*. Insuper meminisse omnes vult, pluries jam Auctoritate Apostolicâ, inflictis etiam Ecclesiasticis Censuris vetitum esse, ne quis præter Deputatorum à Sanctitate Sua voluntatem spirituali per Fœderatum Belgium Regimini quacumque se ratione ingerat; quique ea in re offenderint, conscientiæ suæ, imò & aliorum propter actuum nullitatem, consulendi debito obstringi declarat. Cæterùm cessantibus Sacerdotum dissidiis, donantibusque sibi invicem, si quis adversùs aliquem habet, querelam, meritò sperandum censet Sanctitas Sua, vel ab ipsa Magistratuum æquitate, fore, ut cuncta in pristinam tranquillitatem redeant; quod à Deo primùm Optimo Maximo exorandum est, & fraternâ inter Catholicos charitate non verbo & linguâ, sed opere & veritate procurandum. Demum Sanctitas Sua Orthodoxos omnes ac præsertim Sacerdotes Regionis vestræ, debitam huic Sanctæ Sedi obedientiam religiosè præstantes, Paternâ charitate complectitur, quin & inobedientes, velut oves errantes, Christi Summi Pastoris vocibus, ut ad ovile redeant, revocat, & adhortatur, parata in sinum excipere & si opus fuerit imponere in humeros suos ne in æternum pereant: nihil enim toto hoc in negotio, nisi ipsorum salutem quærit, quæ non nisi sanâ doctrina, disciplinâque à totius Ecclesiæ usu non abhorrente, parari potest. Omnibus ergo Obedientiæ filiis Apostolicam Benedictionem largitur, iisdemque ego, dum Sanctitatis Suæ mandata exequor, perpetuam à Deo felicitatem precor.

Datum Romæ die 22. Nov. 1704.

DD.[um] V.[rum]

Ad Officia

F. Card. Paulutius.

Superscriptio: Adm. RR.[dis] DD.[nis] Hugoni Van Heussen & Guilielmo Van Dalennoort, Presbyteris Ultrajectensibus. Ultrajectum.

Epistola Cardinalis Paulutii ad Archiepiscopum Sebastenum. De 29. Decembris 1705. LXXXVIII.

Ex Denunt. Apolog. Pag. 100. Edit. in 8.

Illustrissime ac Reverendissime Domine.

EX postremis Epistola tua libenter audivit Sanctissimus Dominus noster, Amplitudinem tuam iis, quæ à Sanctitate Sua circa Missionum Hollandiæ Regimen providè statuta sunt, qua decebat reverentiâ, acquievisse; & omnia, quæ ad extinguenda prorsus earumdem Missionum dissidia conducere possunt, sincero animo præstituram. Qua quidem in re, & pluribus aliis exemplo esse poteris, & non exiguam Tibi quoque laudem comparabis: si præsertim in reliquis etiam ita Te imposterum geras, ut integram cumulatamque Sedis Apostolicæ benevolentiam promerearis. Neque verò aliud quidquam universo hoc in negotio præ oculis habuit Sanctitas Sua, quàm spiritualem Catholicorum istarum partium utilitatem: quæ non nisi perfectâ animorum sub primo in terris Ecclesiæ Capite consensione constare potest. Æquum propterea est, ut paternis supremi Pastoris votis debitâ, quam spondes, veneratione & obedientiâ respondere cures. Quare & Sanctitatis Suæ jussu Apostolicam Benedictionem, & meo etiam nomine observantiæ meæ Testimonium, Amplitudini tuæ defero, perennemque tibi à Domino felicitatem precor. Romæ 29. Decembris 1705.

Dominationis Tuæ Illustrissimæ

Servitor

F. Cardinalis Paulutius.

EPIS-

LXXXIX. Epistola Cardinalis Paulutii ad DD. de Swaen, Catz & van Heussen, ad singulos eorum.

De 31. Julii 1706.

Reverende Domine.

Significatum fuit Sanctissimo Domino Nostro, Te, postquam Dominus Potkamp Vicarius Apostolicus mortalitatem explevit, spirituale Hollandicarum Missionum Regimen Tibi arrogare perrexisse, & jurisdictionales actus, qui in adjuncto folio descripti sunt, pluribus in locis exercuisse. Magnum non admirationis modò, sed etiam amaritudinis argumentum Sanctitati Suæ ejusmodi attentata præbuerunt: cùm Te minimè latere compertum habeat, omnem penitus facultatem ac jurisdictionem in easdem Missiones Tibi aliisque prætensis Pro-Vicariis jam dudum fuisse abrogatum speciali Decreto Sacræ Congregationis de propaganda Fide edito die 3. Februarii 1703. quod Sua Sanctitas Litteris Apostolicis in forma Brevis die 7. Aprilis ejusdem Anni datis confirmavit; & quamvis antedictus Dominus Potkamp, dum in humanis ageret, sublatas facultates Tibi fortè contra Sanctæ Sedis mentem restituerit, scire tamen debebas ab earum exercitio abstinendum Tibi esse post ejusdem Vicarii obitum, quo illius, omniumque ab ipso delegatorum jurisdictio extincta fuit: id autem quod ultrò facere debuisses, multò magis tamen Tibi præstandum erat, postquam à Domino Bussio Internuntio Bruxellensi, atque etiam à Domino Piazza tunc Nuntio Coloniensi, quibus Regimen Hollandicarum Missionum ab Apostolica Sede pro interim commissum erat, admonitus maturè fuisti, ne in præfatarum Missionum administrationem ullo pacto Te ingereres. Quæ cùm ita sint SS.mus Pater muneris sui esse ducens, sacrilegiis & scandalis, quæ ab hujusmodi attentatis oriuntur, opportunè prospicere, ad abundantiorem cautelam, & quatenus opus sit, quamcumque facultatem & delegationem à quocumque hactenus Tibi concessam revocat, irritat, & nullius roboris vel momenti esse decernit. Tibi insuper Apostolicâ Auctoritate & sub Excommunicationis ipso facto & sine ulla alia declaratione incurrendæ pœna districtè mandat & præcipit, ut ab usurpanda deinceps spirituali jurisdictione in præfatas Missionis omnino caveas. Hæc ego, ut ejus Mandatis, pro Religione tua & debita Sedi Apostolicæ obedientia obtemperes. Et Deum precor sancta tibi & salutaria quæque largiatur.

Romæ 31. Julii 1706.

Signatum erat,

F. CARD. PAULUTIUS.

XC. DAMNATIO, REPROBATIO, ET PROHIBITIO

tam quorumdam opusculorum in præsentibus Litteris Apostolicis descriptorum, quàm aliorum quorumcumque librorum & libellorum, sive hactenus editorum, sive in posterum edendorum adversùs Decretum Apostolicum super remotione R. P. D. Petri Coddæi Archiepiscopi Sebasteni à Vicariatu Apostolico Missionum Hollandicarum, nec non super damnatione quarumdam illius scriptionum, dudum editum, cum prohibitione, sub pœna Excommunicationis latæ sententiæ, idem Decretum de cætero quomodocumque impugnandi, sive ei contraveniendi.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum (sicut nobis innotuit) obtentu tam defendendæ causæ venerabilis Fratris Petri Coddæi Archiepiscopi Sebasteni, quem Nos dudum ab Apostolico Hollandiæ, illique Fœderatarum Provinciarum Vicariatu, nostro desuper die 3. Aprilis 1704. edito Decreto, removendum duximus, quàm tuendarum quarumdam ejusdem Petri Archiepiscopi Scriptionum, quas eodem Decreto damnavimus, & prohibuimus: quamplurimi inquietorum hominum, & publicæ tranquillitati adversantium operâ in lucem prodierint, & indies prodeant libelli, quorum evulgatione exortæ hactenus inter Catholicos illarum partium turbæ, atque dissidia foventur; imò & pravæ Doctrinæ semina ad simplicium subversionem, non sine maximo orthodoxæ Fidei detrimento, diffunduntur: Nos, dum de aliis, tam gravi morbo, in animarum nobis ab Altissimo commissarum perniciem vergenti, opportunè adhibendis remediis sedulò

duò cogitamus, aliquos interea ex iisdem libellis, qui ad Apostolatûs nostri notitiam pervenerunt, Latino, Gallico, & Belgico respectivè idiomate typis impressos, Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus à Sede Apostolica specialiter deputatis examinandos commisimus, quorum Tituli sunt infrascripti, videlicet.

1.° *Apologia pro Clero Ecclesiæ Batavorum Romano-Catholicæ, seu rationes ob quas Clerus censuit in locum Reverendissimi Archiepiscopi Sebasteni non esse illicò recipiendum D. Theodorum Cokkinum. Per Joannem Palæopistum. Delphis apud Henricum van Rhyn*, 1702.

2. *Assertio juris Ecclesiæ Metropolitanæ Romano-Catholicæ adversus quosdam, qui eam ad instar Ecclesiarum per Infidelium persecutiones destructarum Jure pristino penitus excidisse existimant. Per J. C. E. J. V. Licent. ejusdem Ecclesiæ Canonicum. Delphis typis Henrici Rhenani*, 1703.

3. *Imago Pontificiæ Dignitatis penicillo Sacrorum Scripturarum, ac Traditionis nativè delineata: ubi quid Pontifici Romano competat, vel non competat, collectis ex Ecclesiastico suppellectile documentis, luculenter, ac compendio demonstratur. Auctore Desiderio Palæophilo. Constantiæ apud Æneam Sylvium.*, 1704.

4. *Cleri Catholici per Fœderatum Belgium, & Archiepiscopi Sebasteni Religio vindicata contra Libellum Memorialem de statu, & progressu Jansenismi in Hollandia. Joannis Clerici in S. Augustinum censura refellitur. Scripta varia ad rem pertinentia ad calcem appenduntur. Auctore Christiano Phileren Presbytero S. T. Professore. Trajecti ad Rhenum*, 1703.

5. *Motivum juris pro Capitulo Cathedrali Harlemensi. Harlemi typis Nicolai Braau*, 1703.

6. *Refutatio responsi ad Libellum, cui titulus: Motivum Juris pro Capitulo Cathedrali Harlemensi, sive Elucidatio ulterior jurium ejusdem Capituli. Harlemi typis Nicolai Braau*, 1703.

7. *Epistola Petri Coddæi Archiepiscopi Sebasteni ad Catholicos incolas Fœderati Belgii de suo ad Urbem itinere, ac de muneris sui administrandi interdictione. Trajecti ad Rhenum typis Theodori ab Eynden*, 1704.

8. *Epistola secunda Petri Coddæi Archiepiscopi Sebasteni ad Catholicos incolas Fœderati Belgii. Trajecti ad Rhenum ex Bibliopolio Theodori ab Eynden*, 1704.

9. *Evenredighe samenspraeck op het verwyzen van onsen Salighmaker Jesus Christus, en op de saeck van den Aertsbisschop van Sebasten.*

20. *Xenium chronographicum, sive Sectæ innocentiæ per invidiam, calumniamve oppressæ exempla, Illustrissimo, ac Reverendissimo D. Petro Coddæo Archiepiscopo Sebasteno &c. pro strena oblata, cordis, & animi sinceritate*, 1705.

11. *Lettre de Monsieur N. à un Seigneur d'Angleterre sur la demande, s'il est bon d'employer les PP. Jesuites dans une Mission? Qu'on a trouvé à propos de donner derechef au public en tant qu'elle fournit de la lumiere dans l'affaire de Monseigneur de Sebaste*, 3. *Fevrier* 1686.

12. *Klagende Merkuur opgedrogen aen den Heere Franciscus Fairlemont Theolog. Doct. door Hendrick Spoor Ph. & Med. Doct. tot Utrecht gedruckt voor den Autheur by Johan Visch*, 1703.

13. *Lettre d'un homme de qualité pour servir de reponse à une autre luy addressée par Monseigneur l'Internonce Apostolique avec la Bulle, qui a pour titre, datée à Rome le 7. d'avril*, 1703.

14. *Adeodatus Pr. Cum presbyteris de Clero per Fœderatum Belgium, D. Theod. Cokkium ut Pro-Vicarium non recipientibus S. P. D. Delphis apud Henricum van Rhyn*, 1703.

15. *Responsio Henrici Spoor ad Epistolam sibi scriptam à Domino Internuntio Bruxellensi edita Latino, & Belgico idiomate, & data Ultrajecti ... Maii* 1703.

16. *Lamento & querela Sponsæ Sebastenæ, per* CLEMENTEM XI. *viduatæ, ad eumdem pro sponso suo.*

17. *Cato Uticensis redivivus ad Amplissimos Archi-Diœceseos Ultrajectensis, & Diœceseos Harlemensis Capitulares Viros. Pro aris, & focis.*

18. *Gisberti Amstelii expostulatio altera adversùs Loiolitas, fœdos Societatis JESU desertores. Coloniæ apud Balthasar ab Egmont*, 1704.

19. *Collyrium Theodoro de Cock dono missum per M. M. A. P. C. cordis amicitiâ*, 1704.

20. *Declaratio & Responsiones ab Archiepiscopo Sebasteno cùm in Urbe esset, EE. DD. Cardinalibus tradita, & jam Orbi pandito Christiano*, 1704.

21. *Avis sinceres aux Catholiques des Provinces Unies sur le Decret de l'Inquisition de Rome contre M. l'Archevêque de Sebaste Vicaire Apostolique, avec plusieurs pieces qui ont rapport à son affaire*, 1704.

22. *Reflections succinctes sur la Lettre d'un Catholique Romain à un de ses amis d'Italie, touchant l'état present des Catholiques Romains en Hollande*, 7. *Novembre*, 1704.

23. *Littera ad Archiepiscopum Sebastenum nomine S. Congregationis de Propaganda Fide* 25. *Augusti* 1703. *ut fertur, scripta, ab inquietis quibusdam hodie in lucem edita, notis verò brevibus illustrata per Janum*

num Parrhasium, Amstelredami, 1704.

24. *Diotrephes, sive spiritus & opera Theodori Cockii accuratè descripta, & justificando Clero, eum in Vicarium Apostolicum non recipienti, in lucem data, ab Eugenio Clario Theologo, Lugduni apud Henricum Aersen, 1704.*

25. *Jesuitarum, aliorumque Romanæ Curiæ adulantium de Summi Pontificis Auctoritate commenta, Regnis, Regibusque infesta, ac specialiter Supremis, Præpotentibusque Fœderati Belgii Ordinibus periculosa: fideliter proposita per Jurisconsultum Batavum, Ecclesiæ & Patriæ amantem. Amsterodami, 1704.*

26. *Notæ breves in Epistolam ad Catholicos Hollandiæ, quæ sub nomine Pontificis* Clementis XI. *circumfertur, per Jurisconsultum Batavum.*

27. *Notæ in Decretum, quod sub Inquisitionis nomine circumfertur, contra Archiepiscopum Sebastenum, per Janum Parrhasium.*

28. *Disquisitio Theologica, de potestate & jurisdictione, quibus in Fœderati Belgii Provinciis etiamnum fruitur Archiepiscopus Sebastenus, ablato licet Vicariatu Apostolico, numquam antehac typis edita.*

29. *Zedelycke overweginge van het Decreet der Roomsche Inquisitie, des jaers 1704. 3. April, tegens de verclaringe en verantwoordinge des Aertsbisschops van Sebasten. Rotterdam 1704. Id est: Modesta consideratio Decreti Romanæ Inquisitionis Anni 1704. 3. Aprilis &c.*

30. *Vreedzamighe waerschouwing over sekere brief de naem voerende van* Clemens XI. *Id est: Pacifica admonitio super certam Epistolam nomen ferentem* Clementis XI.

31. *Denuntiatio Apologetica Petri Coddæi Archiepiscopi Sebasteni sinceris, solidisque documentis firmata, quam circa præcipua causæ suæ capita evulgandam duxit. Trajecti ad Rhenum 1706.*

Auditis itaque memoratorum Cardinalium, qui relatas sibi super iisdem Libellis plurium in Sac. Theologia Magistrorum censuras diligenter perpenderunt, sententiis, creditum Nobis à Domino Pastoralis Curæ, atque vigilantiæ munus, quantùm Nobis ex Alto conceditur, salubriter exequi cupientes, de eorumdem Cardinalium consilio, ac etiam motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine non modò omnes, & singulos supradictos Libellos, utpotè multa falsa, calumniosa, Apostolicæ Sedi, ejusque Ministris injuriosa, piarum aurium offensiva, scandalosa, temeraria, erronea, atque in apertum schisma tendentia respectivè continentes: verùm etiam omnes, & quoscumque alios Libros, Libellos, Epistolas, & alia quævis Opera, seu Opuscula directè, vel indirectè adversùs præfatum nostrum Decretum Remotionis supradicti Petri Archiepiscopi, nec non damnationis, & prohibitionis memoratarum ejus Scriptionum quocumque idiomate hactenus edita, & si quæ in posterum edi contigerit, tenore præsentium damnamus, & reprobamus, ac pro damnatis, & reprobatis perpetuò debere haberi decernimus. Ac proinde omnium, & singulorum tam supra descriptorum, quàm aliorum quorumlibet similium Libellorum, Librorum, Epistolarum, Operum, seu Opusculorum impressionem, descriptionem, lectionem, retentionem, & usum omnibus, & singulis Christi fidelibus etiam specificâ, & individuâ mentione, ac expressione dignis, sub pœna Excommunicationis per contra facientes ipso facto absque alia declaratione incurrenda, à qua nemo à quoquam, præterquam à Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutus, Absolutionis beneficium valeat obtinere, omninò interdicimus, & prohibemus. Volentes, & Apostolicâ Auctoritate mandantes, ut quicumque Libros, Libellos, Epistolas, Opera, seu Opuscula prædicta, vel eorum aliquod penès se habuerint, illa, seu illud, statim atque præsentes Litteræ eis innotuerint, teneantur tradere, atque consignare locorum Ordinariis, vel hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, qui exemplaria sibi sic tradita illicò flammis aboleri curent. Insuper sub pari Excommunicationis pœna interdicimus similiter, & prohibemus, ne quis in Concionibus, Catechismis, Lectionibus, aut aliis ad Populum sermonibus prædictum nostrum Decretum in causa memorati Petri Archiepiscopi, summa quidem maturitate, & justitia editum, ullo tempore, vel quovis prætextu impugnare præsumat, vel eidem quomodolibet ausu temerario contraire. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Cæterùm, ut ipsæ præsentes Litteræ omnibus faciliùs innotescant, nec quisquam illarum ignorantiam allegare possit, volumus, & Auctoritate præfata decernimus, illas ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, nec non Curiæ Generalis in monte Citorio, & in acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Cursoribus nostris, ut moris est, publicari, illarumque exempla ibidem affixa relinqui; sic verò publicatas, omnes, & singulos, quos concernunt, perinde afficere, & arctare, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ & notificatæ fuissent: earumdem autem præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate consti-

constitutæ munitis, eamdem prorsus fidem tam in judicio, quàm extra illud ubique locorum haberi, quæ ipsis præsentibus haberentur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Demum omnes & singulos, qui in præfatis Fœderatis Provinciis verè Catholicorum nomine censeri volunt, & Apostolicæ Sedi Communione sociati, atque eos præsertim, qui in sortem Domini vocati, spiritu humilitatis, lenitatis, & obedientiæ debent cæteris prælucere, pro paternæ nostræ charitatis debito hortamur, rogamus, atque obsecramus in Domino JESU, ut depositis simultatibus, & partium studiis, discant id ipsum sapere in Domino, donantes invicem, si quis adversùs aliquem habet querelam, sicut & Christus donavit nobis, ut non blasphemetur nomen Domini; sed unanimes honorificemus Deum, & qui unâ Fide jungimur, unitate spiritûs, & vinculo pacis invicem copulemur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 4. Octobris 1707. Pontificatûs nostri Anno septimo.

F. OLIVERIUS.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo septingentesimo septimo, Indictione XV. die verò 8. Mensis Octobris, Pontificatûs SS. in Christo Patris, & D. N. D. CLEMENTIS Divinâ Providentiâ Papæ XI. Anno septimo, supradictæ Litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, Curiæ Generalis in Monte Citorio, in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis. Per me Joseph Staggium Apostolicum Cursorem.

Pro D. Magistro Cursorum, *Ludovicus Capelli* Magister Cursorum.

Epistola Cardinalis Paulutii ad P. Joannem de Bruyn Missionariis Soc. JESU Præfectum. 17. Aprilis 1708. XCI.

ADmodum Reverende Pater. Permolesta & planè acerba Sanctissimo Domino Nostro acciderunt, quæ P. T. Litteris datis 28. Februarii nuper elapsi Suæ Sanctitati significarit; Tibi scilicet, sociisque tuis die 16. ejusdem Mensis jussu DD. Hollandiæ Statuum denuntiatum fuisse, ut infra trimestre spatium ab ista Provincia discedere debeatis, plectendi, si secus feceritis, tamquam publicæ quietis perturbatores: ita tamen ut, si intra præfixum tempus dissidia, quæ inter Romano-Catholicas Communitates vigent, omnino tollantur, ipsos Provinciæ Status adire possitis, & ab iis petere, ut vobis liceat isthic diutius immorari, elapso verò præscripto termino, ubi quies restituta non sit, non modò severè in vos animadvertendum, sed omnia insuper templa, seu Oratoria vestra esse claudenda, nec umquam ampliùs aperienda.

Probè intelligit Sanctitas Sua ejusmodi procellam excitatam in vos fuisse fraude, ac dolo Refractariorum, qui, quod ipsi abundè mererentur, exilium, vobis planè immerentibus irrogari nituntur. Quam ob rem plurimum sanè miratur Sanctitas Sua DD. Status animum in eosdem Refractarios usque adeo propensum gerere, ut nedum ipsos, qui veri sunt vigentium dissidiorum auctores, ac fomites, coërcere minimè curent, sed etiam eorum machinationibus abduci se sinant ad ea decernenda quæ nimiùm repugnare videntur tum naturali eorumdem Statuum æquitati, ac justitiæ, tum peculiari studio, quo Sanctitas Sua quacumque oblatâ opportunitate, de iis, quantùm sibi licuit, benè mereri conata est.

Porro Sanctissimus Pater memoriâ repetens, quæ ut DD. Statuum desiderio satisfaceret, hucusque gessit, & cum iis conferens agendi modum, quem DD. Status secum hactenus adhibuerunt, non eâ quidem officiorum vicissitudine, quam ex communi humanitatis ratione sperabat, responsum sibi fuisse, magnoperè & meritò dolet. Primùm enim D. Archiepiscopum Sebastenum, justis suadentibus causis à Sa. Me. INNOCENTIO XII. Sanctitatis Suæ Prædecessore ad Urbem accitum, in Hollandiam remitti benignè permisit, ut DD. Statibus illius reditum impensissimè flagitantibus rem gratam faceret, quamvis ea, de quibus ipse postulabatur, exigerent, ut diutius hic retineretur, vel etiam numquam dimitteretur. Deinde cùm intellexisset D. Theodorum de Cock Pro-Vicarium Apostolicum deputatum DD. Statibus minùs acceptum esse, illi Officium abrogare nequaquam renuit, ejusque loco suffecit D. Potkamp, quem ipsis Statubus probatissimum fore cognoverat. Postremò Vicarium Apostolicum constituit D. Daemen Archiepiscopum Adrianopolitanum, quem nulli partium studio addictum, DD. Statubus minimè suspectum, optimisque moribus ornatum esse fide dignorum virorum testimonio compererat. His nihilominus, & aliis pluribus, quæ eisdem Statubus bene nota sunt, peractis, ad hanc usque diem obtinere nequaquam potuit, sicuti probè nostis, ut eidem Vicario Apostolico liberum in Hollandia sui muneris exercitium permitteretur, iisdem nimirum Pontificiæ voluntati obnitentibus Refractariis, qui indi-

ctum

ctum vobis ab ea Provincia exilium nuperrimè moliti sunt.

Cæterùm, quæ de dissidiis inter Romano-Catholicas Communitates exortis, vobis explicata fuerunt, à veritate prorsus aliena esse censet Sanctitas Sua. Qui enim isthic sunt Romano-Catholici, cum Romana Ecclesia usquequàque consentiunt, Apostolicæ Sedi obtemperant, mutuamque inter se, ac verè Christianam Charitatem, & pacem servant. Refractarii autem, qui ab eorum Communione, debitaque Sanctæ Sedi obedientia turpiter defecerunt, falsò Catholico-Romani appellantur, cùm eos Pontifex Maximus non solùm, ut Excommunicatos, & à Romanæ Ecclesiæ unitate disjunctos, sed etiam ut ejusdem Ecclesiæ, Pontificiæque Auctoritatis apertos hostes agnoscat, damnet, ac detestetur.

Hæc omnia cupit Sanctitas Sua, ut à vobis diligenter quamprimum DD. Statibus exponantur, planè confidens fore ut, qui pollent, singulari æquitate & prudentia utentes, vobiscum mitiùs agant, ac insuper curent, ut factiosorum hominum audacia validis remediis comprimatur. Quòd si prævalente ipsorum vi, ac potentia, secus eveniret, vobisque licet insontibus, denuntiata exilii pœna subeunda foret, Sua Sanctitas vos hortatur, ut calamitatem hanc fortiter, constanterque animo, sicuti spectata virtus vestra præclarè spondet, perferatis, & juxta Evangelicum monitum, si persequentur vos in una Provincia, excusso pulvere de pedibus vestris in testimonium supra illos, fugiatis in aliam, memores, pro Divini Nominis gloriâ, Catholicæque Religionis tutelà militantibus, non tantum exilia, sed etiam tormenta, mortemque ipsam, ubi opus sit, patienter atque alacriter oppetendam esse; Divinâque voce eos præcipuè beatos appellari, qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est Regnorum Cœlorum. Vobis demum Sua Sanctitas paternæ charitatis testem, Apostolicam Benedictionem amanter impertitur, dum ego hæc ad Epistolam P. T. Pontificio nomine rescribere jussus, læta tibi faustaque omnia cum cælestium donorum incremento à Deo precor. Datum Romæ die 17. Aprilis 1708.

Pat.tis Tuæ

Subscriptum erat. Ad Officia,

P. Card. Paulutius.

Inscriptio erat: Admodum Rev.do Patri P. Joanni de Bruyn Missionariis Hollandicis Societatis Jesu Præfecto.

XCII. Epistola circularis Cardinalis Bussii ad varios Fœderati Belgii Incolas Catholicos scripta 21. Decemb. 1708.

Dilectissime in Christo. Sollicitudo quam ex debito muneris mihi concrediti gerere debeo, præcipuè pro animabus Fidelium in Fœderato Belgio degentium, omnino exegisset, ut ad Dominationem Vestram aliosque bonos Catholicos Litteras darem, monendo quatenus immaculati ambulaturi in lege Domini, abstinerent à Communione quorumdam Sacerdotum qui Vineam illam Domini devastare non cessant, ut propriis cupiditatibus indulgeant, ac quæsito Laicorum præsidio contra Apostolicam Sedem apertè rebellarunt, nullaque habità ratione gravissimarum Censurarum, quibus irretiti jam à tanto tempore deprehenduntur, pergunt in sacrilega administratione Sacramentorum, innocentem plebem secum in perditionem deducentes. Distuli tamen hucusque debitum hoc adimplere duabus momentosissimis rationibus cohibitus.

Prima scilicet, ne aliqui minùs solliciti de æterna salute, à tali mandato prætextum caperent, sanctum Missæ sacrificium etiam in diebus ab Ecclesia præscriptis omittendi, neglectoque paulatim Divino cultu & sacrorum participatione mysteriorum, in manifestum seductionis periculum inducerentur.

Alterum retardationis argumentum fuit spes, quâ lactabar fore, ut longanimitate, charitativis consiliis, & quibuscumque condescendentiæ possibilis mediis, quibus indesinenter sum usus cum præcipuis Refractariorum, possem ipsos in viam salutis amicabiliter reducere, experientia tamen tot annorum edoctus, quod talis via augmentum præbuerit malitiæ, quæ eousque excrevit, ut scandala indies augeantur per Stationum usurpationes, aliorumque excessuum quos numerare æquè dolendum ac laboriosum foret, resolvi obligationi per debitam hanc monitionem satisfacere. Hortor itaque, moneo & obtestor Dominationem Vestram quatenus nullo pacto ad talium Sacerdotum Oratoria accedat, vel cum ipsis in rebus Religionis ullo modo communicet, prospiciens sibi de assistentia spirituali apud Ecclesiasticos morigeros, quos facilè dignoscere poterit ex concessione Bullæ Jubilæi per Nos non ita pridem illis factâ; superfluum fortè esset monere D. Vestram quod

in

in omnibus istis fraternam ad invicem dilectionem servare in charitate fundati teneamur, ut veri Christi Discipuli simus. Satagat igitur Dominatio Vestra modestè hanc nostram sententiam Confratribus suis aperire abstinendo à jurgiis & calumniationibus, cogitans humana fragilitate, quà omnes laboramus, nos quoque ad pejora proclives esse, nisi Divina gratiâ sustentaremur; Potior hortationis pars in exemplo fundatur. Studeamus igitur viam charitatis & veritatis tenere, ut cum fructu cæteris illam indicemus, cumulatisque ad proximè nascitu-rum Principem Pacis votis in humilitate deprecemur, quatenus lumine claritatis suæ aberrantes illustrare dignetur, ac veram pacem & animarum consensionem in Hollandiæ Missionibus sarcire juxta sensum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, extra quam non est salus. Diffundat idem nascens Redemptor noster suarum benedictionum cumulum in D. Vestram, erga quam pleno inscribor affectu. Coloniæ 21. Decembris 1708.

Tuæ salutis studiosissimus,
Jo. B. Archiepiscopus Tarsensis
Nuntius Apostolicus.

Libellus quinque Sacerdotum Harlemensium pro admissione Adami Daemen, oblatus Statibus Hollandiæ. 17. Maii 1707.

XCIII.

Aen de Ed: Wel Gestrenge haer Ed: Groot Moghende Gecommitteerdens wegens de saecken van de Roomse Geestelyckheydt binnen dese Landen.

GEven met onderdanige Eerbiedigheyt te kennen de ondergeschreven Capitulairen uytmakende t'meerderen getaele van't Haarlemse Capittel der Roomse Geestelycke Cleregie, hoe dat hun Supplianten innerlyck smert de oneenigheydt en onrust die nu t'elkens soo langen tyt herwaerts tusschen de Roomse Catholycken in dese Landen heeft gegrasseert, by manquement van een geadmitteert Vicaris over de selve, soo dat by verdere ontkentenis en lenger gebreck van een soodanigh Vicaris sekerlyck te verwaghten staat dat nogh meerder troebelen en swarigheden sullen opreysen, daer de Supplianten geerne saegen de selve gestilt, de voorgaende eendraght herstelt, de Concordaten onderhouden, ten welcken eynde sy Supplianten aen UE. Wel Ed: Gestrenge seer oodtmoedigh declareren en demonstreren, dat hen Supplianten seer aengenaem is den persoon van Adam Daemen haer Edele Groot Mogende inboorlingh en Burgers Soon van Amsterdam, vertrouwende dat syne capable conduiten de swevende verschillen appaiseren, het onderlingh misnoegen cesseren, ende de wonden van tweedraght sullen doen cicatresseren. Waeromme de Supplianten met nederige submissie de vryhyd nemen van aen UE. Wel Gestrenge den selven Adam Daemen voor te draegen op dat UE. Wel Gestrenge de gedaghten moghten loeten gaen om de voornoemden Persoon tot Vicaris over de Roomse Catholycke binnen dese Landen aen haer Ed: Groot Mogende de Heeren Staten von Hollant ende West-Vriesland te recommanderen en smakelyck te maken, 't welck doende &c.

Ende was onderteeckent. Theodoris van Groenhout. Theodoris de Vesser. Nicolaes Vander Meer. Cornelis vander Coogen. Lambertus Schaep. *Actum Haerlem den 17. Mey 1707.*

Nobilibus & Gravissimis Dominis Ordinum Hollandiæ Deputatis ad negotia Ecclesiasticorum Romano-Catholicorum harum Regionum.

EXponunt humili cum veneratione infrascripti Capitulares constituentes majorem partem Capituli Harlemensis Cleri Romani, quod Supplicantes intimo cordis dolore afficiantur ex discordia & inquietudine quæ tanto jam tempore inter Romano-Catholicos harum Regionum assiduè serpsit, defectu nullius pro ipsis regendis admissi Vicarii, adeo ut ex ulteriori recusatione & carentia ejusmodi Vicarii, expectandum certò sit ne graviores turbæ & molestiæ oriantur, quas tamen Supplicantes optarent extinctas, pristinam concordiam restitutam, & servata Concordata, in quem finem hi Supplicantes Nobil: & Graviss: DD. Vestris humillimè declarant & significant, quod ipsis gratissima sit persona Adami Daemen, qui Nobiliss: & Potentiss: DD. Ordinum Hollandiæ Indigena, & Amstelodamensis Civis filius est, confidentes, ut præclara suâ prudentiâ præsentes controversias componere, mutuas displicentias tollere, ac discordiæ vulneribus cicatricem obducere valeat. Quare Supplicantes cum dimissa homilitate sibi sumunt, ut Nobil: & Graviss: Dominationibus Vestris proponant eumdem Adamum Daemen, ut dispicere dignentur quatenus illum Nobiliss: & Potentiss: DD. Ordinibus Hollandiæ commendare & gratum facere velint, ut Romano-Catholicorum per has Regiones Vicarius esse possit. Quod faciendo &c. *Erat signatum:* Theodorus van Groenhout, Theodorus de Visser, Nicolaus vander Meer, Cornelius vander Coogen, Lambertus Schaep.

Actum Harlemi 17. Maii 1707.

XCIV.

DECRETUM.

Feria IV. *Die* 14. *Jan.* 1711.

IN Congregatione Generali S. R. & Universalis Inquisitionis habita in Conventu Sanctæ Mariæ supra Minervam coram Eminentissimis & Reverendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra Hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus à Sancta Sede Apostolica specialiter Deputatis.

Lectis Litteris D. Nuntii Apostolici Coloniensis referentis, D. Petrum Coddæum Archiepiscopum Sebasteaum in Hollandia gravi morbo detineri, non sine imminenti vitæ periculo, seque ad tollendum, si fieri posset, publicum scandalum, quod ex notoria, & diuturna ejusdem Archiepiscopi inobedientia tot Decretis Apostolicis exortum, crescebat indies, transmisisse in Hollandiam Alexandrum Borgiam Auditorem suum unà cum paternis Litteris eumdem ad veram, & Catholico Archiepiscopo dignam resipiscentiam adhortantibus: & nihilominùs ipsum in sua contumacia perstitisse; ac propterea petentis ejusdem Sacræ Congregationis Mandata, quid sibi agendum esset, quatenus Præfatus Archiepiscopus (quod Deus averteret) in eadem damnabili pertinacia moreretur: Eadem Sacra Congregatio, re maturè discussâ die 30 Decembris 1710. censuit: eidem Archiepiscopo, quatenus sine debita Pœnitentia discesserit, aut decedat, deneganda esse à Christi Fidelibus solita suffragia tamquam notoriè inobedienti, & refractario Constitutionibus, & Decretis Apostolicis, & privandum esse Ecclesiasticâ Sepulturâ; eaque de re per eumdem D. Nuntium Coloniensem admonendos esse omnes Catholicos in Hollandiæ partibus constitutos; quod quidem Decretum à R. P. D. Assessore Sancti Officii Sanctissimo Domino Nostro Domino Clementi Divinâ Providentiâ Papæ XI. eadem die in solita audientia relatum, Sanctitas Sua approbavit & executioni demandari jussit.

Cùm verò postmodum aliis ejusdem D. Nuntii, & pluribus aliorum litteris Sacræ Congregationi nuntiatus fuerit infelix, ac undequaque deplorabilis ejusdem Archiepiscopi obitus, absque ullo pœnitentiæ signo, imò præfata publica inobedientia, & enixis supradicti cum repetita novis, Auditoris adhortationibus repugnantia, atque obfirmatione, præsertim in deneganda debita subjectione Decretis Apostolicis, ac subscriptione novissimæ Constitutionis Sanctissimi Domini Nostri, quæ in incipit *Vineam Domini* &c. adversus Jansenianam hæresim: Eadem Sacra Congregatio Die 14. Januarii 1711. re iterum maturè discussâ, quamvis non sine maximo omnium Eminentissimorum Patrum dolore, censuit, supradictum Decretum die 30. Decembris 1710. editum, esse exequendum, & per eumdem D. Nuntium, non tam ad damnandam defuncti memoriam, quàm ad aliorum Contumacium, ac Refractariorum exemplum, & admonitionem, ut tremendi judicii Dei memores, saluti animarum suarum opportunè consulant, omnibus per Hollandiam Catholicis significandum esse. Quæ omnia & singula per R. P. D. Assessorem eadem die in solita audientia Sanctissimo Domino Nostro relata, Sanctitas Sua, prout idem R. P. D. Assessor retulit, in omnibus, & per omnia benignè approbavit, & executioni demandari jussit.

JOSEPH BARTOLUS S. Romanæ & Universalis Inquisitionis Not.

XCV.

INSTRUCTIO PRO CATHOLICIS ET PRÆSERTIM CONFESSARIIS IN FOEDERATO BELGIO DEGENTIBUS CIRCA VALIDITATEM SACRAMENTORUM.

JOANNES BAPTISTA *Dei, & Apostolicæ Sedis gratiâ Archiepiscopus, Episcopus Anconitanus, ac Sanctissimi* D. N. D. CLEMENTIS *Divinâ Providentiâ Papæ* XI. *Prælatus Domesticus & Assistens, ejusdemque ac S. Sedis Apostolicæ ad Tractum Rheni, aliasque inferioris Germaniæ Partes cum potestate Legati de latere, Nuntius.*

TRES

Tres Classes Sacerdotum Refractariorum Mandatis Sedis Apostolicæ actu in Fœderato Belgio reperiuntur.

PRima est eorum, contra quos ob invasionem Stationum nominatim pronuntiata est sententia Excommunicationis Majoris & per Programmata publicata est, puta Matthiæ Torck & brevi aliorum, nisi resipiscant. Cum talibus nullum est habendum commercium neque in Civilibus neque in Divinis, & qui contra faciunt Excommunicationem minorem ipso facto incurrunt; ulterius cùm tales ipso facto privati sint quacunque jurisdictione & facultate Ecclesiastica, qui ab ipsis Sacramenta suscipiunt, non solùm nulliter sed etiam sacrilegè suscipiunt, ita ut si quis E. G. Matthiæ Torck confiteretur non solùm peccatorum suorum absolutionem non reportaret, sed novo gravissimo sacrilegii crimine innodaretur (idem dic quoad sacrilegium de cæteris Sacramentis) nec bona fides, ignorantia & similia, ullatenus excusant, cùm semel Excommunicatio fuerit publicata; quod si quis ignorantiâ invincibili laborans (quod tamen vix accidere potest, nisi Advenis & Peregrinis rerum Hollandicarum planè ignaris) præfato Matthiæ Torck V. G. confiteretur, liber utique esset à Sacrilegio & incursu Excommunicationis minoris, non tamen validè esset absolutus; ex quibus concludimus, quod qui confessi fuerint Refractariis hujus primæ Classis, non solùm debeant ante-actas Confessiones repetere, sed etiam de peccato Sacrilegii pœnitere, atque ab eodem sicuti ab Excommunicatione minori absolutionem petere, & Matrimonia reiterare; advertendo circa Matrimonia, quod qui à talibus copulati sunt, cohabitantes tanquam Concubinarii ab Ecclesia tenerantur, & ante-actorum pœnitere debeant cum reiteratione Matrimonii.

Secunda Classis est Intrusorum, eorum nempè qui Stationes vacantes invaserunt nullâ habita legitima missione à Nobis vel alio Superintendentiam Missionum Hollandicarum de mandato Sanctissimi D.N. gerente, aut à Reverendissimo per Fœderatum Belgium Vicario Apostolico; de quibus quidem Intrusis ambigendum non est, quin ipso facto, & absque alia declaratione Excommunicationem Majorem incurrerint, juxta Breve Sanctissimi D. Nostri CLEMENTIS XI. Ecclesiam Dei feliciter regentis, datum Romæ 7. Aprilis 1703. Universis Catholicis in Partibus Hollandiæ & Provinciarum conterminarum constitutis inscriptum, quamvis contra eos usque nunc sententia Excommunicationis nominatim pronuntiata non sit. De iis qui quomodocumque talis Constitutionis & Censuræ ac Mandati nostri de vitandis Intrusis notitiam habentes, Sacramenta à præfatis Intrusis susceperunt vel suscipiunt, dicendum est idem quod diximus in prima Classe Refractariorum; si qui autem hujus rei invincibili ignorantia laborantes, ad dictos intrusos pro Sacramentis accederent, distinctio quædam est facienda; Vel intrusus quem conveniunt munitus est legitimâ facultate, quam præviè obtinuerat sine restrictione temporis, & loci excipiendi Confessiones in Fœderato Belgio de qua constet, & tum Confessiones validæ sunt censendæ; si autem de legitima dicta facultate non constet, Confessiones apud Intrusum factæ, omninò ad cautelam iterandæ sunt, ubi verò notum sit non adesse præfatas facultates, aut fortè ad alium locum & tempus jam effluxum illas limitatas fuisse, tales Confessiones nullæ sunt, & simpliciter renovandæ; Distinctio hæc obtinet pro Confessionibus, quod verò ad Matrimonia coram Intrusis peracta, semper nulla censenda sunt, ita ut invincibilis ignorantia excuset quidem à Sacrilegio, sed non reddat validum Matrimonium.

Tertia Classis est illorum, qui Mandatis Apostolicis refragantur, sed ante inobedientiam legitima facultate muniti Stationes obtinuerunt à Nuntio, Superintendente, vel Vicario Apostolico. Ii vitandi propemodum sunt statim ac notitia de illorum inobedientia habeatur; qui autem hujus rei ignarus & sub bonâ Fide confessus apud ipsos fuerit, non tenetur Confessiones præteritas reiterare, qui verò inobedientiæ & Mandati Apostolici de similibus vitandis conscius apud ipsos confitetur, à Sacrilegio immunis nequaquam est, ex eo quod in re gravi Ecclesiæ mandatum spernat, ideoque non solum Confessiones reiterare, sed Sacrilegii absolutionem petere debet.

Seriò monendi quoque sunt boni Catholici, quod sicuti semper vitare debent Refractarios Sacerdotes, & probos adire, sic cavere debent ne ex tali reflexione exponant se periculo moriendi sine Sacramentis, ac propterea in proximo mortis periculo constituti, si factis opportunis diligentiis habendi Sacerdotem morigerum, talem habere non possint, uti debent operâ cujuscumque Sacerdotis etiam Refractarii, cùm in tali casu sufficiat Character Sacerdotalis ad validè impertiendam Absolutionem Sacramentalem, sine qua nullo modo decedere debent; Ad hæc advertendum quoque, quod pro iis, qui tali necessitate coacti morientur administrati à Sacerdote refractario, privandi non erunt suffragiis. Datum Coloniæ 13. Januarii 1711. *Erat signatum.* J B Archiepiscopus, Episcopus Ancon. Nuntius Apostol. *Et appositum erat sigillum in cera hispanica rubra.*

COPIA

XCVI. Copia Epistolæ Eminentissimi Domini Cardinalis Bussii, tunc Nuntii Coloniensis, ad Fœderati Belgii Incolam. Datæ die 8. Decembris 1711.

Monsieur, En reponse de la vôtre du 4. courant, je vous dirai en peu de mots, que toutes les allées & venuës de deux Deputés des Refractaires Steenoven & Dalenoort, n'ont été qu'en vue de surprendre & tromper l'Eglise. Entre eux & moi il ne s'est point agi de changer le Vicaire, mois de la satisfaction qu'ils doivent donner à l'Eglise sur la Doctrine. Ils ont taché en mille manieres, comme il est de la coutume des autres heretiques de me surprendre, & lors qu'ils ont veu de n'y pouvoir reussir, ils ont avoué franchement qu'ils ne pouvoient croire ce que l'Eglise ordonne la-dessus. *Ils s'en sont retourné en Hollande, & pour comble de malice, repandent le faux bruit, que vous me mandez. Si le bon Dieu avec sa toute-puissance ne change le cœur de ses entetez dans l'erreur, nous aurons sans doute encore beaucoup de peines a attendre de cette mauvaise heresie dans les Provinces d'Hollande. J'ai cependant ordonné des Prieres publiques pour en demander la Grace à Dieu, comme vous pouvez reconnoitre par l'Imprimé icy-joint. Au reste, Monsieur, je suis faché de ce qu'il est arrivé a l'égard du Prêtre que vous aviez chez vous, & de l'incommodité que vous & toute vôtre Famille devez avoir pour frequenter les divins Offices à Rotterdam, mais je ne puis pas condescendre qu'on approche en aucune maniere le Refractaire Tybosch. Il faut avoir un peu de patience, Dieu vous tiendra bon compte de toutes ces peines. Si je puis y apporter quelque autre soulagement, je suis prêt à le faire de toute maniere; vous verrez, Monsieur, que le Seigneur vous montrera par sa grande Misericorde un chemin assuré pour parvenir à la tranquillité de la Mission d'Hollande. Je souhaite à vous & à vôtre Famille très-heureuses les saintes Fêtes de Noël, & la nouvelle Année remplie de toute sorte de Benedictions pendant que je suis, Cologne 8. Decembre 1711.*

Vôtre très-affectionné,

J. B. Archieps, Eps Anconit.

Pro Responsione ad Epistolam Dom. Vestræ 4. hujus datam, paucis dicam, quod omnes itus & reditus duorum à Refractariis Deputatorum *Steenoven* & *Dalenoort* instituti non fuerint alio fine, quàm ad circumveniendam, fallendamque Ecclesiam. Ipsos inter & me actum non fuit de mutando Vicario, sed de satisfactione quam circa Doctrinam præstare debent Ecclesiæ. Millenis modis me fallere conati sunt, aliorum hæreticorum more, sed postquam viderunt id ipsis succedere non posse, *apertè fassi sunt, quod credere non possent illa quæ Ecclesia præscribit in hoc puncto* (Doctrinæ.) Redierunt in Hollandiam, & ad summam malitiam Pervenientes spargunt falsum rumorem de quo scribis. Nisi benignissimus Deus, per Omnipotentiam suam muret corda horum obstinatorum in errore, multæ sine dubio nobis expectandæ erunt molestiæ à pessima hacce hæresi in Fœderato Belgio. Interim indixi Preces publicas ad implorandam à Deo hanc gratiam, prout cognosces ex adjuncto (*exemplari*) impresso. De cætero displicet mihi, quod accidit Sacerdoti quem D. V. domi suæ habebat, uti etiam (*mihi dolet*) incommoditas quæ ei, totique familiæ suæ obvênit, quod Officia Divina frequentare debeatis Roterodami, sed indulgere non possum, ut ulla ratione accedatur ad Refractarium Tybosch. Patientia tibi necessaria est, Deus tibi acceptas referet omnes has molestias, quibus si aliud levamen adferre valeam, omnimodis tibi præsto sum. Experietur D. V. quod Deus per magnam misericordiam suam, viam ei ostensurus sit tutissimam, ut perveniatur ad tranquillitatem Missionis Hollandiæ. Opto tibi, totique familiæ tuæ ut festum Natalis Domini salutare tibi sit, & novus Annus tibi benedictionibus repleatur, & maneo. Coloniæ 8. Decemb. 1711. Addictissimus. *Erat signatum.* J. B. Archiepiscopus, Episcopus Anconitanus.

Collata præsens Copia concordat cum Epistola Originali mihi exhibita. Quod attestor A. Nanni Notarius Apostolicus & Curiæ Archiepiscopalis Mechliniensis Graph. 1724.

Quinque Epistolæ Paschasii Quesnellii ad Hugonem Heussenium, & Guilielmum van Dalennoort Presbyteros Hollandos, *secundùm Autographas quas servamus.* XCVII.

Lettre du P. Quesnel à M. Van Heussen.

Monsieur, je vous rens mes très-humbles actions de graces &c. pour vôtre obligeante Lettre & pour le Dimissoire qui est en bonne forme. Nous avons crû cependant qu'il valoit mieux en cette occasion omettre ces mots Diœcesis Harlemensis Ultrajectensis Suffraganeæ, *pour ne pas donner à l'Evêque au quel on s'adressera, occasion de demander pourquoi le Chapitre d'Utrecht donne pouvoir d'ordonner le sujet d'un autre Diocese? si on luy repond que c'est au refus du Chapitre d'Harlem, on en demandera les preuves, & l'Ordinans n'en pourra produire, & ne sera pas assez instruit pour entrer en preuves du droit du Metropolitain. Au lieu qu'en mettant seulement* Amstelodamensi, *l'Evêque & son Grand Vicaire pourront supposer qu'Amsterdam est du Diocese d'Utrecht, peu de gens sachant qu'Harlem soit un Evechè. On ne les trompe pas dans le fond puisque le Chapitre d'Utrecht a droit de faire ordonner le sujet qu'on leur presente & il importe peu qu'ils sachent par quel titre & que le fait qu'on leur laisse ignorer, ne serviroit qu'à donner lieu à des scrupules & à des chicanes. Cependant je ne suis pas assuré qu'ils ne veuillent approfondir l'affaire, mais il faut toujours tenter. Je m'en vais essaier si nous ne pourrons point avoir un Evêque plus voisin & dont on puisse être assuré, apres l'avoir instruit. Car pour M. de Boulogne il n'y faut plus penser. Il étoit inutil de marquer que le Confrere* (a) *Aubert étudie à Saumur. Il pourroit être ailleurs quand il ira aux Ordres. Et puis* Theologus *est plus le nom d'un Maitre que d'un Ecolier. J'ai plusieurs fois insisté qu'il falloit faire demander au* (b) *Vicaire d'Harlem par un Notaire avec temoins un Dimissoire, ou même luy demander positivement s'il veut exercer la charge de Vicaire & faire ordonner: afin d'avoir un refus dans les formes & de s'en pouvoir servir envers des Evêques qui le demanderoient. Je vois bien aussy que le Dimissoire devroit être legalizé au moins par des Notaires, mais comme le Vicaire d'Utrecht est une personne assez*

Epistola Quesnelli ad D. Van Heussen data 18. Novembris 1718. Latinè reddita.

Demississimas D. Vestræ gratias ago pro officiosissimis Litteris & Scheda Dimissoria rectè concepta. Visum nobis nihilominus in hisce rerum circumstantiis omittenda potiùs ea verba *Diœcesis Harlemensis Ultrajectensis suffraganea*, ne sic Episcopo, ad quem recursus fiet, ansa præbeatur quærendi, cur Capitulum Ultrajectinum potestatem faciat ordinandi subditum alterius Diœceseos? Si respondeatur id fieri propter denegatam à Capitulo Harlemensi facultatem, quæretur facti probatio, quam Ordinandus producere non poterit, aliunde non satis instructus ad vindicanda jura Metropolitica. Quod si simpliciter scribatur *Amstelodamensi*, Episcopus ejusque Vicarius facilè supponent Amstelodamum esse Diœcesis Ultrajectinæ, paucis nimirum scientibus Harlemium Episcopatum esse. Non falluntur in ipsa re, cùm penes Capitulum Ultrajectense jus sit curandi Ordinationem subditi istius qui præsentatur, de cætero autem parum intersit, noritne *Episcopus* aut Vicarius quo id titulo fiat, sinanturque id ignorare quod non nisi scrupulos aut cavillationes parere posset. Perspectum mihi quidem non est fore ut nolint ipsi rem illam discutere, ast interim tamen tentandum censeo. Jam eò conatus dirigere meditor, ut viciniorem Episcopum nanciscamur, de quo præviè rectè instituto, securi esse possimus; de Boloniensi enim cogitandum ampliùs non est. Non erat necesse exprimere, quod Confrater Aubertus (a) studeat Salmuri, fortè alibi commorabitur, quando ad Ordines proficiscetur. Prætereà autem *Theologus* Magistri magis nomen sonat, quàm Discipuli. Pridem institi, necesse esse ut à Vicario Harlemensi (b) per Notarium coram testibus petantur Litteræ Dimissoriales, quin & ex ipso disertè quæratur, velitne Vicarii munere fungi, curareque suorum Ordinationem: ut repulsa habeatur in debita forma, quæ usui esset apud Episcopos, qui eà de re edoceri cuperent. Facilè etiam intelligo, opus esse ut Sceda dimissoria debitè legalizata sit, saltem per Notarios, verùm cùm Vicarius Ultrajectensis persona satis publica sit, quam-

(a) *Aubert* nomen fictum, quo indicatur juvenis Studiosus S. Theologiæ. (b) Significatur D. vander Meer Pastor Amstelodami, S. Sedi obedient, qui nec titulum Vicarii admittit, nec Munus exercet:

publique, quoy qu'en Pays Protestant, il faut se contenter de cela. Je salue avec beaucoup de respect toute votre famille & je suis avec beaucoup de respect & de reconnoissance, Monsieur, Votre tres humble & tres obeissant Serviteur : Etoit signé par deux Majuscules : D.P. *ce 18. Nov. 1718.*

P. S. J'ai fait copier le Dimissoire, afin que si vous voulez, Monsieur, vous epargner la peine de le copier, Vous n'avez qu'à mettre de votre main depuis Dabam. *Vous en userez comme il Vous plaira.*

XCVIII. Lettre du P. Quesnel à M. Van Heussen du 23. Novemb. 1718.

Monsieur, j'ai reçeu le Dimissoire que vous avez eu la bonté de m'envoier, & je vous en remercie tres-humblement.

J'ai, Monsieur, à vous parler d'une autre affaire plus generale & de plus grande consequence. Plusieurs personnes de pieté & appliquées aux affaires de la Verité croient que l'Eglise de ces Provinces devroient faire quelque chose pour luy rendre temoignage dans la conjoncture presente, ou tant d'Evêques font des efforts pour faire valoir la Constitution comme une Regle de Foi. Il ne faut pas s'attendre que (c) le Chapitre d'Harlem fasse quelque chose. Mais le Chapitre Metropolitain doit suppleer à sa negligence & à son refus à l'egard de ce temoignage, aussy bien que pour le reste.

*La maniere de le rendre seroit d'adherer à l'appel de M. le Cardinal de Noailles & des autres Evêques appellans par un acte Capitulaire en la meilleure forme qu'on poura, & l'affaire merite bien qu'on convoque pour cela une assemblée du Chapitre extraordinaire. On adhereroit en même temps à l'appel de l'Université de Paris, & des Facultés de Theologie de Paris, de Reims, de Nantes, de Poitiers &c. apres que cet acte seroit fait, signé de tous les Capitulans, & contresigné par un Secretaire, on le feroit signer par tous les Pasteurs & autres Ecclesiastiques de ces Eglises, ou du voisinage qui voudroient bien se joindre au Chapitre, & il faudroit choisir quelqu'un intelligent & de bonne volonté qui fit une course de coté & d'autre, pour faire signer l'acte. Il y faudroit apposer le sceau de la Metropole, un peu grand, & l'imprimer sur la cire. Il est bon de ne pas * d'abord aucun eclat & agir à la sourdine pour ne pas donner l'alarme aux Nonces qui pourroient par leurs sollicitations detourner plusieurs de ceux qui d'ailleurs sont bien intentionnés.*

* Videtur supplendum *faire*.

Comme c'est une action de Religion, il faut qu'elle soit faite d'une maniere Religieu-

quamquam in Regione Acatholica, oportebit modò ei acquiescere. Salutem plurimam dici cupio toti vestræ familiæ, summoque studio ac veneratione subscribor, D. Vestræ humillimus & obsequentissimus Servus. *Signatum erat per duas majusculas* D. P. 18. Novembris 1718.

P. S. Transcribi curavi Litteras Dimissoriales, ut, si visum fuerit, labori parcat D. Vestra, solùmque ad calcem subjungat *Dabam*. Sit penes ipsam arbitrium.

Epistola Quesnelli ad D. Van Heussen data 23. Novemb. 1718.

Latinè reddita.

Accepi Litteras Dimissoriales quas ad me mittere dignata est D. Vestra, pro quibus demissas refero gratias.

Nunc res alia nobis tractanda occurrit, eaque adeo majoris moliminis atque utilitatis. Viri multi eximiæ pietatis & veritatis negotio addictissimi, necessarium planè existimant, ut harum Provinciarum Ecclesia aliquid audeat quo in hoc rerum articulo eidem veritati testimonium reddat, ubi tot Episcopi totis viribus Constitutionem ita evehunt, ut regulam Fidei esse censeant. A Capitulo Harlemensi (c) nihil boni expectandum est, at Metropolitanum tum hanc negligentiam, tum denegationem hujus Testimonii, tum reliqua in quibus deficit, compensare oportet.

Modus condendi Testimonii nullus melior occurrit quàm adhærere Appellationi Eminentissimi Cardinalis de Noailles, aliorumque Episcoporum appellantium, Instrumento Capitulari, eâ qua poterit, meliori formâ ; & meretur sanè res tanti momenti ut extraordinariâ convocatione Capitulum congregetur. Adhæreri eodem tempore posset Appellationi Universitatis Parisiensis, ac Facultatum Theologicarum Parisiensis, Rhemensis, Nannetensis & Pictaviensis &c. Postquam hoc Instrumentum subscriptum esset ab omnibus Capitularibus, & contrasignatum ab aliquo Secretario, subscriberent ordine Pastores omnes, aliique Clerici harum Ecclesiarum vicinarumque, qui se Capitulo vellent conjungere ; eligendusque esset industrius aliquis bonæ voluntatis qui hac illac circumcursaret ad exigendas Instrumenti subscriptiones. Apponendum esset sigillum Metropolitanum majoris formæ, ceræ impressum. Cavendum omnino ne principio strepitus fiat ; omnia clam machinando ne qua res perveniat ad aures Nuntiorum, qui sollicitationibus suis plures averterent alioquin satis bene dispositos.

Quandoquidem verò actio Religionis sit, religioso modo exequi convenit, quod vel in

(c) In Capitulo Harlemensi, sic dicto, nullus est Refractarius. In prætenso Capitulo Ultrajectino nullus est S. Sedi obediens.

ft & que cela paroiſſe même dans l'acte, que ce ſoit par exemple apres avoir prié Dieu pluſieurs jours, apres avoir celebré la Meſſe en preſence de tous les Capitulans, apres avoir imploré l'aſſiſtance du S. Eſprit par l'Hymne Veni Creator Spiritus.

(d) *M. Gallais qui vous ſalue Monſieur, & toute vôtre maiſon avec beaucoup de reſpect, m'a écrit ſur ce ſujet & il paroit que des perſonnes diſtinguées deſirent que cette Egliſe ſe declare, ſur tout pour oppoſer cet appel aux Ordonnances de M. de Malines & des autres Evêques de Flandre. En me donnant l'honneur de vous écrire Monſieur je croi écrire auſſy à Meſſieurs vos Collegues que je ſalue aves beaucoup de reſpect & que j'invite à ne pas demeurer dans le ſilence pendant que tant de voix ennemies ſe font entendre contre la verité. Vous avez pluſieurs modeles d'adheſion & d'appel ſur leſquels vous pourrez former le vôtre.*

Vous pourrez adreſſer vôtre appel à M. le Cardinal de Noailles par une Lettre reſpectueuſe & qui le loue de ſan zele pour la Verité. Ie ferai pourtant ſonder ſi S. E. ſeroit diſpoſée à Vous répondre, car s'il vous répondoit, ſa réponſe ſeroit reconnoitre Vôtre Chapitre. Peut-être ſera-t-il mieux que vous vous contentiez de donner procuration à quelqu'un à Paris pour faire enregiſtrer vôtre adheſion à l'Officialité de Paris & aux autres que l'on jugera à propos. Ie ſalue très-humblement M. Chorlier & toute vôtre Famille & je ſuis avec beaucoup de reſpect, Monſieur, Vôtre tres humble & très-obeiſſant Serviteur, Etoit ſigné: Du Puis.

P. S. Quand on ſignera, il eſt neceſſaire de faire ſigner en même temps deux originaux, afin que l'un demeure dans vos Archives; & que l'autre ſoit envoié en France. Trois même ne ſeroit pas trop pour envoier dans les Provinces voiſines où il ſe trouverant des perſonnes diſpoſées à adherer à l'appel. Ce 23. Novembre 1718.

in ipſo Inſtrumento appareat: Deum nempe V. G. per plures dies exoratum eſſe, celebratum ſolemne ſacrum coram omnibus Capitulasibus, invocatam ſæpius Spiritûs S. gratiam per hymnum *Veni Creator Spiritus.*

(d) D. Gallois qui D. Veſtram totamque Familiam demiſſè ſalutat, de ea re ad me ſcripſit, videnturque viri nonnulli in dignitate poſiti vehementer cupere ut hæc Eccleſia mentem ſuam explicet, idque adeò potiſſimùm, ut ea Appellatio opponatur Decretis Archiepiſcopi Mechlinienſis, aliorumque Belgii Epiſcoporum. Dum ad D. Veſtram ſcribo, unà me & cæteris DD. Collegis ſcribere exiſtimo, quos humillimè veneror, hortorque ne ipſi ſilere pergant, ubi tot inimicæ voces contra Veritatem vociferare non deſinunt. Plura exſtant adhæſionum Appellationumque exempla quibus Inſtrumentum veſtrum conformari poterit, mittique deinceps ad Cardinalem Noailliúm cum ſubmiſiſſima Epiſtola quâ zelus eius pro tuenda Veritate mirificè extollatur. De cætero explorare conabor utrum Em. Sua Vobis reſpondere dignaretur, id enim ſi fieret, reſponſum eius eſſet Capituli veſtri agnitio. Fortè ſatius erit Pariſiis a vobis aliquem deſignari qui Inſtrumentum adhæſionis regiſtrari curet in Officialitate Pariſienſi, aliiſque locis ut expedire poſtmodum judicabitur. Salutem plurimam D.no Charlier totique familiæ, atque intimo cultu maneo D. Veſtræ humillimus & obſequentiſſimus ſervus. *Signatum erat*: Du Puis.

P. S. Quando ſubſcribetur, duo autographa Inſtrumenta confici oportebit, quorum alterum in Archivio veſtro maneat, alterum in Galliam tranſmittatur. Neque certè abundaret tertium, utpote quod in vicinas provincias deſtinari poſſet, ubi & alii reperirentur appellationi, facile adhæſuri.

l'Addreſſe étoit: *Myn Heer, Myn Heer Van Heuſſen op de Hoygracht tot Leyden.*

Lettre du P. Queſnel à M. Daelenoort.

Ce 17. Decemb. 1718.

M*Onſieur, j'ai eu l'honneur d'écrire à M. van Heuſſen & à M. van Erckel touchant l'appel au Concile General, & ces deux Meſſieurs ſont entrés à pleines voiles dans la propoſition que je leur en ai faite. Je ne doute pas, Monſieur, que vous ne ſoiez dans la même diſpoſition. J'ai mandé à M. Gallois que le Chapitre d'Utrecht & ceux qui luy ſont unis feroient le plûtôt qu'il pourroient leur Acte, & qu'on le feroit ſigner par tout ceux qu'on y pourroit engager. M. Gallois par une*

Epiſtola Queſnelli ad D. Daelenoort. XCIX.

Latinè reddita.

17. *Decemb.* 1718.

DE Appellatione ad Concilium Generale ſcripſi ad D. van Heuſſen & ad D. van Erckel, qui continuò ambabus, ut aiunt, ulnis propoſitionem meam amplexati ſunt; equidem dubitare nequeo quin eodem zelo animata ſit D. Veſtra. Significavi D.no Gallois Capitulum Ultrajectenſe eique Confœderatos deſiderato Inſtrumento manum quanocius admoturos, idque ſubſcribendum ab omnibus qui eò induci poterunt. Certiorem me reddit D. Gallois, Epiſtolâ heri ſub veſpe-

(d) M. Gallois, vero nomine Petit pied Doctor, & Socius Sorbonicus.

Lettre que je reçus hier au soir me mande que cela fera grand plaisir à M. le Cardinal de Noailles, & qu'il le luy feroit sçavoir dans sa premiere visite. Il n'y a donc pas moien de reculer, & le plus de diligence qu'on fera sera le meilleur; il faut neanmoins se donner le temps de bien faire les choses, afin que l'acte soit bien dressé, & d'une maniere qui fasse honneur à cette Eglise & à ceux qui la gouvernent. Vous aurez aujourd'hui, (e) s'il plait à Dieu quatre Prêtres. Ils sont en bonne santé, & ils font état d'être de retour icy à la fête des Rois, ou environ. Je vous souhaitte, Monsieur, toutes sortes de graces & de benedictions, & une ample benediction sur vos travaux dans les fêtes dont nous aprochons. Je vous souhaite ensuite une bonne & sainte Année. Je vous supplie d'avoir la bonté de presenter mes respects à Madame & à Mademoiselle N. † & à Madame N. sans oublier M. votre Cooperateur, je suis avec beaucoup de respect, Monsieur, votre très-humble & très-obeissant Serviteur. Etoit signé: Du Puis.

vesperam receptâ, gratissimam fore Appellationem Cardinali Noaillio, id in primo accessu magis patefacturus. Igitur non est ampliùs retrocedendi locus. Quo major adhibita fuerit diligentia haud dubium quin eò meliùs res successura sit. Nihil tamen precipitandum est, ut Instrumentum eâ ratione concipiatur, disponaturque, quæ in huius Ecclesiæ ejusque Rectorum gloriam bene vertat. Hoc die (e) favente Deo, quatuor Sacardotes gregi vestro accedent. Rectè valent omnes, sperantque circa festum Epiphaniæ huc sese reduces fore. Dom. Vestræ multiplices gratias, dona cœlestia, atque amplissimam benedictionem apprecor laboribus proximè in Festo Natalitiorum exantlandis. Felicissimum deinde Anni secuturi principium auguror, rogoque obsequia mea demissè offerat Dominæ ac Domicellæ N. Item Dominæ N. non præterito amico Collaboratore. Studiosissimo cultu maneo Dom. Vestræ humillimus & obsequentissimus servus. *Signatum erat*: Du Puis.

l'Addresse étoit: *A Monsieur, Monsieur Daelenoort dans la Jufferine straatje, à la Haie.*

C Autre Lettre du P. Quesnel à M. Daelenoort.

Ce dernier jour de 1718.

Je commence, Monsieur, par vous souhaiter une bonne & sainte Année; Dieu veuille que la grace & la Paix s'y trouvent jointes pour chacun de nous, pour cette pauvre Eglise & pour l'Eglise Universelle.

J'ai reçu, Monsieur, la Lettre que vous m'avez fait l'honneur de m'écrire le 23. Je ne trouve pas les objections de Mrs d'Utrecht fort pressantes. La bulle (f) & les Lettres Apostoliques dont on appelle presentement sont choses qui n'ont pour la pratique de l'Appel aucune liaison. Il ne faut faire mention que de l'Unigenitus & de ces Lettres Apostoliques. Toutes les considerations que vous avez pû voir dans les differens actes d'Appel font voir quelle est la necessité d'appeller. J'envoie à M. Musius (g) celuy de l'Université de Paris qui est fort beau; & est un fort beau modele. La declaration ou explication des motifs est encore plus belle, & a un très-grand succès.

Il n'y a nulle apparence d'accommodement entre Rome & la France & si quelque chose est capable de vous rendre les Evêques Appellans favorables, c'est de vous joindre à eux en cette occasion & il y a sujet d'es-

Altera Quesnelli Epistola ad Dominum Daelenoort.

Latinè reddita.

Ultimo die Anni 1718.

ORdior ab apprecando Anno sancto, propitioque, quem Deus gratiâ & pace utrique nostrum cumulet, pro hac afflictâ Ecclesia & pro tota universali Ecclesia.

Litteras accepi quibus me honorare dignata est Dom. V. 23. bujus. Objectiones DD. Ultrajectensium non videntur multùm urgentes. Bulla, (f) & Litteræ Apostolicæ à quibus modò appellatur, res sunt quæ in praxi Appellationis nulla connexione junguntur. Sola *Unigenitus* & Litterarum Apostolicarum (*Pastoralis Officii*) mentio facienda est. Considerationes variis instrumentis insertæ, quas videre potuit Dom. Vestra, appellandi necessitatem satis apertè demonstrant. Mitto ad D. Musium (g) exemplar ejus quod Universitas Parisiensis edidit, elegantissimum sanè, & quod aliis ordinandis præluceat. Declaratio seu explicatio motivorum magis etiam excellit, successu minimè pœnitendo.

Spes nulla affulget concordiæ Romam inter & Franciam, quod si quid Appellantium Episcoporum favorem Vobis conciliare possit, id verò est, si vos ipsis hoc tempore conjungatis, quo meritò sperare potestis, ipsos

(e) Erat dies 17. Decemb. 1718. quod erat Sabbathum quatuor Temporum, adeoque dies Ordinationis.
(f) Loquitur de Brevi Apostol. 1703. de 7. Aprilis 1703. de Epistola Cardinalis Paulutii de 13. Oct. 1703. aliisque, de quibus, invito Quesnello, appellarunt. (g) *Musius* verò nomine Joannes Christianus Van Erckel. † Harum Matronarum nomina exprimuntur in Autographo, sed quia illæ fortè etiamnum supersunt, adeo à nobis supprimuntur.

perer qu'ils feroient pour vôtre Eglise tout ce qu'ils pourroient. Vous jugez bien qu'on ne peut rien stipuler à cet egard. Rome vous fera toujours tout le mal qu'elle pourra, & l'Appel n'y ajoutera rien puisqu'ils ne peuvent y rien ajouter.

Pour ce qui est d'envoier en France cela de* vous; mais ce n'est pas le moien de cacher l'affaire, si vous avez dessein de la tenir secrete. M. Barckman qui est à S. Magloire ne pourroit-il pas y suppleer? M. Gallois le pourroit presenter à M. le Cardinal de Noailles, & expliqueroit les choses aussi bien que personne & mieux que d'autres. De plus, vos Ordonnés qui ont passé les fêtes de Noël à Lyon, font état d'être à Paris à la fête des Rois ou environ & quelqu'un d'eux pourroit se joindre à M. Barckman comme s'il venoit de ce Pays. Cependant si Vous, Monsieur, y alliez, M. Barckman vous accompagneroit. Vous y penserez. Il s'agit seulement d'accelerer l'acte d'Appel & de le faire signer par le plus grand nombre qu'on pourra. Si on ne peut pas avoir en même temps toutes les signatures, on peut faire signer ceux d'Hollande & d'Utrecht & les autres le feront quand on pourra.

*Sup-ple, de-pend.

Je vous prie, Monsieur, de vouloir bien presenter mes très-humbles respects à Madame & Mademoiselle N. & à Madame N. & de leur souhaiter de ma part une bonne & sainte Année. Je suis si accablé que je ne puis avoir l'honneur de leur ecrire. Je suis avec un sincere respect Vôtre très-humble & très-obeissant, Serviteur, Etoit signé : Du Puis.

P. S. Je fait les mêmes souhaits pour M. vôtre Cooperateur.

LETTRE

Du P. Quesnel à M. Van Heussen.

Ce 15. Janvier 1719.

MOnsieur, j'ai oui dire icy* que vous avez envoié un Dimissoire à M. Barckman (h) pour aller recevoir les ordres au *Pays lointain. Permettez moi, s'il vous plait, de vous dire, Monsieur, que par là vous perdez une occasion de faire une tentative du coté de M. l'Archevêque de Paris. Il nous semble qu'il vaut mieux qu'il demeure à Paris, & qu'aux premiers jours d'Ordination, il s'aille presenter avec vôtre Dimissoire en la compagnie des autres Ecclesiastiques de S. Magloire, à M.rs les Vicaires Generaux, entre lesquels il y en a qui sont amis, & qui, si cela depend d'eux, ne feront pas de difficulté. Je croi même qu'il y en a un qui a été fait depuis peu, & qui

* A Amsterdam.

* A Seneca.

ipsos in Ecclesiæ vestræ gratiam, quidquid eorum erit, collaturos. Satis perspicit D. Vestra nihil in hoc negotio stipulandum esse. Roma tantùm Vobis quantùm poterit mali semper inferet, neque Appellatio quidquam sibi attrahet, cùm nihil ultra adjungi queat.

Quod ad legationem Gallicam attinet, id vestrum erit dispicere; at modus is non est occultandi negotii; si id secretum velitis. Numquid D. Barckman, qui ad S. Maglorii degit, Legati vices subire possit? D. Gallois sistere ipsum posset Cardinali de Noailles, remque omnem, opinor, meliùs quàm quisquam alius exponeret. Præterea Neomystæ vestri, qui festa natalitia Lugduni transegerunt, Parisiis se futuros confidunt circa Epiphaniam Domini. Quidni unus eorum se jungat D. Barckman ac si hinc profectus esset? si tamen Dom. Vestra eò pergeret comitem haberet D.num Barckman. Rem seriò perpende. Hic præcipuè agitur de acceleratione Instrumenti Appellationis, deque ejus numerosa subscriptione: si omnes eodem tempore obtineri nequeant, subscribant primò Hollandi & Ultrajectenses, reliqui postmodum, ubi commodum erit subsequentur.

Rogo D. Vestram dignetur officia mea demissè offerre Dominæ & Domicellæ N. & Dominæ N. meisque adeo verbis annum bonum, sanctumque apprecari: sic obruor ut ad ipsas scribere mihi non liceat. Sincerissimo cultu maneo Dom. Vestræ humillimus & obsequentissimus servus. *Signatum erat:* Du Puis.

P. S. Eisdem votis D. Cooperatorem cumulatum cupio.

EPISTOLA CI.

Quesnelli ad D. Van Heussen.

15. Januarii 1719.

RElatum mihi est hic misisse Dom. Vestram Litteras Dimissoriales ad D. Barckman (*h*) ut Sacros Ordines suscipiat in Regione longinqua. Liceat mihi apertè, quod sentio, loqui; hoc pacto occasionem negligetis tentandi aliquid apud D. Archiepiscopum Parisiensem. Præstat nostro judicio, quod Parisiis habitare pergat, seque cum Dimissorio vestro in aliorum S. Maglorii Ecclesiasticorum societate sistat DD. Vicariis Generalibus pro proxima Ordinatione. Inter hos non desunt amici, qui si res in eorum sit arbitrio, nullam moturi sunt difficultatem. Fallor vehementer nisi inter eos unus sit, recens creatus, qui Casui subscripsit. Securos Vos reddere nolim id planè suc-

R e

(h) Cornelius Joannes Barckman Wuytiers Ultrajectinus, clanculum ordinatus Sacerdos, & jam vulgante famâ electus quoque, post Steenovii obitum, in Pseudo-Archiepiscopum Ultrajectinum.

a signé le Cos. Je ne repond pas que cela reussisse, par ce que si l'affaire est portée à son Eminence, il pourroit ne vouloir pas donner au Pape un nouveau sujet de mecontentement. Mais aussy, si une fois la porte s'ouvroit de ce côté la, ce seroit un grand avantage. Il ne faut donc pas negliger l'occasion de le tenter. Par cette voie l'affaire n'iroit pas si vite, mais il en reviendroit un autre avantage; c'est que M. Borckman en auroit plus de temps pour se former, pour prendre l'air & le train des Seminaires pour prendre le gout des bonnes études & se rendre capable de former les autres. C'est de quoi vôtre Clergé manque & manquera toujours si on ne donne a quelques sujets le temps d'acquerir ce qu'ils doivent donner & communiquer aux autres. Si on avoit eu des personnes pour appliquer a de bonnes études Ecclesiastiques les sujets qui ont été si longtemps sans pouvoir recevoir les Ordres, ils seroient plus forts qu'ils ne sont & plus en état de rendre de bons services. Il faut oublier pour quelque tempo un bon sujet pour en faire un ouvrier plus parfait. Je croi, Monsieur, qu'au sujet de l'Appel vous etez toujours dans la disposition que vous avez eu la bonté de me temoigner. M. Daelenoort m'a fait l'honneur de m'en écrire subdubitans *& j'ai eu celui de lui repondre. Je suis avec beaucoup de respect, Monsieur, Vôtre très-humble & très-obeissant Serviteur,* Etoit signé: D. P.

P. S. Ma Lettre étant deja cachetée, je recois, Monsieur l'honneur de la vôtre. J'ai bien de la joie d'apprendre la meilleure santé de Mr. Van Erckel & qu'il travaille à l'œuvre tant desirée. Je prie Dieu, de luy donner une nouvelle vigueur pour la pousser jusqu'à la fin.

Le P. Theodore Carme Dechaussé d'icy à aussi donné à nôtre nouvelliste un billet pour retracter la nouvelle de la signature des Carmes Dechausses. J'avois bien conjecturé que le Provincial avoit écrit à ceux de l'attendre, non pour rendre l'Appel plus solemnel, comme il le leur faisoit accroire, mais l'empecher. Les ordres du General ont prevalu. Mais les Dominicains se sont moequés des Ordres du leur. Les Carmes Chaussez de Paris ont appellé.

Oui, Monsieur, j'ai eu la temerité d'officier solemnellement chez M. Doncker le 1. jour de l'an.

Les Jesuites prennent les hommes pour des sots quand ils leurs veulent faire croire que la Conjuration est une fable. On pretend qu'ils y ont bonne part. Je n'en sai rien. Mais je sai bien que je suis, Monsieur, tout à vous & à Monsieur Charlier en N.S. Je salue très-humblement toute vôtre famille.

l'Addresse étoit: *Myn Heer, Myn Heer H. van Heussen op de Huygracht tot Leyden.*

successurum; nam si negotium ad suam Eminentiam deferatur, fortè recusabit novam offensionis causam præbere Summo Pontifici. At verò prodesset pluriorum si ea porta umquam aperiretur; unde teotandi occasionem prætereundam non censemus. Verum quidem est, ea viâ rem non adeò accelerandam; ast inde aliud grande commodum nasceretur, nempe quod D.no Barckman plus temporis relinqueretur ad sugendam hauriendamque Seminariorum normam, ad degustandam bonarom artium dulcedinem, seque sensim capacem reddendum ad alios instituendos. Hoc sanè Clero vestro defuit semper, semperque desiderabitur, donec aliquibus otium coocedatur, ut ea acquirant quæ cum aliis postmodum communicent. Si Viri fuissent sub quorum disciplina bonis Litteris Ecclesiasticis applicari potuissent illi quibus Sacris Ordinibus tam diu carendum fuit, jam ii plures essent, capaciores que ad præstanda Ecclesiæ obsequia. Oblivioni quodammodo tradendum est bonum suppositum, ut perfectior deinceps operarius evadat. Persuasum habeo Dom. Vestram circa Appellationem in ea perstare sententia, quam mihi testari dignata est. D. Daelenoort scripsit mihi *subdubitans*. Ast ego respondere non distuli. Summâ veneratione subscribor, Dom. Vestræ humillimus & obsequentissimus Servus. *Signatum erat:* D. P.

P. S. Post obsignatam Epistolam meam, vestram accipio. Volupe est intelligere rectiùs habere D.m Van Erckel, ipsumque incumbere desideratissimo operi. Deum rogo, vires novas suppeditet quibus rem feliciter ad finem perducat.

P. Theodorus Carmelita hic Excalceatus schedulam etiam Gazulario nostro tradidit ad retractandum rumorem de subscriptione Carmelitarum Excalceatorum. Satis conjeceram Provincialem scripsisse, moras traherent, non ad reddendam Appellationem solemniorem ut suadere videbatur, sed ad eam impediendam. Prævaluêre hic Generalis mandata. At Sui jussa risêre Domioicani. Carmelitæ Calceati Parisiis appellaverunt.

Verum est, me satis temerarium fuisse ot solemniter ad aram facerem primo Anni die in Oratorio D.ni Doocker.

Fatuos volunt omnes homines Jesuitæ, dum Conjurationem ad fabellas amandandam clamitant. Sunt qui volunt non minimam partem ipsis deberi: id ego nescio; at certò scio me Tibi & Domino Charlier deditissimum esse in Domino. Saluto humillimè familiam universam.

TESTI-

Testimonium Cornelii Steenoven prætensi Vicarii Ultrajectini, de suscepto per Nicolaum Broederse Sacro Presbyteratûs Ordine. CII.

Cornelius Steenoven Capituli Metropolitanæ Ecclesiæ Ultrajectinæ & Capituli Cathedralis Ecclesiæ Harlemensis, utrâque Sede vacante Vicarius Generalis, omnibus has visuris salutem in Domino.

Fidem facimus R. D. Nicolaum Broederse Diœcesis nostræ Harlemensis esse Sacerdotem, & quatuor circiter Annis Amstelodami Vice-Pastoris Officio functum. Cùm autem idem jam nostro consensu & ob causas Nobis notas Lovanium divertat, rogamus omnes & singulos, quorum interest, ut præfato R. D. Nicolao Broederse, ubi & quando placuerit permittatur Sacrificium celebrare, cæteraque Sacerdotalia munia exercere. In quorum fidem hasce præsentes manûs nostræ subscriptione & sigilli impressione munitas dedimus. Lugduni Batavorum 17. Augusti 1720.

Et infra habebatur

CORNELIUS STEENOVEN.
ut supra.

Hanc Copiam à me ex Originali de verbo ad verbum exscriptam, & cum eodem Originali in præsentia Erud. DD. *Cremers* & *Bombay* collatam esse attestor,

Erat Signatum.

G. DELVAUX S. T. D. & Prof.
Archipresbyter Lovaniensis.

Commissio Hieronymi Archinto Nuntii Coloniensis quâ Joannes van Bylevelt delegatur Judex in causa Presbyterorum intrusorum in Oppido Gaudano. De 17. Octob. 1716. CIII.

HIERONYMUS *Dei, & Apostolicæ Sedis gratiâ Archiepiscopus Tarsensis, ac Sanctissimi D. N. D.* CLEMENTIS *Divinâ Providentiâ Papæ* XI. *Prælatus Domesticus & Assistens, ejusdemque, ac dictæ S. Sedis ad Tractum Rheni, aliasque Inferioris Germaniæ partes cum potestate Legati de latere, Nuntius.*

Dilecto Nobis in Christo Joanni van Bylevelt Missionario Apostolico Hagæ-Comitis in Missionibus Fœderati Belgii, salutem in Domino sempiternam. Clementissimo Sanctissimi Domini Nostri Mandato satisfacturi, Tibi, de cujus prudentia, integritate & zelo plurimùm in Domino confidimus, per præsentes plenam & amplam subdelegamus facultatem juridicè procedendi contra intrusos Theodorum Croon & Guilielmum Wannaert in respectivas Stationes Gaudæ quondam ab Ignatio Walvis & Sebastiano Verwel possessas, servatâ tamen in omnibus Concilii Tridentini formâ, cum potestate eosdem, etiam per Litteras, expressâ in iis per præsentes Tibi facultate subdelegatâ, monendi, citandi (attento quod in illis Provinciis forma judicii integrè servari non possit) ac per Censuras Ecclesiasticas eosdem coercendi, ut de legitimo Missionis titulo ad prædictas Stationes, coram Te doceant, aut incunctanter dimittant, sin minùs, audiant, & videant se in Censuras & pœnas in Decreto S. Congregationis sub die 3 Februarii Anni 1703. Ad Reverendissimum Dominum de Cock tunc temporis Pro-Vicarium expedito, confirmatoque per Breve Sanctissimi D. N. sub die 7. Aprilis sequentis, damnabiliter incidisse declarari, cum facultate etiam Censuras aggravandi, reaggravandi, & interdicendi, nec non declaratoriales definitivè, justitiâ mediante, relaxandi, cæteraque omnia peragendi. Volumus autem ut Acta tui processûs bene legitimata ad Nos remittas. Datum Coloniæ 7. Octobris 1716. Pontificatûs Sanctissimi Domini Nostri Anno 16.

H. ARCHIEPS. TARSENS. NUNTIUS
APOSTOLICUS.

LIBELLUS

CV. Libellus supplex à Refractariis Sacerdotibus, Ordinibus Hollandiæ oblatus 23. Junii Anno 1717.

Aen de Ed. Groot Mog. Heeren Staeten van Holland en West-Vrieslant.

GEven zeer eerbiediglyck te kennen de wel meynende ende ingesetene Priesters der Roomsche Clergie, dat N. Bylevelt Priester in S. Graevenhage, 't sedert jaer en daegen de regeringe in 't Geestelyck over de Rooms-gezinde deser Provincien, door het vergeven alomme van de vacante Pastoryen en andersints, alsoo opentlyck oeffent, als of by de admissie by haer Ed. Mog. de Gecommitteerde Raeden; vereyst door de Placaeten van haer Ed. Gr. Mog. van den jaeren 1702. den 17. Aug. ende 1709. April 28. wel expresselyck hadde ontfangen.

Dat hy verders de Priesters der welmeynende Clergie reeds in hunne Statien ontrust door oproerige, die daer zyn, aen te houden, en aen hunne Priesters van syn aenhanck te voorsien van een sendinge die by de gemelde Placcaeten verboden wort in te willigen. Waer door dese oproerige aengeset worden om alle mogelyke middelen, die tot het verjaegen hunder ande Priesters dienstig syn, werckstellig te maeken; het geene onlangs Ian de Iong Priester tot Hilversom *heeft genootsaeckt om synen toevlugt tot haer Ed. Gr. Mog. te nemen en daer door af te wysen seeker Priester genaemt Hollander uyt Luyckerland en beroemt wegens oproerigheid, den welcken N. Bylevelt aldaer wilde indringen.*

Dat den voorschreven Bylevelt nogh ook groote ongelegentheden aendoet aen de Priesters, die naburig aen den Haegh syn, ende aen de Placcaeten van Ed. Gr. Mog. gehoorsaemen als syn Petrus Maes geboortig van S. Gravenhage Priester tot Ryswyk, *en Iaannes Block Gouwenaer Priester tot* Eyckenduynen, *door syn volck tot syn kerck te locken en syn Capellaenen om aen de siecken de Sacramenten te bedienen, dermaerts te laeten gaen.*

Dot hy nu in 't begin desers loopende jaers sigh naer de Stadt Gauda heeft begeven om Theodorus van der Croon en Guilielmus Wannaer Priesters aldaer te antrasten over hun sendingen, die sy wettelyk en ook conform aen de bovengenoemde Placcaeten hebben ontfangen, en dat hy op den 13. Ianuarii, verselt met syn Cappellaen aen de huysen van de voornoemde Priesters gekomen synde geseyt heeft: dat dewyl sy het voorige jaer niet hadden goetgevonden te pareren aen een evocatie Brief, waer by den Nuntius tot syne vierschael tot Ceulen hun

Nobilibus & Præpotentibus Dominis Statibus Hollandiæ & West-Frisiæ.

EXponunt summâ humilitate indigenæ & bene intentionati Sacerdotes Cleri Romani, quod N. Bylevelt Sacerdos Hagæ-Comitis, à multo tempore Regimen Catholicorum harum Provinciarum adeo publicè exerceat, conferendo vacantes ubique Pastoratus, aliisque modis, ac si expressè obtinuisset Concilii Deputati admissionem, per Decreta Nob. & præpot. Dominorum de 17. Augusti 1702. & 28. Aprilis 1709. requisitam. Insuper quod Sacerdotes Cleri bene intentionati, in Stationibus suis continuò inquietet, seditiosus istarum Stationum fovendo, iisque concedendo Sacerdotes Partis suæ munitos approbatione per prædicta Decreta prohibitâ. Unde seditiosi illi excitantur, ut media omnia possibilia exerceant quæ *ad expellendos* veteres Sacerdotes suos *conducunt*, id quod nuper coëgit Joannem de Jongh Sacerdotem in *Hilversom* ut recurreret ad Nob. Præp. Dominos, ad hàc viâ avertendum quemdam Sacerdotem nomine Hollanders oriundum ex patria Leodiensi, & de seditione famosum, quem N. Bylevelt ibidem intrudere conabatur.

Quod dictus Bylevelt magnas pariter molestias creët Sacerdotibus in vicinia Hagæ-Comitis degentibus qui Decretis Nob. Præp. DD.rum obediunt, quales sunt Petrus Maes Hagæ-Comitanus Sacerdos in *Rysxyck*, & Joannes Block Gaudanus Sacerdos in *Eyckenduynen*, quorum subditos ad Ecclesiam suam invitat & trahit, permittendo etiam ut Vicarii ejus infirmis istius viciniæ administrare possint ultima Ecclesiæ Sacramenta.

Quod sub initium currentis Anni contulerit se in Civitatem Gaudanam ad inquietandos Theodorum Vander Croon & Guilielmum Wannaer Sacerdotes ibidem circa suas respectivè approbationes seu Missiones quas obtinent legitimas & supr[illegible]adictis Decretis conformes. Quod cùm [illegible] 13. Januarii, stipatus Vicario suo, ven[illegible]sset in domos supradictorum Sacerdotum [illegible], prædictus Bylevelt eis enuntiaverit, quo[illegible]d cùm superiore Anno parere noluisse[illegible]t Litteris evocationis quibus Nuntius eos [illegible] ad Tribunal suum Coloniense citaverat [illegible] in quo secuti fuerant jussa Nobilium Co[illegible]sulum Civitatis Gaudanæ) ad docendum [illegible] de legitimis suis respectivè Missionibus, [illegible] dictus Bylevelt jam constitutus foret, p[illegible]er Delegationem

hun beriep, om aldaer wegens de wettigheyt hunder sendingen rekeninge te geven (waerinne sy hadden agtervolght het bevel van de Ed. Agtbaere Borgemeesters van Gouda) hy nu was aengestelt met een Commissie Brief voorsien om Judex in partibus *al-omme te ageren en by gevolgh om over de wettigheyt van haer sendingen te vonnissen.*

Dat hy Bylevelt gezegt heeft, dat het Capittel van Utrecht, waer af hunne Sendinge oorspronckelyck voortkomt, al over langh door desen tegenwoordigen Paus was te niet gedaen, dat soo sy aen de indicature van N. Bylevelt sigh wilden ten ondere geven, by alles sonde afdoen, en dat hy van den Staet hadde de permissie om dese syne commissie uyt te voeren, gelyck uyt de geannexeerde bylagen blyckt.

Voorts dat de Regeeringe van Bylevelt, vermits hy se doet als pretense Commissaris van den Brusselsen Internuntius en van het Roomse Hof, de despotique en onbepaelde Regeeringe van het selve Hof (waer tegen de gemelde Placcaeten als een Barriere schynen te syn geemaneert, en tegen de welcke alle de Roomsgesinde Vorsten voorsien, en alle Lief-hebbers der Souvereyne Overheden sigh seer craghtig stellen). onversettelyck in dese Landen invoert, en daer door de Inquisitie en de andere geweldenaryen, van welcke niet de minste syn, dat de Ministers van het Roomse Hof, van de Priesters doe sy onder het getal van de gehoorsaeme sullen stellen, voor af eysschen dat sy afwysen alle toevlught tot de hooge souvereyne Overheyd, en met eeden beloven dat sy sonder opsight op de Placcaeten ofte bevelen van den Souvereynen Maght, saodaenige voor Vicarissen over dese Landen sullen erkonnen als het Roomse Hof sal goetvinden aen te stellen.

Dat indien N. Bylevelt syne Regeeringe oeffent, sonder van de voorgeseyde admissie te syn voorsien (en dat alhier in s'Gravenhage onder het oog van den Souvereyn) noodwendigh het Roomse Hof van die persuasie moet worden, dat haer Ed. Gr. Mog. niet langer goedvinden de gemelde, en by al de wereld geroemde Placcaeten te hanthaven, ofte ook haer trouwe ende ten uytersten wel meynende Roomsgesinde Onderdaenen met de verige beweese protectie te begunstigen, maer wel aen haer en haere Ministers welgevallen willen overgeven.

Dat uyt de getoonde persuasie verder scheynt te sullen volgen dat Roomen niet light meer een Vicaris, die hier te Lande sig ophoud (en sonder het welcke de gemeyne rust ander de Roomse gemeente niet can berleven) sal inwilligen, maer wel eer alle regeeringe over de Ingesetenen deser Landen sal laeten in handen van haere Nuntiussen en Internuntiussen, vreemde Italiaenen, die steets van plaets verwisselen en by wylen in een

tionem Apostolicam, ut tanquam *Judex in partibus* ubique ageret & consequenter de legitimitate Missionum, suarum decerneret.

Quod dictus Bylevelt affirmaverit, Capitulum Ultrajectinum, unde ipsi Missionem suam omnem consecuti sunt, jam pridem per modernum Pontificem annullatum & cassatum esse, proinde se difficultates omnes terminaturum, si ejus sese vellent jurisdictioni subjicere, ad quam Commissionem executioni mandandam, plenissimam sibi à Statibus facultatem factam esse, prout ex annexis Instrumentis constat.

Præterea quod administratio dicti Bylevelt, cùm eam exerceat ut prætensus Commissarius Internuntii Bruxellensis & Curiæ Romanæ, despoticum & illimitatum ejusdem Curiæ regimen (contra quod prædicta Decreta emanarunt veluti repagulum atque Barriera, quodque Catholici etiam Principes, omnesque supremæ Auctoritatis Zelatores fortiter oppugnant) in has partes infallibiliter inducat, atque adeo Inquisitionem, aliasque violentas coactiones: inter quas minima non sunt Modi illi, quibus Romanæ Curiæ Ministri, à Sacerdotibus in numerum obedientium & morigerorum recipiendis exigunt, ut renuntient omni recursui ad Supremos hujus Patriæ Ordines, & jurejurando promittant, quod spretis Decretis & prohibitionibus DD.[um] Statuum, recepturi sint omnem illum pro Vicario Apostolico harum Provinciarum, quem Romana Curia voluerit constituere.

Quod, si N. Bylevelt administrationem suam exerceat sine prævia requisita admissioni (& hoc Hagæ-Comitis sub oculis supremæ potestatis) necesse sit, ut Curia Romana in illam opinionem veniat, quod Nob. & Præp. Domini non ampliùs velint prædicta & toto orbe laudata Decreta sua in viridi observantia continere & conservare, aut certè à fidis & summopere bene intentionatis Catholicis subditis suis pristinam suam benevolentiam auferre, ipsosque totos permittere Curiæ Romanæ, ejusque Ministris.

Quod etiam ex hac præconcepta per Curiam Romanam opinione, consequens esse videatur, quod Roma haud facilè concessura sit Vicarium qui in his Provinciis personaliter degat (sine quo tamen pax & tranquillitas publica inter Catholicos restaurari nequaquam potest) sed potiùs totam Missionis hujus administrationem commitet Nuntiis suis atque Internuntiis, peregrinis Italis, qui continuò locum mutant & in Ditionibus hujus Reip. hostium nonnumquam resident. Ille enim omnium molitionum suarum scopus est, ut imperii sui fines per has Provincias latiùs semper extendant, Ministrorum suorum crumenam ex pecuniis incolarum hujus Reip. largiùs

im-

vyandlyk Land resideren, sulcx synde het alderdienstigste voor haer oogwit, het welke is, de paelen van haer maght in dese Landen steets verder te verbreyden, de sacken van haere Ministers door het gelt der Ingesetenen van dese loffelyke Republieck te vollen ende de Priesters der welmeynende Clergie soolang sy Weesen sullen syn, te verdrucken.

Dat uyt den staet waerinne de welmeynende Clergie door het alhier geallegeerde wort gebragt, noodnendig sal volgen haer uyterste ende totale ondergancк, vermits datter nu geen middel meer over is om eenige nieuwe Priesters in plaets van de stervende te krygen, door dien geen eenigh uytheems Bisschop, zelfs in Vranckryck, te vinden is, de welcke de moeyelykheden, die hy deswegens van het Roomsc Hof te gemoet siet, nietagtende, de Weydingen die tot het Priester-Ampt nodigh syn, aen de aenquekelingen der Clergie soude willen geven.

Eyndelyck dat het Roomsche Hof niet alleen door N. Bylevelt haer ooghwit bereyckt, maer daer door ook, dat de Jesuiten in verscheyde plaetsen deser Provintie, niet alleen tegen de gemelde Placcaeten, maer daer en boven nogh tegen een besondere aenseggingе van wegens haer Ed. Gr. Mog. aen haer gedaen van dese Provincie te ruymen, daer weder inne komen, de welcke alle vol syn van sughs om de Ingesetenen in te boesemen de hoogdravende gevoelens der Roomsche Maght over het tydelyck van Princen en Vorsten, ende de Trouwe ende Gehoorsaemheyt der Onderdaenen aen de Souveraine Overheyd, en welekers doelwit steets is den ondergancк der welmeynende Clergie te verhaesten, en dit, door het afsetten van Petrus Codde Aerts-Bisschop van Sebasten by den Paus te weegh te brengen, ontfeylbaer souden hebben bereyckt, ten waere dat haer Ed. Gr. Mog. sigh hadden gewaerdight door haer Placcaeten de ingesetene Clergie te hulp te komen.

Dit soo synde soo keeren sy Supplianten sigh tot haer Ed. Gr. Mog. seer eerbiedig en seer ootmoedigh versoeckende dat het haer mag wel gevallen, de Supplianten te doen kennisse hebben in wat voor wyse sy in't opsigt van N. Bylevelt sigh sullen moeten gedraegen sonder de Placcaeten van haer Ed. Gr. Mog. te overtreden of het gesag van haer Ed. Gr. Mog. te krencken.

En dat haer Ed. Gr. Mog. gewerdigen alle verdruckingen van de Supplianten af te weeren, de mags oeffeninge tegen de Placcaeten te verhinderen, en tegen den indruck der Jesuiten te voorsien. Dit doende &c.

impleant, & Sacerdotes bene intentionati Cleri, quamdiu pupilli sunt, indesinenter opprimant.

Quod ex istis rerum angustiis, in quas bene intentionatus Clerus per prædicta conjicitur, necessariò secuturus sit ejusdem Cleri totalis interitus, cùm nullus modus supersit novos Sacerdotes in decedentium locos obtinendi, nullusque reperiatur extraneus Episcopus, ne quidem in Gallia, qui contemptis difficultatibus inde cum Romana Curia orituris, Ordinationes Sacerdotales novellis Cleri alumnis impendere velit.

Postremò, quod Romana Curia per N. Bylevelt non tantùm consequatur universi propositi sui finem & scopum, sed etiam per hoc, quod Jesuitæ in diversa harum Provinciarum loca, non tantùm contra prædicta Decreta, sed & insuper contra particularem Insinuationem ut hisce Provinciis excederent, pro parte Nob & Præp. DD.[rum] ipsis factam, irrepserint, illi qui pleni sunt ardore & zelo, hominum mentibus instillandi magnificos Romanæ potestatis animos circa temporalia Regum atque Principum, & circa fidelitatem & obedientiam subditorum: & quorum particulare intentum jam est, ut accelerent interitum *Cleri bene intentionati* id, quod infallibiliter consecuti fuissent, per procuratam apud Papam depositionem Petri Codde Archiepiscopi Sebasteni nisi Nob. & Præp. Domini dignati fuissent indigenis Clericis per Decreta sua succurrere.

Hæc cùm ita sint, convertunt se Supplicantes ad Nob. & Præp. DD. Vestras, reverenter & humiliter rogando ut Nob. & Præp. DD. placeat Supplicantibus indicare quem modum observare debeant erga N. Bylevelt sine violatione Decretorum suorum, & sine læsione potestatis Nob. & Præp. DD. Vestrarum.

Et ut Nob. & Præp. Dominis placeat omnem oppressionem à Supplicantibus avertere omne exercitium publicum, Decretis contrarium, prohibere, & contra Jesuitarum insinuationes providere. Quod faciendo &c.

EERSTE BYLAGE.

Copye van een Notificatie-Brief nopende het gene is voorgevallen den 13. Januarius 1717. geteekent door Guilielmus Wannaer en Gislenus Priem beyde Priesters tot Tergouw oog en oorgetuygen.

DEn 13. deser Jan. is Heer Bylevelt ontrent 9. uuren des morgens gecomen ten huyse van my in bywesentheyt myns per-

ANNEXUM PRIMUM.

Copia Notificationis super eo quod 13. Jan. 1717. accidit, signata per Guilielmum Wannaer & Gislenum Priem ambos Sacerdotes Gandanos testes oculatos & auritos.

DIe 13. hujus Mensis Januarii circa horam nonam matutinam, domum meam venit D.nus Bylevelt in mea præsentia & D.

soons, endi H. Priem, en H. Bylevelts Capellaen: hy Bylevelt sprack my aen in deser voegen: myn Heer UE. weet de Evocatie soo van u persoon als d'Heer Vander Croon door den Nuntius van Ceulen geschiet 1716. ('t geen ik niet loochende) maer dusdaenige is door my gestremt, dewyl dusdanige strydigh syn tegens de wetten onser Landen, soo is myn maght gegeven om als Rechter die saecken binnen Lants af te doen: en by aldien UE. aen myn persoon sigh wil gedraegen, dat hy dan die saecken nopende het swevende geschil soude afdoen.

Dat meer is hy seyde dat van den Staet om sommige Commissien to volbrengen was bemagtight.

Dit alles by ofte ontrent voorgevallen te syn onderteekenen wy. En was geteekent: GUILELMUS WANNAER. GISLENUS PRIEM.

Dni Priem & Capellani D.ni Bylevelt; qui Bylevelt in hunc modum mihi locutus est: Nota Tibi est Domine mi, Citatio Nuncii Coloniensis Anno 1716. facta, tam de tua persona quàm de Domino vander Croon (id quod non negabam) sed ejusmodi Citatio me annitente cessavit. Cùm talis Citatio contraveniretur Patriæ nostræ legibus, data est mihi potestas ut tamquam hujus Causæ Judex eam in loco finiam: si igitur me ut talem agnoscere velis, rem hanc circa causam pendentem terminabo.

Et quod amplius est, dicebat se à Statibus habere facultatem, ut nonnullas commissiones adimpleret.

Hæc omnia præter propter ita contigisse, nos signamus. *Erat signatum.* GUILELMUS WANNAER. GISLENUS PRIEM.

TWEEDE BYLAGE.

Copye van een Extract uyt een Brief van Guilelmus Wannaer gesonden aen H. van Heussen 13. Jan. 1717.

.... *Waer op hy Bylevelt als heden desen morgen by my quam ende dede syn voorslagh, eerst gaf hy my te kennen dat ik seer wel wist, hoe verre wegens myn persoon een Citatie was gedaen wegens den Nuntius Archinto. Ten tweeden, hoe dat de Citatie was gestremt door H. Bylevelt, waer op ik aen hem: Edog door den Souvereyn gedwongen, antwoordede.... Ten derden dat hy ter oorsaecke dier stremminge was aengestelt* Judex in partibus. *Ten vierde, vroeg ik hem van wie, hy seyde van den Paus en van den Nuntius Archinto.*

ANNEXUM SECUNDUM.

Copia Extracti ex Epistola Guilelmi Wannaer missâ ad D. Hugonem van Heussen 13. Januarii 1717.

.... Ad quæ ipse Bylevelt cum hodie mane me accederet & propositionem suam faceret, primò significabat mihi, quod optimè scirem quomodo de mea persona facta esset una citatio per Nuntium Archinto. Secundò quomodo illa citatio cessasset per ipsum Bylevelt, ad quæ ego, sed per potestatem supremam coactus, respondebam ..... Tertiò, quod ipse ex causa istius cessationis constitutus esset *Judex in partibus.* Quartò, petebam à quo esset constitutus judex, & replicabat: à Pontifice, & à Nuntio Archinto.

Alter Libellus supplex à Refractariis Sacerdotibus CV. Ordinibus Hollandiæ oblatus Mense Octobri 1717.

Aen haer Ed. Groot Mog. de Heeren Staeten van Holland en West-Vrieslant.

V*Ertoonen seer eerbiedig de wel meenende Ingesetene Priesters der Clergie, dat, niet tegenstaende de overgroote voorsorge, waer mede haer Ed. Groot Mog. noch onlangs haer trouwe Ondersaeten hebben gewaerdight te versterken tegen de quellingen der Evocatie-brieven van Hieronymus Archinto Ceulsen Nuntius, en niet tegenstaende de middelen, waer door U. Ed. Groot Mog. hebben getragt te weeg te brengen, dat den gemelden Archinto soodanige Proceduren son staken, hy wederom nieuwe Evocatie-brieven herwaerts heeft gesonden, een aen* Johan Libon *Capellaen van Willem Van Daelenoort Priester in 's Gra-*

Nobilibus & Prepotentibus Dominis Statibus Hollandiæ & West-Frisiæ.

SUmmâ cum reverentiâ exponunt bene intentionati indigenæ Sacerdotes Cleri, quod, non obstante maximâ applicatione quâ Nob. & Præp. DD. Vestræ nuper admodum dignatæ sunt præmunire fideles subditos suos contra vexas Evocationum Hieronymi Archinto Nuncii Coloniensis, & non obstantibus rationibus quibus Nob. & Præpot. DD. VV. efficere conatæ sunt ut dictus Archinto cœptis desisteret, novas ipse rursus Evocationis litteras ad has partes miserit: Unam Joanni Libon Capellano Guilelmi Van Daelenoort Sacerdotis Hagæ-Comitis (Coloniæ affixam die 13. Augusti proximè præteriti, & receptam die 24. ejus-

Digitized by Google

venhage (te Ceulen geaffigeert op den 13. Augusti laestleden, ontfangen op den 24. der selve Maendt) en aen den selven nog een ander geaffigeert op den 7. September (ontfangen op den 17) waer af de Copyen hier geannexeert syn.

Diergelycke en op den selven tyd syn'er gesonden aen Johan van Heyningen Priester te Utrecht, en aen N. Verheul, die voor weynige daegen gesonden is naer de Helder *om aldaer de Statie waer te nemen, en die ter oorsaeck van soo een Evocatie brief, die de qualyck genegende niet naletten bekent te maken, licht veel nadeel in syn nieuwe bediening son konnen hebben.*

Dat N. Bylevelt ende de syne steets met sulcke Rust-staorende Ministers van 't Roomse Hof corresponderen, en haer heerschappy tot groot nadeel der wel meenende doen stand grypen, gelyck wytloopig getoont is in een Request op den 23. Junii aen haer Ed. Groot Mog. geexhibeert, aen 't welcke men sig refereert.

Dit aldus synde, soo versoecken de Suppliantenseer ootmoedig en seer eerbiedig, dat haer Ed. Groot Mog. gewaerdigen soodanige middelen te gebruycken als met haer overgroote en beroemde wysheyt over een kome en dienstig syn, om de Ingesetenen deser Landen te bevryden van de ontrustinge, die haer steets van wegens de Roomse Ministers wort aengedaen, en om haer onregtmatige en onbepaelde heersinge, al te langh door N. Bylevelt gehandhaeft en voortgeset, te doen ophouden.

En dat eyndelyck haer Ed. Groot Mog. gewaerdigen de goedheyd te hebben, van op het gemelde Request, waer in het nadeel dat het Roomse Hof aen de Ingesetenen deser Lande, en aen de Republieck self veroorsaeckt, wydloopig vertoont is, te reflecteren. Dit doende &c.

ejusdem) & eidem alteram affixam die 7. Septembris (receptam die 17.) quarum copiæ hic annectuntur.

Similes, eodemque tempore, missæ sunt Joanni van Heyningen Sacerdoti Ultrajecti, & N. Verheul, qui à paucis diebus missus est ad locum *de Helder* ad curandam ibi Stationem, & qui ex causa similis Evocationis, quam malè intentionati publicare non desinunt, multum fortè præjudicii pati posset in officio suo.

Quod N. Bylevelt & Sui, continuò commercium habeant cum similibus pacis turbatoribus Ministris Curiæ Romanæ, faciantque ut eorum dominatus invalescat, magno bene intentionatorum præjudicio, prout fusè ostensum est in libello supplici die 23. Junii Nob. & Præpot. DD. VV. exhibito, ad quod se referunt.

Hac cùm ita sint, Supplicantes humillimè & reverenter obsecrant, ut Nob. & Præpot. DD. VV. dignentur ea media adhibere, quæ cum permagna & celebri sapientia sua conveniunt & apta videbuntur, ut incolæ harum Regionum præserventur à vexatione quæ eis continuò infertur à Ministris Romanis, & ut cesset eorum dominatio injusta & illimitata, quam N. Bylevelt diu nimis vindicavit & promovit.

Finaliter ut Nob. & Præpot. DD. VV. pro sua bonitate dignentur expendere prædictum Libellum, in quo fusè explicatur præjudicium quod Curia Roma causat harum Regionum indigenis, imò ipsi Reipublicæ. Quod faciendo &c.

CVI. Breve Apostolicum quo Joannes van Bylevelt constituitur Vicarius Apostolicus per Fœderatum Belgium. De 2. Octob. 1717.

CLEMENS PAPA XI.

Dilecte fili, salutem & Apostolicam Benedictionem. De cura Christi fidelium in Hollandiæ, illique Fœderatarum Provinciarum partibus existentium, pro Pastorali nostro munere soliciti, ac de tuâ fide, doctrinâ, prudentiâ, charitate, & Catholicæ religionis zelo plurimùm in Domino confisi, Teque à quibusvis Excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causâ latis, siquibus quomodolibet innodatus existas, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, de nonnullorum ex Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus super rebus Hollandiæ specialiter deputatorum consilio, Te in eisdem Hollandiæ, & Fœderatarum Provinciarum hujusmodi partibus, Vicarium Apostolicum cum Facultatibus, quæ in aliis nostris in simili forma Brevis Litteris continentur, ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum auctoritate Apostolicâ tenore præsentium facimus, constituimus, & deputamus non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris Die secunda octobris M. D. CC. XVII. Pontificatûs nostri Anno decimo septimo.

F. CARDINALIS OLIVERIUS.

Superscriptio erat:

Dilecto Filio Joanni Van Bylevelt P.bro seculari Ultrajectensi.

COPIA

COPIA

Pſeudo-Miſſionis, quam dederat Cornelius Steenoven prætenſus Vicarius Harlemenſis D. de Jager Sacerdoti legitimè miſſo ad Stationem de Berebeyt, & quam admittere recuſavit. CVII.

CORNELIUS STEENOVEN *Capitulorum Ultrajectini & Harlemenſis utrâque Sede vacante Vicarius Generalis R. D. de Jager Diœceſeos Harlemenſis Presbytero Salutem in Domino.*

UT in ſuburbiis Amſtelodamenſi extra portam Ultrajectinam loco R. D. Vander Cruyſſen aliò evocati, Paſtorem agere legitimè valeas, Tibi, quem idoneum in Domino confidimus, præſentium vigore facultatem largimur. In cujus fidem haſce litteras manu noſtrâ ſignatas, & ſigillo noſtro munitas dedimus. Lugduni 26. Septembris 1721.

Loco † Sigilli

infra habebatur

CORNALIUS STEENOVEN, ut ſupra.

Epiſtola Cornelii Steenoven ad Joannem Arnoldum Libon Sacerdotem intruſum Gaudæ ubi vicariam operam exercebat poſt clanculariam Ordinationem ſuam. *Hanc Epiſtolam ſervamus Autographam.* CVIII.

ZEer Eerw. Heer. Ik heb agt dagen buyten Leyden geweeſt om ſaken die onze Kerk aengaen. Wat nu belangt d'openbaring van de Biſſchop die UE. gewyt heeft, op vertrouw en toeſegging van Secreteſſe, dat moet abſolut gehouden worden, want wy ſouwen van ider verlaeten worden, en geen Biſſchop zou ooit part en deel nemen om ons te helpen: als ſulx uytlekte aen de grootſte ontrouwigheid van de Wereld ſouwden wy ſchuldig ſyn. Gelieft dat op het alderbeleefſte aen d'Heeren die UE. vorderen te doen begrypen, gelyk dat nodig of dienſtig ſynde ik dat wel mondeling wil komen doen. Indien UE. verder op de Zending geprænt word, zo gelieft uwe voornamen en toenamen van alle de vier Heeren de Cloro, *die ik hartelyk doe groeten, over te ſenden. Midderwyl verblyf ik, zeer Eerw. Heer, UE. D. W. Dienaer.* Ende was geteekent.

C. STEENOVEN.

Leyden den 17. Octob. 1719.

Het upſchrift was: Myn *Heer d'H. N. Libon ten huyſe van de H. Wannaar. Tot Tergouw.*

ADm. Rev. Domine, Octo diebus abfui Lugduno-Batavorum ob negotia quæ Eccleſiam noſtram concernunt. Quantùm verò jam attinet detectam notitiam illius Epiſcopi qui Dom. V. Ordinavit, cum fiducia & promiſſione ſervandi ſecreti, illud abſolutè ſervandum eſt, quia (*aliàs*) omnes defererent nos, & nullus unquam Epiſcopus ad nos juvandos inclinaretur: ſi id palam fieret, turpiſſimæ infidelitatis eſſemus rei. Humaniſſimâ ratione fac, ut id intelligant Domini illi qui hoc à te poſtulant, prout ego, ſi id neceſſarium ſit aut ita conducat, paratus ſum venire ad illud oretenus præſtandum. Si Dom. Veſtra ulteriùs compellatur ad exhibendam Miſſionem ſuam, dignetur transmittere nomina & cognomina omnium quatuor Dominorum de Cloro, quos ex animo ſaluto. Interim maneo, Adm. Rev. Domine, Dom. Veſtræ Servus. *Erat ſignatum*: C. STEENOVEN

Lugduni Batavorum die 17. Octob. 1719.

Inſcriptio erat; Domino N. Libon. Domi Domini Wannaar. Gaudæ.

CIX. Epistola prætensè Pastoralis Cornelii Steenoven & Gysberti van Dyk se dicentium Vicarios Generales Ultrajectinos. 6. Aprilis 1724.

CORNELIUS STEENOVEN, *S. T. D. ac Capituli Metrop. Ultrajectini, nec non & Harlemensis, Sedibus vacantibus, Vicarius Generalis, &* GISBERTUS VAN DYK *Pastor, memorati Capituli Ultrajectini Vicarius Generalis, omnibus Diœcesis utriusque Pastoribus ac Vice-Pastoribus, ac reliquis Presbyteris tum Secularibus tum Regularibus, atque etiam omnibus Catholicam Fidem profitentibus.*

Dilectissimi in Christo, gratia Vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino JESU CHRISTO.

CUm Divina Providentia, sine cujus nutu ne vel passer in terram cadit, Sanctissimum Patrem nostrum INNOCENTIUM. XIII. post trium annorum Pontificatum ex hoc seculo evocandum censuerit, duplicis officii commonendi estis, scilicet ut pro defuncti anima ad Deum preces fundatis, utque tanto culmine dignum successorem à Divina Misericordia debita instantiâ petatis. Qui ad summas Dignitates fuerunt evecti, non minùs his precibus egent quàm mediocres, vel infimi: quippe dum alios regendos suscipiunt, pro animabus eorum rationem reddituri, aliisque sese impendunt, ipsi majora pericula adeunt. Quum igitur Pontifex Maximus INNOCENTIUS XIII. onus gravissimum pro nobis subire ac gestare non detrectaverit, misericors à Domino judicium ei precari debemus.

Neque novi Pontificis creationem, cujus gratia modò in unum locum convenerunt purpurati Patres, modici credite momenti esse, cum qua profectò conjuncta est multorum salus. Pastores bonos concedit Deus, quando misericordiam exercere statuit. *Convertimini*, ait per Jeremiam cap. 3. *filii revertentes, & dabo vobis Pastores juxta cor meum, & pascent vos scientiâ & Doctrinâ.* Tales Pastores spiritu S. uncti, fideliter & impigrè verbum Dei prædicant; sub illis, scientiam & doctrinam amplectente populo, Ecclesia honore augetur; illi contrà errores ingruentes & vitia, gladio spiritûs strenuè pugnant, & pro domo Dei sese ut murum objiciunt. Non semetipsos, sed gregem pascunt; quod infirmum est consolidant; quod ægrotum sanant; quod confractum alligant; quod abjectum, reducunt; & quod perierat, quærunt, non cum austeritate imperantes & cum potentia. Tales Pastores sunt deliciæ Orbis, & propagando Christi regno mirificè conducunt. Dum verò aliter imbuti Pastores, qui ob peccata populorum subinde regnare sinuntur, contrariam viam insistunt, disperguntur greges, & fiunt in devorationem omnium bestiarum agri.

De Servatore nostro in Evangelio legimus, quod turbis sine Pastore jacentibus & vexatis misertus, dixerit discipulis suis, Messis quidem multa, Operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum Messis, ut mittat operarios in Messem suam. Et huic præcepto audientes Discipuli, in locum vacantem, alium Apostolum electuri, proposuerunt ex probatioribus viros duos, Josephum qui vocabatur Barsabas & cognominatus est justus, & Mathiam; & tum orantes dixerunt, „ tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his „ duobus unum, accipere locum ministerii „ hujus & Apostolatûs de quo prævaricatus est Judas &c.

Matth. 9. Act. 1.

Nunc verò nobis Deus ferventioribus precibus interpellandus, quum, in præsenti Ecclesiæ necessitate maximâ, eligendus est Pastor, qui sit omnium Pastorum primus, & præcipuus successor Petri, qui omnium Ecclesiarum curam gerat, & ubique collapsa, juxta Dei verbum & Canones Ecclesiasticos, restauret, & qui cæteris altiùs evehendus illis ampliùs Christum diligat.

Tantum ergo beneficium non perfunctoriis, sed instantibus precibus postulemus, benignum Dominum precantes, ut Patres Purpuratos, quorum prudentiæ ac pietati tanti

[illegible]nti causa relicta est, collustra-[illegible], atque in medio eorum sese [illegible]sistere, ambitum omnem, & [illegible]ia commoda respectum, ab Ele-[illegible]udere, & omnes sincero Christi [illegible] Ecclesiæ ejus perfundere, quò [illegible]ant in eum, qui Deo acceptus, & [illegible] ac vitæ sanctitate fulgens, ad Dei [illegible]lutemque ovium tantum munus [illegible]: qui etiam, quod nos potissi-[illegible] commotas tempestates in no-[illegible] Ecclesia componere valeat, velitque. Nostra [illegible] jam sævientibus procellis aliquot jam annis [illegible] jactemur. Cernitis pacem exu-lare, & [illegible] rum schisma fidelem populum distrahere. [illegible] Legitimos Pastores à multis de-seri, dum aliis Presbyteris, verâ Missione ac potestate carentibus, sese adjungunt. Et quis Majorum nostrorum sanctimoniam, cum præsenti morum collapsione conferens, non exclamare cogitur, *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus?* &c. Proprio Pastore aliquot retro annis se-demus orbati qui malis ingruentibus queat obicem objicere.

Thren. 4.

Istæ quoque miseriæ, preces nostras ge-mitusque requirunt. Orate itaque Domi-num ut, Scismate memorato exoncto, om-nium fidelium corda mutuâ caritate con-jungat, & ventis marique imperans, tran-quillitatem restituat, & demum proprio Pastore, proprio, inquimus, Episcopo nos beët.

Preces autem non vacuas aut nudas fun-dite, sed eleëmosynis juxta cujusque vires, jejuniisque suffultas. Etenim juxta Angeli ad Tobiam effatum, *bona est Oratio, cum jejunio & eleëmosyna.*

Tob. 12.

Velimus igitur quàm primùm in singulis Oratoriis pro requie animæ Sanctissimi Pa-tris INNOCENTII XIII. Missam pro De-functis solemni ritu celebrari, populo præ-monito, & ad eandem invitato.

Et præterea, altera opportunâ die Mis-sam aliam de Sancto Spiritu, ad gratiam ejus implorandam pro congregato Eminen-tissimorum Patrum Cœtu.

Et ulteriùs semel quavis hebdomadâ Mis-sam talem à singulis Pastoribus recitari, quamdiu novi Pontificis Electio Eminen-tissimorum Patrum cœtum tenebit occupa-tum.

Optemus præterea isto tempore durante, quavis hebdommadâ feriam sextam vel sab-bathum jejunio deputari, & eleëmosynæ aliquid cum jejunio conjungi.

Præcipuè autem cor verè pœnitens de de-lictis nostris Domino offeramus, cum sin-cera voluntate mores in melius emendan-di, & suave jugum Christi suscipiendi. Si-cut enim oratio ejus, qui aures declinat ne legem audiat, execrabilis est, ita cor contritum & humiliatum ipse non despicict. Quumque ei placuerint viæ hominis, ini-micos quoque ejus convertet ad pacem.

Prov. 28. Psalm. 50. Prov. 16.

Dominus Jesus in hac Sacratissima So-lemnitate Paschali corda vestra à veteri fer-mento expurgata, sinceritatis & veritatis azymis abundanter reficiat, & vos cœlesti suâ benedictione soletur atque confortet.

Datum 6. Aprilis 1724.

Schedula Guilielmi Frederici van Daelennoort prætensi Archipresbyteri Delflandiæ de 13. Aprilis 1724. *Hanc Schedulam servamus Autographam.*

CX.

Omnibus & singulis Pastoribus, Vice-pastoribus, aliisque Presbyteris, qui in Parœciis sub Archi-presbyteratu Delflandico curam exercent Pastoralem, Salutem plurimam dicit GUILIELMUS FREDERICUS VAN DAELENNOORT, *Officialis, & Canonicus Capituli Metropolitani Romano-Catholicorum Ultraject. Delflandiæ Archi-presbyter, & Pastor Hagæ-Comit.*

CUm charitas erga communem Patrem Summum Pontificem INNOCENTIUM XIII. nuperrimè defunctum exigat, ut ejus memoria fiat ad Altare Domini un-de dispensatur victima sancta, quâ deletum est Chyrographum quod erat contrarium nobis, & omnium Romano-Catholicorum quàm plurimùm intersit quisnam ad sum-mi Pontificatûs apicem evehatur, atque hanc ob causam justum æquumque sit, ut omnibus fidelibus prælegatur hisce juncta Pastoralis Epistola, ipsam ab acceptâ mox Tibi, Reverende Domine, duxi mittendam. Dabam Hagæ-Comit. Aprilis Die 13. Anni 1724. Qui supra. G. F. VAN DALEN-NOORT.

EPISTOLA

CXI. Epiſtola Paſtoralis Ill.^mi & Rev.^mi D. Joſephi Spinelli Internuntii Apoſtolici, cum Epiſtola Emin.^morum & Rev.^morum S. R. E. Cardinalium in Conclavi Apoſtolico pro electione Summi Pontificis congregatorum. Die 4. Maii 1724.

JOSEPH SPINELLI *Abbas S. Catharinæ, in Belgio ac Burgundiæ Comitatu cum facultatibus Nuntii, Apoſtolicus Internuntius, ac ad regimen Miſſionum Hollandicarum à Sancta Sede ſpecialiter deputatus.*

Univerſis Catholicis in Fœderato Belgio commorantibus, & in Sanctæ Sedis Apoſtolicæ obedientia & Communione degentibus, ſalutem in Domino ſempiternam.

SUmmi Pontifices, qui pro ſua divinitùs tributa poteſtate ac charitate, univerſarum Eccleſiarum curam complectuntur, eas præcipuè ſingulari fovent ſtudio, majoribuſque beneficiis proſequuntur quæ Apoſtolico eorum patrocinio, Paternáque vigilantiâ magis indigere videntur. Has inter principem vos quidem locum ſemper tenuiſſe probè ſcitis, quandoquidem ex quò veſtris Paſtoribus, temporum conditione, deſtituti fuiſtis, ſaluberrimis vos pabulis nutrire, muneris officiique ſui Vicarios vobis regendis, ac in Catholica Fide confirmandis conſtruere non deſtiterunt. Hinc ſapientiſſimo Romanorum Pontificum conſilio factum eſt, quod Fœderati Belgii Eccleſiæ tot annis mutuâ inter ſe concordia, & pace floruerint & pietate ac ſanctitate primorum Eccleſiæ ſeculorum imaginem præ ſe tulerint, adeo ut majores veſtri de tot immenſis Apoſtolicæ Sedis meritis ac beneficiis immortales eidem gratias agerent, magnæque ſibi gloriæ, atque utilitati eſſe ducerent, quod pro amiſſis Epiſcopis Summos ipſos Pontifices animarum ſuarum Paſtores, optimoſque Patres accepiſſent. Hic florentiſſimus erat Eccleſiarum veſtrarum ſtatus, cùm inimicus homo tanto bono invidens zizania in tam abundanti meſſe ſeminare, agrumque Dominicum noxiis venenatiſque herbis corrumpere ſategit. Intelligere benè poteritis quanto Romanis Pontificibus dolori fuerit dum ea nuncia acceperunt; non ſiccis enim oculis aſpicere poterant dilectiſſimum ſibi populum, qui in Romanæ Fidei puritate & conſtantia tamdiu permanſerat, novis temporum opinionibus, à Sancta Sede damnatis ac ab univerſa Eccleſia proſcriptis, imbui, atque à Catholicæ Eccleſiæ Fide divelli; quare plurimùm laborarunt ac contenderunt, ut naſcentium inter vos errorum morbo protinus mederentur, ne radices altiùs ageret, ac medicinali vindictâ, & charitatis ſeveritate omnem operam diligentiamque adhibuerunt, ne modicum fermentum totam maſſam corrumperet. Ii autem, qui aures novitatibus primùm præbuerant, à Summis Pontificibus detecti, coactique quàm ſæpiſſimè, ut Fidei ſuæ profeſſionem ederent, ſeque ab erroribus, de quibus accuſabantur, purgarent, nedum adduci nunquam potuerunt, ut Romanam Fidem & Apoſtolicas Conſtitutiones ſincerè profiterentur, verùm ut ſuam pervicaciam meliùs tegerent, vobiſque omnibus tutiùs illuderent, jura tituloſque ementientes, ſomniumque quod Patres eorum nunquam ſomniarunt ſomniantes, univerſas Eccleſias veſtras ſibi ſubjicere, ac iiſdem potiri moliti ſunt: *Agrum non ſuum demetentes, & vineam ejus quam vi oppreſſerunt vindemiantes.* Job. 24. vers. 6. Sibi enim blandiebantur hac ratione à neceſſaria, & juſta Summorum Pontificum animadverſione ſe meliùs tegendos, commodiùſque ſibi futurum damnatarum doctrinarum venenum per totas Eccleſias veſtras ſpargere. Sacrilegos, nefarioſque illos auſus impunitos Sancta Sedes non reliquit; in memoriam enim revocare poteſtis quæ in illos lata fuerint Decreta; at ipſi audaciores effecti, crimina criminibus addendo, exinde nil aliud egerunt, quàm Romanorum Pontificum famam, quà Concionibus ad populum, quà Libellis in vulgus ſparſis proſcindere, tantoque in Apoſtolicam Sedem furore debacchati ſunt, ut ab Hæterodoxis pejus expectare non poſſemus: *Nec timent Deum* (ut Amolonis ad Gotteſcalchum verbis utar) *quod in tales, &*

tantos

[illegible] *boli laqueos per vanam instabi-* [illegible] *entis, & corporis, & vaniorem* [illegible] *n, atque arrogantiam inciderunt:* [illegible] *cione, quod in tot erroribus &* [illegible] *ab omnibus ubique deprehendun-* [illegible] *furantur: nec dolent, quod ecce* [illegible] *corpore Ecclesia justa severitatis* [illegible] *e, Precibus, atque omni bonorum* [illegible] *p, & solatio fraudati remanse-* [illegible] intérea paternâ suâ charitate, [illegible] ut ad Romanam Sedem, & Pe- [illegible] qua multiplici pervicacia se [illegible] redirent, Romani Pontifices [illegible] hortari non destiterunt, [illegible] patientiæ media non modò [illegible] erunt, verùm illi in peccatis suis [illegible] ultrà pergere non dubitarunt, [illegible] fractis. Ecclesiasticæ Disciplinæ ac Apostolicarum Constitutionum cancellis, Cornelium Steenhoven Sacerdotem, inaudito anteà ab omnibus more, Episcopum sibi eligere ausi sunt. En quò homines ducit vesana libido. Ut Apostolicæ Sedis jugum semel excusserint, in apertum nimirum Schisma prorumpere! Intolerabilem hanc illorum hominum audaciam severissimo certè judicio defunctus Summus Pontifex condemnasset, ni morte correptus id justum temeritatis judicium cæteris reliquisset. Sacrum ergo S. R. E. Cardinalium Collegium, ad quod Summi Pontificis obitu, ista causa devoluta est, hæc intelligens inhorruit, verensque ne turbulenti illi homines, hâc Romanæ Ecclesiæ viduitate, facinus suum executioni mandare auderent; Litteris suis, quas integras vobis communicare volumus, defuncti Pontificis de execrabili illa Episcopi electione mentem; suamque de audacissima illorum hominum petulantia sententiam vobis omnibus per Nos patefaciendam mandavit. Vos igitur, pars Dominici gregis, Summis Pontificibus dilectissima, cavete ne ab iis seducamini, de vestra enim agitur æterna salute. Majores vestri tanta animi firmitate & constantiâ laborarunt, ut vos in S. Romanæ Sedis obedientia, ac fide servarent! Vos autem justam Patrum vestrorum conceptam de vobis spem, forti ac laudabili Apostolicarum Constitutionum defensione susceptâ, confirmare debetis. Fidei depositum, certam Patrum vestrorum hæreditatem, pro qua tam viriliter pugnarunt, diligentissimè custodite, idque ab alienorum insidiis vindicate. Arguite illos ac in Domino exhortamini, ut tandem ad veritatis agnitionem perveniant, atque ad Romanam Ecclesiam, à qua tot annos luctuosâ secessione avulsi sunt, priusquam magni judicii dies veniat, regrediantur. Vobis interea ab omnipotenti Deo Fidem, gratiam, & pacem ex animo peropto. Datum Bruxellis 4. Maii 1724.

Locus † Sigilli JOSEPH SPINELLI *Abbas S. Catharinæ.*

Exemplar Epistolæ Sacri Collegii S. R. E. Cardinalium, Apostolicâ Sede vacante, scriptæ ad Internuntium Bruxellensem. Die 8. Aprilis 1724.

CXII.

Miseratione Divinâ Episcopi, Presbyteri & Diaconi S. R. E. Cardinales. Reverende nobis in Christo salutem in Domino.

QUanta Nobis in hoc communi Ecclesiæ luctu de Summo Pontifice deligendo sollicitis, accesserit doloris acerbitas ex turbulentorum hominum temeritate, qui ad res Ecclesiasticas in partibus Hollandiæ novandas, atque ad Catholicam simul doctrinam, & Canonicam disciplinam evertendam, conspirarunt, verbis Tibi satis explicare non possumus. Præsertim cùm nova illos scandala moliri, & Consecrationem Pseudo-Episcopi abs se temerè electi, contra omnes Apostolicas regulas urgere nunciaveris, ita ut vereri fortasse quis posset ne imprudentibus, rerumque ignaris fucum facientes, conceptum facinus exequantur, & Christi Ecclesiæ nova tentent vulnera imponere. In tanto itaque animarum periculo, gravissimis licet Comitiorum nostrorum curis distenti, facere non possumus, quin vigilantiam tuam multis hactenus argumentis testatam, probatamque, ad nova diligentiæ experimenta provocemus. Tibi propterea sedulò injungimus, ut Catholicis in Hollandia degentibus in memoriam revoces, quæ die septimâ mensis Aprilis Anni 1703. S. Mem. CLEMENS XI. ad ipsos perscripserat Apostolicis suis Litteris, quæ simplicibus, ut sibi caverent, & errantibus, ut in viam veritatis redirent, satis esse debuissent. Intelligant proinde quàm projecta & intoleranda sit paucorum Clericorum audacia, quâ ementito Ultrajectentensis Cleri nomine, à cujus antiqua virtute, ac laude tam longè absunt, non solùm Capituli Cathedralis, seu Metropolitani titulum sibi mendaciter præscripserunt, sed etiam, veluti Ecclesiastica jurisdictio solâ nominis umbra constaret, alios

in aliis Bataviæ Stationibus Presbyteros ad gerendam animarum Curam intruſerunt; unde deploranda Sacrarum rerum, & Eccleſiaſtici regiminis perturbatio oborta eſt. Ignorare ipſi non poſſunt, laudatum Pontificem, ut tantis malis obviam iret, deputationes ejuſmodi Miniſtrorum nullas jam prorſus, & inanes, ad cautelam adhuc ulteriorem, irritas, ac nullius roboris pronunciaſſe, diſertèque definiviſſe nulli alteri præter Vicarium, aut Pro-Vicarium ab hac Sancta Sede conſtitutum, cujuſvis muneris aut officii, ſive Vicariatûs, ſive Archipresbyteratûs, aut Aſſeſſoratûs obtentu, facultatem eſſe deputandi Paſtores, aut quoſcumque Miniſtros ad curam animarum, atque ad Sacramenta miniſtranda. Hæc ubi ſeriò perpenderint, Te hortante, veros Catholicæ Eccleſiæ filios nunquam ſalutem ſuam ita neglecturos putamus, ut Sacramenta percipere ab ejuſmodi Miniſtris velint, eoſque ad æternam vitam duces habere, qui præter pravæ doctrinæ labem, inobedientes, apertoque diſſidio Apoſtolicæ Sedi contumaces, in arripienda Eccleſiaſtica juriſdictione, curaque animarum ſuſcipiendâ & demandanda, Apoſtolica Decreta, & Sacrorum Scita Canonum, poſitoſque à Patribus terminos tranſgredientes, theſaurizant ſibi iram in die iræ; atque in ovile non per oſtium, ſed aliunde intrantes, perdere volunt, mactare & occidere.

Præterea opportunum ducimus, finitimos Epiſcopos de perverſis factioſorum conſiliis à Te etiam fieri certiores, ut ad cuſtodiam intentiùs advigilent, ne invadant greges ſuos lupi rapaces, utque Apoſtolicæ auctoritati obſequentes, & Sacrorum Canonum regulis inhærentes, exiguam illam octo Clericorum inquietorum manum, eorumque temeritatem rejiciant, quâ ſe in Eccleſiam erigere, hâc Sancta Sede invitâ, & reluctante, auſi ſunt, & Capitulum Ultrajectinum appellare, tum etiam Decani, & Vicarii Capitularis titulos oſtentare, ut confictis nominibus audaciam prætexerent, quâ dimiſſorias Litteras Clericis conceſſerunt, & animarum Paſtores deputarunt, & quâ eò demum proceſſerunt, ut factionis anteſignanum Cornelium Steenhoven Excommunicationis vinculis ſæpius irretitum, Archiepiſcopum Ultrajectinum eligerent, datiſque ad S. Mem. Innocentium XIII. ſemel & iterum litteris, unà cum Electionis tabulis, confirmationem Electionis poſtularent, ac ſimul etiam facultarent, ut Epiſcopus, quem inveniſſent, cum duobus Presbyteris poſſet perperam Electi Conſecrationem perficere. Ad quam inſolentiam & illud acceſſit, quod, cùm impudentes adeo Litteras Sanctiſſimus Pontifex omni reſponſo indignas meritò reputaverit, Anonymi quidam Libelli in vulgus manarint, qui affirmarent, Apoſtolicâ Sede oblatas preces rejiciente, factionem quaſi cujuſdam neceſſitatis obtentu compulſam vicinos Epiſcopos adire, ipſis verò reluctantibus, quemlibet Epiſcopum Conſecratorem poſſe adhibere. Paſtoralem igitur ſollicitudinem vicinorum Epiſcoporum, quos officii memores eſſe non dubitamus, tuâ etiam opera excites magis, & admoneas, ut eoſdem Presbyteros pro alienis atque ſubverſis habeant, neque illos ad ullam Eccleſiaſticam communionem admittant; antedictam autem Cornelii Steenhoven electionem, ſicut & cæteras Miniſtrorum deputationes, ac dimiſſorias Litteras, nullas prorſus eſſe & irritas agnoſcant, atque ab ordinandis ejuſmodi Clericis manus ſuas ſervent innoxias. Quem autem Epiſcopum ad Conſecrationem peragendam adhibere nitantur, omnes etiam illuc reſcire intereſt, ut arrogantia eorumdem, & præpoſtera conſilia ampliùs eluceſcant. Dominicum ſcilicet Mariam Varlet, ex peculiari primò Sedis Apoſtolicæ gratia Epiſcopum Babylonienſem renunciatum, juſtis poſtea de cauſis, etiam pravæ doctrinæ & Fidei ſuſpicionem inducentibus, antequam Epiſcopatûs poſſeſſionem caperet, non ſine contumacia inſuper interveniente ab exercitio Ordinis Apoſtolicâ auctoritate ſuſpenſum, qui poſt ſententiam ſibi legitimè denunciatam, quod ſuis ipſemet Litteris datis ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide ſub die 19. Martii Anni 1722. apertè faſſus eſt, ſuſpenſionis, irregularitatis, atque Excommunicationis Cenſuras parvi pendens, Pontificalia ſæpius exercere auſus eſt. Ex hiſce nimirum lapidibus offenſionis, & ſcandali, ſibi domum confuſionis contra templum Domini ædificare contendunt. Hæc igitur ob oculos Catholicorum ponas, ut ſaluti ſuæ certiùs proſpicere valeant, atque Sanctæ hujus Romanæ Eccleſiæ de æterna ipſorum vita indefeſſam curam, maternamque ſollicitudinem attendentes, non ſequantur alienos, neque à firmitate petræ ſe dimoveri patiantur.

Porro ſupradicta omnia, & ſingula præfatus S. Mem. Innocentius XIII. non modò diu ſecum animo repuraverat, verum etiam auditis plurium Reverendiſſimorùm Fratrum noſtrorum conſiliis, mentem ſuam jam deſuper aperuerat, Litteraſque Apoſtolicas in forma Brevis, ut moris eſt, expediri mandaverat. Nos verò Pontificiæ mentis bene conſcii, ne interim vacante Sede Apoſtolicâ, improborum hominum nequitiâ, aliquid inopinatum contra Canonicas Sanctiones, & Eccleſiaſticis rebus quidquam detrimenti oriri contingat, Tibi, qui ejuſdem Sanctæ Sedis Adminiſtri munus geris, præfata ſignificanda eſſe duximus, ut pro tua prudentia his opportunè utaris, prout in Domino expedire judicaveris. Datum

...è Conclavi Apostolico in Con... nostra sub sigillis trium nostrûm Deputatorum. Die octava Apri... Apostolicâ Sede vacante.
...natum: DOMINICUS RIVERA ...ri Collegii Secretarius.

Et erat superscriptio: *Reverendo nobis in Christo* JOSEPHO SPINELLI *Abbati S. Catharinæ, apud Belgas Catholicos Internuncio. Bruxellas.*

✠ Sigillum Eminentissimi & Reverendissimi Domini Jo... S. Mariæ Ange... R. E. Presb. Cardi... ...EMANNI.	✠ Sigillum Eminentissimi & Reverendissimi Domini Fratris Vincentii Mariæ S. R. E. Cardinalis URSINI Episcopi Tusculani.	✠ Sigillum Eminentissimi & Reverendissimi Domini Habi tituli SS. Viti & Modesti S. R. E. Diaconi Cardinalis OLIVERII.

CXIII. Copia Epistolæ circularis à prætenso Capitulo Ultrajectino scriptæ ad Episcopos vicinos, quâ invitantur ad peragendam sacrilegam Consecrationem Cornelii Steenovii. Die 6. Octobris 1724.

Illust.me ac Rev.me Domine.

QUæ vestra est, non modò portionis in grege Domini Vobis specialiter commissæ, sed & omnium Ecclesiarum sollicitudo, ea nobis fiduciam addit, Illustrissime ac Reverendissime Domine, vos Litteris conveniendi.

Ex Scriptis siquidem ad Illustrissimam Vestram Gratiam per nos missis, indubiè jam vobis innotuit, quid Ecclesiæ nostræ suprema necessitas à nobis exegerit, quidque pro ejusdem Ecclesiæ conservatione, pro ovium Christi salute, pro Christi amore, à nobis peractum sit: nimirum quod jure Capitulari utentes, Ampl. D. Cornelium Steenoven in Archiepiscopum Ultrajectensem eligerimus: Virum profectò tam pacis Ecclesiasticæ amantissimum, quàm ab omni fastu alienissimum, & ut verbo dicamus; omni ex parte commendatissimum: & in hac Electione, non tantùm Ecclesiæ Juri per omnia, sed etiam quantùm fieri potuit consuetudini obtemperatum est. Nunc unum restat, ut canonicè electus, etiam legitimè consecretur.

Novit indubiè Illustrissima Vestra Gratia, hoc velle, hoc jubere Ecclesiasticos Canones, ut ad hujusmodi Consecrationes peragendas, viciniores Episcopi vel saltem ex illis aliqui invitentur. Nobis verò gratissimum est inter tales, respectu nostri, etiam Illustrissimam Vestram Gratiam numerari, utpote qui pro Ecclesia Dei zelum, pro ovium Christi salute sollicitudinem habet.

Itaque fervidis precibus ad benignitatem Tuam, Illustrissime Præsul, accedimus, humillimè rogantes, ut Electi nostri Consecrationem promovere atque ad eam perficiendam operam tuam conferre non dedigneris.

Injurios Nos, Illustrissime ac Reverendissime Domine, Episcopali charitati Tuæ crederemus, si tam justæ petitionis repulsam timeremus. Sed cùm summa Ecclesiæ nostræ necessitas, nullam prorsus ulteriorem moram patiatur, hoc præterea petimus ut citissimo, eoque faventi responso honorari mereamur, sollicitè curaturi, ne quid eorum desit, quæ ad actum requiruntur.

Quod Summi Pontificis Confirmationem attinet, hanc maximâ animi demissione, ac observantiâ vicibus ternis, & ampliùs à defuncto nuper Pontifice INNOCENTIO XIII. per supplices Litteras petivimus, & ne qua in re, profundissimæ erga S. Sedem Apostolicam observantiæ deessemus, easdem preces ad modernum Pontificem BENEDICTUM XIII. quem Deus Ecclesiæ suæ diu servet incolumem, renovavimus. Sed heu! responso digni habiti non sumus, æmulorum potentiâ apud Romanam Curiam contra Nos hodie prævalente.

Ast novit profectò Eruditio tua, non propterea pereundi necessitatem Ecclesiæ nostræ indici posse. Ex Christi institutione, & Apostolorum praxi Ecclesiis quibusque Episcopi præficiendi sunt. Verùm juxta recentem dumtaxat, & per plurima secula minimè observatam disciplinam, à Summo Pontifice confirmari debent. Hæc verò posterior disciplina præcepto Christi non præponderat, cùmque ea absque culpa nostra non queat modò per nos observari, non ideo Christi mandatum est negligendum. Præterquam quod fortè aut ex Summi Pontificis silentio, concessam Confirmationem, juxta Juris regulam, *qui tacet consentire videtur*, liceat inferre; aut certè canonicè petita, & absque ratione negata Confirmatio, pro obtenta haberi possit.

Itaque

Itaque Præsul Dignissime, Charitatis Episcopalis periclitantibus viscera pande, & humilium votis aures inclina, à Patre pupillorum & oppressorum remunerationem, quam humilitas nostra persolvere nequit, consecuturus. Subscribor profundâ reverentiâ cum omnis boni apprecatione, tum Metropolitani nostri Capituli, tum proprio nomine

Ill.me ac Rev.me Domine,

Ill.mæ ac Rev.mæ Gratiæ vestræ
Famulus observantissimus

Erat signatum:

JOANNES CHRISTIANUS ERCXELIUS
Capituli Metrop. Ultr. Decanus.

De mandato Cap. Metrop. & Decani
MATTHIAS OOSTERLING *ejusdem Capituli Can. & Secret.*

Delphis hâc 6. Octobris 1724.

CXIV. Epistola Cornelii Steenovii Pseudo-Archiepiscopi Ultrajectini ad Eminentissimum & Reverendissimum Dominum Cardinalem de Alsatia Archiepiscopum Mechliniensem, Belgii Primatem &c. quâ significat se arrepturum exercitium Ordinis Episcopalis. Die 16. Februarii 1725.

Eminentissime Domine,

POstquam Episcopalem Consecrationem consecutus fui, hujus Ordinis functionibus ob temporis circumstantias aliquamdiu supersedendum duxi. Sed nunc ad opus, propitio CHRISTO, progressurus, prætermittere nequeo, quin priùs provectionem meam ejusque seriem ad Te exactiùs perscribam.

Cùm igitur ab Capitularibus Ultrajectinis, maximâ necessitate compulsis, ad Sedem Ultrajectinam dudum vacantem me Archiepiscopum electum esse paresceret, vehementer contremui, probè conscius meam infirmitatem tanto oneri imparem, & isto honore esse indignam. Pro viribus itaque restiti, & egi quod potui, ut alium me meliorem eligerent. Sed minimè exauditus, & in piis eorum studiis Dei voluntatem agnoscens, diutius resistere non sum ausus. & tandem ad Consecrationem suscipiendam consensum præbui; quam 15. Octobris Anni præteriti Episcopus Babiloniensis, in hisce Provinciis tantisper degens, præsentibus Sacerdotibus pluribus, & quibusdam spectabilioribus Laicis, mihi impendit. Invitati fuerant ex vicinioribus quinque Episcopi; verùm illis non venientibus, nec veniendi spem facientibus, ab uno illo Episcopo Consecratio peracta fuit: vicem duorum aliorum Episcoporum supplentibus duobus Capituli Canonicis qui Dignitatibus Ecclesiasticis ornati sunt, nimirum ejusdem Capituli Decano, & Officiali; observato ritu quem Pontificale Romanum præscribit.

Confirmationem tertiò & ampliùs ab laudatæ mem. Papa INNOCENTIO XIII. per supplices admodum litteras antea petiveramus, & postquam Pontificalem Cathedram conscendit BENEDICTUS XIII. quem Deus diu conservet, eamdem petitionem renovavimus. Sed prohdolor! æmulis contra nos prævalentibus, nec ab uno, nec ab altero horum Pontificum responso digni sumus habiti. Censuerunt autem nobiscum magno numero Doctores celeberrimi, quin & nonnulli insignes Episcopi quos consuluimus, non propterea Ecclesiæ huic, sine Episcopo languendi & pereundi necessitatem posse indici, & jus Divinum, quod Episcopos Pastoresque proprios singulis Ecclesiis assignat, juri humano, quo trium Episcoporum præsentia, & Romana hodie Confirmatio requiritur, esse præponendum. Atque hoc fundamento fixi, ex eorum sententia ad Consecrationem promovendam perreximus.

Porro muneris mei est, & Dignitati vestræ debita reverentia exigit, ut meam inaugurationem, quam ex sparso quaquaversum rumore jam intellexeritis, ipse datis litteris significem. Istud autem per hasce reverenter faciens, tum me, tum Ecclesiam meam pariter Charitati Tuæ commendo, qui auxilio Tuo summopere egeo. Ecclesiasticam nobiscum Communionem & pacem colere non dedignare; atque ad gratiam Sanctissimi Patris Romani Ponrificis obtinendam intercessorem age: dissipa infaustarum suspicionum nebulas quibus & Fidem nostram & erga Apostolicam Sedem observantiam Adversarii non pauci obnubilare conantur. Illud enim sanctè coram Deo, qui vivos & mortuos judicaturus est, profiteor, me Catholicæ Fidei professionem cum omnibus articulis integram prorsus amplecti, & omnes illi oppositos, & ab Ecclesia damnatos errores reprobare: & de præclaris prærogativis, quas eadem Ecclesia post Petrum in Petri successoribus agnoscit, nihil omnino subtractum velle.

...sta Fide ab infantia instructus fui, ...dum Romæ in celebri Collegio ...anda Fide, ubi cursum studio..., magis excultus sum, & Do...uoque lauream illic assecutus. ...ujus Fidei professione, jam quo...bem directa, in finem usque vi...i gratiam, me perseveraturum ...sque viribus allaborabo, ut cre... populum in eadem Fide, & er... Sedem observantia magis, ma...firmem & custodiam, pacemque ...! gravissimè læsam, hunc Eccle...m. Nec alio fine, vel tempora... commodi intuitu, Episcopale munus suscepi.

Dignare igitur, Præsul meritissime, onus meum, Tuis ad Deum precibus, amicis con... filiis, auxilioque sublevare, & ad Ecclesiam quoque Batavam charitatem Episcopalem extendere. Nosti, magnos Episcopos non tantùm Diœcesis suæ unius, sed & aliarum curam gessisse, & sæpè pro pace aliarum restauranda & oppressione avertenda cum fructu laborasse. Et hos imitando, præter gloriam coram hominibus, magnam Tibi apud Christum mercedem comparabis. Felicem autem me existimabo, si à Te benigno responso honorari merear; & nata aliquâ occasione possim vicissim ostendere quantâ veneratione Dignitatem Tuam prosequar, qui semper ero, Lugduni Batavorum 16. Februarii Anni 1725.

Eminentissime Domine,

Eminentissimæ Vestræ Gratiæ

Famulus observantissimus

CORNELIUS STEENOVEN *Archiepiscopus Ultrajectinus.*

Sanctissimi D. N. D. BENEDICTI Divinâ Providentiâ Papæ XIII. Litteræ in forma Brevis ad universos Catholicos in Fœderato Belgio commorantes. De 21. Februarii 1725. CXV.

Dilectis Filiis universis Catholicis in Fœderato Belgio commorantibus.

BENEDICTUS PP. XIII.

Dilecti Filii salutem, & Apostolicam benedictionem.

QUâ sollicitudine ad animarum vestrarum salutem hæc Sancta Sedes advigilet, quove studio curet & nitatur, ut adversùs insidias diaboli nulla vobis desint sanæ doctrinæ, salutaris disciplinæ & vigilantiæ pastoralis præsidia, jam assiduis hactenus argumentis exploratum Vobis esse non dubitamus. Hæc ipsa tamen doloris acerbitas, quâ gemitus nostros ad Vos deferre, mœroris causas iteratis questubus replicare, & recentibus scandalis obviam ire compellimur, novum Vobis, nec obscurum esse debet paternæ nostræ caritatis testimonium.

Nostis autem dilecti Filii, quibus artibus pravæ doctrinæ semina spargere molientes dissensionis Filii, non solùm Catholico nomine, sed pastoralium etiam munerum inductâ larvâ, & confictis Ecclesiastici Ministerii titulis abutentes, ad animarum curam, & Sacramenta administranda obrepere aut irrumpere tentaverint. Sed superbia eorum, quæ ascendit semper, eò demum temeritatis evasit, ut postquam à septem Clericis, qui Canonicorum nomen jactabant Ultrajectini Capituli, quod jam ante annos abhinc plures suprà centum intercidit, perperàm ac temerè facta esset die 27. mensis Aprilis Anno 1723. Electio Cornelii Steenoven turbulentæ factionis antesignani, & Ecclesiasticis censuris obstricti in Archiepiscopum Ultrajectinum, quamquam ab hac Sancta Sede rejectam ejusmodi Electionem certò & palàm rescivissent, curarunt tamen atque effecerunt, ut eidem Cornelio die 15. mensis Octobris Anno 1724. Apostolicâ auctoritate, & Sacrorum Canonum contemptis regulis; per detestabilem, ac sacrilegam manuum impositionem Episcopalis consecrationis munus traderetur. Ne autem factiosorum conatus ulla pravitate vacarent, consecratio peracta est à Dominico Maria Varlet Episcopo Babylonensi jam ab exercitio Episcopalis Ordinis suspenso, ejus suspensione per Litteras Sacri Cardinalium Collegii apud Vos typis impressas publicè denuntiatâ; sed ad hæc inde etiam cumulus perversitatis accessit, quod memoratus Episcopus Babylonensis, minimè assistentibus ex præscripto Sacrorum Canonum duobus aliis Episcopis, nullaque Apostolicâ dispensatione suffultus, solus antedictum Cornelium consecrare ausus fuerit.

 Ut

Ut igitur pro nostræ servitutis officio opportuna remedia tantis scandalis adhibeamus, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus & declaramus, tam electionem ejusdem Cornelii in Archiepiscopum Ultrajectinum fuisse irritam, ac prorsus nullam; quàm ejus consecrationem fuisse omninò illicitam & execrandam; ac proinde ipsum temerè, nulloque jure electum Cornelium omni Ecclesiastica & spirituali Jurisdictione pro animarum regimine carere; atque illicitè consecratum ab omni exercitio Episcopalis Ordinis esse suspensum.

Mandamus propterea, districtèque interdicimus memorato Cornelio sub pœna Excommunicationis, ipso facto sine alia declaratione incurrendæ, ne audeat Pastores, Missionarios, Ministros, aut alios quocumque nomine nuncupentur, ad animarum curam, & Sacramentorum administrationem quovis, etiam necessitatis, prætextu constituere ac deputare. Simul etiam palàm edicimus & declaramus, omnes & singulas prædictorum officiorum deputationes pro animarum regimine quocumque nomine factas, aut forsitan faciendas, cum omnibus inde secutis, prorsus irritas esse, ac nullius roboris & momenti. Rursus eidem Cornelio præcipimus & inhibemus, ne, sub simili Excommunicationis pœnâ, audeat illicitè Sacramentum Confirmationis, aut Ordines conferre, aut quoquo pacto Ordinem Episcopalem, à quo suspensus est, exercere.

Vobis autem, dilecti Filii, graviter injungimus ac vetamus, ne antedictum Cornelium pro vero Archiepiscopo Ultrajectino habeatis & agnoscatis, neve cum eodem ullo pacto, præsertim in Divinis, communicetis; aut ab ipso, vel ab aliis per ipsum perperam & inaniter deputatis, Sacramenta aut Ordines accipiatis. Noverit enim qui Ordinibus initiatus ab ipsis fuerit, Suspensionis se vinculo constrictum, atque Irregularitati præterea obnoxium, si susceptos Ordines exercuerit. Reliquum est, ut paternis curis nostris, filialis obedientiæ, fideique vestræ officia respondeant. Nullum enim jucundius dolori nostro solatium afferri potest, quàm ut intelligamus, Vos cautè ambulantes, non vocem alienorum audire, sed Pastorem sequi, & domum ædificare supra firmam Petram. Ac Vobis, dilecti Filii, Apostolicam benedictionem, quam cœlestis præsidii pignus, atque adversus potestates tenebrarum, arma & scutum esse optamus, peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XXI. Februarii M. DCC. XXV. Pontificatûs Nostri Anno primo.

CAROLUS Archiepiscopus Emissenus.

CXVI.

* Hæc Epistola seriùs reperta, extra ordinem dari debuit.

* Copia Epistolæ Philippi Rovenii Archiepiscopi Philippensis, & Vicarii Apostolici ad Jacobum Boonen Archiepiscopum Mechliniensem, datæ 28. Junii 1640. *Ex Archivio Archiepiscopatûs Mechliniensis.*

Illustrissime ac Reverendissime Domine, Patrone plurimùm observande,

CONtigit me ante biennium circiter petere à sua Sanctitate, ut post *viginti quinque annorum labores in Vicariatu Apostolico exactos* & detritam nonnihil valetudinem, exonerari possem ab isto Officio, aut saltem obtinere aliquem Coadjutorem, qui oneri paulatim assuesceret, & successionis spem haberet. Placuit suæ Sanctitati tunc respondere, non videri dimittendum Officium, sed quoad Coadjutorem, ubi persona idonea præsentata & commendata fuerit, cum tempore cogitari posse. Itaque *consilio cum præcipuis de Clero habito*, convenimus in personam Domini Jacobi de La Torre tamquam optimæ indolis, eruditionis sufficientis, &, propter honestissimos parentes de Ecclesia in hisce partibus bene meritos, maximè gratam, ac ad labores sustinendos idoneam. Hic Anno præterito ad Urbem missus nostro nomine Statum Ecclesiæ in hisce partibus exhibuit, & ab Eminentissimo Cardinale Barberino multùm commendatus rediit. Attamen de negotio Coadjutoriæ nihil huc usque est conclusum, nolente me pressiùs urgere negotium, nisi præhabito consensu Regis Catholici, vel ejus Concilii. Contigit interim D. Heynotum (quem itineris socium Parisiis assumpserat Torrius) nescio quo indiscreto zelo, sine ulla nostra commissione, urgere negotium Coadjutoris, ac tacitè seipsum magis quàm Torrium commendare, sed insipientia ipsius manifesta facta est. Torrius Romanis satis placet, *expectant verò ulteriorem nostram instantiam*, quam nolim facere, nisi licentiâ habitâ, vel permissione Concilii Regii.

Supplex itaque rogo, ut Illustrissima

Gratia

[illegible] ra (attento quod ipse nunc comparere non possim) dignetur in [illegible] statûs humilem nostram petitionem [illegible] onere: Quomodo scilicet, propter [illegible] & continuos labores, ætatem in[illegible]m, fractamque nonnihil valetu[illegible] super, nunc personalem circa me persecutionem, tanto oneri deinde solus non sufficiam; ideoque [illegible] de fideli coöperatore assumen[illegible] *communicatione cum praci*[illegible] occurrerit, & commenda[illegible] Dominus Jacobus de La Tor[illegible] utriusque Licentiatus, & S. Theo[illegible] ignarus, aliisque egregiis quali[illegible] ditus; petere me proinde cum [illegible] submissione, ut ipsius persona habea[illegible] commendata, ut, si ita Concilio Regio videatur, promoveri possit in Coadjutorem nostrum, & cum tempore successorem, *ne fideles in hisce partibus* (si quid humani mihi obveniat) *careant idoneo directore*.

Ignoscet Illustrissima Gratia Vestra audaciæ meæ, quod multis magnisque negotiis occupatissimum molestem: urget enim necessitas. Si quid rursum obsequii præstare possim, inveniet me paratissimum.

De angustiis & miseriis in quibus etiamnum propter peccata nostra versamur, aliunde jam satis instructam credo Illustrissimam Gratiam Vestram. Precor Deum ut temporali & perpetuâ felicitate & securitate gaudere possitis. Ex Amsterodamo die 28. Junii Anno 1640.

Ill.^{mæ} ac Rev.^{mæ} Gratiæ Vestræ

Humilis Cliens ac Servus in Domino
PHILIPPUS *Archiepiscopus Philippen. Vicarius Apostolicus.*

F I N I S.

REFUTATIO
INSTRUMENTI APPELLATIONIS
A
CONSTITUTIONE
UNIGENITUS
CLEMENTIS PP. XI.

De 8. Septembris 1713., & ab Epiſtola *Paſtoralis Officii* ejuſdem Pontificis de 18. Septemb. 1718. ad futurum Concilium Generale

INTERPOSITÆ

Per (prætenſos) *Decanum*, *Canonicos*, *&* *Capitulum inſignis ac Metropolitanæ Eccleſiæ Ultrajectenſis* (ut vocant) *Catholicæ*.

AUCTORE
L. D. M.

Digitized by Google

REFUTATIO
INSTRUMENTI APPELLATIONIS
A
CONSTITUTIONE
UNIGENITUS
CLEMENTIS PP. XI.

De 8. Septembris 1713. & ab Epistola *Pastoralis Officii* ejusdem Pontificis de 18. Septemb. 1718. ad futurum Concilium Generale

INTERPOSITÆ

Per (prætensos) *Decanum* , *Canonicos*, *&* *Capitulum insignis ac Metropolitanæ Ecclesiæ Ultrajectensis* (ut vocant) *Catholicæ*.

PRÆFATIO
Ad Fideles Missionis Hollandicæ Populos.

UNicus scriptionis hujus scopus est, vos, qui in Missionis Hollandicæ lubrico versamini, integros & intactos servare à contagione schismatis atque hæreseos, & contra eorum, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, præmunire insidias. Hactenus quidem illi Romano Pontifici, Jesu Christi Vicario, S. Petri Successori, Pastori Gregis Dominici, Centro Unitatis, Ecclesiæ Catholicæ Capiti, adhærere se velle simulaverant. Nunc larva detracta est: quæ sub cinere doloso latuerat, flamma in apertum erupit: ab obedientia CLEMENTIS XI. à fide Romanæ & Universalis Ecclesiæ, per apertam schismatis & Hæreseos professionem impiâ Appellatione recesserunt: Vosque in eandem secum ruinam, nisi Fidei & obedientiæ antiquæ tenaces resistitis, involvere, & præcipitare conantur.

Me-

Memores Fidei Romano-Catholicæ, in qua, inter tot Sectarum divortia, nati & educati estis, horretis schisma, hæresim detestamini, & in sinu veræ Ecclesiæ fixum est vobis vivere, & mori. Bene habet: in hoc pio voto hac scriptione vos confirmabo. Ne verò ab iis, quos suspicere & venerari soletis, seducamini; fraudes, fallacias, imposturas, falsitates, impietatem, spiritum denique rebellionis & schismatis, qui toto Appellationis Instrumento se prodit, ob oculos vobis proponere necessarium duxi. Ipsimet Appellationis Auctores, tenebras amantes, & lucem fugientes, rem silentio premendam duxerunt, timentes scilicet ne, si innotesceret, à multis desererentur, qui publicam à Summo Pontifice secessionem, factumque ab Ecclesia Romana divortium, non sine horrore & indignatione conspicerent. Quin & ipsos facer quidam horror, retardasse videtur; quando non nisi à Quesnello diu multumque sollicitati, inducti, ac tandem persuasi, tantæ impietati manus dederunt. Habeo præ manibus Quesnelli Literas, quibus Refractarios Ultrajectinos variis motivis incitat ad appellandum; materiam suppeditat; formam, qua confici debet Instrumentum, præscribit; hærentes excitat, dubitantes confirmat, objectas dissolvit difficultates; ac omnes implet vafri Magistri partes, ut rudiores discipulos instruat, iisque spiritum rebellionis & schismatis veneno pestiferæ persuasionis inspiret. Divina Providentia factum est, ut hæ Literæ quæ in Appendice hujus Historiæ à N. XCVII. exhibentur integræ, in manus meas devenerint; ut reveletur mysterium iniquitatis; utque fideles Missionis Hollandicæ populi intelligant, Appellantes Ultrajectinos nullum aliud novæ suæ Ecclesiæ caput habere, præter Quesnellum.

Ipsi quidem Ecclesiam suam Ultrajectensem vocant *Catholicam*. Hæc vox palliolum est, ad obvelandam schismatis & hæreseos impietatem. Nulla hactenus inter tot Sectas reperta est, quæ non sibi *Catholicæ* Ecclesiæ titulum pari fallendi arte vindicaret.

Ipsum Romanum Pontificem, ipsique adhærentem Ecclesiam Universam arguunt erroris in Fide: doctrinam verò Quesnelli, quam Romani Pontifices & Concilia Generalia in Joanne Huss, Luthero, Bajo, Jansenio, aliisque, velut hæreticam condemnarunt, defendunt pertinacissimè, velut *Scripturis Sacris, SS. Patribus, Conciliisque, apprimè consonam*. Sed nulla hactenus Secta fuit, quæ non pariter clamaret doctrinam suam damnatam consonam esse Scripturis Sanctis, & Patribus.

Denique quidquid hodie contra materiam, formam, & circumstantias Constitutionis ab ipsis objicitur, illud omne frivolis ratiunculis, fraudibus, imposturis contextum, & ab antiquis sectariis passim objectum fuisse, hac lucubratione demonstrabo. Utinam quantulocumque labori speratus fructus respondeat!

Vestrum est, qui in medio aliter sentientium positi, Fidem Romanæ Ecclesiæ hactenus tanto arctiùs amplexi estis, quanto impugnabatur atrociùs, non pati vos ullis novæ sectæ illecebris abduci ab illa obedientia, qua Romano Pontifici ad hæc usque tempora more Patrum vestrorum fuistis subjecti; ab illa reverentia, quam exhibuistis Pastori animarum vestrarum à Christo constituto; ab illa denique Petrâ, super quam mundi Salvator ædificavit Ecclesiam suam, adversùs quam portæ inferi non prævalebunt. Certi estote quod hâc maris agitatione eveniet, quod tot præteritis Ecclesiæ tempestatibus factum legimus, ut navicula, cujus gubernaculum Petrus tenet, fluctibus jactetur quidem, sed non subsidat; pulsetur, sed non frangatur: omnes verò circum frementium sectarum insultus, velut totidem piratarum triremes ad Petram allisæ mergantur in profundum.

O quantus fuit olim fidelium horror ad conspectum Schismaticorum, quàm firma Romano Pontifici adhæsio, quanta in Fide constantia! Populus Constantinopolitanus invicto animo rejecit doctrinam Nestorii: qui cùm pestiferos errores coram frequenti multitudine concionando exponeret, insurgeretque adversùs Romanam Sedem, dicentem excepit publica murmuratio; nec crediderunt fideles violari templi majestatem, si aperta indignatione impia docentem arguerent. Cùm Hunericus maritimæ cuidam Africæ civitati Arianum Episcopum dedisset; pars civium major conscensis navibus discessit, Prælatum Catholicum quæsitura: pars domi se occludens, noluit ferre conspectum Pastoris hæretici. Non minor Samosatensium Fidei tuendæ ardor emicuit. Tanta constantiâ cives summi & infimi obtrusum sibi Episcopum Arianum agnoscere, ullamque cum eo communicationem habere recusarunt; ut ille, tabescens tædio solitudinis, Sedem tandem suam deserere compulsus fuerit. Suffectus in locum ejus Lucius, & ipse Arianus, idem expertus est Catholici populi supercilium. Nullus eum voluit salutare, nullus aspicere: cùmque in foro pueri colluderent, & pila ex unius manibus elapsa, inter crura asini Episcopum vehentis provolveretur; illi eam pollutam arbitrati, igne confestim extructo, per flammam velociter trajecerunt, ne forte contagium traherent si non purgatâ uterentur. Hæc post Theodoretum commemoro, ut pateat, quantum istis temporibus Catholici ab omni cum Pastoribus Schismaticis atque Hæreticis communicatione abhorrerent.

Vos

Vos ergo fideles Missionis Hollandicæ populi animum ad hæc exempla convertite: ut illi Ariani Episcopi Arii doctrinam sequebantur damnatam; ita Pastores vestri Appellantes damnatam sequuntur doctrinam Quesnellii: ut illi Schismatici & hæretici erant, quia ab obedientia & Fide Pontificis & Romanæ Ecclesiæ se separabant; ita Pastores vestri Appellantes non possunt meliori jure inter Catholicos numerari, cùm & ipsi ab obedientia & Fide Pontificis & Ecclesiæ Romanæ se separent.

Consulite saluti animarum vestrarum; manete constantes in obedientia & Fide Ecclesiæ *Romano-Catholicæ*, extra quam nulla speranda est salus: Nolite sequi Pastores errantes, refractarios, Excommunicatos: cæci sunt, & duces cæcorum, quemadmodum hac lucubratione uberiùs demonstratum eo. Existimate vos videre S. Hyppolitum ad Martyrium properantem, & saluberrimum ejus monitum audire. Is Novatiani quondam partes secutus, eamque deinde Sectam detestatus, cùm ob Fidei constantiam ad supplicium duceretur, & à plebe eum secuta rogaretur quæ Secta esset melior, teste Prudentio,

Respondit: fugite ô miseri execranda Novati
Schismata: Catholicis reddite vos populis.
Una Fides vigeat, prisco quæ condita templo est,
Quam Paulus retinet, quamque Cathedra Petri.
Quæ docui, docuisse piget: Venerabile Martyr
Cerno, quod à cultu rebar abesse Dei.

Aliter Martyr ille moriens sentiebat, quàm senserat vivus. Nemo æternitati proximus doluit quod in Romanæ Ecclesiæ gremio moreretur. Mors Schismaticorum terribilis. Vobis à S. Hyppolito dictum putate: Fugite execranda Quesnelli Schismata: constantes estote in fide, quam docet Cathedra Petri: fugite hircos, ut in die tremendi Judicii inter oves Christi ad dexteram collocati, *reportetis finem Fidei vestræ salutem animarum.*

CAPUT I.

Refutatur pars prior Instrumenti Appellationis.

Duplici potissimùm ex capite Appellantes Ultrajectini Hollandiæ ajunt se rejicere Constitutionem *Unigenitus*: 1. ratione materiæ, quæ damnatur: 2. ratione formæ qua damnatus. Hoc Capite refutabitur quidquid objiciunt contra condemnationem materiæ; postquam circa Instrumenti Appellationis exordium nonnulla notavero.

§. I.

Falsò Appellantes in ipso Appellationis titulo Ecclesiam suam Ultrajectensem *Catholicam* vocant.

Una tantum est, & esse potest, *Catholica* seu Universalis Ecclesia, quæ est Sponsa Christi, & corpus ejus mysticum. Hujus corporis Caput invisibile est Christus; visibile Romanus Pontifex, quem suum in terris Vicarium Dominus constituit.

Pontificem, cum Ecclesia Romana conjunctum, nunquam à vera Fide aberrasse, nec aberrare posse, testantur Scripturæ Sacræ, Concilia, Patres, Doctores, Catholici omnes, etiam Galli (quamvis Pontificem solum à fide aberrare posse prætendant) (a) ne Quesnello quidem excepto. Ecclesiæ quædam particulares, ut Antiochena, Alexandrina &c. aliquando à Fide exciderunt, & quælibet, Romana exceptâ, excidere potest. Ecclesia Romana est fons, origo, Mater, & Magistra cæterarum: quia à SS. Apostolis, Petro præsertim ac Paulo fundata, acceptam ab ipsis fidem in cæteras Ecclesias toto Orbe dispersas prima propagavit: quæ idcirco per excellentiam *Catholica*, seu universalis appellatur. Per ejus enim fidem atque doctrinam cæteræ Ecclesiæ animantur, & vivunt. Hæ verò *Catholicam* seu Universalem Ecclesiam eatenus pro parte constituunt, quatenus in Romanæ Ecclesiæ fide, doctrina, & obedientia perseverant.

Si quæ particularis Ecclesia diversam à Romanæ Ecclesiæ fidem amplectitur, eique obedire recusat; desinit esse pars Ecclesiæ *Catholicæ*, & hæretica ac schismatica dicitur.

Hanc lucentissimam & solidissimam veritatem ipsi agnoverunt, & horruerunt Sectarii. Quapropter ut simplicioribus à se seductis

(a) Memoire 7. pag. 137.

ductis fucum facerent, Ecclesias suas *Catholicas* appellarunt. Lutherus, quo tempore fidem novam eudebat, Catholicæ Ecclesiæ adhærere se mendaciter protestabatur. Manichæi & Pelagiani eadem fraude sunt usi; & Juliani tumulo (ut refertur in Præfatione ad opus imperfectum S. Augustini) insculpserunt: *Heic in pace quiescit Julianus Episcopus* CATHOLICUS: quod mendax Epitaphium, non ante Seculum nonum, à Catholicis Episcopis doloso lapidi, & impiis cineribus ereptum est.

Appellantes simili fraude, Ecclesiæ suæ Ultrajectensi titulum *Catholica* tribuunt. Hæc vox muscipula est, quâ animas captant. Nam à Fide Romanæ Catholicæ Ecclesiæ ipsimet profitentur se recedere. Dicunt enim pag. 1. quod Quesnelli *Propositiones centum & uno doctrinam contineant Sacris Scripturis, SS. Patribus, Conciliisque, apprime consonam.* Contrarium dicit Ecclesia Romana, quæ in Epistola, quam Anno 1716. die 16. Novembris ad Cardinalem Noailium scripsit, profitetur secum reliquis Ecclesiis Pontifici adhærentibus amplecti Constitutionem *Unigenitus*, & centum & unam Quesnelli propositiones damnare *respectivè ut impias, blasphemas, hæreticas &c.*

Hinc sequitur, quòd vel Romana Ecclesia, vel Ultrajectensis aberret à fide. Romana aberrare non potest, ut fatentur omnes; Ergo Ultrajectensis Ecclesia à fide aberrat.

Audiat deceptus ab Appellantibus populus S. Hieronymum gravissimè monentem: *In illa esse Ecclesia permanendum quæ ab Apostolis fundata, usque ad diem hanc durat. Sicubi audieris, eos qui dicuntur Christi, non à Domino* JESU CHRISTO, *sed à quoquam alio nuncupari, ut puta Marcionitas, Valentinianos, Montenses, sive Campitas,* (dicamus & nos *Jansenistas* & *Quesnellianos*) *scito non Ecclesiam Christi, sed Antichristi esse Synagogam.*

Denique Ecclesia Ultrajectensis non aliud habet caput quam Quesnellum: ergo à Quesnello Quesnelliana dicenda est: quemadmodum Lutherana à Luthero, Calviniana à Calvino appellatur.

Tandem quomodo Catholica esse potest, cujus fides nova, non per Orbem terrarum diffunditur, sed pusillo unius Batavicæ Provinciæ angulo coërcetur? Sibi dictum putent pauculi Appellantes, quod Luciferianis respondit Hieronymus, & Donatistis Augustinus. Si Ecclesiam, inquit Hieronymus, *per totum Orbem diffusam non habet Christus, aut si in Sardinia tantum habet, nimium pauper factus est .... Quomodo ad angulum universa terra crucis trophæa collata sunt?* Similiter Augustinus: *Ipsa est*, inquit, *Ecclesia* CATHOLICA, *quod per totum terrarum Orbem diffunditur ... Pars autem Donati in solis Afris calumniatur Orbi terrarum.*

§. 2.

Instrumenti Appellationis exordium expenditur.

ORdiuntur à gemina Rhetorices figura, quam judicant idoneam ad conciliandos sibi simplicium animos, eosque ab ipsâ Constitutione *Unigenitus*, velut à spectro quodam horribili, avertendos. Hac arte sperant se non deserendos à suis, si jugum Fidei & obedientiæ erga Pontificem & Ecclesiam Romanam, non nisi pietatis & Fidei retinendæ necessitate compulsi, abjecisse videantur. Audiamus exordium.

„ Quas, inquiunt, conscientiæ turbas „ Constitutio *Unigenitus* in *viris Deum* „ *timentibus* excitaverit, non tantùm ex „ vicina Gallia accepimus, sed & propriâ „ ipsi experientiâ in hac Regione observavimus. „

Appellantes vocant se *viros Deum timentes*. Quis dubitet, cùm ipsi de se testimonium perhibeant? Hanc timoris Dei, probitatis, ac Sanctitatis jactantiam, ad conciliandos sibi simplicium animos necessariam Sectarii omnes judicarunt; Hanc in Sectæ suæ Principibus summopere extollebant: hanc exteriori saltem specie, vultu ad modestiam composito, præ se ferre sollicitè nitebantur. Rectè Augustinus: *Prius* CATHOLICOS *proba, ac Sanctos esse probare denique poteris.*

Nota est impietas Arii, & Priscilliani infamia: qui inter Sanctos nihilominus à Sectatoribus numerati fuerunt. Quin & furiosum illum Dioscorum discipuli etiam hodie Altarium honore dignantur. Circumcellionum olim fanatici antesignani, postquam vexatâ crudeliter plebe, furos, latrociniisque se contaminaverant, appellari voluerunt (b) *Duces Sanctorum*. In Bohemia Joannis Huss, & Hieronymi Pragensis memoria, velut Sectæ Martyrum, erectis aris celebrabatur. In Gallia Calvini olim, primorumque Reformatorum Sanctitas ubique resonabat. *Vita nostra*, dicebat solita Novatoribus modestiâ Calvinus, *castitatis, benignitatis, misericordiæ, continentiæ, patientiæ, modestiæ, & cujusvis virtutis exemplum esse potest.* Protestantes titulum *Beati* Luthero tribuunt: eumque

(b) Optat. lib. 3. n. 4.

eumque Minister Drelincourtius *tertium* *Elisam* vocat. Crammerum Archiepiscopum, Schismatis præcipuum in Anglia Auctorem, Athanasio & Cyrillo comparant Anglicani. Omnes hi erant scilicet *Viri Deum timentes*: adeò timoris Dei ac Sanctitatis famam, ad plebis seductionem necessariam, aucupabantur perditissimæ quoque vitæ Sectarii.

Sed etsi Appellantes essent *Viri timentes Deum*, quales se esse jactant: certè non sunt *Viri timentes* scindere Ecclesiam Christi: non sunt *Viri timentes* lata in se & repetita anathemata: non sunt *Viri timentes* recedere à Fide Ecclesiæ Romanæ, ac Fidem novam, novamque Ecclesiam erigere in angulo terræ. Timor Dei, etsi tam verus in ipsis esset, quàm credi volunt, nihil prodesset ad salutem. *Evidenter*, inquit Augustinus (c) *nihil prodest ipsis servare virginitatem, habere continentiam, eleemosynas dare; omnia illa quæ laudantur in Ecclesia, nihil illis prosunt; quia scindunt unitatem, tunicam illam caritatis*. S. Bernardus de Arnaldo de Brixia loquens, *Utinam*, inquit (d) *tam sanæ esset doctrinæ, quàm districta est vita! Homo est neque manducans, neque bibens, solo cum diabolo esuriens & sitiens sanguinem animarum.... Seminator discordiæ, fabricator Schismatum, turbator Pacis, unitatis divisor*. Novatores omnes, deceptores sunt tantò periculosiores, quantò sanctiores appareant, ac se esse jactant.

Verùm, inquiunt, *ex vicina Gallia accepimus, quas conscientiæ turbas in Viris Deum timentibus Constitutio* UNIGENITUS *excitaverit*.

Audentne negare, viros esse Deum timentes, Cardinales, Archi-Episcopos, Episcopos, numero quadraginta, qui paucis mensibus postquam Constitutio *Unigenitus* prodiit, in Palatio Archi-episcopali congregati, Præside Cardinale Noallio, edito *Processu verbali* declararunt,

1. „Congregationem, Sancto Dei nomine invocato, in ipsa Constitutione Sanctissimi Domini *summo gaudio* (*avec une extrême joye*) doctrinam Ecclesiæ recognovisse.

2. „Acceptare se submisso, ac reverenti animo Constitutionem SS. Domini Papæ CLEMENTIS XI.

Præterea audentne negare, Viros esse Deum timentes, Episcopos Galliarum sexaginta alios, qui simili gaudio exultantes eandem Constitutionem acceptarunt, atque in ea doctrinam Ecclesiæ recognoverunt?

Denique audentne negare, Viros esse Deum timentes, cæterarum mundi Regionum Episcopos omnes, qui pari gaudio acceptarunt Constitutionem tanquam continentem doctrinam Ecclesiæ Universalis?

Qui sunt ergo Viri illi Deum timentes, quorum conscientias adeò *turbavit* Constitutio? Soli scilicet Quesnelli discipuli. Neque id mirum: quia omnium, quotquot hactenus fuerunt, Sectariorum conscientiæ, damnatis ipsorum erroribus, turbabantur.

Pergunt Appellantes ad secundam Rhetorices suæ figuram, his verbis: „Quid quod „inter ipsos cœcæ obedientiæ & Pontificiæ „errorum immunitatis patronos nonnulli „hæserint attoniti; quos etiam ad primum „Constitutionis conspectum dicentes audivimus *Constitutionem à Jansenistis sub* „*Pontificis nomine dolosè fabricatam, ad* „*conflandam venerando nomini invidiam*."

Figmentum hoc est ad avertendos à Constitutione animos excogitatum. Quis enim suspicetur, nonnullos obedientes Romanæ Ecclesiæ filios credidisse, tam effrontis fuisse audaciæ Jansenistas, ut Constitutionem sub Pontificis nomine dolosè fabricaverint; cùm notum sit omnibus, Regem Christianissimum, Archiepiscopum Parisiensem, aliosque Episcopos, multum sollicitasse CLEMENTEM XI. ut dignaretur exprimere ipsas propositiones ex Quesnelli libro excerptas quæ dignæ censura viderentur: Pontificem horum precibus annuisse, Cardinalium & Assessorum S. Officii Congregationem instituisse ad examen propositionum ex libro excerptarum. Rem hanc Orbi notissimam fuisse testatur Quesnellus in Epistola Anno 1712. ad CLEMENTEM XI. datâ, qua Pontifici significat, *Ecclesiam suspensam expectare, quid de eo libro Apostolica vestra Sedes judicatura sit*: hoc est, quid judicatura sit, de propositionibus ex libro extractis, subjectisque examini: nam librum ipsum Pontifex triennio ante damnaverat. Prodit Constitutio, quæ noscebatur Romæ parari, quamque universa Ecclesia expectabat. Cùm ecce viri quidam boni, si Appellantibus credimus, dicunt *Constitutionem à Jansenistis sub Pontificis nomine dolosè fabricatam*: quasi scilicet, si hæc dolosè fabricata fuisset, non statim prodiisset, quam tota Ecclesia expectabat, vera Pontificis Constitutio, qua Jansenistæ impostores confunderentur. Mera igitur hæc est fabula ad conflandam Constitutioni invidiam excogitata.

Rationes subnectunt, quæ ipsos ab amplectenda Constitutione deterrent. „Undecumque, inquiunt, hanc Constitutionem „quis consideret, sive materiam expendat, „sive formam, sive circumstantias atten„dat; nihil sese offert, quod ad illius re„ceptionem alliciat; plurima verò quæ „*mentem sinceram, & in Catholica fide* „*probè institutam, ab ea recipienda de*„*terreant*."

Mirum profectò non est, quòd in Constitutione

(c) Tract. 13. in Joan. n. 15. (d) Ep. 195.

stitutione nihil sese offerat, quod Appellantes, quorum doctrina damnatur, ad illius receptionem alliciat. Sic in Bulla Leonis X. nihil sese offerebat, quod Lutherum ejusque discipulos, quorum doctrina damnabatur, ad illius receptionem alliceret: plurima verò quæ eorum, sicut Appellantium, *mentem sinceram*, & *in Catholica fide* (si superis placet) *probè institutam*, ab ea recipienda deterrerent.

Sed videamus quid circa materiam damnatarum propositionum *Virorum Deum timentium, & mentem sinceram, & in Catholica Fide probè institutam* habentium, conscientias tenellas terruerit, ne Constitutionem reciperent.

§. 3.

De Materia per Constitutionem damnata.

IPsa Appellantium verba, ex intima conscientiæ teneritudine prolata, hæc sunt: „ Damnantur uno ictu propositiones „ centum & una, quæ ad varia, eaque præ- „ cipua„ (*sed sæpius damnata*) „ Theologiæ „ ac Disciplinæ Ecclesiasticæ capita pertinent, „ *ac doctrinam continent Sacris Scripturis, SS.* „ *Patribus, Conciliisque apprimè consonam*; „ quæ à probationibus etiam auctoribus, „ (*Jansenistis*) „ passim traditur. Quin ex „ his non paucæ ipsis Scripturarum ac Pa- „ trum, aut certè idem significantibus verbis, „ contextæ sunt. Istiusmodi autem enuntia- „ tiones quis ferat damnari? Sicut enim „ Apostolus profanas vocum novitates de- „ vitari jubet, ita consecrata per Spiritum „ S. oracula, vult intemerata servari. „

Hæc est cantilena, quam à Schismaticis & Hæreticis omnium temporum didicerunt: hæc fraus hæreditaria, quâ ad inescandas simplicium animas, errores suos & hæreses ab Ecclesia damnatas, corruptis Sripturarum ac Patrum testimoniis, popolo venditare consueverunt. Præsentium hypocritarum vultus in præteritorum speculo contemplemur.

S. Ambrosius l. 4. in Caput 4. Lucæ n. 26. *Non te decipiat*, inquit, *hæreticus, quia potest de Scripturis aliqua exempla proferre; nec sibi arroget quod doctus videatur: utitur & diabolus testimoniis Scripturarum, non ut doceat, sed ut circumscribat & fallat.* Vincentius Lirinensis Commonitorii cap. 37. *Si quis interroget quempiam hæreticorum .... Unde probas? Statim ille, Scriptum est enim; & continuò mille testimonia, mille exempla, mille auctoritates parat de lege, de Psalmis, de Apostolis, de Prophetis; quibus novo & malo more interpretatis, in hæreseos baratrum infelix anima præcipitatur.* Et cap. 25. *Tanto*, inquit, *magis cavendi, quanto occultiùs sub divinæ Legis umbraculis latitant .... ut ille, qui humanum facilè despiceret errorem, Divina facilè non contemnat oracula.* S. Hilarius lib. 2. de Trinitate sub initium: *Extiterunt enim plures qui cœlestium verborum simplicitatem pro voluntatis suæ sensu, non pro veritatis ipsius absolutione susciperent, aliter interpretantes quàm dictorum virtus postularet.*

Brevissimè, verissimèque Augustinus lib. de Symbolo cap. 1. *sub ipsis paucis verbis in Symbolo constitutis plerique hæretici venena sua occultare conati sunt.*

Ægrè dico, sed nefas est dissimulare: quidquid hodie Refractarii proferunt, id omne ab antiquis hæreticis mutuatum invenio. Sicut Scripturarum, sic SS. Patrum adulterata testimonia in defensionem errorum proferunt Appellantes: protulerunt & hæretici. De his iterum Vincentius Lirinensis Commonit. Cap. 11. *Qui, cùm sub alieno nomine hæresim concinnare machinentur, captant plerumque veteris cujuspiam viri Scripta, paulò involutiùs edita quæ pro ipsa sui obscuritate dogmati suo quasi congruant, ut illud, nescio quid, quodcumque proferunt, neque primi, neque soli sentire videantur.*

Confidentissimè jactabat Wicklefus apud Waldensem tom. 1. lib. 1. art. 2. cap. 34. *A modernis dissentio, sed cum multis Sanctis antiquis, & specialiter Augustino convenio.* Rursus: *sic habet Augustinus, ut doceo: sic lex Papalis & Concilia. Quomodo ergo adversa mihi docentes, & tenentes, non sunt hæretici capitales?* Quibus recensitis monet Waldensis: „ Propter has furias nolite ab- „ duci, nec citò moveamini Filii Ecclesiæ.... „ Quomodo formidaret hæreticus falsificare „ dictum Augustini, quando non timet fal- „ sum testem facere textum Dei? Nonne „ Augustinus sensit hanc injuriam irrogari „ sibi dum vixit? Respiciatur liber retracta- „ tionum ejus (lib. 1. cap. 9.) ubi dicit Pe- „ lagium hæreticum posuisse in libro suo „ quoddam dictum ejus de libero arbitrio, „ & purgat se ibi de assensu hæretico. Pe- „ tilianus itèm in Responsionibus suis alle- „ gat pro se Augustinum in materia de Bap- „ tismo; & Augustinus librum edidit con- „ tra quædam Capitula sibi falsò imputata „ in materia de prædestinatione. Credibile „ est, si in carne viveret, multò crassiorem „ librum jam scriberet contra innumera „ quasi Capitula sibi falsò imputata. „

Lutherus libro de servo arbitrio: *fateor*, inquit, *mi Erasme te istis omnibus moveri. ..... Videbam omnium illorum authoritatem.*

Digitized by Google

tatem, quos recensuisti, super caput meum veniat diluvium inundaturum. Verum Augustinus quem praeteris, totus meus est.

Calvinus initio Libri de æterna Dei prædestinatione: *S. Augustinus adeò totus noster est, ut si mihi confessio scribenda sit, ex ejus scriptis contextam proferre abunde mihi sufficiat.* In librum 5. Pighii, ait: *Doctrina nostra nullum est caput, quod non prope ad verbum sæpius apud Augustinum occurrat.*

Non his in citando & corrumpendo Augustino palmam concedit Jansenius: Non Appellantium fax & caput Quesnellus: qui Anno 1712. in Explicationis Apologeticæ præfatione ait, *se doctrinam* OBSERVATIONIBUS MORALIBUS *expressam hausisse ex SS. Augustino & Thoma*; ratus insidiantem se sub talium umbra Magistrorum, adversùs quaslibet Pontificum censuras fat esse tutum. *Ubi quis invenerit doctrinam in Augustino clarè fundatam, illam absolutè potest tenere, & docere, non respiciendo ad ullam Pontificis Bullam*, aiebat auctor propositionis 30. ab ALEXANDRO VIII. condemnatæ; quam contra *Sedis* Apostolicæ sententiam resuscitavit Quesnelli socius, & Magister Arnaldus *in Difficultatibus propositis Domino Steyaert* part. 9. pag. 171.

An ergo præteritorum temporum hæretici rectè defendebant hæreses suas damnatas, quando prætendebant, *eas Sacris Scripturis, SS. Patribus, Conciliisque, apprimè consonas, ipsisque Scripturarum ac Patrum, aut certè idem significantibus verbis contextas?* An audiendi erant, cùm dicerent: *Istiusmodi autem enunciationes quis ferat damnari? Sicut enim Apostolus profanas vocum novitates devitari jubet, ita consecrata per Spiritum S. oracula vult intemerata servari.* Cùm ergo hæc eadem hodie occinant Appellantes Ultrajectini; jure illis ab Episcopis Catholicis respondetur, quod olim à SS. Patribus antiquis hæreticis, Scripturas & Patres pro se jactantibus, responsum fuit: nempe illos esse Scripturarum & Patrum vaferrimos corruptores.

Imò de recta Scripturarum intelligentia ne disputandum quidem ampliùs cum damnatis hæreticis Sancti Patres censebant, teste Tertulliano lib. de præscript. cap. 15. ubi sic loquitur: *Scripturas obtendunt, & hâc suâ audaciâ statim quosdam movent, in ipso verò congressu firmos quidem fatigant, infirmos capiunt, medios cum scrupulo dimittunt. Hunc igitur potissimum gradum obstruimus non admittendos illos ad ullam de Scripturis disputationem.*

Et rectè id quidem: nam cum damnatis & pertinacibus de sensu Scripturarum nullus foret disputandi finis. Sanè si quis sensum Scripturarum spiritu privato metiatur, ac mordicùs teneat, contempta Sedis Apostolicæ, Romanæque Ecclesiæ decisione; actum erit de unitate fidei, & pro ingeniorum diversitate diversitas nascetur Sectarum: ut in vicinis Regionibus luctuoso nimis exemplo apparet, ubi in una sæpe domo, quot capita, tot sunt fidei professiones pugnantes, quolibet de assecuto Verbi Dei genuino sensu gloriante.

Pergunt Appellantes: „Specimina talium „ propositionum„ (quarum scilicet damnatio evertit Scripturas, Concilia, Patres) „ exhibere non foret difficile. Sed postquam „ illa exhibuit laudatissima Universitas Pa„ risiensis, speciatim etiam designans ipsa „ sanioris Doctrinæ capita, quæ circa quas„ vis ferè Doctrinæ Theologicæ materias in „ Constitutione *Unigenitus* læduntur; Pa„ risiensium potiùs verba hic exscribere ju„ vat, quàm propriis verbis utendo, mi„ nùs aptè quod rei est exprimere.„

Tum præcipuas materias, circa quas damnatæ Quesnelli propositiones versantur, referunt ex declaratione Parisiensium; qui citra ullam probationem tamquam ex Cathedra infallibili definiunt, Apostolicâ Constitutione Capita lædi præcipua sanioris Doctrinæ.

Contrà Pontifex, Ecclesia Romana, & Catholica universa, definiunt, Apostolicâ Constitutione conteri errores & hæreses, pridem in Baio, Jansenio, aliisque prædamnatas: præterea Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi Galliarum, aliique Theologi permulti, damnatarum Quesnelli propositionum venenum, quod Scriptores factionis mero verborum fuco tentarunt frustra abscondere, doctissimis lucubrationibus protraxerunt in lucem.

Ut autem Lectores ipsis oculis cernant Apostolicâ Constitutione non lædi sanioris Doctrinæ, sed erroneæ atque hæreticæ Capita everti; non abs re fuerit ostendere brevi Parallelo, quantùm propositiones Quesnelli cum damnatis pridem ab Ecclesia propositionibus conveniant.

Digitized by Google

§. 4.

PARALLELUM

Quo perfecta Quesnelli Propositionum cum damnatis ab Ecclesia Propositionibus consonantia ostenditur.

PROPOSITIONES QUESNELLI DAMNATÆ PER CONSTITUTIONEM UNIGENITUS.	PROPOSITIONES DIVERSIS TEMPORIBUS DAMNATÆ AB ECCLESIA.
1. *Propositio Quesnelli.* „ QUid aliud remanet animæ, „ quæ Deum, atque ipsius gra- „ tiam amisit, nisi peccatum, & pec- „ cati consecutiones, superba pau- „ pertas, & segnis indigentia, hoc „ est generalis impotentia ad labo- „ rem, ad orationem, & ad omne „ opus bonum.	35. *Propositio Baii.* „ OMne quod agit Peccator, „ vel servus peccati, peccatum „ est. 40. *Propositio Baii.* „ In omnibus suis actibus pecca- „ tor servit dominanti cupiditati. „ *Articulus* 16. *Joannis Husi.* „ Si homo est vitiosus, & quid- „ quam agat, tunc vitiosè agit.
10. *Propositio Quesnelli.* „ Gratia est operatio manûs Om- „ nipotentis Dei, quam nihil impe- „ dire potest, aut retardare.	2. *Propositio Jansenii.* „ Interiori gratiæ in statu naturæ „ lapsæ numquam resistitur.

Notat Illustrissimus Episcopus Suessionensis (e) Quesnellium longiùs progressum, quàm Jansenium in secunda sua propositione, quæ ab INNOCENTIO X. & universa Ecclesia damnata est ut hæretica. Nam propositio Jansenii solùm dicit, interiori gratiæ *numquam resisti*; Quesnellius audet dicere, gratiam nihil impedire aut retardare posse, adeòque ipsi *non posse resisti*.

Fatendum tamen, Quesnellum hanc 10. propositionem sumpsisse ex Jansenio, qui Tom. 3. lib. 2. Cap. 4. ait: „ Adjutorium „ gratiæ ante lapsum Adæ tale erat, ut ab „ ipso liberæ voluntatis nutu penderet, sal- „ vaque maneret illa libertatis in utramque „ partem flexibilis indifferentia. Nunc ve- „ rò tale est, quod suapte efficacià faciat „ influere facultatem, *nec ipsius libero arbi-* „ *trio subjaceat.* „ Idem docuit Lutherus Tom. 1. in resolutione propositionum Lipsiensium Concl. 2. Calvinus lib. 2. Instit. Cap. 2. 5. 3. & 10. Contra-remonstrantes Calvinistæ in Specimine art. 72. & 75. Item in Synodo Dordracena art. 8. 10. &c. quam Calvinistarum Synodum Jansenius legisse se testatur, & laudat in Epistola ad Joannem Vergerium Abbatem San-cyranum datâ Anno 1620. cui Conciliabulo cùm in plerisque adeò conformia in suo Augustino Jansenius doceat, suspicantur Catholici, ipsique hæretici, eum doctrinæ suæ non parum ex illa Pseudo-Synodo desumpsisse.

Joannes Franciscus Ottius Calviniani verbi Minister Tigurinus in Oratione de causa Jansenistica sic Jansenianos affatur: *Quid si Jansenio Vestro Patrum Dordracensium Canones Augustinum intentius inspiciendi causam attulerint? Quia eadem disputationis materia, idem fere tempus, vicinitas &c.*

Videtur Doctrina esse propositionis 10. in Quesnello damnatæ, quam in Jansenio ita laudabat Paulus Calonus Leerdamensis in Hollandia Prædicans Calvinianus in Epistola ad Jansenii Fratrem Catholicum scriptà 13. Februarii 1641. *Continet liber hic* (Jansenii) *defensionem unius ex præcipuis Religionis verè Christianæ articulis sub nomine S. Patris Augustini. Istud ipsum dog-*

ma

(e) Première Instruct, Pastorale pag. 68.

nus est, quod quod nos constanter traditur, & prædicatur: pro cujus defensione dilectissimus frater tuus testatur se multa Lovanii sustinuisse prælia, multa indigna perpessum .... Gratias ago Deo, & agam publicè, pro tam propitio lumine, quo fratris, tui intellectum illustrare dignatus est.

Joannes De Labadie ex devoto Jansenista Ambianensi factus Montalbani publicus Calvinismi Minister, ac dein novæ Sectæ apud Batavos hæresiarcha, eandem Jansenii de gratia doctrinam mirificè prædicat in Epistola ad suos aliàs Confratres. „ Nostis, inquit, „ quod eorum essem ex numero, qui Jansenistæ appellantur, qua- „ les & vos esse mihi perspectum est. Facilè „ deprehendetis; omnes (*Jansenistas*) aut „ prorsus, aut partim consentire Reformatis, solo illos timore, aut pusillanimitate „ retineri, humanos eis dominari respectus. Et paulò superiùs. „ Revera supposita „ doctrinâ de prædestinatione & gratia, „ qualem Jansenius explicat, quamque solam ostendit esse veram, & orthodoxam, „ prorsus eadem est, & integra doctrina „ Ecclesiæ Reformatæ. Sola diversitas est in „ quodam loquendi modo, de quo indubiè „ brevi inter partes conveniet. Quæ cùm „ ita sint, nonne hoc est plus quàm semi-reformatum esse? Nonne hoc est cum „ Calvino admittere arbitrium servum, „ concupiscentiam dominantem, necessitatem ad malum, Jesum Christum liberatorem electorum tantùm, impotentiam „ implendi mandata. &c? „

12. *Propositio Quesnelli.*

„ Quando Deus vult salvare animam, quocumque tempore, quocumque loco, effectus indubitabilis sequitur voluntatem Dei. „

Propositio Jansenii t. 3. lib. 10. c. 2.

„ Non potest statui voluntas generalis, quâ Deus omnes homines in damnatione primi peccati positos, velit salvos fieri, & ex qua voluntate generali remedia sint omnibus præparata. „

Propositio Calvini L. 2. Inst. c. 24.

„ De hominum generibus, non de singulis personis sermo est, dum scilicet Apostolus de Deo dicit: *Vult omnes homines salvos fieri.* „

26. & 27. *Propositio Quesnelli.*

„ Nullæ dantur gratiæ nisi per fidem. „

„ Fidei est prima gratia & fons omnium aliarum. „

Propositio Jansenii L. 3. de Grat. c. 11.

„ Infideles carent omni gratia sufficienti ad salutem, tam proximâ, quàm remotâ, & omnibus principiis ejus. „

Has & similes propositiones damnavit ALEXANDER VIII. in quinto inter 31. Articulos: *Pagani, Judæi, hæretici, aliique hujus generis, nullum omnino accipiunt à Jesu Christo influxum; adeòque hinc rectè inferes, in illis esse voluntatem nudam, & inermem, sine omni gratia sufficienti.*

35. *Propositio Quesnelli,*

„ Gratia Adami est sequela creationis, & erat debita naturæ sanæ, & integræ. „

21. & 26. *Propositio Baii.*

„ Humanæ naturæ sublimatio, & exaltatio in consortium Divinæ naturæ, debita fuit integritati primæ creationis, & proinde naturalis dicenda est, & non supernaturalis. „

„ Integritas primæ creationis non fuit indebita humanæ naturæ exaltatio, sed naturalis ejus conditio. „

44. *Pro-*

44. Propositio Quesnelli.

„ Non sunt nisi duo amores, unde „ volitiones, & actiones omnes no„ stræ nascuntur : Amor Dei, qui „ omnia agit propter Deum, quem„ que Deus remuneratur : & Amor, „ quo nos ipsos, ac Mundum dili„ gimus, qui quod ad Deum refe„ rendum est, non refert, & prop„ ter hoc ipsum fit malus. „

38. Propositio Baii.

„ Omnis Amor creaturæ rationa„ lis aut vitiosa est cupiditas, quâ „ mundus diligitur, quæ à Joanne „ prohibetur; aut laudabilis illa cha„ ritas, quâ per Spiritum Sanctum „ in corde diffusâ, Deus amatur. „

45. Propositio Quesnelli.

„ Amore Dei in corde peccato„ rum non ampliùs regnante, *necesse* „ *est*, ut in eo carnalis regnet cupi„ ditas, omnesque actiones ejus cor„ rumpat. „

40. Propositio Baii.

„ In omnibus suis actibus pecca„ tor servit dominanti cupiditati. „

Hæc Quesnelli propositio falsior, durior, & damnabilior est, quàm sit illa Baii propositio damnata: quia quod Baius simpliciter dixit fieri, ut peccator in omnibus suis actibus serviat dominanti cupiditati, hoc Quesnellus tribuit *necessitati*.

47. Propositio Quesnelli.

„ Obedientia Legis profluere de„ bet ex fonte, & hic fons est „ charitas quando Dei amor est il„ lius principium interius, & Dei „ gloria ejus finis, tum purum est „ quod apparet exterius; alioquin „ non est nisi hypocrisis, aut falsa „ justitia. „

16. Propositio Baii.

„ Non est vera Legis obedientia, „ quæ fit sine charitate. „

Juxta Bajum, sine charitate non est vera Legis obedientia. Plus audet Quesnellus, qui damnatæ Baii propositioni, velut nimis modestæ, superaddit, obedientiam Legis sine charitate, non esse nisi *hypocrisim*, aut *falsam justitiam*.

60. Propositio Quesnelli.

„ Si solus supplicii timor animat „ pœnitentiam; quo hæc est magis „ violenta, eo magis ducit ad *des„ perationem*. „

Propositio Lutheri in Concilio Tridentino damnata.

„ Contritio imperfecta, quæ ex „ turpitudinis peccati consideratione, „ vel ex gehennæ, & pœnarum me„ tu concipitur, facit hominem *hy„ pocritam* & magis peccatorem. „

Lutherum impietate tantùm superat Quesnellus, quanto *desperatio* gravius peccatum est, quàm *hypocrisis*.

69. Propositio Quesnelli.

„ Fides, usus, augmentum & „ præmium fidei, totum est do-

Propositio Lutheri in Concilio Tridentino damnata.

„ Bona opera hominis justificati „ ita sunt dona Dei, ut non sint etiam

„ num *puræ* liberalitatis Dei. „

70. Propositio Quesnelli.

„ Numquam Deus affligit innocentes; & afflictiones semper serviunt, vel ad puniendum peccatum, vel ad purificandum peccatorem. „

72. & 76. Propositio Quesnelli.

„ Nota Ecclesiæ Christianæ est, quod sit Catholica, comprehendens & omnes Angelos Cœli, & omnes Electos, & justos terræ, & omnium Seculorum. „

„ Nihil spaciosius Ecclesiâ Dei, quia omnes electi, & justi omnium Seculorum illam componunt. „

„ etiam bona ipsius justificati merita; nec per ea meretur augmentum gratiæ, vitam æternam, & augmentum gloriæ. „

72. Propositio Baii.

„ Omnes omninò justorum afflictiones sunt ultiones peccatorum ipsorum: unde & Job & Martyres, quæ passi sunt, propter peccata sua passi sunt. „

Propositio Joannis Hus condemnata in Concilio Constantiensi.

„ Ecclesia est una, sancta, & universalis Societas Prædestinatorum. „

„ Ecclesia universalis est una, sicut unus tantùm est numerus Prædestinatorum. „

Non magis Quesnellus quàm Joannes Huss, comprehendit peccatores baptizatos, quasi hi non sint membra Universalis Ecclesiæ.

Pauca hæc sunt specimina propositionum Quesnelli ad varias Theologiæ materias pertinentium, & pridem in *Joanne Huss*, *Luthero*, *Bajo*, *Jansenio*, ab Ecclesia damnatarum. Numquid Appellantes Ultrajectini cæci, vel impostores sunt, quando simplicioribus persuadere conantur, prædictas Quesnelli propositiones, aliasque his similes, *Doctrinam continere Sacris Scripturis, SS. Patribus, Conciliisque apprimè consonam*? & tamen dum hoc veneno intus turgent, foris ambiunt speciem pietatis, quando more Sectariorum vocant se viros Deum timentes; quando Ecclesiam Ultrajectensem, quâ parte ipsis adhæret, appellant Catholicam, quam à Romanæ, Catholicæ, Apostolicæ, & Universalis Ecclesiæ Fide & obedientia per schisma apertissimum separant.

§. 5.

Frustra Appellantes in invidiam conantur vocare Pontificem & Ecclesiam propter Condemnationem Propositionis 91.

HUjus Propositionis censuram potissimùm exagitant, quæ à Quesnello his verbis exprimitur. *Excommunicationis injustæ metus numquam debet nos impedire ab implendo debito nostro.*

Hæc propositio nudè secundùm se considerata, præscindendo ab Auctore, & aliis scriptis ejus, potest, quibusdam additis, aut subintellectis, in sensum verum explicari: attento verò Auctore, & aliis ejus scriptis, non potest nisi sensu falso & schismatico intelligi.

In sensum verum, quibusdam additis, sic explicari potest: *Metus Excommunicationis* CERTO ET EVIDENTER INJUSTÆ, *numquam debet nos impedire ab implendo debito* CERTO, VERO, ET INDISPENSABILI, FUNDATO IN JURE NATURALI AUT DIVINO.

Sensus falsus & schismaticus est: *Metus Excommunicationis injustæ*, QUAM NOS SOLI (*reclamante Ecclesiâ*) IMAGINAMUR INJUSTAM, *numquam debet nos impedire ab implendo debito nostro* IMAGINARIO.

Posteriorem hunc sensum, falsum & schismaticum esse, patet ex eo, quod omnes schismatici, & hæretici putaverint, metum Excommunicationis, quam ipsi soli injustam sibi ima-

imaginabantur, non debere ipsos impedire ab implendo debito fictitio retinendi & defendendi doctrinam suam ab Ecclesia damnatam, quam prætendebant esse *conformem Scripturis Sacris, SS. Patribus, Conciliisque*: sicut hodie damnatam suam & Jansenii doctrinam esse Sacris Scripturis, Patribusque conformem Quesnellus ipse, & discipuli ejus prætendunt.

Jam quæritur, uter propositionis 91. sensus à Pontifice & Ecclesia damnatus sit? An ille, qui quibusdam, ut dixi, subintellectus, verus est; an oppositus, qui attentis Quesnelli scriptis, falsus est, & schismaticus?

Quesnelli Discipuli Appellantes Ultrajectini non verentur asserere, sensum propositionis quibusdam additis verum, videri posse à Pontifice, & Ecclesia condemnatum. Dicunt enim pag. 3. „ Ecclesiæ non „ minùs quàm Imperii statum ac tranquil„ litatem turbare potest *Constitutio*, dam„ nata illâ propositione: *Excommunicatio„ nis injustæ metus numquam debet nos im„ pedire ab implendo debito nostro*: quæ „ quidem propositio (ut prætendunt) nihil „ aliud significat, quàm quod Patres, & „ Apostoli dixerunt: *Obedire oportet, Deo „ magis, quam hominibus.* „

At quibus, obsecro, nisi Schismaticis, videri potest Pontifex, & Ecclesia condemnasse istud Patrum, & Apostolorum effatum; & definire voluisse oppositum, *non oportere obedire Deo magis quam hominibus?* An Viro, cui superest aliquid Catholici pectoris, incidere potest, quod Pontifex, & Ecclesia condemnare voluerit propositionem hoc modo expressam: *Metus excommunicationis certo, & evidenter injustæ numquam debet nos impedire ab implendo debito certo, vero, & indispensabili, fundato in jure naturali, & divino*: quodque adeò, in tali debito implendo, *oporteat Deo magis obedire quam hominibus?* An sine horrore, & impietate suspicari quis potest, Pontificem, cujus mansuetudo, pietas, clementia, etiam professis Ecclesiæ hostibus notissima fuit, definire voluisse, & universis Ecclesiis, quæ definitionem ejus debita acceptarunt obedientia, persuadere, jus naturale, & Divinum violari debere ob metum Excommunicationis certò & evidenter injustæ? Nescio quis præter eos, quos maledicendi æstus excæcavit, tam impiæ suspicionis sit capax.

Respondeant Appellantes: quæro ex ipsis, an Quesnellus ullibi docuerit, jus divinum, & naturale nullatenus debere violari ob metum excommunicationis certò & evidenter injustæ? Si hoc nullibi docuit, cur fingunt Pontificem voluisse definire oppositum, quod per se tam erat impium, & cujus definiendi nulla necessitas, nulla occurebat occasio?

Alium sanè propositionis sensum falsum, & schismaticum Pontifex voluit condemnare, quem ipsa propositio 91. attento Auctore, & aliis scriptis ejus, abunde significat.

Omnibus notissimum erat, quinque famosas propositiones in genuino libri Jansenii sensu à tot Pontificibus, & Universa Ecclesia ut hæreticas condemnatas, Quesnellum numquam abjurare voluisse, sed eas, editis variis tenebrarum opusculis, quæ in Causa Quesnelliana magno numero recensentur, pertinaciter defendisse uti S. Augustino, Apostolo Paulo, & Sacris Scripturis conformes. Undè consequenter judicavit, illas in genuino Libri Janseniani sensu acceptas non nisi injustè condemnari potuisse, ac proinde muneris sui esse, illas mordicus retinere, ac defendere; neque ab hoc imaginario debito implendo impediri se debere metu Excommunicationis, quam sibi imaginabatur injustam.

Hæc Viri indoles pertinax, & refractaria, ac tenacissima hæresis Jansenianæ, de qua servato juris ordine convictus, & publicâ sententiâ condemnatus fuit: hæc, inquam, Viri indoles cùm perspecta esset Pontifici, & Ecclesiæ, non alio sensu accipi debuit hæc ejus propositio, *Excommunicationis injustæ metus, numquam debet nos impedire ab implendo debito nostro*, quàm eo, quem omnia facta ejus, & scripta manifestissimè indicant; non esse scilicet obediendum Pontifici damnanti doctrinam Jansenii, quam ipse injustè damnatam clamat, nec impediri se debere ab implendo debito, quo obligari se credit ad eam defendendam, velut *Sacris Scripturis, SS. Patribus, Conciliisque apprimè consonam*; licet cervici suæ immineret Excommunicatio, quam ipse injustam vocat, quamque non semel contra se latam vultu imperterrito excepit, atque etiam moriens contempsit. Quid pertinacius, horribilibusque scripserunt, egeruntque Schismatici, atque Hæretici temporum præteritorum? Numquid & illi doctrinas suas damnatas prætendebant consonas Scripturis, & Patribus? Numquid latas contra se Excommunicationes pari fastu contemnentes mortui sunt, ab Unitate Ecclesiæ Catholicæ rescissi?

Quis non videat quo collimet postrema hæc Quesnelli propositio: *Nihil Spiritui Dei, & doctrina Jesu Christi magis opponitur, quàm communia facere juramenta in Ecclesia; quia hoc est multiplicare occasiones pejerandi, laqueos tendere infirmis, & idiotis, & efficere, ut nomen, & veritas Dei aliquando deserviant consilio impiorum.* Constat nimirum, Formulam Juramenti, ab ALEXANDRO VII. omnibus in Ecclesia præscriptam, quâ doctrina Jansenii velut hæretica abjuratur, Quesnellum, uti sectæ fatalem, semper fuisse abominatum.

Hinc

Hinc illam, quasi spiritui Dei, & doctrinæ Jesu Christi contrariam, ac consilio impiorum deservientem depingit: ut discipulos suos ab abjuranda Jansenii doctrina absterreat, non obstante metu Excommunicationis, quæ ipso judice non nisi injusta esse potest.

Denique si quis attentè consideret propositiones decem, quas de Excommunicationis materia Quesnellus tradidit; eas omnes eò collimare intelliget, ut Excommunicationum contemptum Jansenii discipulis instillent, eosque animent, velut futuros intrepidos veritatis Jansenianæ defensores, plenos meritorum, ac vitæ æternæ, si in sua pertinacia moriantur, coronâ dignissimos. Hinc Quesnellus Propositione 98. affirmat a Status persecutionis, & pœnarum, quas quis tolerat tamquam hæreticus, flagitiosus, & impius, ultima plerumque probatio est, & maximè meritoria, utpote quæ facit hominem magis conformem Jesu Christo. Nonne hic egregiè animantur Quesnelli, & Jansenii discipuli, ut Excommunicationes ob defensam Quesnelli, & Jansenii doctrinam contra se latas non solùm non metuant; sed ad eas potiùs anhelent eo animi ardore, quo primi Christiani ad tormenta, & Martyria properabant?

Ex dictis jam, opinor, intelligunt Appellantes Ultrajectini, nihil illos ratione materiæ condemnatæ absterrere posse ab amplectenda Constitutione *Unigenitus*; quam ab Ecclesia Catholica pridem debitâ obedientiâ receptam, impiâ suâ Appellatione repudiare pertinaciter non possunt, si in Ecclesiâ Romana, Catholicâ, & Apostolicâ, extra quam nulla speranda est salus, vivere securè & mori desiderent.

CAPUT II.

De forma, quâ per Constitutionem *Unigenitus* propositiones Quesnelli damnantur.

Videamus modò quid Appellantes prætexant displicere sibi in forma Constitutionis, quo minùs ei se subjiciant.

§. I.

Prima Appellantium adversùs formam Constitutionis querela expenditur, & refutatur.

" Liber, inquiunt, ab Auctore Gallo ipsa in Gallia, lingua Gallicâ editus, à quibusdam è præcellentioribus Regni Episcopis approbatus, populoque eximiè commendatus, non debuit ab accusatoribus primò Romam deferri. Primum judicandi jus ad Episcopos indigenas pertinebat, sub quorum oculis Causa erat nata; quibus inepta, & infidelis propositionum in aliam linguam translatio, ut in quibusdam propositionibus factum est, non potuisset illudere; qui de libro, quem longâ annorum serie omnium Ordinum homines avidissimè legerant, multorum Eruditorum sententiam facili negotio potuissent exquirere: qui Clarissimi Jacobi Bossuetii Meldensium Episcopi judicium, rationesque quibus nitebatur, non vulgari loco fuissent habituri. Notandum enim est virum istum, tantâ doctrinæ famâ præsertim in Controversiis Fidei toto Orbe celebratissimum, pro Quesnelliano libro, cùm jam in periculum vocari inciperet, Apologiam scripsisse persinsignem. "

Tria hic refutanda occurrunt: 1. Non debuisse Librum ab accusatoribus primò Romam deferri. 2. Ineptam & infidelem propositionum in linguam latinam translationem Pontifici, & Romanis Censoribus illusisse. 3. Jacobum Bossuetium pro Quesnelliano Libro scripsisse Apologiam.

Inter primos Libri accusatores fuit D. de Fromageau Doctor, & socius Sorbonicus, qui Anno 1694. articulos 199. velut *erroneos, & reprehensione dignos*, ex Quesnelli opere collegit.

Postea Humbertus Archiepiscopus Mechliniensis *in causa Quesnelliana* varias ex eodem Libro exhibuit propositiones erroneas, schismaticas, atque hæreticas: quarum etiam exempla ad Sedem Apostolicam misit.

Contra easdem Quesnelli *Observationes* elegans scriptor Gallicus duos edidit Tractatus; quorum altero Quesnellum in suis Observationibus *seditiosum*, altero *hæreticum* demonstravit.

Suppetias hìc quoque Ecclesiæ opportunas tulit Episcopus Aptensis, qui decreto publico

publico *Observationes* interdixit, Censurisque notavit non levioribus.

His undique clamoribus excitus SS. D. N. CLEMENS XI. & plurium stimulatus precibus, ne omnia ergà *Observationum* librum indulgentia probro verteretur Apostolicæ Sedi, velut erroribus conniventi, quibus sensim corrumperetur Ecclesia, & multi incauti ruerent in interitum, accuratiori eum examini subjecit. Quo expleto, *unanimi* Qualificatorum, Consultorum, Cardinalium omnium, qui Relationi interfuerant, in hoc convenit Sententia, Librum esse perniciosum, atque erroribus gravissimis, etiam hæresim sapientibus scatentem; proinde manibus fidelium subducendum esse, atque anathemate feriendum. Quod SS. Pontifex præstitit, speciali Decreto Anno *1708.* in quo inter alia sic declaratur: *Notas insuper & Observationes continet habentes quidem speciem pietatis, sed ad virtutem ejus abnegandam subdolè deducentes: in quibus passim occurrunt doctrina, & propositiones seditiosæ, temerariæ, perniciosæ, erroneæ, aliàs damnatæ, & Jansenianam hæresim manifestè sapientes.*

Anno proximè sequenti prodière contra eundem Librum Censuræ Episcoporum Lucionensis, Rupellensis, Vapincensis. Rex Christianissimus revocavit, quam aliàs tribuerat, editionis facultatem. Eminentissimus autem Parisiensis Archiepiscopus, ægrè ferens, Antistites illos non contentos Sedis Apostolicæ Sententia, plurimas è Libro propositiones excerpsisse, quibus præveniendo Pontificis Judicium, censuras infligerent, sic animi sui propositum expressis literis ad Aginnensem Episcopum Scriptis 20. Decemb. 1711. atque in lucem dein publicam Typo editis. Pag. 12. *Absque ulla hæsitatione omnibus audire volentibus asserui, futurum nunquam, ut quis me videat dissensiones facientem, vel tolerantem in Ecclesia propter librum, à quo Religio minimè pendeat. Addidi me, si Sanctissimo Domino Nostro Pontifici videretur Liber hic ritu congruo proscribendus, Constitutionem ejus, & Censuram ante omnes alios summa reverentia amplexurum, daturumque omnibus perfectissima animi & cordis obedientia exemplum. Revera gaudio mihi esset, ex Sanctissimi Patris documentis posse proficere, mihique ducerem gloriæ, ex ipso didicisse modum, tutò, accuratèque loquendi de tanti momenti quæstionibus, non sine maxima circumspectione tractandis.*

Non placuerat scilicet Eminentissimo Libri, anteà à se approbati, proscriptio, Censuras quidem complures accumulans, sed nullum Libri designans articulum, quem damnatio impeteret. Quapropter Rex Christianissimus, qui & intestina Episcoporum dissidia, invicem erroris, hæresisque accusantium, & fomitem dissidiorum hæresim, compescere, atque extinguere penitus studebat, precibus sæpe iteratis Pontificem rogavit, ut quoniam ad Regni pacem, doctrinæ sanæ, atque ipsius Fidei incolumitatem necessarium videbatur, requirente id pariter Cardinale suo Archiepiscopo, aliisque Regni Antistitibus, novum Libri Pontifex examen instrueret, quo articuli Censurâ digni excerperentur: quibus selectis, non Breve, non inferioris ordinis Decretum, sed solemnis ederetur Constitutio, non Librum solummodo, sed & doctrinam, & singulares ejus configens articulos.

Quid hic, obsecro, contra formam peccavit Pontifex? *Non debuit*, inquiunt Appellantes Ultrajectini, *Liber ab Accusatoribus primo Romam deferri. Primum judicandi jus ad Episcopos indigenas pertinebat.* Quis detulit? Quis singularium censuram propositionum à Pontifice postulavit? Rex, Cardinalis Noallius, aliique Galliarum Episcopi. An hi jus suum violarunt?

Multùm sanè ignorantes esse oportet Dominos Appellantes si nesciant judicium *de Causis Majoribus*, quales sunt schisma, & hæresis, semper ad S. Sedem delatum fuisse. *Petri Fides quæ non deficit*, dicebant Anno *1651.* octoginta quinque Galliarum Episcopi, *jure, ac solemni perpetuoque Ecclesiæ more exigit, ut ad Apostolicam Sedem Causæ Majores dijudicandæ referantur.* Hoc jus in Primatu, & Jurisdictione, quam Christi Vicarius in Universa Ecclesia Jure divino exercet, est fundatum, & omnium Seculorum Ecclesiarumque praxi sine dubitatione stabilitum.

Concilium Sardicense ad Julium Papam scribit in hæc verba: (*f*) *Hoc enim optimum, & valdè congruentissimum esse videbitur, si ad Caput, id est, ad Petri Apostoli Sedem, de singulis quibusque Provinciis Domini referant Sacerdotes.*

Imperatores Catholici auctoritate suâ hanc eandem praxim inviolatam servari voluerunt. Non patiemur, inquit Pontifici Justinianus (*g*) causas Ecclesiæ ullas tractari, quantumvis manifestas & indubitatas, nisi ad Sanctitatem Vestram referantur, qui es Caput omnium Ecclesiarum. Neque aliam ob Causam legem hac de re tulit is Imperator, nisi ut Ecclesiæ Lex observaretur exactiùs. Scribit in Historia Socrates (*h*) quod *Canon Ecclesiasticus jubeat, non oportere absque Sententia Episcopi Romani, Decreta Ecclesiis sancire.* Quod de Causis Majoribus, ac præsertim ad Fidei depositum, unitatemque Ecclesiæ servandam spectantibus, intelligi oportet. Parisiensis Curia, vulgò *Parlamentum* dicta, in Libello supplici Ludovico XI. oblato, de pragmaticis San-

(*f*) Ep. Conc. Sardic. ad Jul. in fragm. Hilarii pag. 1290. nov. edit. (*g*) Cod. tit. 1. l. 8.
(*h*) Lib. 2. cap. 8.

Sanctionibus agens, agnovit causas ejusmodi S. Sedi reservatas esse.

Hinc paret, quàm malè DD. Appellantes conquerantur, quod à Rege Christianissimo, Cardinale Noaillio, aliisque Episcopis, jus Episcoporum fuerit violatum, recurrendo in Causa hac majori ad Sedem Apostolicam.

Cardinales, Archiepiscopi, & Episcopi 40. Anno 1714. acceptantes Constitutionem *Unigenitus*, reliquos Galliarum Episcopos ad eandem pars zelo amplectendam his verbis hortati sunt: „ Novistis, sanctam & venerabilem Corporis Episcoporum cum
„ suo Capite conjunctionem quovis tem-
„ pore fuisse medium securissimum ad re-
„ primendum errorem, ejusque incremen-
„ tum communi damnatione præcidendum;
„ sive Episcopi judicaverint primi, quod
„ vi Characteris sui facere possunt, judi-
„ ciumque suum ad S. Sedem miserint Apo-
„ stolica Auctoritate confirmandum; sive
„ *Pontifex ipse primus judicaverit*, & De-
„ cretum suum miserit ad Episcopos, ut
„ illud acceptando jungant se S. Sedi, & in
„ suis Diœcesibus mandari curent executioni.
„ Uterque hic judicandi modus, pro tem-
„ porum & animorum diversa dispositione,
„ usitatus fuit. Posteriorem hunc mo-
„ dum sequendo, inhæsimus vestigiis præ-
„ decessorum nostrorum, qui modum
„ eumdem tenuerunt in condemnatione
„ quinque propositionum Libri Jansenii.
„ Non minùs conveniens est, ut hoc etiam
„ casu similiter procedatur in condemna-
„ tione Libri, magis etiam periculosi, in
„ quo Jansenismi Hydra novo se tumore
„ attollit. „

Hactenus Episcopi Galli. Quid ergo Quesnelli discipuli de Episcoporum violato jure querentur?

Altera querela, quòd *inepta, & infidelis Propositionum in linguam latinam transiatio Pontifici, & Romanis Censoribus illuserit*, frivola, & *puerilis* meritò vocatur ab Illustrissimo Suessionensi Episcopo in prima sua Instructione Pastorali pag. mihi 85. Hujus porrò cavilli absurditatem falsitatemque demonstrat ibidem Vir ille in duabus voculis, quæ solæ ex tanto propositionum cumulo ineptæ translationis à paucis tenebrionibus accusantur. Sed fortassis homines Batavi peritiores sunt linguæ Gallicæ, atque Latinæ, quàm Illustrissimus Suessionensis, & cæteri Galliarum Episcopi. Eò ineptiarum dilabuntur, qui desertâ Fide, & obedientiâ Romanæ Ecclesiæ, Jansenianæ, & Quesnellianæ hæresi affixi sunt pertinacissimè.

At *Clarissimus*, inquiunt, *Jacobus Bossuetius Meldensium Episcopus, tantâ doctrinæ famâ præsertim in controversiis Fidei toto Orbe celebratissimus, pro Quesnelliano Libro, cùm jam in periculum vocari incipe-ret, Apologiam scripsit perinsignem.*

O Versipelles Quesnelli discipuli! qui à Magistro vestro didicistis, uno ore modò in cœlum extollere, modò in præceps detrudere homines eosdem, prout causæ vestræ toto Orbe damnatissimæ, vel favere videntur tantillùm, vel adversari.

Audiatur Quesnellus ipse, Dux vester, in Epistola Anno 1698. 18. Septembris ad Willartium: *Dominus du Perron* (in cifra Janseniana Dominus Bossuet Episcopus Meldensis) *videtur mihi nullius penitus authoritatis.* ME PAROIT UN TRES PAUVRE HOMME: *Propheta claudicans in utramque partem. Tales veritatem nolunt cognoscere, ne sequi teneantur.* In alia ad eumdem Willartium Epistola. *Oportet*, inquit, *Dominum du Perron stultescere*, IL FAUT QUE LA TETE LUY TOURNE; *quod dicit in occulto, velim prædicet super tecta: non solum se reddet ridiculum; sed & omnium in se tela convertet. Homo est nihil habens veræ juris-prudentiæ; quia Libri plures in lucem editi sunt, quibus eum proteri necesse est.*

Has Epistolas, hæc Quesnelli De Bossuetio judicia pridem typis prodiisse, & in omnium versari manibus, discipulis Quesnelli notum est. Quâ igitur fronte nunc audent istt tantis eum encomiis celebrare? Revelemus Mysterium iniquitatis. Sapuit videlicet Bossuetius quando pro Quesnelliano opere, non tunc satis à se expenso, Apologiam scripsit. Desipuit autem, & omnes à Quesnello impactas contumelias promeritus est, quoties Jansenismum, tanquam hæresim reipsâ existentem ejusque sectatores fuerit aversatus. Indolem Quesnellistarum versipellem in aliis exemplis hac occasione Lector agnoscat.

Alexander VIII. cùm esset Cardinalis, visus forsan aliquibus fuerat minùs favere Jesuitis in Congregatione de Propaganda Fide: Dein ad Pontificatum assumptus, quibus non elogiis ac blanditiis, à Janseniana Factione frustrà tentatus fuit, ut in illas partes penitus traheretur! Ad Petri Cathedram evecto statim applaudebant Novatu-riensium in Hollandia Primipili Epistola plurium nominibus signatâ, cujus hoc est exordium:

„ Sanctissime Pater: una omnium, qui
„ Christum sincerè diligunt, lætitia est, Te
„ Ecclesiæ à Deo datum esse Pastorem,
„ qui illam non ab exteris solùm hostibus
„ apertè eam impetentibus defendas; sed
„ etiam à Domesticis, qui Christianæ Fi-
„ dei, ac pietatis leges adulterando, gre-
„ gem Christi pestifero pabulo corrum-
„ punt; eos verò Apostolico vigore tuearis,
„ qui in partem solicitudinis vocati, pas-
„ cendis ovibus sibi commissis sedulò in-
„ vigilant. „

Digitized by Google

Audisti Adulatores? audi nunc, Lector, laudes hypocritarum in rabiem versas. Damnatis, præter expectationem & thura ipsorum, triginta & una propositionibus Jansenistarum, tantam eorum indignationem idem Alexander VIII. incurrit, ut execrationi eis fuerit; & conversis in opprobria laudibus, indignus Pontificatu, indignus Christiano nomine, & cœtu Fidelium judicatus.

Neque *Virorum*, ut se vocant, *Deum timentium* odium cum vita Pontificis fuit terminatum: *animam* ejus post obitum persecuti sunt; indignam censuêre suffragiis, exequiis, atque omni memoriâ. Ita Wallonus Hollandorum istorum, & Jansenistarum omnium in Urbe agens ad Arnaldum scribebat Anno 1691. 3. Februarii: *Pontifex ad Dei Tribunal evocatus est, redditurus rationem sui Decreti in Inquisitione conditi, & sua Bulla contra 4. Articulos Cleri Gallicani.* In Epistola ad Quesnellum eodem Anno 17. Martii: *Non solus tu defunctum Pontificem atro Excommunicationis calculo notas; ego adduci non potui, ut vel uni ex solemnibus exequiis pro eo in Basilica S. Petri celebratis interessem: ne orare quidem pro eo possum, aut ejus ad aram meminisse.*

Non in solius Alexandri VIII. detestatione stetit Jansenistarum odium: etiam in cæteros Pontifices sibi transverso digito incommodos derivatum est. Sic Anno 1702. 13. Julii Quesnello, viro illi Sancto, se pandit Wallonus: *Quod de Pontificibus scribis, etiam mihi inciderat, sed cavero sensum meum* (quod in Hollandia tutiùs fit) *hic explicare; quamquam ipsorum ultionem parum metuam.*

Sic Jansenii & Quesnelli discipuli, qui eodem ubique terrarum rebellionis spiritu animantur, a Pontificum Romanorum exequiis celebrandis, & precibus pro eis fundendis abhorrent, qui Sebasteni, Quesnelli, aliorumque in Excommunicationis vinculo mortuorum memoriam impressis encomiis celebrant, eorumque funera, tamquam Sectæ Martyrum, pompa magnificentissima prosequuntur.

Redeamus ad Apologiam Bossuetii tantopere ab Appellantibus Ultrajectinis laudati, tantoperè à Quesnello despecti: ut vel mala Fides, vel supina Appellantium ignorantia omnibus patescat.

Clarissimus Bossuetius, postquam Apologiam scripserat *Observationum in novum Testamentum* sub initium Anni 1699. dein hortatu Illustrissimi Carnotensis Episcopi Observationes illas studiosiùs introspiciens, benigniorem, quam de iis præproperè tulerat sententiam, in severam mox convertisse deprehenditur Censuram, teste ipso Willartio, notissimo factionis asseclа, in Epistola ad Quesnellum datâ Anno 1699. die 27. Martii. *Quædam*, inquit, *suspicio est, P. du Perron* (Episcopum Meldensem) *huic libro adversari.* Quod tunc solummodo suspicabatur, certiùs assecutus est Anno sequenti. Sic enim 1700. die 30. Januarii, Quesnellum literis monuit: *Nihil novi scio de tumultu, quem excitant quatuor fratres* (quatuor Volumina Observationum) *præter hoc unum, scilicet Dominum du Perron sis etiam adversari; sed illud tantùm heri rescivi.*

Eodem Anno 1700. Abbas Dambes, vero nomine Abbas Covet, Epistolam acerbam dedit ad Episcopum Meldensem, qui ad Cleri Gallicani Comitia Parisios venerat, in qua sic eum increpare audet. *Multos novimus, quibus dixisti, quinque illas propositiones* (in Jansenio damnatas) *in Libro Patris Quesnelli reperiri.* Dein addit: *Nec è memoria tua fortasse excidit, Illustrissime Præsul, te nuper fassum esse cuidam Archiepiscopo, qui in Comitiis erat, puros & apertos Jansenii errores hoc Libro contineri.*

Hæc in secundo contra Quesnelli Librum documento Pastorali ad Clerum, & Populum suum dato 1711. 14. Maii, duo integerrimi Galliarum Antistites Lucionensis, & Rupellensis referunt; ac dein meritò adversùs pessimam Jansenistarum fidem ita exclamant:

„ Post testimonium tam apertum, tam
„ clarum, præsertim profectum ab uno ex
„ hujus factionis principibus ..... quis non
„ mirabitur, quis non execrabitur eorum
„ malam fidem, atque audaciam, qui in lu-
„ cem nuper ediderunt Librum hujus Præ-
„ sulis, scriptum Anno 1699. quo *Observa-*
„ *tiones* commendantur (quas sciunt Anno
„ insequenti ab eodem damnatas fuisse) &
„ simul asserere non dubitarunt ipsâ præ-
„ fatione, *Illustrissimum Episcopum Melden-*
„ *sem eas Observationes in Novum Testa-*
„ *mentum semper multifecisse.* Hoc verò
„ multò magis mirum videtur, aut potius fi-
„ dem omnem superat, quòd quamvis te-
„ stimonium illud adeo expressum, multis
„ abhinc annis cum auctoritate editum fue-
„ rit, nec ullus unquam repertus sit, qui
„ Epistolam ex qua excerptum est, recusare
„ auderet; Janseniani tamen non verean-
„ tur hodiernâ die suam malam fidem quasi
„ testatam facere, ac publicis Monumentis
„ consignare, dum *Illustrissimum Præsulem*
„ *Observationes semper approbasse asserunt*,
„ licet contrarium ipsi asseruerint, & qui-
„ dem eo scripto, quod inficiari non au-
„ dent. Sic sæpe Divina permittit Provi-
„ dentia, ut hæretici infamiæ notam ultrò
„ sibi inurant, & quasi deditâ operâ id agant,
„ ut homines perditi, atque imprudentes
„ ab omnibus habeantur. Quam ob rem, Fra-
„ tres Charissimi, Episcopus Meldensis sa-
„ tis purgatur ab iis ipsis, qui contendebant
„ hujus

„ hujus uti auctoritate, ut pernitiosum il-
„ lum Librum defenderent. Quamquam
„ quid iis omnibus opus est, ut eam, quam
„ falsò sibi tribuunt Novatores Auctorita-
„ tem iis omnino auferamus? Satis erit pro-
„ ferre testimonium, quod in gratiam Epis-
„ copi Meldensis nuper dedit doctissimus
„ simul, & sapientissimus, & non minùs
„ probitate morum, atque aliis animi doti-
„ bus, quàm dignitate clarus Senator, qui
„ asserit sæpenumero se audivisse ab Illu-
„ strissimo Episcopo Meldensi, cùm dice-
„ ret, *Observationes* Quesnelli esse perni-
„ ciosas, apertos Jansenii errores iis conti-
„ neri, nec eas legi debere ab iis, qui Chri-
„ stianam pietatem profiterentur. „

Tum inquiunt iidem duo Episcopi, *qui-bus dolis usi fuerint Jansenianè, ut eum* (Meldensem Episcopum) *ante occuparent?* Quam quæstionem ita ipsi dissolvunt: *Iis quorum scopus erat, ut Illustrissimus Præsul Observationes illas approbaret, excerpserunt quasdam ex Libro propositiones, quas ad eum miserunt, ex quibus judicare poterat nihil esse in iis Observationibus Fidei Orthodoxæ contrarium in iis, quæ ad gratiam divinam pertinent. Hinc factum est, ut scriberent Librum quem hodie proferunt, sed ex eo nihil possunt conficere, postquam ipsi docere quam brevi Episcopus Meldensis sententiam mutaverit.*

Cur autem illam *Observationum Moralium* Apologiam, neque Reverendissimus Auctor, neque, eo vivente, alius in lucem edidit? Cur tantum thesaurum Quesnellus absconditum latere passus est? Hanc à pluribus reddi video rationem, quod, cùm eo consilio composita esset ea defensio, ut præfigeretur Quesnelliano Operi in nova editione, quam Quesnelli fautores correctissimam promittebant, præscripsit Illustrissimus Meldensis centum & viginti correctiones: in quibus admittendis Quesnellianos tergiversari perspiciens, etiam Apologiam suam Meldensis statuit supprimendam.

Unde stupenda elucet Appellantium Ultrajectinorum impudentia, quod mutationis prioris sententiæ à Meldensi factæ maximè conscii, & à duobus memoratis Episcopis Luciononsi, & Rupellensi redditi certiores, nihilominus nullo facto mutationis indicio, Bossuetium citare non vereantur, velut Quesnelliano libro omnimodè & constanter patrocinantem.

Si ergo tantam velint esse Meldensis Auctoritatem, quantam jactant Appellantes, quo plus ea ponderis habuerit, magis ipsum opprimet Quesnellum, convictura certiùs de *puris, apertisque Jansenii erroribus.* Hæc enim sola, veraque Bossuetii de *Observationibus moralibus* sententia est, non ex ante traditis, & dein retractatis colligenda, sed ex retractatione ipsa, & dein constanti, cui immortuus est, judicio. Receptissima nempe Juris Regula est, quod *prioribus derogent posteriora.*

§. 2.

Altera Appellantium adversùs Formam Constitutionis querela refutatur.

„ PRæterea defensionis, inquiunt, lo-
„ cum Auctori negatum videmus;
„ quam gratiam (si tamen gratia &
„ non potiùs justitia dicenda est) suppli-
„ cibus Literis à Sanctissimo Patre ipsemet
„ expetivit. *Advolutus*, inquit, *animo ad*
„ *Sanctitatis vestræ pedes, enixè supplico ut*
„ *Clementia Vestra jubeat communicari me-*
„ *cum, ac declarari mihi propositiones eas,*
„ *quæ sigillatim excerptæ, & quasi censurâ*
„ *dignæ ad Apostolicum Vestrum Judicium*
„ *delatæ sunt; ut si quæ propositio sit, aut*
„ *manifestè erronea, aut quæ ad errorem*
„ *tendat, vel tendere posse videatur, eam*
„ *absque ambiguitate aut tergiversatione*
„ *vel retractem, vel explicem; ne quis de*
„ *doctrina aut mente mea, aut de vero &*
„ *genuino libri mei sensu, dubitandi locus*
„ *supersit, unde facti quæstio rursus enas-*
„ *catur.* „

Hæc Quesnelli supplicatio fraudulenta omnino est: nihil enim apparet æquius, quàm ut nemo damnetur inauditus, nemini denegetur locus defensionis, qui usus omnium gentium Legibus firmatus est. Verùm quod in personarum damnatione locum obtinet, ad libros nullâ juris dispositione extenditur. Longè videlicet dispar ratio librorum, & personarum est. Nisi Reus audiatur, incertum passim erit, sive de facto, sive de facti ratione, & æquitate, vel iniquitate judicium. Nam quod ab aliorum testimoniis pendet, quæ sæpe fallacia sunt, minus firmum esse solet, & Rei defensione convelli poterit, vel confessione ab omni dubio liberari.

Sed liber typis editus bonitatem suam, vel malitiam præ se fert. Ipse in Judicio accusatus, auditur pro se, & contra se loquens. Si sensu obvio consideratus, hæreticis, erroneis, impiis, blasphemis, seditiosis scateat dogmatibus; sufficietne ad

Digitized by Google

ejus purgationem, si Auctor Catholico à se animo scriptum esse testetur? Non magis certè, quàm si medicus toxicum ægroto propinans, jurejurando affirmet credidisse se, medicamentum salutiferum præbuisse. Venenum, sicut ex poculo, sic ex libro, non autem ex occulto Medici vel Scriptoris animo, haustum, solet mortem corporis, & animæ afferre.

Præterea Quesnellus plus quam mille milliaribus Italicis ab Urbe dissitus est; scribit se eò proficisci non posse; Procuratorem pro se, quod facilè posset, nullum constituit; sed vult omnes accusatos libri articulos sibi transmitti, & à se ex Hollandia expectari defensionem, sive ut loquitur, *explicationem*, &, si alicubi opus fuerit, *retractationem*. Quid si autem ipsa explicatio Sedi Apostolicæ visa fuerit ambigua, fraudulenta, & involvendo potiùs sensui quàm exponendo idonea? Quid si & ipsa Quesnelli defensio pestilens, & prorsus damnanda videatur? Rursumne Romanis in Hollandiam recurrendum est, & Sententia, quoties & quamdiu cavillari Quesnello lubuerit, suspendenda? Quis denique scribendi, rescribendique finis, & per tanta terrarum spatia remeandi? Perspicuum est, hac ratione, neque Quesnello, neque CLEMENTE XI. vivente litis terminum sperari potuisse.

Quod de *retractione* promittit, non minus subdolum est & fallax. Quis enim Quesnellum unquam humilem, unquam obedientem Sedi Apostolicæ, aut ulli ejus definitioni, aut Decreto vidit? Gerberonianæ audaciæ, & novæ ejus Bajanorum operum editioni cum schismaticis contra PIUM V. GREGORIUM XIII. URBANUM VIII. vindiciis insolenter applausit: omnia contra Jansenii Librum, & doctrinam ab eodem URBANO, INNOCENTIO X. & sequentibus Pontificibus, decreta arguit partim injustitiæ, partim ignorantiæ: *Dissertationum* suarum in *S. Leonis opera* censuram, tanquam *Libellum famosum, divinis humanisque legibus repugnantem*, dilacerat conviciis, atque proculcat. Non aliter excipit Decretum ALEXANDRI VIII. contra articulos triginta & unum: Nihil magis irreverens & schismaticum potest excogitari, quàm varia Quesnelli scripta contra Sanctiones omnes Apostolicas in causa Archiepiscopi Sebasteni. Temeritatem ubique, & impudentiam spirat *Epistola* à Quesnello nomine *Episcopi ad Episcopum* data, contra Pontificiam famosi *Casûs Conscientiæ* censuram. Quæ omnia, & plura his similia effrontis pertinaciæ specimina, in *Causa Quesnelliana*, & alibi authenticè *sunt probata*.

Sed ne longiùs abeam, Quesnelliani Dialogi contrà primam *Observationum Moralium* damnationem, satis nos edocent, atque convincunt, quid de promissa *retractatione* censendum sit. Illic pag. 15. minatur, quod quando errores, & excessus, quibus Observationum Moralium liber scatere dicitur, exhibiti fuerint, *calumniatores suos ad incitas redacturus sit, & facies eorum oppleturus ignominiâ*, hic autem, ut patet, calumniantium nomine potissimum veniunt Pontifex & Cardinales cum Consultoribus, & Qualificatoribus, qui censuras, calumniarum nomine à Quesnello appellatas, *Observationibus Moralibus* inflixere. Undè manifestum est, quam alt[illegible] infixa animo ejus sit contumacia; ut prodigio simile foret, si sententiam Quesnellus priùs, quàm pellem Æthiops mutaret.

Denique quàm sincera in Quesnello [illegible]rit ad retractationem dispositio, conjic[illegible] pronum est, ex hoc, quo pridem gloria[illegible] est Janseniano axiomate, seu prætenso pri[illegible]legio schismaticis atque hæreticis propri[illegible] quod *in Epistola Abbatis ad quemdam Romanæ Curiæ Prælatum* pag 18. sic exprim[illegible] *Habemus nos hoc singulare præ cæteris, quo[illegible] nobis bene est, quodque semper tenebimus[illegible] quod simus in possessione eandem sempe[illegible] prosequendi semitam quidquid prohibeant Romani Censores, & quodcumque Decretu[illegible] ab hoc tribunali emanaverit.* Rationes re[illegible]dit assertione schismaticâ non saniores; quia, inquit pag. 21. *Romanum Tribunal videtur esse Latronum latibulum, ubi Censores ita insidiantur hominibus, ut eos damnent antequam defensioni locum dederint.* pag. 31. *Maxima pars Cardinalium, & Theologorum* (qui adhibentur ad propositionum examen) *nihil intelligit.*

Tam aperto Romanæ Anctoritatis contemptui non adversatur præsens simulata promissio. Non enim retractationem addicit, si eam Pontifex imperaverit; sed *si qua propositio sit, aut manifestè erronea, aut quæ ad errorem tendere posse videatur*, judicio scilicet Quesnelli, quod nullus ei unquam Pontifex persuaserit. Neque tum *Retractatio* promittitur certa, sed vel *Retractatio*, vel *Explicatio*, quæ talis futura est, qualem in obfirmato & dolosissimo Jansenistarum Principe hactenus experta fuit Ecclesia.

§. 3.

§. 3.

Aliæ Appellantium adversùs Formam Constitutionis querelæ refutantur.

IN his, quia fnâmet fragilitate dissiliunt, & à Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis, præsertim Galliæ, aliisque Theologis doctissimis, sæpe jam, & solidissimè sunt refutata, quàm possum brevissimè immorabor.

1. Queruntur *quod ad tanti momenti causam alterum Episcoporum Concilium non sit coactum.* Et paulò post: *Agitur*, inquiunt, *de materia Fidei, ac disciplina Ecclesiastica, de centum & una propositionibus, de Libro percelebri, de honore Auctoris eximii, de fama magnorum Præsulum, librum publicè commendantium: ita ut vix causa gravior in disceptationem cadere possit.*

Seriòne hæc, an joco? Agitur de libro continente propositiones, à Generalibus Conciliis Constantiensi & Tridentino in hæresiarchis Joanne Huss, atque Luthero, & in Baio ac Jansenio à variis Pontificibus, & ab universa Ecclesia prædamnatas. Ecce quanti momenti causam nobis venditent Quesnelli Discipuli, ut propter eam decidendam convocandum judicent Episcoporum Concilium. Quid, quæso, novo Episcoporum Concilio opus est, ut errores & hæreses pridem ab universa Ecclesia damnatæ, iteratò damnentur? Similem Pelagianorum querelam retundit Augustinus his verbis: „ Aut verò Congregatione Synodi „ opus erat, ut aperta pernicies damnare- „ tur? Quasi nulla hæresis aliquando nisi „ Synodi Congregatione damnata sit: cùm „ potiùs *rarissimæ* inveniantur, propter „ quas damnandas necessitas talis extiterit.„

Zabarella & Bellarminus ab Appellantibus citati, nec Augustino contradicunt, nec censent cogenda Episcoporum Concilia, nisi in *negotiis difficilibus*, ut loquitur Zabarella, & in *rebus dubiis*, ac *hæresi nova*, de qua agit Bellarminus. Hic autem agitur de hæresi antiqua, de erroribus sæpe antehac ab Ecclesia proscriptis. De talibus verò, quæ difficultatem nullam habent, *nullam rem dubiam*, nullam *hæresim novam* afferunt, non dubitarent Zabarella & Bellarminus, iis, qui adhuc Episcoporum Concilium provocant, respondere cum Augustino supra: *Post factum illis competens sufficiensque judicium, ubicumque lupi isti apparuerint, conterendi sunt.* Cæterùm de Zabarellæ & Bellarmini sententiis videri potest *Dissertatio* XVIII.

Sed agitur de *libro percelebri*: nempe erroribus scatente, qui postquam à Pontifice proscriptus fuit, ab Universis Episcopis, etiam Gallis, abjectus fuit, atque desertus.

Ferre non possumus (a) (verba sunt Cardinalis Noallii) *ut nomen nostrum compareat in fronte operis à sua Sanctitate damnati. Non possumus non illud opus deserere primi, id quod nos facturos promisimus.* Et in secundo Decreto: (b) *Nimium deferetis Pastoribus vestris, quàm ut adhæreatis Libro, in nostra Diœcesi proscripto.* Episcopus Macloviensis censet *Reflexiones Morales* non solùm extorquendas Fidelium manibus, verùm etiam damnandas, tamquam *faventes* (c) *opinionibus, quæ contraria sunt decisionibus Ecclesiæ.* Archiepiscopus Turonensis, (d) & Boloniensis Episcopus, (e) in suis Diœcesibus Libri hujus *condemnationem* promulgant, ut zelum suum manifestent pro extirpatione *Jansenismi.* Episcopus Bajonensis: (f) *Omnes*, inquit, *Episcopi pari zelo animati contra Jansenismum, & contra libros omnes qui Jansenismi renovare possent errores ..... non dubitarunt hunc* (Quesnelli Librum) *proscribere.* Episcopus Verodunensis: (g) *Studiosè*, inquit, *examinato Libro novi Testamenti cum reflexionibus, multas in eo deprehendimus propositiones aptas fideles inducere in errorem, ac præcipuè in quinque propositiones Libri Jansenii.*

Quod separatim egerunt Antistites illi, id conjunctim signaverant in sua protestatione die 12. Januarii 1714. ubi declarant, *multùm se esse remotos, & alienos à protegendo libro Reflexionum, & Auctore ejus:* fatentur *hunc librum surripi debere fidelium manibus; decreveruntque*, ut aiunt, *eum condemnare & lectionem prohibere in suis Diœcesibus.*

Episcopi jam commemorati, quamvis contra Constitutionem *Unigenitus* sint protestati; tamen cum reliquis Galliæ & Europæ Episcopis Constitutionem admittentibus, Librum Quesnelli *damnant, deserunt, proscribunt*, tamquam *renovantem errores Jansenismi.* Et hic est liber ille, ut aiunt, *percelebris*, quem ab Orbe terrarum damnatum atque abjectum soli Appellantes Batavi dissuaviantur atque depereunt, tamquam continentem *doctrinam Sacris Scripturis, SS.*

(a) Decret. 18. Sept. 1713. (b) 25. Feb. 1714. (c) Decret. 1. Martii 1714. (d) Decret. 55. Feb. 1714. (e) Decret. 12. Martii 5714. (f) Decret. 25. Martii 1714. (g) Decret. 15. Martii 1714.

SS. Patribus, Conciliisque apprimè consonam. Reliquas ineptias audiamus.

Agitur *de honore Auctoris eximii.* Proh Superi! in quæ tempora incidimus! adeòne in uno Quesnello rerum ordo turbatus est, ut hypocrisis de virtute, error de veritate, hæresis de fide, schisma de Unitate, vituperium de laude, infamia de honore triumphet? Cogunt me Discipuli Adulatores rumpere hic, quod servare mallem, silentium, ac præcipua superbientis ac contumacis ingenii attingere capita, ut ex his judicare Lectores possint, an ex justissima condemnatione errorum ejus, fieri aliquod potuerit famæ Viri, & honoris dispendium. Verus honor est, quæ malè vel gesta, vel scripta sunt, sincerâ confessione retractare Sanctorum exemplo: damnatis verò erroribus pertinaciter immori, vera, & propria hæreticis, infamia est.

§. 4.

Expendendum proponitur, an Quesnellus eo, quem Discipuli Appellantes ei tribuunt, honore sit dignus.

CONgregationi Oratorii à Berullo Cardinale in Gallia institutæ nomen dederat Quesnellus; sed turbulentum ejus ingenium, & in novitates propensum, postquam Ordinem suum motibus dissidiorum graviter concussit, adeò ut in præsens cum ruinæ adduxerit discrimen, nec in Ordine suo, nec in Patria consistere potuit. Moderatorum scilicet, & quidem in Comitiis Generalibus congregatorum mandatis, etiam accedente Regis Christianissimi imperio, parêre nolens, pœnarum metu Gallias deseruit Anno 1685.

Illustrissimus & Reverendissimus Archiepiscopus Remensis Franciscus de Mailly, postea Eminentissimus Cardinalis, in Decreto occasione Constitutionis *Unigenitus*, edito Anno 1718. die 10. Septembris in Diœceseos suæ corruptorem occultum his verbis invehitur. „ Mirandum non est, curâ & „ vigilantia nostrâ, ut sacrum fidei deposi„ tum servaremus, illusa, in miserabilem „ hanc Diœcesim omnem schismatis & hæ„ reseos incubuisse procellam; cùm vagus „ ille, & profugus Quesnellus in hanc sese „ profanarum novitatum semina jacturus „ receperit, & temporibus Prædecessoris „ nostri (ipso quidem inscio) in Archie„ piscopali Seminario quasi vipera latens, „ venenum mortiferæ doctrinæ effuderit, „ quo tot hodie turgent inflati: donec tan„ dem in Regione hæreticorum, non procul „ hinc dissitâ, dignam se Patriam nactus, „ sedem fixerit; unde sparsis quaquaversum „ seditiosis Libellis, Refractariorum incen„ dit audaciam, & funesto progressu su„ perbiens, novamque adversùs Ecclesiam „ Dei molitus machinam, zelosos ad se at„ traxit discipulos, ut sacrilega eis dogma„ ta instillaret coram, & arcana revelaret „ mysteria, quibus tandem patefactis Eu„ ropa universa commota infremuit „

Nec in Belgium minùs novitatum pestem simul & dissidiorum facem intulit. Ut autem noceret securiùs, assumpta Sacerdotis veste laicâ, in Provincia licet Catholica, [illegible] Et *à solito hominum commercio segreg*[illegible] *locum incoluit, vix paucis amicis no*[illegible] *paucioribus pervium*, ut scripsit ipse [illegible] dinali Norisio Anno 1687. Toto trigint[a] ampliùs annorum tempore, quod in Bel[gio] transegit profugus, se impendit subruer[e] omnibus Romanorum Pontificum, Re[gis] Catholici, & Christianissimi, Electoris [Ba]variæ, Episcoporum, Magistratuum, co[n]tra novam Sectam conatibus, & Decret[is].

Vix Belgium fuerat ingressus, cùm pro[po]sitiones Ægidii de Witte Auctoritati Pontifi[ciæ] adversantes, & ab ipsa Lovaniensi Facultate Theologica Censuris perstrictas, Quesnellus suscepit scripto anonymo defendendas. Quàm indigno, & irreverenti modo exceperit ALEXANDRI VIII. Decretum contra triginta & unam Propositiones, & quàm petulanter exploserit Censores Romanos, & Sacrum Cardinalium Collegium, suprà vidimus.

Senatus Regius Provinciæ Hannoniæ libellos quosdam, partim Jansenianos, & Romæ damnatos, partim contumeliosos & turbulentos proscripserat. Quesnellus statim Decreto Senatûs Libellum opposuit famosum, ipsos quoque Senatores procacissimè lacessens. Alio Libello anonymo aggressus est Urbis illius Magistratum, sed hic tenebrionis audaciam non multus tulit, publico incendio Libellum manu Carnificis addicens.

Convenerant apud Mechliniensem Archiepiscopum aliqui Antistites, cum Vicario Apostolico Sylvæducensi, & quibusdam Theologis etiam Lovaniensis Academiæ Doctoribus, deliberaturi de remediis adversùs invalescentes quotidie novitates. Communi dein consilio Decretum edidêre, quod minimè patiens Quesnellus, è latebris suis sententiam contra illud tulit, ac typis edidit,

congressum illum, cujus occasio [illegible] at Consecratio Episcopi, jubet ha- [illegible] Synodum legibus repugnantem, ejus statuta irrita. [illegible] non contumeliis impetivit Ques- [illegible] ve Apostolicum CLEMENTIS XI. [illegible] ati Belgii Catholicos! Quid non [illegible] versùs Romanæ Inquisitionis De- [illegible] b eodem Pontifice approbatum, [illegible] steni Archiepiscopi *Declaratio*, & [illegible] es configuntur; Ipse verò à Vi- [illegible] postolico, à quo ante suspensus [illegible] nitus amovetur? Breve, Decre- [illegible] pensionem, Depositionem Ques- [illegible] supra judicium Sedis Apostolicæ [illegible] omnia declaravit illegitima & nul- [illegible] ris.

Anno 1701. Parisiis erupit perniciosissima Jansenistarum machinatio, famosus nempe conscientiæ *Casus*, quo quæritur, an absolvi à peccatis possit, qui præstito Juramento ALEXANDRI VII. contra Jansenianam hæresim, non tamen credit ullum ex damnatis erroribus Libro Jansenii contineri; sed hunc animi sui sensum silentio premit, ne erga Constitutiones Pontificias irreverens videatur. Jam 40. Doctores Sorbonici, subscripto nomine, responderant absolvi eum posse. Qui Casus cum sua resolutione statim Romam missus, graviter commovit animum CLEMENTIS XI. atque Eminentissimorum Patrum: undè statim condemnatus illic est, Auctoresque, si comprehendi possent, cum suffragatoribus 40. pro meritis castigari Pontifex voluit. Mox geminis ad Christianissimum Regem, & Cardinalem Archi-Episcopum datis Brevibus, & consilium iniquitatis amplius detegit, & ad palinodiam adigi cupit temerarios approbatores.

Effectu non caruit Summi Pontificis auctoritas: concurrente Regis, & Archi-Episcopi studio, atque impenio, plerique Doctores sententiam retractarunt, rebellibus exilio mulctatis; Frenduit hic Quesnellus, & qui aliàs Baccalaurei, aliàs Doctoris, Abbatis, & nescio quas non Protheus larvas assumpserat, nunc altiùs sibi intonandum ratus, ex mendacibus Infulis auctoritatem usurpans, Antistes scenicus Epistolam scripsit, ac typis edidit, tanquam *Episcopus ad Episcopum*, in qua Pontificem, Regem, Archiepiscopum accusat crudelitatis, & injustitiæ; Doctores priori suffragio renuntiantes, pusillanimitatis, inertiæ, apostasiæ; Rebellium autem fovet pertinaciam, laudans velut Athanasio, & primis dignam Ecclesiæ seculis firmitatem. Postquam quatuor Galliæ Episcopi impiâ appellatione Lutherum proximè secuti, Schismatis vexillum extulerant, Eminentissimus Remensium Archiepiscopus in Epistola ad Ducem „ Galliæ Regentem sic scripsit „ Tandem Ques-
„ nelli vota completa sunt. Quesnellus hæ-
„ reticus, qui Episcopis, quorum animi
„ dispositionem præsenserat, atrox illud in-
„ spiravit consilium, ut Summum Sacerdo-
„ tem, stirpemque Sacerdotalem universam
„ desererent, nunc gaudio maligno exul-
„ tat, videns eam, quam suaserat, mem-
„ brorum à Capite separationem. „

Ediderat Quesnellus *Defensionem duorum Brevium* INNOCENTII XII. *ad Belgii Episcopos*, ac dein majoris opus molis, *Defensionem Romanæ Ecclesiæ & Summorum Pontificum contra Leydeckerum Ultrajectensem* Calvinianæ professionis pseudo-Theologum. Sed fallax uterque titulus, uterque liber: Non defensio; sed proditio perfida, & hostilis impugnatio, tum Brevium, tum ipsius Ecclesiæ est. Verùm utriusque operis molitionem subdolam evertit Bulla CLEMENTIS XI. incipiens *Vineam Domini Sabaoth*, & ipsum utrumque Opus nominatim Sedes Apostolica Decreto alio condemnavit.

A Mechliniensi Archiepiscopo Ecclesiastico carceri fuit mancipatus; sed effracto suorum operâ pariete elapsus, & Hollandiæ securus azylo, dignam Jansenistarum Duce audaciam, in fanaticorum videtur rabiem convertisse. Statim enim Clerum novitatibus imbuere, & à Sedis Apostolicæ reverentia, atque obedientia avellere cœpit, eo successu, ut Missio illa, quâ vix alia solebat esse in Ecclesia illustrior, ubique concussa sit dissensionibus, novitatibus corrupta, in Fide vacillans, variis in locis schismatica. Plus illic Libellorum infamium contrà Religiosos, contrà Episcopos Jansenismo adversantes, contrà Nuntios Apostolicos, contrà Cardinales, contrà ipsum Pontificem, paucorum annorum spatio in lucem protrusit Quesnelliana factio, quàm Calviniana ibidem Secta utroque seculo. Infinitus sim, si singula tenebrarum Opera recenseam.

Denique Refractarios Missionis Hollandicæ Quesnellum variis Epistolis, quas in manibus habeo, ursisse ad appellandum, materiam, formamque Instrumenti Appellanonis præscripsisse; dubitantes quosdam, & hæsitantes confirmasse; ac denique significasse, rem ipsos Cardinali Noailio gratissimam facturos, in præmissa Historia luculenter demonstratur.

Judicent hinc æqui rerum arbitri, an honor Quesnelli, quem Discipuli Appellantes *Auctorem eximium* vocant, per Constitutionem *Unigenitus*, quâ errores & hæreses hominis in schismate mortui condemnantur, lædi aliquâ parte potuerit.

Redeamus ad Discipulorum Appellantium querelas.

§. 5.

§. 5.

Reliquæ Appellantium Ultrajectinorum querelæ refutantur.

„ IPsi olim, *inquiunt*, Romani Pontifices „ jam electi, priusquam Consecrationem „ susciperent, solemniter profitebantur coram Apostolorum Principe Pe„ tro, ac promittebant, se non ex proprio „ privatim judicio, *sed cum Cardinalium* „ *R. Ecclesiæ consilio, consensu, directione* „ *&c. ministerium suum gesturos, & emer*„ *gentia scandala emendaturos*: & præterea „ *sese confirmaturos, & indiminuta serva*„ *turos omnia Decreta Canonica Prædeces*„ *sorum suorum Pontificum, quæcumque sy*„ *nodaliter constituerunt, & probata sunt.* „

Fallaciter, mendaciterque hic innuunt, CLEMENTEM XI. ex proprio privatim judicio condemnasse tam manifestos Quesnelli errores, & hæreses. Datum à Quesnello scandalum, quo nullum majus, ac perniciosius hactenus vidit & detestata est Ecclesia universa; de consilio, & consensu Cardinalium, præhabito Consultorum, ac Qualificatorum super his judicio sustulit, ac emendavit. Præterea confirmavit, & indiminuta servavit omnia Decreta Prædecessorum suorum Pontificum lata toties contrà Hydram Jansenianam. Quid desiderant amplius Appellantes Batavi?

„ Pontifices, *aiunt*, (quod non obiter no„ tari volunt) non ad omnium omnino „ Decretorum observationem, sese adstrin„ gebant; sed ad *Decreta Canonica, & Sy*„ *nodaliter constituta*, id est juxta Canones, „ neque absque Synodo condita, promissio„ nem suam spectare volebant. „

An ergo Decreta Pontificum contrà Propositiones laxiores, an Bulla INNOCENTII XI. contra 68. Articulos Ducis Quietistarum Molinosii, an Constitutio LEONIS X. contra 35. Propositiones Lutheri; an Decreta olim Pontificum contra Pelagianos, de quibus aiebat Augustinus, *Româ rescripta venerant, causa finita est*, magis fuerunt *Canonica, & Synodaliter constituta*, quàm sit hodie *Constitutio Unigenitus* contra errores Quesnelli? Eòne spectat hæc Appellantium querela, ut velint à secuturis Pontificibus aboleri posse hæc omnia Decreta, eo prætextu, quod *non sint Canonica, & Synodaliter constituta*? Hæc Decreta, sicut Universæ Ecclesiæ, sic Appellanobus nostris Sacro-sancta sunt; per hæc os Domini locutum est. Sola Decreta INNOCENTII X. ALEXANDRI VII. CLEMENTIS XI. contrà hæreses Jansenii, & Quesnelli lata, quamquam cum debita obedientia accepta ab Ecclesia Universa, innuunt homines vafri aboleri posse, tamquam nec *Canonica*, nec *Synodaliter constituta*.

Non fraudulentum est minùs, quod subtexunt. „ Neque verò solus Pontifex Sedem Apostolicam constituit; sed „ & Cleri accessio ad illius Sedis integritatem pertinet. „ Vide Lector quò hæc spectent. Ipsi Appellantes Batavi sunt pars Cleri: Clerus ad integritatem Sedis Apostolicæ pertinet: Ergo Appellantes ad ejusdem Sedis pertinent integritatem. Nisi ergo ipsi in condemnationem Doctrinæ Jansenianæ & Quesnellianæ consentiant, nullius roboris erit condemnatio, utpote non ab integra Sede Apostolica profecta. O miseros prætoritorum seculorum Hæresiarchas! quibus hæc numquam incidit cogitatio. Sed probant evidenter ex Felice III. qui hoc agnovit, scribens his verbis ad Petrum Fullonem: *Firma sit hæc tua depositio, & ab his qui unà mecum Apostolicum Thronum regunt.* Viciosa citatio; Sed regunt consilio, sicut Thronum Regium Consiliarii. An hi propereà ad Throni Regii integritatem pertinent? Quæ ineptiæ!

Pergunt hinc inferre; *Profectò S. Sedis Auctoritas in Constitutione Unigenitus nullibi relucet.* Opinor, quia vestra, qui pars esse vultis Sedis Apostolicæ, in illa Constitutione non relucet auctoritas.

Magis insana sunt quæ sequuntur: „ Con„ ditores Constitutionis ab aliis Episcopis „ ad sententiam ferendam invitandis adeo „ sunt alieni; ut etiam sententiæ ferendæ jus „ illis abrogatum velint, omni judicandi ju„ re in Romanum Pontificem translato: nec „ quidquam cæteris Episcopis reliquum fa„ ciunt, nisi ut sententias, ac Decreta Pon„ tificis per cæcam obedientiam exequan„ tur. „ Citantque in hanc rem verba CLEMENTII XI. in Epistola ad Ludovicum XIV. Anno 1706. 31. Augusti: *Ejusdem Cathedræ de Catholica Fide Decreta venerari, & exequi discant, non discutere, aut examinare.*

Occasio hujus Epistolæ Pontificiæ hæc fuit, quòd in acceptatione Constitutionis *Vineam Domini Sabaoth*, Anni 1705. à Comitiis Cleri Gallicani facta, dictum fuisset, *Constitutiones Summorum Pontificum à corpore Episcoporum acceptatas, totam Ecclesiam obligare*: quasi scilicet non obligarent totam Ecclesiam, nisi prius à Corpore Episcoporum discussæ, examinatæ, & acceptatæ fuissent.

[illegible] tem Comitiorum, datis Anno 1711. [illegible] cem Literis Cardinalis Noailhus [illegible] ait. „ Cùm iisdem Comitiis præ- [illegible] eaque de causâ votorum omnium [illegible] s, ac præcipuus testis fuerim, te- [illegible] In Comitiis prædictis Clerum no- [illegible] erè in animo habuisse, Sanctitatis [illegible] Constitutionem, eodem prorsus [illegible] eàdemque obedientia accipere, [illegible] lecti, quâ majores nostri, omnes [illegible] cis Vestræ Prædecessorum Bullas [illegible] Jansenium acceperunt, & com- [illegible] nt. 2.° Cùm Clerus dixit: *Con-* [illegible] *Summorum Pontificum à Cor-* [illegible] *iscoporum acceptatas totam Eccle-* [illegible] *gare; mens ejus non fuit*, neces- [illegible] esse hujusmodi acceptationis so- [illegible] fariam [illegible] cem, ad hoc, ut illæ tamquam *Re-* „ *gulæ credendi* & loquendi à Catholicis „ omnibus haberi debeant ...... sed ultima „ Jansenistarum munimenta penitus convel- „ lere, & ipsis omne effugium in nostris par- „ tibus, principio ab his concesso, inter- „ cludere operæ pretium esse duxit. 3. *Non* „ *sibi arrogavit Clerus, ut Sanctiones Ponti-* „ *ficias examini suo judicandas subjiceret.* „ Tali obedientia profitetur se acceptare, ac semper acceptasse, dogmaticas Romanorum Pontificum Constitutiones Clerus Gallicanus, ut ne jus quidem sibi arroget, eas examini suo judicandas subjiciendi. Quid ergò hic dignum occurrit tantâ Batavorum Appellantium lamentatione?

Non melioris est monetæ, quod aiunt: „ Non abs re notasse Parisienses, Constitutionem nihil omninò lucis adferre, ne- „ que ad animorum consensum, Ecclesiæ- „ que pacem resarciendam conducere; sed „ potiùs ad seminandas, augendasque lites. „ Centum & unam Theses conglomerat; „ & omnes in globo, ut ajunt, condem- „ nat, *tamquam falsas, captiosas, malè so-* „ *nantes, piarum aurium offensivas, scan-* „ *dalosas, perniciosas, temerarias, Eccle-* „ *siæ, & ejus praxi injuriosas, neque in* „ *Ecclesiam solum, sed etiam in Potestates* „ *seculi contumeliosas, seditiosas, impias,* „ *blasphemas, suspectas de hæresi, ac hære-* „ *sim ipsam sapientes, nec non hæreticis,* „ *hæresibus, ac etiam schismati faventes, er-* „ *roneas, hæresi proximas, pluries damna-* „ *tas, ac demum etiam hæreticas, variasque* „ *hæreses, & potissimùm illas, quæ in fa-* „ *mosis Jansenii propositionibus, & quidem* „ *in eo sensu, in quo hæ damnatæ fuerunt,* „ *acceptis, continentur, manifestè innovan-* „ *tes*. Adjicitur vocula, *respectivè*: sed quæ „ notæ has illasve propositiones respiciant, „ non indicatur. Neque istud certò asse- „ rendi via apparet: & juxtà affectus suos, „ non parum discrepantes, quod jam faciunt, „ loqui pergent Theologi.

Respondeo, Constitutionem nihil lucis adferre occurrere volentibus; neque ad animorum consensum Ecclesiæque pacem resarciendam conducere, quamdiu Jansenii & Quesnelli Discipulis contra Censuras Ecclesiæ cavillari lubebit. Damnantur centum, & una Propositiones variis Censuris *respectivè*, sed quæ notæ has, illasve propositiones respiciant, non indicatur. Quid si indicaretur? An tum acquiescerent? Imò cavillarentur magis. Singulæ Jansenii propositiones, non *respectivè*, sed singulis distinctè Censuris inustæ sunt: an propterea acquieverunt duræ cervicis Refractarii?

Ut autem clarè intelligant Appellantes Batavi, quàm frivola sit hæc ipsorum querela, ad hæc quæsita respondeant. Decretum Pontificium contrà Librum dictum: *Les Maximes des Saints*, & contra propositiones 23. ex Libro extractas, Decretum tam solemniter in tota Gallia receptum, estne alicujus in Ecclesia auctoritatis? Bulla INNOCENTII XI. contra 68. Propositiones Molinosii, estne Regula Fidei? Constitutio LEONIS X. contra 35. propositiones Lutheri, anne rejicienda est tamquam obscura? Decretum Concilii Constantiensis contra 45. articulos Wikleffi, & 30. propositiones Joannis Huss, habetne auctoritatem Legis in Ecclesia? Non ausint, opinor, negare D. D. Appellantes. At quomodo hæc Sacro-Sancta Decreta concepta sunt? Eodem prorsus modo, quo Constitutio *Unigenitus*. Damnant prædictas propositiones, *tamquam falsas, temerarias, hæreticas &c.* RESPECTIVE: Sed quæ notæ has illasve propositiones respiciant non indicatur. Ergo vel hæc Decreta omnia ab Appellantibus sunt rejicienda, tamquam quæ nihil omninò adferant lucis, neque ad animorum consensum, Ecclesiæque pacem resarciendam conducant; vel cum illis admittenda est Constitutio *Unigenitus*, utpotè quæ eodem modo damnat Propositiones Quesnelli, quo hæreticorum illorum articuli à Pontificibus & Conciliis fuerunt damnati.

Si pacem Ecclesiæ, quam tanto jam tempore turbare non cessant, animo sincero quærant Appellantes; nullas ex damnatis Quesnelli propositionibus defendant, omnesque rejiciant; sicut rejiciunt Lutheri, Wicleffi, aliorumque propositiones simili prorsus modo damnatas. Hoc nisi fecerint, pergent quidem sicut Lutherani & Wikleffistæ tumultuari; sed extrà Ecclesiam.

Refutatis Appellantium querelis, quæ materiam, & formam Constitutionis spectant, restat ut refutentur ea, quæ circa circumstantias, ut vocant, Constitutionis, ab ipsis adferuntur.

CAPUT III.

De Circumstantiis in quibus lata est Constitutio *Unigenitus*.

§. I.

Malè rejiciunt Constitutionem, eo prætextu, quod non sit de Fide Pontificem esse infallibilem.

DIssimulo hic, quod eodem prætextu Lutherus, & Asseclæ ejus rejecerint Bullam LEONIS X. & ab hac ad futurum Concilium Generale appellaverint. Quem præclarum Ducem in hoc secuti sunt Batavi Appellantes, cujus factum, quantumvis apertè Schismaticum improbare non possunt, laudare tenentur. Non urgeo, quod eodem prætextu, rejicere possint omnia Decreta Pontificum contra propositiones laxiores, quietisticas &c. quæ tamen ipsi exosculantur.

Hoc unum contendo: Licet de Fide obligante non sit, Pontificem per Constitutionem dogmaticam, quâ Universam Ecclesiam ex Cathedra docet, errare non posse; tamen non esse tutum, sed valde perniciosum in praxi, eo solùm titulo, Constitutionem ipsius dogmaticam rejicere, & ab ea ad futurum Concilium Generale appellare.

Quamvis enim hæc sententia non sit de Fide obligante; est tamen inter Catholicos communissima, in Scripturis Sacris fundatissima, à Lovaniensi Facultate Theologica constanter defensa, & à multis censetur Fidei proxima; ità quidem, ut opposita opinio, vel omninò improbabilis sit, vel certè minimum probabilitatis gradum obtineat. Atqui censent Appellantes, perniciosum esse in praxi sequi opinionem multò minùs probabilem, & minùs tutam. Cur ergo contrà propriam doctrinam, opinionem de fallibilitate Pontificis Universam Ecclesiam ex Cathedra docentis, multò minùs probabilem, & minùs tutam, in praxi sequuntur?

Quia, inquiunt, „ ADRIANUS VI., qui
„ Metropolim nostram Ultrajectinam nata-
„ libus suis condecoravit, Vir Batavi, &
„ liberalis ingenii, neque servitutem ferre
„ doctus, aut inducere volens, dictæ opi-
„ nioni (de Pontificis ex Cathedra definien-
„ tis infallibilitate) omnem omninò verisi-
„ militudinis speciem abrogat.„

An hoc effato laxius quid, & falsius potest excogitari? Quis umquam vel laxissimus Casuista somniavit, quod unius privati Doctoris opinio omnem omninò verisimilitudinis speciem abrogare possit communissimæ Doctorum Catholicorum Sententiæ?

Quid quod ADRIANUS hanc Doctorum sententiam communissimam ne attingat quidem? Tantum abest, ut omnem ei omninò verisimilitudinis speciem abroget. Quod enim in 4. Sent. de Sacramento Confirmationis Art. 3. dicit: *Certum est quod Pontifex possit errare, etiam in iis quæ tangunt fidem, hæresim per suam determinationem aut Decretalem asserendo:* non agit de Pontifice ex Cathedra definiente, & Universam Ecclesiam docente per Constitutionem Dogmaticam, in quam rem eum subdolè citant Appellantes; sed agit de Pontifice per Decretalem ad quæsita particularium quorumdam respondente, in quibus responsis errare ipsum posse contendit ADRIANUS contra alios id negantes.

Aliud omninò de Pontificis Universam Ecclesiam ex Cathedra docentis auctoritate sensit ADRIANUS Pontifex; Etenim cùm primum Pontificatum adiit Anno 1522. ratam omnino habuit LEONIS X. Bullam, quâ Lutheri errores, nulla Synodo coactâ, damnati fuerunt, ut adversantes Catholicæ Fidei: Unde in Bulla, quam ad Fredericum Saxoniæ Ducem dedit, eruditione sacrâ, & spiritu verè Apostolico plenam, Lutherum, quod Sedis Apostolicæ nollet acquiescere definitionibus, at contra impotentiùs in illam, & petulantiùs insurgeret (cujus hodie exemplum Appellantes Batavi in pari causâ sequuntur) appellat *perniciem Christianæ Religionis, serpentem qui veneno linguæ suæ, veneno horrendo, & plus quàm Tartareo Ecclesiam, & Terras infecit, Veteratorem, Apostatam, Lupum rapacissimum, Sacrilegum, præstigiatorem &c.* Ipsum verò Ducem hortatur, gravissimèque monet, ut neglectâ Lutheri proterviâ, & effreni impudentiâ, veneretur *Principem Sacerdotum, Petri Successorem, Jesu Christi in terris Vicarium, & Fidem præstet Apostolicæ Cathedræ, in qua præsidet Caput Apostolorum Petrus, quam Ecclesiam principalem, unde sit orta Unitas Sacerdotalis, Sanctus ille & gloriosus Martyr Cyprianus non dubitat asserere.*

Non

Digitized by Google

Habent Appellantes Batavi, unde si- ADRIANI VI., Viri, ut aiunt, *ingenii, neque servitutem ferre do- ducere volentis* sententia, moltum ... : habent undè confundantur, & ab ADRIANO graviter in Luthero correpti pœnitentiam agant.

Quod obiter de Conciliis Constantiensi, & Basileensi attingunt, novâ, & prolixâ refutatione oon eget, cùm jam toties à Viris doctissimis protritum & conculcatum sit.

§. 2.

Ridiculè contra Facti evidentiam negant Appellantes, Constitutionem *Unigenitus* ab Ecclesia Catholica receptam esse.

Duo hic futilia, & sæpius jam refutata objectant. Primum est; In sola tota Gallia (nam reliquo Orbe toto nullum assignare possunt refractarium, & Appellantem) viginti Episcopi cum Eminentissimo Cardinale Noaillio palam reclamant, & ad Concilii Generalis Tribunal provocant: Facultas Theologica Parisiensis unanimi penè suffragio Appellantibus se adjungit: Hanc sequitur Universitas tota cum Theologorum Cœtibus Rhemensi, Nannetensi, Pictaviensi, & Universitate Cadomensi; Multa Canonicorum Collegia; ex reliquo Clero secundi Ordinis multitudo innumerabilis; plurima Ordinum Religiosorum Familiæ: Denique tribunalia laica, velut ab Ecclesia receptam, aut tanquam Fidei Regulam, publicari oon sinunt.

Sed Gallia tota quantula portio est Orbis Terrarum? Appellantes Galli quaotula Regni tanius portio sunt? Appellantes Episcopos, si cum cæteris Galliæ & Europæ Episcopis conferas; Appellantes Universitates cum cæteris Universitatibus, Canonicos cum Canonicis, Clericos cum Clericis, Religiosos cum Religiosis; Tribunalia cum Tribunalibus; singulæ hæ Refractariorum species ne millesimam quidem partem attingont Orthodoxorum, & Obedientium Ecclesiæ Filiorum. Nunquid Ariani olim, Novatiani, Donatistæ, Manichæi, Pelagiani, numerosiores in sua quique secta copias numerabant, quàm numerent hodie Quenellistæ? Conferant Refractarios Quesnelli Discipulos, cum hodiernis Lutheri atque Calvini Discipulis, & immensum in numero discrimen invenient.

Quæro nunc an illi, quos commemoravi, Sectarii jure oegare potuerint Sectas suas ab Ecclesia Catholica fuisse damnatas? Hoc si asserere non ausint Appellantes Batavi, dicant quo jure, & quâ fronte, negare ipsi ausint, Sectam suam Quesnellianam damnatam hodie esse ab Ecclesia Catholica? si numerum suorum jactent; Sectæ commemoratæ, numero longè prævaluerunt. Si prætendant partem se notabilem constituere Ecclesiæ Catholicæ; idem prætenderunt Sectarii omnes; imò Ecclesiam Catholicam Sectæ suæ finibus contineri gloriabantur. Si ergo hi omnes Schismatici, & Hæretici fuerunt, & ab Ecclesia Catholica condemnati; si partem se esse Catholicæ Ecclesiæ, aut eam penes se solos existere, mendacissimè jactabant; eo quod à Fide & obedientia Romanæ Ecclesiæ, quæ verè Catholica est, ausi fuerint se separare; invictè sequitur, Quesnellistas schismaticos & hæreticos, esse ab Ecclesia Catholica, cujus partem nollam ampliùs constituunt, condemnatos; utpotè à cujus Fide & obedientia, oon minùs quàm Sectarii antiqui, sese per impiam appellationem separarunt.

Addunt Appellantes Ultrajectini mendacium insigne in hæc verba: „ Quod ad „ 40. Episcopos attinet, qui sub Rege defun- „ cto parum liberi, à receptione Constitu- „ tionis minùs alieni esse videbantur; præ- „ mittendam tamen propositionum expli- „ cationem censuerunt; minimè tacentes „ sese nequaquam absque præsidio talis ex- „ plicationis, & sine respectu ad illam, in „ receptionem consensisse. Timebant quip- „ pe ne per puram receptionem veritas læ- „ deretur. Et quid quæsumus, valet istius „ generis receptio? Non suffragatur illa „ Litteris Pontificis; sed potiùs repugnat. „ Dum enim centum & unam Propositio- „ nes non nisi in alienum sensum contor- „ tas condemnant, absolvuot potiùs quàm „ proscribunt. „

Quod aiunt, Cardioales, Archiepiscopos & Episcopos 40. sub Rege defuncto parùm fuisse liberos, impostura est Regi non minùs, quàm Episcopis injuriosa: Quasi Rex non reliquerit ipsis libertatem rectè de Fide, & de Religione pronuntiandi, & illi tam parum fuerint sinceri, ut amplectendo Constitutionem, & damnando Propositiones Quesnelli, errorem pro veritate, hæresim pro Fide approbaverint. Meminerint impostores illi, Episcopos illos fuisse in Regno Catholico, non in Acatholica Patria, in qua est plena contra Romanam Fidem quidvis sentiendi, scribendique libertas.

Quod

Quod addunt: *Præmittendam tamen Propositionum explicationem censuerunt, minimè tacentes sese nequaquam absque præsidio talis explicationis, & sine respectu ad illam, in receptionem consensisse. Timebant quippe ne per puram receptionem veritas læderetur*: Id enimverò purum putum mendacium est. Contrarium declarant Episcopi: *Nostrum esse judicavimus edere Instructionem Pastoralem, ad præmuniendos Fideles adversùs iniquas interpretationes, quibus homines subdoli verum, & legitimum Constitutionis sensum obscurare conantur.* Hoccine est timere, ne per puram receptionem veritas læderetur? *In Constitutione*, inquiunt, *Doctrinam Ecclesiæ summo gaudio recognovimus.* Condemnavimus Librum Reflexionum Moralium, & centum & unam Propositiones ex illo excerptas, *eodem modo*, hoc est, eodem sensu, *iisdemque Censuris quo modo, & quibus Censuris eas in sua Constitutione Sanctitas Sua condemnavit.* Hoccine est condemnare nolle Propositiones *nisi in alienum sensum contortas*; sicut illas contorsisse 40. Episcopos in sua Instructione Pastorali, Viri privati, & nullius auctoritatis insultando, & mentiendo audent asserere?

Pergunt Episcopi: „In Libro, & Propositionibus Quesnelli reperiuntur non solùm hæreses Articulorum toties damnatæ, „sed omnes alii errores Libri Jansenii, à „Pontificibus in Baio proscripti. Summo „prætereà animi dolore animadvertimus, „post tot perniciosa Dogmata, eò tandem „perventum, ut Ecclesia ipsa oppugnetur, „qui est finis ultimus, ad quem omnis pertinax hæresis terminatur. Non jam satis „est, falsis effugiis, & vanis subtilitatibus, „Ecclesiæ Decisiones eludere, quemadmodum tanto jam tempore factum fuerat; „ipsa nunc retecta fronte Ecclesiæ oppugnatur, & conculcatur auctoritas.„ Hæc illi, qui insuper tota Instructione Pastorali venenum centum & unius Propositionum eo dumtaxat fine detegere, & exponere se profitentur, ne incauti, & simplices eo fallantur, maximè cùm subdoli Quesnelli Discipuli malignis, & Pontifici, ac Ecclesiæ injuriosis interpretationibus, illud involvère, & obscurare conentur, quibus incautos decipiant, & unà secum in ruinam Schismatis trahant. Nullibi verò Præsules illi doctissimi, & Sanctæ Sedi addictissimi innuunt, se absque præsidio explicationum, & sine respectu ad illas, Constitutionem nolle recipere, &, quod deterius foret, timere, ne per puram receptionem Veritas læderetur: quod illis mendaciter, & audacter Appellantes Ultrajectini imponunt.

Altera Appellantium objectio est, quòd extra Galliam *in non paucis Regionibus, vel Constitutio nondum innotuerit, vel Moderatores non esse publicandam censuerint.* Sola Hispaniæ, & Portugalliæ Regna nominant, in quibus, ut aiunt, *Constitutio recepta jactatur.* Ubi fides hominum! Ubi frons? Exstant testimonia authentica, non semel typis edita, quibus Archiepiscopi, & Episcopi Europæ universæ testantur; Constitutionem in suis Regionibus notam esse, atque debita obedientia receptam, & in eos tamquam effrontes Calumniatores invehuntur, qui oppositum audent asserere. Regiones, in quibus recepta est, sunt, Italia, Status Genuenses, Status Venetus, Sicilia, Regnum Neapolitanum, Sabaudia, & Pedemontium, Germania, Bohemia, Polonia, Hungaria, Hispania, Portugallia, Belgium.

Quid contra torrentem Episcoporum Europæ objectant Appellantes Ultrajectini? Sola, ut dixi, Hispaniæ, & Portugalliæ Regna nominant, quæ, ut aiunt, *sub Inquisitionis imperio minori Libertate fruuntur, & in quibus præter Ecclesiæ morem, ac ordinem, Constitutionem esse receptam constat. Declarant quidem ejusmodi Ecclesiarum Antistites sese Constitutionem recipere, verùm non ut a Deo constituti Doctrinæ, ac Fidei Judices, aut Depositi Custodes; neque, quod consultis Divinorum Oraculorum paginis, & ipsius Traditione Ecclesiæ, Constitutionem illis consentire deprehenderint. Sed hanc unicè ob causam, ut & palam ipsi asserunt, quod Romanum Pontificem aberrandi periculo credant immunem.*

Adjiciamus reliquas blasphemias, quas adversùs Ecclesiam & Angelos ejus Quesnelli Discipuli eructarunt. Hæc *Constitutio*, dicebant quatuor primi Episcopi Appellantes, *destruxit primum, & maximum Mandatum, Fidem ipsam, & primum evertit Symboli articulum.* Consentiunt Appellantes Batavi, dum aiunt, quod *Constitutio damnet Doctrinam Sacris Scripturis, SS. Patribus, Conciliisque apprimè consonam.* Volunt ergo Pontificem per suam Constitutionem errasse contra Fidem. Supponamus id tantisper.

Ecclesia Romana, & Sacra Cardinalium omnium Congregatio restatur, se Constitutionem recepisse Literis Anno 1716. die 16. Novemb. ad Cardinalem Noailhum datis, quibus sperare se aiunt, quod & ipse tandem *memoratam Constitutionem, absque ulteriori mora ad sinceræ, integræ, promptæque obedientiæ nostræ normam complexurus sit.* Igitur & Cardinalium Collegium & Romana Ecclesia acceptando Constitutionem, non minùs quàm Pontifex à Fide aberravit.

Ecclesia Gallicana penè Universa Constitutioni subscripsit: minùs quidem liberè, ut prætenditur; subscripsit tamen.

Episcopi Belgii omnes Constitutionem amplexi sunt; sed animi, ut dicitur, æstu quodam præoccupati; neque enim de his fingi potest, quod minùs liberè id fecerint, ac penè coacti,

Episcopi

... pi Veneti, & Siculi, servi sunt auctoritatis, nec audent illi con- ... Episcopis Germaniæ, Poloniæ, Hungariæ, dicetur? Quid de Imperii Electoribus? Aut poli- ... ut ignorantes: Nihil examinarunt, ... erint, veritatem deseruerunt, & ... unt errori. ... æ falsissima sunt, tanquam veris concludo: Ergo Pontifex, Eccle- ... , & omnes omnium Nationum ... roscripserunt *Fidem*, *Moralem*, ... *Ecclesiæ*: hi per ignoran- ... per politicam; isti per defectum ... que antiquo more servato; alii ... Inquisitionis, veluti hæc esset ... Mahumetanorum Tribunal; alii ... præoccupationem animorum; om- ... propter ... ob defectum libertatis. Ubinam est ... ergo hodie Ecclesia Christi? Quò ante an- ... nos paucul os evanuit? Quò recessit ejus in- fallibilitas, Sanctitas, Visibilitas, Universalitas? Hæ omnes veræ Ecclesiæ Notæ in communi Episcoporum omnium, sub uno visibili Capite Romano Pontifice Ecclesiam repræsentantium, Fide, & Doctrina hactenus emicuerunt: Nunc verò per eorumdem Episcoporum Decisionem, Fidem, atque Doctrinam, triumphat error, & hæresis.

In quibus igitur hodie subsistit Ecclesia? Nempe in paucis Appellantibus Gallis, & Hollandis. Cæteri omnes à Fide & Ecclesia exciderunt. Eò, velint, nolint, sequendum est ipsis, quò Lutherani, & Calviniani, idem de suis Ecclesiis jactantes præiverunt. An enim Quesnellum potiùs quàm Lutherum & Calvinum, Ecclesiæ suæ caput in Petro Christus constituit? An in persona Petri dixit Quesnello, *Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ Inferi non prævalebunt adversùs eam?* An Quesnello dixit, *Rogavi pro te ut non deficiat Fides tua: pasce Oves meas; confirma Fratres tuos; tibi dabo claves Regni Cælorum &c.*? An Quesnelli Discipulis dixit Christus, *Euntes docete omnes Gentes: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi?* Porrò hæc omnia si in persona Petri Romano Pontifici ejusdem Petri in universalis Ecclesiæ Regimine Successori (quod Catholici omnes in ipsa Fidei professione confitentur) dicta, & promissa sunt, fieri omninò non potest, ut ipsius Romani Pontificis, adeòque & Episcoporum ei adhærentium, & communi cum eo doctrina Gentes omnes instruentium, ac demum totius Christiani Populi eam amplectentis Fides deficiat; vel imbecilla erit Christi potestas, & falsa promissio. Reliquum ergo est, ut Appellantium potiùs (qui à Romani Pontificis, & Episcoporum eamdem docentium, nec non totius Christiani Populi eam suscipientis, doctrina, recesserunt) fides planè defecerit.

§. 3.

Refutantur vani prætextus, quibus se ad appellandum compelli fingunt Refractarii Ultrajectini.

PRætexunt 1. Quòd Imperatorum, Regum, Ecclesiarum, Episcoporum, Universitatum, Ordinum Religiosorum &c. exempla secuti sint, qui sæpè præteritis seculis à Pontificum Decretis ad futurum Concilium Generale appellarunt. Verùm licet hoc factum aliquando sit, quando agebatur de personis, aut earum juribus, & prærogativis temporalibus, quæ ab informationibus pendent, & in quibus error obrepere etiam Pontificibus potest: tamen nulli hactenus fuerunt, qui à Pontificum Constitutionibus dogmaticis ad futurum Concilium Generale appellaverint, præter Lutherum, Pelagianos, & unum, alterumve Schismaticum; quorum præclarum exemplum Quesnelli Discipuli sequi tantummodo potuerunt.

Prætexunt 2. Quòd „qui hodie Constitutionem Universæ Ecclesiæ consensu „receptam contendunt; omnes ferè, quotquot silent, inter recipientes adnumerent, proinde, *inquiunt*, sufficere non „arbitramur quòd Constitutioni numquam consenserimus, nisi palam nostrum „ab ea dissensum declaremus; & læsæ veritati Testimonium perhibeamus.„

Respiciunt, opinor, ad Regulam à Catholicis omnibus admissam, & à Magistro suo Quesnello confirmatam in Libro cui titulum dedit: *Traditio Ecclesiæ Romanæ* pag. 330. ubi declarat, quoties Constitutioni Apostolicæ accedit Consensus Ecclesiæ illius particularis, in qua quæstio ventilabatur, si reliquæ Ecclesiæ taceant, silentium earum recipi debere pro consensu Ecclesiæ Universalis. Quà quidem Quesnelli confessione constat, Constitutionem *Unigenitus* receptam esse Universæ Ecclesiæ consensu, cùm jam publicis testimoniis ad conspectum Constitutionis, Vocem lætitiæ, & gratulationis extollant, & satis foret Quesnello, si tacerent.

At, quod in aliis Ecclesiis valeret silentium,

tium, non obtinet in Presbyteris Ultrajectinis. Nemo enim ipsos, etsi silentes, nec publico Instrumento appellantes, inter eos numeraret, qui Constitutionem recipiunt. Quis enim hoc suspicaretur, qui novit, viros illos quinque famosas propositiones in sensu Jansenii toties declaratas hæreticas, & à Quesnello tanquam Catholicas pertinaciter defensas, numquam hactenus deserere, & abjurare voluisse: qui novit illos tot alia contempsisse Pontificum Decreta, & in Excommunicationibus adversùs se latis multis jam annis obsorduisse? Illi scilicet timent, ne Constitutionem recipere, & Quesnelli, Janseniique Doctrinam damnare crederentur, nisi factis prioribus, quæ pro ipsis abundè clamant, vocem publicæ Appellationis adjicerent.

Prætexunt 3. „Quòd in medio aliter sen„tientium versentur: quorum nonnulli, ad „omnem occasionem attenti, Ecclesiæ de„corem pro viribus obscurant, & excessus, atque errores, quos, minimè pro„bat, eidem imputant.„

Nescio an, quantum attinet ad propositiones Quesnelli ferè omnes, in medio aliter sentientium versentur. Quid autem volunt, dum aiunt, eorum aliquos, imputare Ecclesiæ excessus atque errores, quos ipsa minimè probat? Qui sunt illi excessus, atque errores, quos minimè probat Ecclesia? Suntne propositiones Quesnelli damnatæ? Non hos vicini Appellantium, neque ipsimet Appellantes Ecclesiæ imputant, quos sciunt ab Ecclesia damnari. Suntne propositiones Quenellianis contradictoriæ? Has quidem rectè vicini Appellantium, Ecclesiæ imputant, quia ab eadem definiuntur; & in hoc Reformati illi, ut se vocant, sinceriores sunt ipsis Appellantibus, qui falsò negant eas ab Ecclesia definiri. Utrique verò in eo conveniunt, quòd propositiones Quesnellianis contradictorias ab Ecclesia definitas, computent inter excessus, atque errores; & cùm utrique Ecclesiam Romano-Catholicam, à qua se separant, ab his prætensis excessibus, atque erroribus purgare, & reformare intendant, utrique pari jure Ecclesias suas, à Romano-Catholica divisas, appellare eatenus possunt Ecclesias Reformatas.

Pergunt Appellantes vicinorum, in quorum medio versantur, adversùs Ecclesiam Romano-Catholicam commemorare calumnias. *Jactarunt à Doctrina Doctoris gentium* (hoc est à Doctrina Calvini, Jansenii, Quesnelli) *transiisse Romam, & ad Pelagianismum deflexisse.* Idem Jansenius, & Quesnellus, ac eorum Discipuli jactarunt; qui propterea in clavi Jansenistica *Romam* appellarunt *Massiliam*: quique cum Jansenio docent, Semipelagianos esse, qui asserunt *Christum pro omnibus omninò hominibus mortuum esse, aut sanguinem fudisse*; quod Ecclesiam Romano-Catholicam constanter asserere, ipsi non minùs Appellantes, quàm ipsorum Vicini norunt, atque indignissimè ferunt.

Pergunt lamentari Appellantes: *Has exprobrationes nec possumus ferre, nec debemus. Neque melius aptiusque remedium occurrit, quàm ut post tot generosos Ecclesiæ Defensores* (DESERTORES dicere volunt) *Constitutionem obtrudentibus forti animo resistamus; & adhæsionem nostram ad tot Illustrium Galliæ Antistitum, Doctorumque Appellationem, apertè prodere non erubescamus.*

Ferre non possunt, Viri timentes Deum, Vicinorum suorum exprobrationes; ac propterea tentationi succumbentes, ab Ecclesia Romano-Catholica, tamquam à Pelagiana, per schismaticam Appellationem more ipsorum se separant.

§. 4.

Conclusio ad Appellantes Ultrajectinos.

Nunc ad vos mihi sermo est, Filii olim Ecclesiæ. Videtis Instrumentum Appellationis vestræ à Constitutione *Unigenitus* ad futurum Concilium Generale, solidè, ni fallor, refutatum. Videtis vanos & frivolos esse prætextus, quibus vos motos fingitis ad appellandum. Causæ veriores ex Litteris Quesnelli ad vos scriptis detectæ sunt in præmissa HISTORIA Art. XIX. Prætexitis doctrinam Quesnelli *esse Sacris Scripturis, SS. Patribus, Conciliisque apprimè consonam*; quam uti schismaticam, & in multis hæreticam, universa cum Romano Pontifice condemnavit Ecclesia. Ostendi nullum hactenus fuisse hæresiarcham, qui non similiter damnatam hæresim suam Sacris Scripturis, & SS. Patribus esse apprimè consonam jactaverit. Brevi præterea Parallelo ostendi, damnatas Quesnelli Propositiones apprimè consonas esse Propositionibus, quas in Joanne Huss, Luthero, Baio, Jansenio, Concilia Generalia, & Romani Pontifices toties damnaverunt.

Ecclesiam vestram Ultrajectinam, in ipso Instrumenti Appellationis titulo vocatis *Catholicam*. Ostendi, antiquos hæreticos, Manichæos, Pelagianos, ipsumque Lutherum *Catholicæ* Ecclesiæ nomen ambiisse, quo tempore ab Ecclesia Romana, quæ *Catholicæ* seu universalis Ecclesiæ centrum, & Mater est,

Digitized by Google

...nefarium schisma & hæresim, sicut ... recedebant. Demonstravi, quam- ...lesiam particularem, quæ à Fide ...tia Romanæ Ecclesiæ recedit, hæ- ...se, atque schismaticam; adeòque Vestram, quæ Appellationi Ve- ...et, Catholicam esse non posse. ... detectam fallaciam vestram, quâ ... Meldensem Episcopum Apolo- libro Quesnelliano scripsisse jacta- ...tam ab eo retractationem subdolè

... quæcumque circa formam Con- & circumstantias, in quibus edi- ...cistis; ea omnia, ab antiquis pe- ...cis objecta, tamquam frivola, at- refutata conspicitis.

... Viri estis timentes Deum, redite ... redite ad pœnitentiam, pertinaciam ... obedientes estote Præpositis vestris, ... schismata, vitate errores, abjicite hæ- ... toties ab Ecclesia damnatas; nolite Oves, Christi sanguine redemptas, ab ovili veræ Ecclesiæ ad pascua venenata seducere, in quibus mors habitat, & sempiternus interitus. Recogitate in amaritudine animæ vestræ quantam reverentiam, submissionem, obedientiam, verus Dei timor, veraque Religio inspirare Vobis debeat erga Romanam, & Apostolicam Ecclesiam, unde in Proavos vestros vera Fides profluxit, quamque Catholici omnes profitentur reliquarum Ecclesiarum *Matrem* esse, atque *Magistram*. Nolite oblivisci observantiæ & amoris, quo complecti debetis Romanum Pontificem, Jesu Christi Vicarium, sicut vestrum, & totius Ecclesiæ *Patrem*, si Filii esse vultis; sicut vestrum & totius Ecclesiæ *Caput*; si inter membra computari velitis.

Tantine est vobis onus Jansenius, unus Quesnellus, ut malitis inobedientes, pertinaces, excommunicati, in schismate mori, quàm obedientes & reconciliati in sinu Matris, quæ Vos expectat, tranquilla & securâ morte defungi? Si exemplum habetis funesti obitûs in Quesnello, & aliis, in schismatis ruina sepultis; dedit Vobis Divina Clementia exemplum ad imitandum præclarius in feliciori longè obitu Viri vobis notissimi, & vobis quondam addictissimi Domini *Matthiæ Torckii*. Is cùm diu fuisset S. Sedi Refractarius, & ob suam pertinaciam die 13. Martii 1709. excommunicatus; morbo lethali correptus, die 27. Augusti 1720. per Divinam gratiam reversus ad cor, errores suos agnovit, Constitutionibus Apostolicis se submisit, absolutionem à Censuris, dispensationem ab Irregularitate, benignè à Sanctissimo Domino Nostro impetravit, & Ecclesiæ Catholicæ, è qua exiverat, aggregatus, animam Redemptori suo in pace reddidit. Alios scilicet habet mors oculos quàm vita.

Noverat ille, opinor, & horruerat voces Sanctorum, quibus æternum interitum denuntiant in schismate morientibus. S. Irenæus de Deo Vindice loquens, *Judicabit*, inquit, (a) *& eos qui schismata operantur, qui sunt immanes, non habentes Dei dilectionem; suamque utilitatem potiùs considerantes, quàm unitatem Ecclesiæ, propter modicas quaslibet causas magnum, & gloriosum Corpus Christi conscindunt, & dividunt, & quantum in ipsis est, interficiunt, pacem loquentes, & bellum operantes, verè liquantes culicem & camelum transglutientes. Nulla enim ab eis tanta potest fieri correptio, quanta est schismatis pernicies.*

S. Cyprianus, gloriosissimus ille Martyr simul & Ecclesiasticæ Unitatis Amator, Schismaticos vehementi oratione exagitat. (b) Dicit eos esse *sceleratos & perfidos, & discordiæ furore vesanos, ut credant scindi posse, aut audeant scindere Unitatem Dei, Vestem Domini, Ecclesiam Christi .... Tales*, inquit, *etiamsi occisi in confessione nominis fuerint, macula ista nec sanguine abluitur. Inexplicabilis & gravis culpa discordiæ, nec passione purgatur. Esse Martyr non potest, qui in Ecclesia non est .... Ardeant licet flammis, & ignibus traditi, vel objecti bestiis, animas suas ponant: non erit illa Fidei Corona, sed pœna perfidiæ.*

S. Pacianus: (c) *Etiamsi passus est aliquid Novatianus, non tamen etiam occisus: etiamsi occisus, non tamen coronatus. Quidni? Extrà Ecclesiæ pacem, extrà concordiam, extrà eam Matrem, cujus partio debet esse qui Martyr est.*

Firmissimum tene, inquit S. Fulgentius, (d) *& nullatenus dubites, quemlibet Hæreticum, sive Schismaticum, si Ecclesiæ Catholicæ non fuerit aggregatus, quantascumque Eleëmosynas fecerit, etsi pro Christi nomine etiam sanguinem fuderit, nullatenus posse salvari.*

S. Optatus (e) Schisma *ingens flagitium*, imò *summum malum* vocat. S. Augustinus Schismaticos comparat subditis seditiosis, & in Principem rebellibus, qui facem Belli intestini accendunt; & Sacramenta, quæ extra Ecclesiam servant, velut propria nostra vexilla contra nos dimicantes erigunt. Nec dubitanter asserit, majus esse crimen schismatis, quàm Idololatriæ. Nam de Donatistis ait: (f) *Itaque illos, quos baptizant, sanant à vulnere Idololatriæ vel infidelitatis; sed graviùs feriunt vulnere schismatis.*

His omnibus expensis concludit S. Chrysostomus in hæc verba: (g) *Nihil Deum æquè irritat, atque divisam esse Ecclesiam. Etiamsi*

(a) Lib. 4. C. 62. (b) De Unitate Ecclesiæ. (c) Ad Symporian. Ep. 2. (d) De Fide ad Petrum Diacon. Cap. 39. (e) Lib. 1. (f) De Bapt. contr. Donatist. l. 1. c. 8. (g) In Epist. ad Ephes. Hom. 1.

Etiamsi bona fecerimus innumerabilia, non minores, quam qui ejus corpus discindunt, pœnas dabimus.

Tremenda iis sententia, qui non, quantum criminis gravitas exigit, abhorrent à schismate!

Negatis quidem, O filii discordiæ! Vos esse Schismaticos; neque id mirum, Nemo enim Schismaticum se fuisse fatetur, nisi dum esse desinit: sed quod vocetenus negatis, factis profitemini. Quis Schismaticorum unquam Ecclesiæ Anathemata timuit? Nec Vos timetis. Quis Schismaticorum unquam obtemperavit Pontifici, & Romanæ Ecclesiæ? Nec Vos obtemperatis. Quis Schismaticorum non prætexuit habere se justissimas non obtemperandi rationes? Idem prætexistis & Vos. Nullum est ergo Vos inter & præteritos Schismaticos discrimen, nullumque erit donec potenti Dei Gratiâ conversi, abjectis Quesnelli & Jansenii heresibus toties ab Ecclesia damnatis, redeatis, unde existis, ad sinum Matris vestræ, quæ Vos gemebunda expectat, & Sanctissimi Domini Nostri CLEMENTIS XI. Constitutionem *Unigenitus*, quam debita cum obedientia universa suscipit Ecclesia, etiam Vos piâ Filiorum submissione & obedientiâ amplectamini.

FINIS.

DISSERTATIONES

QUIBUS

ELUCIDANTUR DIFFICULTATES

FACTI ET JURIS

QUÆ IN

HISTORIA ECCLESIÆ

ULTRAJECTINÆ

OCCURRUNT.

Digitized by Google

DISSERTATIONES
QUIBUS
ELUCIDANTUR DIFFICULTATES
FACTI ET JURIS
QUÆ IN
HISTORIA ECCLESIÆ
ULTRAJECTINÆ
OCCURRUNT.

DISSERTATIO I.

De antiquo Jure Electionis Episcopi Ultrajectini.

ANonymus Gallus, aliique, qui pro imaginariis hodierni Cleri Ultrajectini juribus decertant, illud in primis contendunt, quod Jus Electionis ad modernum prætensum Capitulum, Clerumqoe pertineat.

„ Extra controversiam est, *ajunt illi* (a) „ quia Jus illud fuerit Capituli, Clerique Ul- „ trajectini ex concessione Conradi III. Im- „ peratoris, confirmante Eugenio Papâ III. „ Anno 1145. Jus illud postmodum divi- „ sum fuit cum Carolo V. Imperatore re- „ servata Capitulis electione secundariâ fa- „ ciendâ de persona illius quem Cæsar, „ ejusque Successores ex suprema potesta- „ te nominassent, designassentque. Hoc Ju- „ re gavisi semper fuerunt Hispaniarum „ Reges usque ad tempora Tractatûs Mo- „ nasteriensis. Transcripto dein supremo „ Dominio Fœderati Belgi in Ordines seu „ Status Acatholicos, quos Ecclesia non „ potest habere Patronos & Beneficiorum „ Collatores, *clarum est*, Capitulum, Cle- „ rumque

(a) *Il est incontestable que le Chapitre & le Clergé d'Utrecht ont droit d'élire leur Archevêque; ce droit leur fut accordé par Conrard III. dès l'Année onze cens quarante cinq, & confirmé par Eugene III. comme nous l'avons déja rapporté. Ils le partagerent*

Digitized by Google

Diss. I. De antiquo jure electionis Episcopi Ultrajec.

„ rumque Ultrajectinum Jus Electionis integrè recuperasse.„ Fingunt igitur sibi quoddam *quasi* postliminium.

Hic planè omnino & dilucidè loquuntur, sed non minùs liberè & audacter, atque unico tractu & brevissimâ oratione plurium Seculorum gesta, & summæ rei conversiones plures, commutationesque complectuntur.

Interim falso innititur supposito isthæc argumentatio. Supponit enim manifestè, quod Cathedrale Capitulum Ecclesiæ Metropolitanæ Ultrajectinæ etiamnum subsistat, & perduret. Atqui hypothesim hanc evertimus & falsitatis convincimus evidentissimè: (*b*) possemus proinde argutias illas, quas hic nobis exhibent Adversatii, præterire omnino, cùm everso fundamento corruere debeat superimposita splendidissima structura. Sed dabimus tantisper, quod existat etiamnum primitivum Capitulum Ultrajectinum; &, attento præsenti simul & præterito rerum statu, examinabimus, an tam solidè dixerint, quàm eleganter. Subjiciamus igitur rei gestæ seriem universam.

Et superiora quidem tempora inspiciendo, patet, Jus instituendi Episcopi Ultrajectini pertinuisse ad Imperatores. Siquidem Conradus III. Imperator ita loquitur Anno 1145. (*c*) *Jus eligendi & instituendi Episcopum in ipsa Ecclesia, quod ad Reges Rom. & Imperatores pertinere dignoscitur, & ab Antecessoribus nostris Regibus & Imperatoribus usque ad nostra tempora est devolutum, & deductum, antedictis Præposito, Decano ac Capitulo Ecclesiæ Trajectensis, ac Dilectis nostris Præposito, Decano & Capitulo Ecclesiæ Sancti Bonifacii ejusdem loci .... in donationem perpetuam Regali magnificentiâ concedimus in donum* &c. Hoc donum sive Jus eligendi, Eugenius III. Papa confirmat ad preces ipsius Imperatoris. Igitur antiquum Privilegium Ecclesiæ Ultrajectensis dependit à S. Sede Apostolica, nec à solo Imperatore emanavit, utpote qui ipsemet (ut est ibid.) misso ad Eugenium Papam fratre suo Conrado Ecclesiæ Majoris, Præposito, supplicavit ejusmodi Privilegium auctoritate Apostolicâ confirmari. Hoc Privilegium duobus Capitulis S. Martini & S. Bonifacii sive S. Salvatoris concessum à Conrado Imperatore; tribus reliquis Capitulis Ultrajectensibus communicatum postea fuit, sed quo Auctore, & quo tempore, incertum.

Hic notari jubeo primò, inductam fuisse in Ecclesia Ultrajectina electionem liberam.

Jam ad viciniora nonnihil tempora accedamus. Atque ecce Præpositi, Decani, & Capitula quinque Ecclesiarum Ultrajectinsium, liberum & proprium Electionis Jus Anno 1528. cedunt Carolo V. Imperatori, in verbis: (*d*) *Eidem Carolo Regi tamquam Duci Brabantiæ & Comiti Holland. concesserunt, ut quoties contingeret Ecclesiam Trajectensem carere Pastore, nullius in eorum Episcopum eligendi jus vel potestatem haberent, præterquam illius, quem dictus Carolus Rex, ut Dux Brabantiæ & Comes Hollan. significandum, insinuandum, nominandumque duceret.* Hic rursus adest auctoritas Apostolica; hanc enim Cessionem probavit CLEMENS Papa VII. per Bullam quam loco cit. dedimus integram. Et ne ulla relinqueretur cavillandi ansa, aut occasio, adjecit Pontifex, *Electiones per Capitula ipsa in Episcopum Traject. absque ipsius Caroli Regis & Successorum suorum Ducum Brabantiæ & Comitum Hollandiæ prædictorum nominatione .... pro tempore factas, nullas, nulliusque roboris, vel momenti existere, eâdem auctoritate decernimus.* Hac igitur lege acquisivit Carolus Imperator Jus nominandi ad Cathedralem Ecclesiam Ultrajectinam, ut omnis electio nulla esset, quæ sine sua nominatione prævia fieret. Atque hic observari volo illud, quod per hanc cessionem, & Apostolicæ Confirmationis robur, mutata fuerit natura provisionis Sedis Episcopalis Ultrajectinæ, & sublata fuerit natura electionis Capitularis. Electionis enim vis & proprietas sita est in eo, ut ex pluribus liberè desumatur unus, qui vacantem Sedem impleat, & huic proprietati repugnat Electorum vota constringi ad assumendum eum, quem quis nominavit, designavitque, ut probant Canonistæ ex *Cap. cum terra x. de Elect.* ubi Glossa: *Non valet consuetudo per quam Collegium ad alterius voluntatem tenetur sibi eligere Prælatum.* Et Fagnanus ad d. Cap. n. 13. *Quia eligere, est unum ex pluribus capere, introduci non potest consuetudine, ut sit electio, & non sit in libertate eligentis, quia sic remaneret electio sine illius substantia, quod repugnat.* Vide Pirhing. lib. 1. Tit. 6. Sect. 4. §. 10.

tagerent dans la suite avec Charles V. & se reserverent d'élire en second celui que l'Empereur & ses Successeurs leur designeroient, & les Rois d'Espagne ont toujours joui de ce Droit jusqu'à la Paix de Munster. Mais la Souveraineté sur les Provinces-Unies aiant été cedée alors aux Protestans, que l'Eglise ne peut avoir pour Presentateurs, il est clair que le Chapitre & le Clergé d'Utrecht recouvrerent leur Droit dans son entier. MEMOIRS pour l'Eglise & Clergé d'Utrecht &c. pag. 60. & 61.

(*b*) Vide infra Dissert. VI. & VII. (*c*) Append. Monum. N. I. sup. fol. 86. col. 1. post med.
(*d*) Append. N. II, sup. fol. 89. col. 1.

Bi addit, quòd talis consuetudo, ut Prælatorum Ecclesiasticorum pen- arbitrio & consensu Regis, vel Prin- ularis, etiam ex eo capite sit inva- ia jus eligendi, cùm sit spirituale, t in laicum. *Cap. Sacro-Sancta 51. os. verbo. in laicum, & Cap. Mas- hoc tit.* Ubi contraria consuetudo r & corruptela dicitur: quamvis id legium Sedis Apostolicæ Lucis con- it, ut constat *ex Cap. quod sicut fit. &c.*

taque Carolus V. ex Privilegio Se- tolicæ habuerit, ut ad vacantem piscopalem Ultrajectinam nomina- personam à quinque Capitulis Ul- fibus postea eligendam, clarum est, fuisse jus liberæ & Canonicæ ele- & assensum nominatæ per Cæsarem à Capitulis præbitum, non fuisse ele- ctionem, sed fictionem electionis.

Notetur igitur *secundò*, quòd Præpositi, Decani & quinque Capitula abjecerint à se Jus electionis liberæ.

Pergamus ad proximiora magis tempora, cùm Paulus IV. Anno 1559. Sedem Episcopalem Ultrajectinam erexit in Archiepiscopalem. Hic nova supervenit mutatio, quæ ultimam constituit formam, modumque providendi Sedi Ultrajectinæ. In superioribus mutationibus duabus, res acta fuit cum Capitulis Ultrajectensibus; ast hìc nullam illa partem habuerunt, nullam sustinuerunt personam. Pontifex rem agit cum Philippo II. Hispaniarum Rege, & Belgii Principe. *Eidem autem Philippo Regi*, inquit (e) *ejusque Successoribus, qui pro tempore ejusdem Regionis in temporalibus Domini extiterint, Jus nominandi personas idoneas .... ad .... Trajectensem ..... Ecclesiam prædictam, tam in hac prima vice, quàm quotiescumque illam pro tempore vacare contigerit, Nobis & Romano Pontifici qui pro tempore fuerit, per Nos & eumdem Pontificem in Archiepiscopum ejus ad nominationem ejusmodi instituendos.* Ex hac porro Pontificia Constitutione jus nominandi ad Ecclesiam Ultrajectinam acquiritur Regi Hispaniarum sine ulla electione secundaria, qualem permiserat Carolus V. sed quam non fuisse veram seu liberam electionem Canonicam, jam ostendimus. Et verò non tantùm secundaria, sed etiam libera, & vera, & Canonica electio per hanc Constitutionem tollitur, adeò ut, si inter donationem CONRADI III. usque ad Constitutionem PAULI IV. nil mutationis intervenisset, & supponeretur nunquam exstitisse Cessio Carolo V. facta; adeoque jus liberæ & propriæ Electionis in quinque Capitulis perdurasset usque ad Annum 1559. omne illud jus, per Constitutionem PAULI IV. Ultrajectensibus esset, maneretque ablatum. Simili nempe modo, & simili jure, quo Ecclesiis Metropolitanis & Cathedralibus per Galliam, libera electio ablata fuit per Indultum CLEMENTIS VII. FRANCISCO I. concessum, & postea per Concordata LEONIS X. cum eodem Rege, de quibus vide Thomass. (f) Causas Concordatorum examinat Rebuffus Tractatu Concordat. §. *de Election. derogat.*

Diss. I. De antiquo jure Electionis Episcopi Ultraject.

Adnotabimus igitur *tertiò*, quòd omne & qualecumque Jus Electionis, quinque Capitulis Ultrajectensibus fuerit ablatum.

Restant consideranda gesta nuperrimi temporis, cùm post bellum Belgicum Ditione Ultrajectina se exuit Philippus IV. Hispaniarum Rex, eamque cum reliquis Provinciis transtulit in potestatem ac dominium Ordinum Fœderati Belgii per Tractatum Monasteriensem Anni 1648. Quocirca dicendum est, quòd per hunc Tractatum perdiderint Hispaniarum Rex, ejusque successores, *Jus nominationis* ad Cathedram Ultrajectinam, aliasque Fœderati Belgii Sedes Episcopales; quia non ampliùs *ejusdem Regionis in temporalibus Domini existunt*; ad cujus conditionis existentiam Indultum suum restrinxerat PAULUS IV. Neque hoc patitur difficultatem.

Quærendum est, ad quem transierit *Jus nominationis* post cessionem Dominii temporalis? Nos credimus ad neminem transiisse, & extinctum esse cùm eversus est Episcopatus. Periclitemur tamen, an illud sibi quis vindicare possit.

Non transiit in Ordines Fœderati Belgii. Quia Jus patronatûs non est alienabile in alium sine consensu Episcopi. *Butrius in Cap. Præterea 23. de Jure Patronat. n. 2.* maximè quando transferretur in alium laicum. *Joannes de Anania in cap. Illud. 8. eod. n. 7.* Quod obtinet tanto magis in jure nominationis pendente ab Indulto Apostolico, & non habente intentionem fundatam in Jure; unde requiritur consensus Papæ, cùm jus nominationis non esset annexum supremo dominio Provinciarum Belgicarum, sed esset Regi Hispaniarum & Successoribus suis personale, & conditionaliter tantùm. Nec Fœderati Belgii Ordines Successores dici possunt Regis Hispaniarum, sed novi Domini, ex jure videlicet cessionis. Et quamvis daretur, quod jus nominationis supremo Domino fuisset annexum, nondum sequeretur illud transiisse in Ordines ipsos. Nam licet jure universali cesso, transeat etiam omne quod non est specialiter exceptum, ut docent DD. ad *Cap. ex Litteris 7. de Jure Patronat.* Ubi Butrius: *Si non fuerit exceptum Jus patronatûs transibit cum universitate in eum in quem transit ipsius universitatis utile dominium*; tamen id non proce-

(e) Ibid. N. IV. sup. fol. 90. (f) Vet. & nov. Discipl. Par. 2. lib. 2. Cap. 40.

Diss. I. De antiquo Jure Electionis Episcopi Ultraject.

procedit respectu Ordinum Fœderati Belgii, qui solùm jura possedibilia acquirere possunt ex alienatione universali. Jam autem Jus Patronatûs, & in casu nostro, Jus nominationis possideri non potest à Fœderati Belgii Ordinibus, utpote Acatholicis; & hic consentiunt nobis Adversarii supra, docentes, quod Ecclesia ipsos habere non possit uti Præsentatores ad Sedem Ultrajectinam, aliave Beneficia Ecclesiastica. *La Souveraineté sur les Provinces-Unies ayant été cedée aux Protestans, que l'Eglise ne peut avoir pour Presentateurs.* Neque etiam Ordines seu Status Fœderati Belgii, hoc sibi jus umquam sumpserunt.

Jam verò illud ipsum *Jus Nominationis* ad Cathedram Ultrajectinam, non transiit etiam ad Sacerdotes Ultrajectinos. Nam inter septuaginta novem Articulos Tractatûs Monasteriensis, nullus est, quo Jus Præsentationis seu Nominationis cedatur hisce Sacerdotibus. Sed, nec cedi potuisse, ex jam dictis apertum est. Quo igitur abiit jus nominandi ad Ecclesiam Ultrajectinam? Nimirum exstinctum est, cùm Rex Hispaniarum desiit *ejusdem Regionis in temporalibus Dominus esse*. Neque etiam contendunt Adversarii, ut *Jus Nominationis*, seu præsentationis ad ipsos spectet; majora enimverò petunt. Nec ambiunt privilegium & Indultum Regi Hispaniarum concessum; sed antiquum *Jus electionis*, quod antiquo Capitulo Cathedrali competiit, dicunt se, post vicissitudines jam enarratas, *integrè recuperasse*, & hoc aiunt, *clarum esse. Il est clair que le Chapitre & le Clergé d'Utrecht recouvrerent leur droit dans son entier.*

Pugnant igitur titulo postliminii. Sed hic dicendum est, quòd nec verbi vim aut potestatem intelligant, nec rem ipsam umquam videantur intellexisse. Postliminium, est recuperatio rerum aut statûs amissorum per captivitatem. Status personam respicit; sic captus ab hostibus, nec Civis Romanus est, nec Pater, nec Conjux, nec Filius-familiâs: jure quidem Romano. Sed Conjugem remanere Sacri docent Canones *Caus. 34. quæst. 1. & 2. Can. 1. & 2.* Postliminium hoc & in immobilibus locum habet *L. 20. ff. de capt. & postlim. rev.* Leo Pontifex loco mox citato optimè percepit vim postliminii, uti & Gregorius *Caus. 7. quæst. 1. Can. 42.* & Joannes VIII. *Caus. 16. q. 3. Can. 14.* Ad priorem textum Glossa animadvertit & hanc restitutionem, seu jus postliminii pertinere etiam ad locum religiosum.

His positis, expendamus doctrinam Canonum, Legumque Civilium.

Pontifices decernunt juri postliminii dumtaxat locum esse, *si Civitatem illam ab hostibus liberam effici, & Domino protegente ad priorem statum contigerit revocari.* Caus. 7. sup. Atqui Civitas Ultrajectina ad priorem statum revocata non est; unde [illegible] concipi quidem potest jus postliminis q[illegible] [illegible]amdiu res in eodem statu calamitatis, capti[illegible] [illegible]vitatis, recuperationis, invasionis, & (quo[illegible] planè idem est) Dominationis Acatholicæ [illegible] [illegible]ema[illegible]net. Perspectum igitur est, Adversar[illegible] non percepisse vim aut sensum postlim[illegible] [illegible]i, & ineptè locutos fuisse, cùm jus reve[illegible] [illegible]sionis & recuperationis, quasi quoddam po[illegible] [illegible]limi[illegible]nium sibi leviter finxerunt.

Audiamus etiam dispositionem Leg[illegible] Verum est, inquit d. L. 20. §. 1. *expulsis [illegible]stibus ex agris quos ceperint, dominia eo[illegible]um ad priores dominos redire.* Igitur ut red[illegible]ant dominia ad priores dominos, hostes o[illegible]portet esse expulsos, unde agri à detention[illegible] ef[illegible]fecti sint liberi.

Fallor, nisi ex Legis Civilis dispos[illegible] [illegible] ne pejus cedat Ultrajectensibus, quàm [illegible] Pontificio Decreto.

Ante omnia fingamus Civitatem Ultra[illegible]ectinam hoc ipso momento reversam esse [illegible] dominationem Domûs Austriacæ & Successorum Philippi II. Hic certè casus poti[illegible] jure esset postliminii. Quid tum postea [illegible] Civitas Ultrajectensis ab hostibus libera esset; ad priorem statum esset revocata: dominia ad priores redirent dominos; & postliminium hoc restitueret quidquid bello & pa[illegible] Monasteriensi ablatum est. Assentior enim verò; sed simul etiam reviviscerer *Jus [illegible]minationis* ad Ecclesiam Metropolitanam Ultrajectinam, quod Successor Philippi II. acquireret jure postliminii. Ad Capitulum porro Ultrajectinum dominia agrorum, possessiones decimarum, & quidquid Capitulum habuit in bonis cùm supervenerunt hostes, eodem jure rediret, ex Legis, Canonisque dispositione. Jus verò electionis quod Anno 1145. acceptum, sed Anno 1528. cessum fuit, rediret nequidquam.

Id ut intelligant Adversarii, legis Civilis dispositionem considerent attentiùs; juxta quam non sufficit, ut hostes expulsi sint, sed præterea requiritur, ut ipsi agrorum, quos cœperant hostes, *priores domini* extiterint. Docendum igitur est, quid hodierni Sacerdotes Ultrajectini habuerint in bonis & possessionibus, & cujus jurisdictionis, privilegii, prærogativæ, ac juris fuerint *priores domini* ante res Ultrajecti mutatas. Mutationem docuimus (*g*) supervenisse Anno 1579. Quidquid tunc in *dominio* illorum fuit, id omne jam (in assumpta hypothesi) jure postliminii redire debet. Atqui Anno illo *Jus electionis* in Ultrajectensis Capituli dominio non erat; Ergo illud hodie redire nequaquam potest, nec redibit cras, nec post Anni circulum, nec post Secula, cùm numquam verum futurum sit, quòd tempore invasionis hostilis, hujus juris extiterint *priores*

(*g*) Vide Hist. Art. IV. sup. fol. 7. col. 2.

priores Domini. Carolo V. jam ante cessarat imperium in Ditionem Ultrajectensem, & quidquid cohæret. Beneficio Pontificis habuit Jus nominandi ad Episcopatum. Jus hoc nec cessum fuit Sacerdotibus Ultrajectinis, nec cedi potuit. Proinde sequitur evidenti illatione, non esse casum postliminii, cùm *priores Domini* non extiterint. Et, si decursu temporis postliminio locus detur, id ipsum nil quidquam utilitatis allaturum esse profligatæ Adversatiorum causæ

Jam patet, opinor, audacter magis, quàm solidè dictum esse, quòd *clarum sit, Capitulum, Clerumque Ultrajectinum jus Electionis integrè recuperasse*; & antiqui juris ad modernos nudos Sacerdotes translationem, merum esse somnium, ut in Hist. Art. II. adnotavimus.

Sunt præterea multa valdè, quæ militant contra stultam Adversariorum persuasionem; & non capimus, quid conferat, quid juvet hæc tam alto repetiisse exordio, cùm nuperrimi temporis gesta jus certum constituerint, contra quod nihil valent somnia, aut figmenta. Paulus IV. Constitutione Apostolicâ *Jus nominationis* ad Archiepiscopatum Ultrajectinum concedit Regi in perpetuum, quidquid sit de anteriori consuetudine & jure, quod sublatum censetur, & ad quod non nisi perperam & temerè quis confugiat; *cùm Leges & Constitutiones futuris certum sit dare formam negotiis, non ad præterita facta trahi, nisi nominatim in eis de præteritis caveatur.* Cap. quoniam. Ult. x. de Constit. De sublato igitur antiquo jure extincti jam & eversi Capituli Ultrajectini, nihil sperent moderni. Æquiparandi enim veniunt Patrono Ecclesiæ, qui peremptâ causâ ex qua erat Patronus, amittit jus Patronatûs, & non est ulteriùs Patronus. *Cæsar Lambertinus de Jur. Patron. 7. quæst. princ. n. 2.* scilicet uti quis, dote extinctâ, dirutâ Ecclesia quam ædificaverat, ablato fundo quem dederat, cessat esse Patronus; ita peremptâ causa ex qua Capitulum Ultrajectense habebat Electionem liberam, cessat jus Electionis. Causa verò Ultrajectensium fuit Conradi III. concessio & Eugenii PP. III. confirmatio. Hanc docuimus extinctam; concludimus proinde jus Electionis extinctum esse.

Speciosior nonnihil esset titulus, si mutata numquam fuisset forma electionis liberæ ex Conradi III. concessione, & Eugenii III. confirmatione, accepta; id est, si numquam intervenisset aut cessio Carolo V. facta, aut novum jus ex Constitutione Pauli IV. Tunc enim, si Capitulum Ultrajectense subsisteret etiamnum, liberæ electionis jus videretur superesse. Sed ex alio capite ab habenda electione arcerentur moderni. Nimirum ex eo, quòd, extincta sit dos Sedis Archiepiscopalis Ultrajectinæ, illaque gemat sub Acatholicorum dominatione, & talis Archiepiscopus mendicitatis opprobrio laboraret, quibus casibus vetant Canones eligi Episcopum à Capitulis aliàs jus liberæ electionis habentibus, ut est in Clement. *in plerisque*, & in Extrav. *Sancta Romana* inter Extrav. communes lib. 1. de Elect. De quibus, aliis locis redibit sermo, cùm has ipsas Constitutiones ad intentionem suam detorqueant Adversarii.

Dist. I. De antiquo jure Electionis Episcopi Ultraject.

Sed in posita à nobis hypothesi rursus æquiparandum venit Capitulum Patrono ejus Ecclesiæ, cujus dos extincta est in totum; talis enim patronus ratione dotis extinctæ amittit jus Patronatûs, & illud acquirit redotans, ut docet *Cæsar Lambertinus loc. sup. cit.* Æquiparanda etiam venit Sedes Episcopalis Ultrajectina Monasterio, quod Conventu caret, aut si non caret, reperitur commendatum. Tali enim Monasterio non ampliùs per electionem provideri potest, sed per Pontificiam dispositionem, ut probat *Lotterius de re Benefic. Lib. 1. quæst. 26. à n. 37.* Jam autem Sedes Episcopalis Ultrajectina, & Ecclesiâ caret & Capitulo seu Conventu, imò Capitulo formali & materiali.

Sed quia adeo sibi placent Adversarii in præclaris olim & spectabilibus pervetusti Capituli Ultrajectini juribus & prærogativis, aliam rursus fingamus hypothesim, ut nullâ portâ evadant; & demus iterum, Capitulum Cathedrale etiamnum subsistere, & simul, pristinum jus Electionis revixisse statim post abdicatum à Rege Philippo IV. imperium, quidquid medio tempore contigerit. Jam saltem supererit & jus & locus electionis celebrandæ? Minimè gentium. Nam ut nihil repetam de præcedenti solutione, hoc solum notandum venit, quòd doceant Adversarii ipsimet ac profiteantur, jus Electionis non ad unicum Capitulum Cathedrale, sed ad alia quoque quatuor Capitula communi potestate spectasse. Atque dicere non ausint (neque etiam id hactenus dixerunt) quinque Capitula Ecclesiarum Trajectensium etiam hodie subsistere. De solo Cathedrali Capitulo sudarunt usque in hunc diem, & asserunt. Cùm igitur non subsistant, neque existant omnia quinque Capitula Ecclesiarum Trajectensium, restat, ut non supersint, neque existant *priores Domini*, ad quos antiquum jus se recipere posset. Non ignoro, quòd ad ultimum hoc respondere possint, jus Capitulorum salvari posse in paucis, adeoque in solo Capitulo Cathedrali; sed illud eversum esse, & ne unum quidem superesse in quo salvari possit jus, discent in *Dissertationibus* VII. X. & XI. Cæterùm hæc ideo dicuntur hoc loco, ut casum & jus postliminii ex animo suo ejiciant, si accuratè loqui velint.

Postre-

Diss. I. De antiquo jure Electionis Episcopi Ultraject.

Postremò, ex hactenus dictis legitimè conficitur illud, quòd jus providendi Ecclesiæ Ultrajectinæ redierit eò, unde exiverat; nimirum ad S. Sedem Apostolicam. Finis nempe revertitur ad principium, sive o redit ad A ut est in *Cap. ab exordio Dist. 35. cap. 2.* ubi notat Gloss. non fieri injuriam rei, restituitur ad pristinum statum. Atqui ex controversiam est, quod jure divino Pontificis Romani sit instituere Episcopos; de re infra latiùs.

DISSERTATIO II.

An Sasboldus Vosmerus & Philippus Rovenius fuerint Archiepiscopi Ultrajectini.

AUctor Bataviæ sacræ, (*f*) pluresque Libelli pro Sacerdotibus Ultrajectinis tam Belgico, quàm Latino idiomate jam à viginti annis in lucem protrusi, & novissimè Anonymus Gallus (*g*) partem affirmativam tuentur, & nihil adeò magnificè ostentant, quàm quòd Sasboldo Vosmero à CLEMENTE VIII. dictum fuisset, se illum *non promovere titulo Ecclesiæ Ultrajectensis, ne hæreticos magis exacerbaret, sed posse se eum titulum omni tempore assumere cum beneplacito Serenissimi Ducis.* Item quòd Archidux Albertus eum nominaverit ad Ultrajectensem Ecclesiam, & scripserit (*h*) *Archivescovo d'Utreg*; Postremò quod Sasboldus titulo Archiepiscopi Ultrajectini usus fuerit (*i*) in tabulis publicis, & pro tali passim agnitus.

De Philippo Rovenio quem PAULUS V. die 11. Octobris 1614. Vicarium Apostolicum constituerat, idem Auctor asserit (*l*) quòd post sex demum Annos, scilicet A. 1620. ad Cleri votum, succedente Principum Belgii consensu, ab URBANO VIII. destinatus fuerit *ad Archiepiscopatum Philippensem juxta & Ultrajectensem, si res istius Ecclesiæ prosperè cederent.*

Manifesti erroris convincitur suspectus Auctor Bataviæ Sacræ dum Rovenium ab URBANO VIII. promotum dicit; Anno enim 1620. etiamnum vivebat PAULUS V. (*m*) qui tantùm obiit die 28. Januarii 1621. & & huic Pontifici successit, non URBANUS VIII. sed GREGORIUS XV.

De promotione Sasboldi atque Rovenii videri potest Ephesinus in *Appendice Monument.* n. XI. ubi de productis CLEMENTIS VIII. verbis altum silentium.

Atque hæc sunt omnia, quantùm assequi licuit, quæ ad propositæ quæstionis probationem ab Adversariis adducta sunt umquam. Expendamus singula attentè, ita enim ipsi jubent.

Ce qui doit être extremement pesé (dicit Anonymus Gallus) (*n*) *C'est, que le Pape* CLEMENT VIII. *lui dit, qu'il l'ordonnoit sous un titre etranger pour ne point aigrir les Protestans.* Benè habet! Profitetur Pontifex quod Sasboldum promoveat peregrino titulo; quo fundamento igitur Adversarii contendunt eumdem fuisse promotum & ordinatum ad titulum Ecclesiæ Ultrajectinæ? Sed undenam ipsis hæc Pontificii Maximi dicta venerunt? Heussenius in Batavia Sacra (*o*) citat *Relationem itineris Romani manuscriptam.* Hæc nec publici juris facta est, nec in nostra potestate existit. Stetur communibus documentis, quæ est æqua, justaque conditio. *Relatio* Archiepiscopi Ephesini Anni 1656. & nobis, & ipsis præ manibus est. In illa lego: (*p*) *Postquam verò nec Sasboldus ad titulum Ultrajectensem consecrari potuisset &c.* Hoc profectò clarum est & insuperabile testimonium, quod Sasboldus non fuerit Archiepiscopus Ultrajectinus.

Sed nondum dimittendi sunt Adversarii. CLEMENS VIII. Sasboldo disertè, & expressis verbis assignat titulum *Philippensis* Ecclesiæ. Ita ipsimet in prædicta Relatione manuscripta Itineris Romani, & hìc quidem ex vero. Lego enim in Actis Consistorialibus 9. Septembris 1602. *Providit* (Sanctissimus Dominus) *Ecclesiæ Philippensi in Partibus Infidelium, vacanti per translationem Rev.mi Cardinalis de Guevara, de persona Sasboldi.* Liceat igitur interrogare, quâ ratione illi velint Sasboldo datum esse titulum Ultrajectensis Ecclesiæ?

At, inquiunt, dixit ei CLEMENS VIII. (*q*) *Posse se eum titulum Ecclesiæ Ultrajectinæ omni tempore assumere cum beneplacito Serenissimi Ducis.* Et: (*r*) *Quando placuerit Archiduci, tum poteris titulum mutare.* Simile quid Rovenio dictum fuisse asserunt suprà, non probant.

Quin Summi Pontifices, & S. Sedes ardentissimè desideraverint, & illo tempore, (non-

(*f*) Part. 1. pag. 48. col. 2. (*g*) Mem. pag. 3. & 4. (*h*) Bat. Sac. pag. 49. col. 1. (*i*) Pag. 65. col. 1. (*l*) Pag. 76. col. 2. (*m*) Papebroch. in Propyl. Maii. (*n*) Mem. pag. 3. (*o*) Pag. 49. (*p*) Append. N. XI. Litt. E. & D. (*q*) Bat. Sac. pag. 48. (*r*) Pag. 49.

(nondum scilicet abjectâ omni spe recuperandæ Ditionis Ultrajectinæ) modis omnibus conati fuerint conservare, non tantùm Sedem Archiepiscopalem Ultrajectinam, sed & reliquas omnes per Fœderatum Belgium Episcopales Sedes; sine injuria, & summæ irreverentiæ crimine negari non potest. Est igitur votum Clementis VIII. Est quod Catholici omnes, qui collapsæ istius Ecclesiæ miserti sunt, vehementer & piissimè optarunt, nimirum, ut res ità prosperè cederent, ut Sasboldus atque Rovenius (qui Archiepiscopi *in partibus* tantummodo existentes, cum potestate Vicarii Apostolici ad desolatam Ecclesiam mittebantur) titulum aliquando mutare possent, ipsamque Ecclesiam Ultrajectinam apprehendere, ejusque Sedem implere; Non pro libitu quidem, sed accedente novo Decreto Sedis Apostolicæ, per translationem scilicet à Philippensi Sede ad Cathedram Ultrajectinam, quam translationem numquam contigisse, imò numquam contingere potuisse, & nos & ipsi amaris lacrymis jure merito deflemus.

Quid non recordantur causæ finalis, quam de promotione Sasboldi Ephesinus expressit? Cùm Provinciæ Fœderati Belgii ab hæreticis omnimodo essent occupatæ, ita ut Fides Catholica quasi è cineribus excitanda esset, visum fuit S. Sedi Apostolicæ constituere in illis Vicarium Apostolicum, cui, tamquam repræsentanti Summi Pontificis personam, omnes residui Catholici subessent, & qui per se, & per cooperantes sibi Sacerdotes conaretur illos in Fide continere, & errantes ad gremium Ecclesiæ reducere. Postquam verò nec Sasboldus ad titulum Ultrajectensem consecrari potuisset, datus est ei peregrinus titulus Ecclesiæ Philippensis. Vide appendicem n. XI. sæpè citato Litt. D & E. Ad Provincias omnes mittitur Sasboldus; omnes residui Catholici illi subjiciuntur; quæ duo non conveniunt Archiepiscopo Ultrajectino.

Sed redeamus ad institutum sermonem. Nisi intervenisset Canonicus ille Dignitatum Ecclesiasticarum obtinendarum modus (*Translationem* intelligo) solum & nudum Archiducis beneplacitum non potuisset Sasboldum efficere Archiepiscopum Ultrajectinum. Longè aliter se res haberet, si ad Ecclesiam Ultrajectinam re ipsâ consecratus fuisset Sasboldus, & solus titulus, aut, propriè loquendo, tituli usus suspensus atque suppressus fuisset ad tempus, ne hæretici exacerbarentur; in hac enim hypophesi non refragabor, quin Archiducis beneplacitum ac declarata voluntas, de Summi Pontificis scitu et concessione, Sasboldum effecisset Ultrajectensem Archiepiscopum.

Sed hic fallit opinio; profitetur enim disertis verbis Clemens VIII. quòd Sasboldum *non promoveat titulo Ecclesiæ Ultrajectinæ.* Enimverò ubi umquam prolata sunt Decreta Apostolica, quæ *Bullas* vocamus, quibus Sasboldus Ecclesiæ Ultrajectinæ datus sit, quibus Capitulo Metropolitico præpositus, quibus Magistratui & plebi præfectus, quibus denique fidelium subditorum cura ei demandata fuerit?

Diss. II. An Sasboldus Vosmerus & Philippus Rovenius fuerint Archiepiscopi Ultrajectini.

Et quid sibi vult illud, quod Adversarii meâ autè produnt (*s*) Sasboldum *ad titulum Patrimonii sui consecratum?* Nonne si Archiepiscopus Ultrajectinus futurus erat, consecratus fuisset ad titulum Mensæ Archiepiscopalis Ultrajectinæ? Sed boni viri ignorant, quòd omnes & soli illi qui ad peregrinas Ecclesias, & *in partibus*, seu hæreticorum, seu infidelium constitutas, ordinantur Episcopi, aut ampli Patrimonii titulo, aut dote aliunde quæsitâ instructi esse debeant, antequam S. Sedes munus Consecrationis illis indulgeat. Argumento liquidissimo, Sasboldum atque Rovenium Episcopos titulares *in partibus* extitisse, Ultrajectenses verò Præsules neutiquam. Testatur porrò Ephesinus, (*t*) Rovenium consecratum fuisse titulo Præposituræ Aldensaliensis, & pensionis annuæ trecentorum scutorum ex ærario Regio.

Aliud est, Summos Pontifices voluisse implere Archiepiscopalem Sedem Ultrajectensem, illumque in finem, de benignitate Apostolica indulsisse (si tamen indulserint), ut duo illi præstantes viri, quamquàm alio titulo consecrati, collapsam illam Sedem apprehendere, atque implere conarentur. Aliud verò, illos ipsos eamdem Sedem Archiepiscopalem reverà apprehendisse. Primum, utpote pietatis Romanæ argumentum, concedimus perlibenter, alterum negamus.

Non alià hic probatione opus est, quàm testimonio Auctoris Bataviæ Sacræ. Refert ille, (*u*) prolatis ad longum tabulis, quòd Sasboldo crimini datum sit, quòd cum Archiduce Alberto in expugnatione Ostendana sermones miscuisset de nominatione ad Metropolitanam Trajectensem Ecclesiam, deque Confirmatione Romæ à Papa obtinendâ; quòd Ultrajectensis Episcopus haberetur, quòd Vicarios sibi adscivisset, Canonicos instituisset, aliaque plura, contenta in Dica Sasboldo Vosmero 30 Maii 1602. impacta per Mauritium Principem Auriacum, quam ille totam exhibet, subjungens: quòd de mandato ejusdem Principis ac Supremi Senatûs æternùm ex Hollandiæ, Zelandiæ, Frisiæque Regionibus proscriptus fuerit, atque ampli patrimonii confiscatione mulctatus. Hoc exilii infortunium & hæc bonorum jactura obvenerunt Sasboldo à Patria absenti, ac Romæ degenti, & antequam consecraretur. Doceant proinde Adversarii, quo tempore Sasboldus ad Ecclesiam Ultrajectinam accesserit

(*s*) Ibid. pag. 49. col. 1. (*t*) Append. N. XI. Litt. K. (*u*) Pag. 50. col. 1.

Diss. II. An Sasboldus Vosmerus & Philippus Rovenius fuerint Archiepiscopi Ultrajectini.

accesserit, quando ejus possessionem cœperit, quando in Sede Metropolitana sederit.

Philippo Rovenio Sedis Archiepiscopalis consequendæ conatus haud minùs infeliciter cessit. Idem Auctor est testis (v) quòd Rovenius ob similem causam & pretextum exulare jussus sit toto vitæ suæ tempore à Fœderato Belgio, ita ut numquam ipsi eò redire licuerit, *sub pœna supplicii, quod hostibus harum Regionum debetur.* Ex illo tempore Vir Apostolicus instabilis factus est & vagus. Doceant & hìc Adversarii, an & quando Ecclesiæ Ultrajectinæ possessionem adierit, quando & quibus S. Sedis Decretis, seu Bullis eidem præfectus fuerit.

Auctor Bataviæ Sacræ (x) pronuntiaverat ex vero, quòd *Schenckii successores Episcopi ad regimen animarum non admitterentur, sed potiùs exulare cogerentur*; Idque vi Edicti Ordinum Fœderati Belgii Anni 1573. Schenckio vivente. Ego Schenckii successores non admitto; nullos enim habuit. Sed cùm illi, qui in administratione Ecclesiæ Ultrajectinæ alio titulo, alioque jure eidem successerunt, à regimine animarum abstinere jussi sint, non capio, qua ratione Sasboldum atque Rovenium Archiepiscopos Ultrajectenses fuisse, posteà contendat tam operosè, nullis adductis tabulis, nullis actis; munitus narratione, quæ fabulam sapit anilem, & in re momenti, nec potest, nec debet attendi, veluti incertis auctoribus comperta, & ipsi Ephesino ignorata.

Magnam vim faciunt Adversarii in eo, quòd Sasboldus atque Rovenius varias prælaturas, Canonicatus, ac Beneficia in Diœcesi Ultrajectina contulissent, quasi id auctoritate ordinariâ, & ut Archiepiscopi Ultrajectenses fecissent. Sed hìc à semetipsis discedunt, & videri volunt sibi excidisse, quòd Auctor Bataviæ Sacræ adnotaverit (y) quòd à S. Sede Apostolica facultatem acceperint, *conferendi Beneficia etiam Cathedralia & Officia omnia harum Regionum quibusvis mensibus & modis vacantia &c.* Auctoritate scilicet Apostolicâ, non ordinaria; quod vel ex eo patet, quòd extra Diœcesim Ultrajectinam hac facultate usi fuerint. Sed de hac re infrà redibit sermo. (z)

Circa Rovenium occurrit & illud singulare, minimèque prætereundum, quòd Anno 1622. Romam profectus sit communitus litteris Serenissimæ Infantis Isabellæ ad GREGORIUM XV. In his Litteris Rovenius appellatur *Archiepiscopus Philippensis, Vicarius Apostolicus Provinciarum rebellium.* Mittitur Romam, non ut fiat Archiepiscopus Ultrajectinus, sed *ut rationem reddat Status in quo hodie versatur Sancta nostra Religio in prædictis Provinciis.* Testatur porro Isabella, *Unicum Religionis ibi conservanda medium fuisse, Vicarium Apostolicum constituere cum iis, quas habet facultatibus.* Quàm longè hæc absunt à Nominatione ad Archiepiscopatum Ultrajectensem! Epistolam ipsam vide in *Append.* n. X. Et confer illam cum Ephesini dictis XI. K. quòd Rovenius *in ipsum* VICARIATUM APOSTOLICUM *eidem Sasboldo Vosmero successerit, Serenissimis Principibus Alberto & Isabellâ Clarâ Eugeniâ præsentanti*[illegible] cùm enim ad Archiepiscopatum Ultrajectinum ab hæreticis occupatum, nominare [illegible] non possent, *unicum Religionis ibi conservanda medium fuit, Vicarium Apostolicum constituere.*

Præterea (a) Clerus Ultrajectensis & Harlemensis oblato Regi Libello Anno 1626. suppliciter petiit, ut *Archiepiscopum Philippensem Vicarium Apostolicum Philippum Rovenium, Archiepiscopum Ultrajectensem denominare dignaretur.* Igitur Rovenius Anno 1626. qui erat à Consecratione sua sextus, nondum erat Archiepiscopus Ultrajectinus, etiam in mente utriusque Cleri, imò ne nominatus quidem. Non probabunt Adversarii Regiam nominationem umquam subsecutam fuisse.

Audiendus non est Anonymus Gallus (b) dum dicit „ qu'il ne s'agit point icy de la „ collation *du Titre* de cet Archevèché.„ Imò verò de Collatione *tituli* agitur; sic enim ipsimet Libelli supplicis Auctores profitentur. „ Postmodum, *inquiunt*, ex parte „ horum supplicum agi cœptum per intermedios & præsertim per Reverendissimum D. Iuigo de Brisiguella ..... ut placeret Serenissimis Principibus concedere „ jam ordinato Episcopo (Rovenio) *titulum Archiepiscopatûs Ultrajectensis*.„ Et infra dicunt: „ Magnoperè expedire & quasi „ necessarium esse, quòd dictus Archiepiscopus Philippensis *titulo Ultrajectensi* „ *confirmetur* ..... atque gratissimum sibi „ & optimè meritum Archiepiscopum, jam „ duodecim & ultra annis, omnes illas Provincias officio Vicarii Apostolici, summâ „ curâ, labore & industria, omnium amore & plausu, magno Ecclesiæ profectu „ regentem, à Majestate vestra etiam honorari, & pro meritis ad majora auctorari.„ Si Rovenius ante hujus supplicationis tempora Archiepiscopus Ultrajectinus extiterat, non debebat à Rege *ad majora auctorari.* Profitetur Clerus uterque, quòd jam duodecim & ultra annis omnes illas Provincias *Officio Vicarii Apostolici* rexerat, non ergo Auctoritate Metropoliticâ seu Archiepiscopali Ultrajectinâ, pro qua tam ardenter supplicatur, & cui soli non competit in omnes Belgii Fœderati Provincias Ecclesiasticum imperium exercere. Contem-

(v) Pag. 80. (x) Pag. 22. (y) Pag. 52. & 76. (z) Vide Diss. VI. (a) Bat. Sac. pag. 79.
(b) Mem. p. 87.

temnenda igitur est Anonymi Galli interpretatio, dum ait: (c) „ Il s'agit uniquement „ de la denomination exterieure & publique d'Archevêque d'Utrecht, que Rovenius quoique titulaire ne pouvoit prendre sans la permissioo du Roy d'Espagne „ &c. „ Libelli supplicis Auctores contrarium probant; & commentitium est, Rovenium fuisse titularem Ultrajectinum, cùm Ephesinus testetur, ipsum fuisse consecratum titulo *Philippensi*. Cæterùm nos supra monuimus, quid Archiducis, seu Regis beneplacitum in hac re potuisset de consensu Summi Pontificis, supposito quidem, sed nusquam probato.

Intolerabiliùs est, quòd Rovenium ab Anno 1620. Archiepiscopum Ultrajectensem fuisse contendat. Quid illo Anno actum sit, docent Acta Consistorialia ad diem 17. Augusti 1620. ex quibus sequentia exscribo. (d) „ Sanctissimus D. N. Ecclesiæ Philippensi in Thessalia „ in partibus infidelium vacanti per obitum „ Sasboldi ultimi ejusdem Ecclesiæ Archiepiscopi, providit de persona R. D. Philippi „ Rovenii, cum facultate Pontificalia exercendi in Provinciis Hollandiæ & Zelandiæ, quæ Pastoribus destitutæ sunt. „

Vides Rovenium Archiepiscopum *in partibus*, cum facultatibus exercendi Pontificalia in aliena Diœcesi; quæ facultates Episcopo, ad Ecclesiam ab Infidelium jugo & ab hæreticorum oppressione liberam, & juribus spiritualibus ac prærogativis Ecclesiasticis Canonicè atque integrè fruentem, ordinato, concedi non debent.

Levis momenti est, quòd Archidux Sasboldum nominaverit ad Ultrajectensem Ecclesiam; potuit id namque illo tempore, nondum scilicet abjecta omni spe recuperandi Fœderatum Belgium, & ut palam faceret ac declararet, se non renuntiare juri suo, sed animo possidere, quod corporaliter apprehendere impediebatur; sed mutatum fuit consilium, & Ephesino testante, *Sasboldus non potuit consecrari ad titulum Ultrajectensem*, Archiduce nolente, utpote qui (e) *dedit clausas Litteras ad Sanctissimum* quibus (mutato nempe consilio) Pontificem admonuit, ne Sasboldo daret titulum Ultrajectensem ob temporum acerbitatem; & ideò CLEMENS VIII. tempore ordinationis Sasboldo dixit, *se dare titulum Philippensis Ecclesiæ, ne exacerbaret hæreticos in quorum potestate erat Ecclesia Ultrajectina; addens, quando placebit Archiduci, tum poteris titulum mutare*, scilicet: Cùm Archidux nominationem suam ratam habuerit, effeceritque ut ad titulum Ultrajectensem promoveri quis possit.

Quod aiunt, Sasboldum atque Rovenium in tabulis publicis usos fuisse titulo *Archiepiscopi Ultrajectini*, quamvis id rem non conficiat, nescio tamen, an hoc verum esse quisquam intelligat. De Sasboldo quidem plusquam dubium est. Scribit is (f) ad Gravium his verbis: „ Licet ab hæreticis habear & dicar Ultrajectensis, non assumpsi „ titulum Ultrajectensem, sed usus sum ut „ sequitur. *Dei, & Apostolicæ Sedis gratiâ* „ *Archiepiscopus Philippensis, nec non Ultrajectensis & Hollandiæ ac unitarum &* „ *nuper reductarum Transisulaniæ Provinciarum Vicarius Apostolicus &c.* „ Est igitur æquivocatio, de industria adhibita, ut hæreticorum in se armatum furorem declinaret. Videretur quidem in hac inscriptione, qualificatio *Ultrajectensis*, adjecta Dignitati Archiepiscopi, sed Sasboldo explicante, ad officium *Vicarii Apostolici* referenda est, sic, ut se dicat Ultrajectensis Provinciæ *Vicarium Apostolicum* non *Ultrajectensem Archiepiscopum*.

Diss. II. An Sasboldus Voinerus & Philippus Rovenius fuerint Archiepiscopi Ultrajectini.

De Rovenio res est magis expedita; etenim in omnibus Actis publicis ab Auctore Bataviæ Sacræ adductis, usus est Inscriptione sequenti: (g) *Philippus Dei & Apostolicæ Sedis Gratiâ Archiepiscopus Philippensis, & per Confœderatas Belgii Provincias Vicarius Apostolicus.* Aliquando Provincias illas specificè expressit, (h) aliquando addidit Dignitatem Præpositi Aldenzaliensis, nusquam verò illam *Archiepiscopi Ultrajectensis.* Imò verò contrarium disertè expressit plus vice simplici, otendo sequentibus verbis: *Per Diœcesim Ultrajectensem, Hollandiam, Zelandiam, cæterasque eis Confœderatas Belgii Provincias, Vicarius Apostolicus.*

Ago de Actis in Batavia Sacra productis; Neque enim dissimulare volo, quòd in Diplomate Rovenii de Anno 1633. à Joanne Christiano Erckelio (i) primùm luci publicæ dato Anno 1703. Sed ab Heussenio, tam in Batavia Sacra Anno 1714. quàm in Historia Episcopatûs Ultrajectensis Anno 1719. prudenter omisso, de quo infra pluribus; dissimulare, inquam, non volo, quòd isto in Diplomate (si tamen Authenticum sit & omni parte sincerum) Rovenius Archiepiscopum Ultrajectensem se dicere videatur, si non fuerit usus eâdem æquivocatione quâ Sasboldus. Et verò illum eâ usum fuisse suadet, non tantùm communis ei cum Sasboldo hæreticorum offendendorum metus, sed præterea, quòd & ipse ad imitationem Sasboldi, testatum reliquerit, quibus usus fuerit titulis in tabulis publicis. Scribit enim 5. Novembris 1637. ad Jacobum Catzium Harlemensem Decanum, his verbis: (l) *Litteras renovationis fraternitatis Capituli Harlemensis cum Gandensi perlegi, & satis placent eo mod.*

(c) Pag. 88. (d) Append. N. XXIV. Litt. A. (e) Bat. Sac. pag. 49. col. 1. (f) Ibid.
(g) Pag. 87. (h) Pag. 80. 89. 99. 102. 104. 105. (i) Aff. Jur. pag. 39. (l) Bat. Sac. pag. 78.

Diss. II. An Sasboldus Vosmerus & Philippus Rovenius fuerint Archiepiscopi Ultrajectini.

modo conscripta, solùm titulum PHILIPPENSIS *addidi, qui mihi principalis est.* Subscripsit dictæ renovationi Rovenius assumpto solo titulo *Philippensi*, utpote principali, minor enim erat titulus *Vicarii Apostolici*. Estne credibile, quòd vir humilis & candidus, ante hanc declarationem Anni 1637. (qua agnoscit se esse *Philippensem* tantummodo Archiepiscopum, illumque Characterem sibi esse principalem) jam inde Anno 1633. se scripsisset Archiepiscopum *Ultrajectensem*?

Percurramus vitæ ejus tempus omne quod in Episcopatu peregit, nuspiam prodibit ut Archiepiscopus Ultrajectinus. Anno 1620 Romæ in Consistorio præconisatur ad titulum *Philippensem* in Thessalia. Eodem Anno consecratus Foresti in Brabantia titulo *Philippensi*. Anno 1622. proficiscitur Romam cum Litteris Infantis Isabellæ testantis eum esse Archiepiscopum *Philippensem* & Vicarium Apostolicum. Cùm Roma rediisset, Clerus Anno 1626. Regi fervente supplicat, ut ad Archiepiscopatum Ultrajectensem nominaretur, non secuto effectu. Anno 1631. Jansenius Iprensis consuluit Rovenium, rogatu Abbatis San-cyrani, super titulo suo Episcopali: & testatum reliquit, quòd esset Archiepiscopus *Philippensis*, quamvis sæpe inscriberet sese Ultrajectensem, sed perperam & falsò, ipso Jansenio judice, qui edicit (*m*) quòd Rovenius hunc titulum habuerit numquam. Anno 1637. declarat ipse titulum *Philippensem* sibi esse principalem. Neque dicant Ultrajectini, quod Rovenius post illud tempus se Archiepiscopum Ultrajectensem dixerit; nam quæ speciosa & magna Adversariis visa sunt, & cum ostentatione quasi pro triumpho producta, cùm ad pondus revocantur, sæpe fallunt. Videbimus infra (*n*) quid ponderis habeat deliberatio Cleri Hollandici in Congregatione quæ præsidente Rovenio habita est Ultrajecti 6. Maii ejusdem Anni 1637. in qua de dando eidem Rovenio Coadjutore actum fuit. Illud, ad rem præsentem firmandam, notare sufficit, quòd Rovenio Coadjutor datus sit *cum spe successionis*, non in Archiepiscopatum Ultrajectinum, *sed in Officium Vicarii Apostolici*, ut Acta dictæ Congregationis explicatè atque expressè continent. Adeò ut hinc constet, primores de Clero tunc congregatos, non habuisse Rovenium pro Archiepiscopo Ultrajectino, neque ipsummet se talem credidisse. Ad viciniora tempora etiam frustrà recurrent Adversarii, nam Auctor Bataviæ Sacræ (*o*) semper sibi contrarius, & probans id quod minimè probatum voluit, adfert prolixam Rovenii Constitutionem de 12. Decemb. Anni 1638. in qua se dicit, *per Diœcesim Ultrajectensem, Hollandiam &c. Vicarium Apostolicum.*

Sed omnis probationis loco sit Epistola ipsiusmet Rovenii Anno 1640. exarata ad Jacobum Boonen Archiepiscopum Mechliniensem, in qua pro obtinendo sibi Coadjutore sollicitè obsecrans scribit, (*oo*) *viginti quinque annos in* VICARIATU APOSTOLICO *exegisse*. Et ne putes Rovenium existimasse, quod Archiepiscopus Ultrajectinus fuerit, & simul Vicarius Apostolicus (uti ineptè somniarunt Adversarii) illum ibidem disertè explicantem propositum sibi finem; quem scilicet ex petito Coadjutore assequi voluit. *Ne fideles*, inquit, *in hisce partibus (si quid humani mihi obveniat) careant idoneo directore.* Bene habet! Etenim si Archiepiscopum Ultrajectensem esse se credidisset, dixisset opinor: ne turbulentis hisce temporibus Ecclesia Ultrajectina careat Archiepiscopo. Atqui hoc non dixit: Verùm, cùm peteret Coadjutorem in Officio Vicarii Apostolici, de *idoneo* in istis partibus *Directore* tantummodo locutus est. Tam longè autem abfuit Rovenius à stulta modernorum persuasione, ut hanc Epistolam, sicuti reliquas omnes, signarit in hunc modum: PHILIPPUS *Archiepiscopus* PHILIPPENSIS *Vicarius Apostolicus*. Quin imò ita perrexit usque ad finem vitæ suæ, ut colligere licet ex illo Decreto, quod uno ante mortem Anno edidit, nempe 15. Septembris 1650. in quo pariter *Vicarium Apostolicum* se nominat *per Diœcesim Ultrajectensem, Hollandiam &c.* Igitur Rovenius per omne vitæ suæ tempus quod in Episcopatu gessit, numquam prodit uti Archiepiscopus Ultrajectinus.

Urgent Adversarii (*p*) & illud leve argumentum, quòd Sasboldus atque Rovenius passim agniti fuerunt ut Archiepiscopi Ultrajectenses; quòd ab Historicis ut tales celebrati, ac in fastos relati sint. Et citant Hoofium Historicum Belgam; Raissium in *Belgica Christiana*; Beyerlinck in Chronicis; van Leuwen in *Batavia Illustrata*, aliosque.

Quid tum postea? Male docti sint Historici, errore lapsi, alter alteri Auctor fuerit, quid hoc contra evidentem veritatem? Non vacat perquirere Historicos omnes, sed ecce tibi Valerium Andream in *Bibliotheca Belgica* fol. 778. qui ipsis Adversariis fatentibus (*q*) Philippum Rovenium celebrat Archiepiscopum *Philippensem* & per Hollandiam vicinasque Provincias Vicarium Apostolicum. Ecce Willibrordum Bosschaerts *De primis veteris Frisiæ Apostolis*, qui, post falsò à se commemoratos Sasboldum atque Rovenium ut Ultrajectenses Archiepiscopos (Adversariis iterum fatentibus) (*r*) adjungit; *Etsi propter motus in Regem & Catholicam Fidem*

Sedibus

(*m*) Append. N. XXVIII. Litt. C. (*n*) Vide Dissert. XIII. (*o*) Pag. 104. (*oo*) Vide Append N. CXIV. (*p*) Mem. p. 86. Ass. Jur. pag. 31. & 32. (*q*) Bat. Sac. pag. 63. (*r*) Mem. pag. 386. Ass. Jur. pag. 31.

Sedibus suis inthronisari nequiverint. Verè Sedibus suis inthronisari nequiverunt Sasboldus atque Rovenius, utpote qui nec consecratione, nec possessione Archiepiscopi Ultrajectenses fuerunt. Contradicit proinde sibi Auctor ille.

Sed ut Historicos Historicis opponamus, videatur Gulielmus Gazet in libro cui titulus: *l'Histoire Ecclesiastique du Pays-bas*, impresso Anno 1614. qui fol. 452. de Ultrajectinis Archiepiscopis, scribens, unum solum celebrat Fredericum Schenckium, post cujus obitum ad eamdem Cathedram nominatos dicit Comitem de Renneburgh & Joannem Bruhesium. Sasboldum ne inter nominatos quidem habet; de Rovenio autem ne somniavit quidem. Similiter Matthias Van der Houve in Chronico Belgico Par. 2. fol. 284.

Quid, quòd Sasboldo coævus Aubertus Miræus, diligentissimus ille antiquitatum Ecclesiasticarum hujus Belgii nostri perscrutator, illum non agnoverit ut Archiepiscopum Ultrajectinum? Unde nobis accersenda hujus asserti probatio? Rursus ex Auctore Bataviæ Sacræ, obvia quævis, sine ullo delectu, proferente. Adfert ille (s) Epistolas tres ab Auberto Miræo datas ad Rumoldum Medenblikium Pastorem Lugduni Batavorum seu Missionarium, à quo petierat Reliquias S. Willibrordi, pro templo, quod ad muros Civitatis Antverpiensis eidem Sancto dedicatum, tunc restaurabatur. De illis acceptis gratias agens Miræus, sic ad Rumoldum illum scribit: *Exosculatus sanè sum Reliquias S. Willibrordi, quas ad me mittere dignatus est Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus Philippensis.* Numquid munificum Donatorem, Archiepiscopum Ultrajectinum salutasset, si talem credidisset? Vult Miræus, *ut Illustrissimus Dominus Philippensis, dignetur Litteras publicas dare in pergameno scriptas ..... ut nimirum fides apud posteros constare possit.* Quid Sasboldum iterum *Philippensem* nominat, inofficiosus Miræus?

Ultrajectini consulere possunt novam Operum Miræi editionem Anno 1723. divulgatam, & Tomo primo fol. 624. Episcoporum Ultrajectinorum ac Vicariorum Apostolicorum seriem, ab Editoribus adjectam. In horum, non in illorum Catalogum Sasboldus relatus est.

Videatur insuper Havensius, qui loquitur his verbis: (t) „ Joannes Bruhesius „ Ultrajectinæ Sedis Præsul designatus, „ Coloniæ moriens ad Cathedram non pervenit, Sasboldus verò *Archiepiscopus* „ *Philippensis, legatione nunc Apostolici* „ illis in partibus nomine Pontificis Maximi fungitur. „

Dist. II. An Sasboldus Vosmerus & Philippus Rovenius fuerint Archiepiscopi Ultrajectini.

Franciscus Sweertius (u) celebrans Philippum Rovenium Daventriensem, eumdem salutat Archiepiscopum Philippensem, ac *Vicarium Apostolicum per Bataviam.*

Sed prætereundum non est, quòd immeritò in sui patrocinium advocarint Historicum Belgam Hoofiium. Is enim (v) ita scribit ad Annum 1580. *Die vigesimâ quintâ Augusti diem supremum obibat D. Fredericus Schenck à Tautemburgh, primus Archiepiscopus, & eorum qui Episcopatum possederunt sexagesimus primus, ac postremus. Nam ab aliis, quos ipsius loco elegit Papa, & confirmavit Rex, libera muneris sui administratio & fructus proventuum ablata sunt.* Acatholicus ille, impropriè loquitur & contortè dum Regi adscribit electorum Episcoporum confirmationem; & potuerat ejus Auctoritas ab Adversariis omitti, utpotè qui de Sasboldo & Rovenio ne mentionem quidem injiciat; imò, ipsos Archiepiscopos Ultrajectenses fuisse tacitè neget atque implicitè, dum Schenckium dicit postremum Episcopum. Idem planè tradit *Petrus Bor in Origine Belgicorum tumultuum Lib. 15. fol. 221.*

Cæterùm, non est Historicis, aut privatorum assertionibus res probanda, sed Pontificum Romanorum Decretis, & Actis Authenticis.

Ut aliquid largiamur Adversariis, illud de Sasboldo, (non autem de Rovenio) dici potest, quòd cùm ille nominatus fuisset ab Archiduce Alberto ad Ecclesiam Ultrajectinam, cùm à CLEMENTE VIII. aliquam spem illam consequendi accepisset, cum uti Vicarius Apostolicus Jurisdictionem Ecclesiasticam omnem in illa exerceret, & superesset etiamnum spes recuperandi Fœderatas Provincias; ex his rationibus Catholici ipsum crediderint Archiepiscopum Patriæ, talem nominaverint, & Historici, præcipuè Acatholici, uti *Van Leuwen*, rerum nostrarum ignari, hanc ei qualitatem adscripserint erroneè.

Notandum porro est, quòd Sasboldus atque Rovenius, non in sola Diœcesi Ultrajectina, sed per totum Fœderatum Belgium Jurisdictionem Spiritualem habuerint, & exercuerint reipsà. Et prior quidem per

Kkk Busco-

(s) Pag. 264. (t) De Erect. nov. Episc. Lib. 1. cap. 12. p. 53. (u) Athenæ Belgicæ fol. 646.

(v) *Korts hier nao, te weeten, op den vyfentwintighsten van Oestmandt, overleedt Heer Frederick Schenk van Tautenburgh, d'eerste Aartsbisschop, d'eenenzestighste en* laaste des geenen, die 't Bisdoom bezeeten hebben. *Want allen, die de Paus sedert in zyn' plaatse gekoren heeft, en de Koning bevestight, is, tot noch toe, de vrye bediening hun ampts, en 't genot der inkoomsten ontstaan.* HOOFTS festiende Boeck der Nederlandsche Historien. Blad. 703.

Diss. II. An Sasboldus Vosmerus & Philippus Rovenius fuerint Archiepiscopi Ultrajectini.

Buscoducensem quoque ac Ruræmundensem Diœceses, ut Auctor Bataviæ sacræ innuit ipse. (x) Quæro jam, si Archiepiscopi Ultrajectenses fuerint, quo titulo, quo jure rexerunt & administrarunt rem Ecclesiasticam per Harlemensem, Middelburgensem, Daventriensem, Groeningensem ac Leovardiensem Diœceses? Nullam certè in illas jurisdictionem habere pot[...] Archiepiscopus Ultrajectinus quà talis, [...] si certis casibus in jure expressis de qui[...] hic non agitur. Fuerunt tamen Diœcesib[...] illis præfecti eodem jure, eâdemque Aucto[...] ritate, quâ præfuerunt Ultrajectinæ. Ce[...] jam, si alium titulum invenias, præter S[...] dis Vicarium Apostolicum.

DISSERTATIO III.

An postquam Ultrajectum redactum est sub potestatem Ordinum Fœderati Belgii, Sedes Episcopalis manserit erecta, & etiamnum subsistat?

Adversarii contendunt, Sedem Episcopalem subsistere posse sine Episcopo, etiam pluribus seculis, nec illam ideò everti, collabi aut confringi, quòd sub Infidelium persecutione gemat, vel in Acatholicorum potestatem redacta sit.

Ecclesia Romana, *inquiunt* (z) vel antiquissima, tribus primis seculis, & eò amplius, sub sæva substitit tyrannorum persecutione, sine splendore aut bonis fortunæ. Nemo tamen illam, aut eversam dixit, aut destructam.

Hic sibi mirificè plaudunt: (a) Existimant enim hoc argumentum invictum esse, nullo unquam responso tactum, læsum, aut eversum. Sed non est quod sibi tantopere blandiantur. Dabimus ultrò longè plus, quàm exposcunt.

Fingamus igitur illam, quæ incœpit ab Ecclesiæ nascentis ortu, persecutionem, etiam hodiedum durare. Nos cum illis dicerennus eam Ecclesiam subsistere, suâ Fide divitem, & eò magis victricem, quo opprimeretur magis. Hæc sanè ipsis perplacebunt, prout & nobis perplacent. Sed dicentne, hac in re Romanam & Ultrajectinam Ecclesiss pari censendas esse conditione? Non possumus in animum inducere, ut hoc ipsi opinentur. Etenim Ecclesia Romana seriem habet certam Pontificum omni ætate, omni seculo, numquam interruptam; Ultrajectina, à morte Schenckii proprium non habuit Episcopum. Ecclesia Romana fulget prærogativâ Matris & Magistræ Ecclesiarum; Ultrajectinæ, numquam fuit concessa dignitas primæ Sedis. Ab illa reliquæ Ecclesiæ audire debent quod doceant, & accipere quod teneant; ab hac, nulla particularis Ecclesia dependet. Ecclesia Romana si periisset, perierant omnes; Ultrajectina si interierit, nullius secum ipsa ruinam trahit.

Verùm à fictione redeamus ad veritatem. Primitiva Ecclesia, (sic Deo visum est) debuit irruere in enses, ferrum, ignem, atque omnis generis calamitates. Verbo oris & pauperie simul, pugnandum ipsi fuit. Per angustias, oppressiones, persecutiones, quasi per totidem gradus eniti debuit, conscendere, atque contingere illud culmen gloriæ, honoris & imperii, quod, dirigente Domino, seris temporibus erat reservatum; in quibus, dispositione Divinâ, finum est etiam consecuta splendorem, quem externum vocabimus. Et ab eo tempore nequaquam decuit *serenitatem Pontificalis dignitatis obnubilari*, sive *mendicitatis opprobrio*, prout inferiùs videbimus ex *Clem. 5. de Elect. & Elect. potest.* sive quovis alio modo, quo Dignitas illa suo frustraretur splendore, etiam externo.

Sedes Ultrajectina nec à Christo præordinata est, nec omnium seculorum futura. Hæc, nec per adversitates enutriri, nec contra ipsas immota esse debuit; hoc solius primæ Sedis Privilegium est. Deficere potuit Ultrajectina, quamvis nec sine bonis, nec sine splendore externo fundata fuerit. Subjacet Sacri Canonis dispositioni, prudentissimè stabilitæ & longo usu confirmatæ; & quia contigit Pontificalis dignitatis Ultrajectinæ serenitatem, mendicitatis opprobrio obnubilari, ideo defecit, collapsa est. Hoc si negent illi, vix est, ut Sedem ullam Episcopalem designare possint, quæ hodiedum etiam non subsistat, si modò vel aliquis superstit Clerus, aut populus, qui suâ in Fide constantiâ, olim splendentem, nunc collapsam possint repræsentare Ecclesiam.

Summa hæc est: Sedes Romana fundata fuit in mediis persecutionibus, in oppressionibus & ærumnis, cùm nec temporalium bonorum adjumentis, nec splendore externo plantanda esset Fides Catholica, sed sanguis marty-

(x) Pag. 57. col. 2. in nota. (z) Protest. Cleri Holl. pag. 8. Edit. Fland. (a) Protest. primum Assert. p. 28. & 29.

martyrum esset semen Christianorum, cùm crux salutifera Redemptoris nostri, Judæis quidem scandalum & gentibus stultitia, sed tandem, operante Domino, gloria fieret Regum & Imperatorum; cùm Romani Pontifices vinculis constricti, semper tamen essent liberi; Româ ejecti, numquam tamen Sede pulsi; cùm Urbis imperii spoliati, toti dominarentur Orbi.

E contrariò, Sedes Ultrajectina fundata fuit, & bonorum temporalium subsidio, & Secularis dominii accessione aucta; idque illo tempore, cùm utrumque adminiculum, non utile tantùm ad propagandam Fidem, sed necessarium visum esset; cùm paganis annuntianda crux Christi, imperio & potestate seculari juvanda foret; Verùm ubi senescente ætate alii supervenerunt rerum Domini, & cùm non foveretur Ecclesia Ultrajectina continuo illo miraculo, quo Romana à lapsu & eversione præservata est; sensim diminuta est dignitas, ablata potestas; & cùm hæc conservari non potuisset, illa interiit. Ne hæc dignitas aliquando restitueretur, cautum fuit, & severimis Edictis, & earum rerum ablatione quâ mendicitatis opprobrium contrahitur. Imperium Ecclesiasticum cessare jussum est, & qui ad illud ordinaretur Episcopus, alibi quæreret, quod regeret.

Credimus nos, studio & præmeditato consilio Adversarios confugisse ad primæ Sedis exemplum, populis ut placeant quas fecerunt fabulas. Sed quæ comparatio rectè institui potest ab ea Sede, quæ deficere non potest, ad Hierosolymitanam, *Exempli gratiâ*, quæ cecidit, quæ collapsa est, licet Hierosolymis non desit Clerus, non desint Fideles. Idem judicium esto de omnibus Episcopatibus, quos vocant, *in partibus*.

Hic jam corruit vicina, aut potiùs ex eodem fonte, profluens objectio, Ecclesiam scilicet non constare templis, ædificiis, decimis &c. Hoc lubenter agnoscimus: Est enim Fidelium cœtus sub uno ac visibili capite congregatus in unitate ejusdem Fidei. Sed contendimus, ineptum, imò stultum esse, abuti Ecclesiæ nomine prout abutuntur Adversarii. Aliud enim est Ecclesia, aliud Sedes quæpiam Episcopalis. Ecclesia, Theologicè loquendo, deficere non potest; sed collabi potest hæc, aut illa Sedes Episcopalis: adeò ut nequaquam conveniat, ut in ea sedeat proprius Ordinarius, seu Episcopus, sive quia illi, qui rerum potiuntur id vetant, sive quia desunt ea, quæ ad Pontificalis dignitatis splendorem necessaria sunt, sive quia benè provideri potest alio modo.

Dub. III. An postquam Ultrajectum redactum est sub potestatem Ordinum Fœderati Belgii, Sedes Episcopalis manserit erecta, & etiamnum subsistat?

Explodimus igitur aliud telum, quo antiquas etiam particulares Ecclesias sub persecutione tyrannorum nobis objectant. Distinguant tempora, & res nullam patietur difficultatem. Quis enim dubitat, quin sub persecutione tyrannorum, etiam Ecclesiæ particulares veram habuerint Ecclesiæ rationem, tametsi eo tempore nec basilicas habuerint, nec decimas? Sed respondemus, id planè primis seculis necesse fuisse, ad saltem ita visum Ecclesiæ Universalis Conditori. Neque enim subitò basilicæ erigi poterant, nec subitò exigi decimæ. Suo Christus exemplo Apostolos misit ad laborem, ad ærumnas, ad mortem; sed eadem voluntate divina, res mutata est in melius, atque hodie nequaquam decet, aut convenit, Ultrajectinæ Ecclesiæ præfici Episcopum, qui victitet sine antiqua dote, sine Capitulo, sine Jurisdictione etiam externa, sine templo, & sine spe quandoque Pontificalia exercendi; maximè cùm alio modo collapsa illa Ecclesia regi possit, quantùm per tempora licet. Aliter si contendant, vix in Orbe erunt Ecclesiæ ullæ, quæ rectè dici possunt redactæ ad conditionem nudæ Missionis, & tamen non ausint negare plurimas esse, florentissimas olim, Ecclesias, quæ hodie ad eam sunt redactæ conditionem. De Hipponensi, similibusque sub Barbaris gentibus Ecclesiis, fatentur ipsi. (*b*), Adfectant disparitatem cum Ultrajectina.

Illud unum observandum est, ipsos loqui de Ecclesia, cùm agatur de Sede Episcopali. Ultrajecti superesse Ecclesiam in iis, qui in Fide Catholica persistentes, cum Romana Ecclesia Communione sociantur, negavimus numquam: Sedem Episcopalem Ultrajectinam collapsam esse, atque destructam, contendimus ubique constanter.

Non recordantur illi ampliùs Concertationis illius, quam La Torrius habuit (*c*) cum nobilibus quibusdam in Hollandia Toparchis circa jus Patronatûs Ecclesiarum particularium Missionis Hollandicæ; quæ controversia instaurata fuit ardentiùs, Neercasselio Missionem regente, (*d*) & quæ ex hoc solo capite ad Vicariorum Apostolicorum voluntatem cecidit, quòd Ecclesiæ collapsæ, Parochiæ exstinctæ, & ad nescio quem alium inferiorem statum erant redactæ. Hæc fatetur non tantùm Neercasselius, sed etiam edicit, ac publicat in *Dissertatione* illa, quam Anno 1682. contra Toparchas edidit, quam Heussenius (*e*) laudavit, & nos quoque commendavimus. (*f*) In illa autem *Dissertatione*, de Missione Hollandica loquitur in hunc modum (*g*) „ Catholicis ademptæ sunt omnes basilicæ „ eum

(*b*) Bat. Sac. in Præf. cui titulus · *Consilium Authoris*. (*c*) Vide Art. IX. (*d*) Vide Art. XII. (*e*) Bat. Sac. Par. 2. fol. 486. & 487. (*f*) Sup. Art. XII. (*g*) Dissertatio *quâ expenditur num nobilibus in Hollandia jus competat pro arbitrio suo designandi ac nominandi Pastores super populum Catholicum*, Pag. 3. n. 1.

Diss. III. An postquam Ultrajectum est sub potestatem Ordinum Fœderati Belgii, Sedes Episcopalis manserit erecta, & etiamnum subsistat?

„ cum earum omnibus redditibus, juribus & „ emolumentis; ipsis abrepta ornamenta, & „ alia id genus mobilia istarum basilicarum; „ decimas etiam & terras & alia omnia bona „ istis templis annexa occuparunt Magistra- „ tus, ac Potentissimi Provinciarum Fœdera- „ tarum Ordines sub sua tenent potestate, & „ Acatholicæ Religioni servire cogunt. Qua „ ergo lege, quâve ratione ex bonis per Fœ- „ deratos Ordines propagationi Reformatæ „ Religionis mancipatis & addictis jus sibi „ arrogabunt, pro arbitrio suo Rectores „ Catholicæ plebi designandi, præficiendi- „ ve? Patronorum hujusmodi jus perinde „ est, ac si Ecclesiæ ad quas præsentare „ quondam potuerunt, funditùs eversæ ac „ dirutæ jacerent? Quo casu constat juxta „ omnium Canonistarum doctrinam jus Pa- „ tronatûs, si non extinctum, saltem con- „ sopitum vel suspensum manere, nec pos- „ se exerceri, donec basilica ab ipsis reæ- „ dificata fuerit. Idem omnino ac potiori „ jure de prædictis patronis sentiendum. „ Jus igitur ipsorum vel periit, vel qua- „ si sopitum manet, quamdiu res manent „ in hoc rerum statu in quo nunc repe- „ riuntur. „ Ita Neercassellus Vicarius Apostolicus, in prædicta *Dissertatione*. Simile est judicium quatuor J. U. Doctorum quos consuluit La Torrius 5. Sept. 1650. „ Ecclesiæ illæ, *inquiunt*, si non ex- „ tinctæ, perditæ saltem sunt pro eo tem- „ pore quo ita occupantur, & consequen- „ ter ipsum jus Patronatûs, quod Patro- „ nus habebat in similes Ecclesias. „ Neercassellus præterea consuluerat Gulielmum Bassery tunc Vicarium Apostolicum Diœcesis Sylvæducensis, postea Episcopum Brugensem, qui in Rescripto suo de 8. Maii 1683. contra Toparchas quoque pronuntiat, & inter alia, mentem suam explicat his verbis: „ Præsenti in casu Ecclesia pro „ diruta habenda est, prout etiam bona pro „ deperditis: quia ad alium usum applica- „ ta sunt, absque spe brevi futuræ resti- „ tutionis. Nec videtur considerandum, „ quod adhuc existant fortè muri & fa- „ bricæ Ecclesiæ, ipsa quoque bona su- „ persint: quia cùm ampliùs non supersint „ ad usum Ministrorum Ecclesiæ Catholi- „ cæ: respectu illorum pro dirutis & de- „ perditis habenda sunt. „ Denique, Fabius Chisius Nuntius Coloniensis, postea Summus Pontifex ALEXANDER VII. de prætensis Toparcharum juribus, die 4. Julii 1645. pronuntiaverat, quòd illa *tum demum effectum suum postliminio sumerent, cùm Deus ad primævum statum Ecclesiam redigere dignaretur*. Atque hæc Rescripta, & Responsa omnia evulgavit & typis edi curavit Castoriensis Episcopus Joannes Neercassellus per Missiones Fœderati Belgii Vicarius Apostolicus. Videndum nunc est, quomodo hæc subsistant cum hodi- nis Sacerdotum Ultrajectensium placi-

Etenim si relatum Neercasselii argum- tum subsistat, si Doctorum Lovaniensi- judicium rectè concludat: Toparchis H- landis non esse jus Patronatûs *pro eo te- pore, quo* Ecclesiæ Parochiales *occupan- ab Acatholicis*; & si Ecclesiæ habendæ *pro dirutis*, adeòque jus Patronatûs, *perierit*, vel *quasi sopitum sit, quamdiu manent in hoc rerum statu*; si, inquam, hæc omnia ritè, legitimèque procedunt, sequi- tur profectò, quod Sedes Archiepiscopalis Ultrajectina collapsa sit, & non manser- erecta, & etiamnum non subsistat.

Arguo enim hoc modo ex mente Neercasselii, Doctorumque Lovaniensium Anni 1650. Sedi Archiepiscopali Ultrajectinæ erepta est Basilica Metropolitana S. Martini, cum omnibus ejus redditibus, juribus, & emolumentis ex quibus vivebant Canonici; ablata sunt ornamenta, & alia id genus mobilia ex quibus dictæ Basilicæ suus aderat usus, & splendor ad cultum divinum; decimas etiam & terras, & alia omnia bona dictæ Sedi Archiepiscopali annexa, occuparunt Magistratus Acatholici, & Potentissimi Provinciarum Fœderatarum Ordines sub sua tenent potestate, atque Acatholicæ Religioni servire cogunt. Quâ ergo lege, quâve ratione Sedes Archiepiscopalis mansit erecta & etiamnum subsistat? Patronorum jus in Ecclesias seu Oratoria Catholica ipso extinctum, consopitum vel suspensum est, quia Ecclesiæ, ad quas præsentare quondam potuerunt, considerari debent ac si funditùs eversæ ac dirutæ jacerent; & ideo, veluti funditùs eversæ ac dirutæ haberi debent, quia bona per Fœderatos Ordines propagationi prætensè Reformatæ Religionis mancipata sunt & addicta. Ita Neercassellius. Liceat igitur subsumere: Atqui bona Mensæ Archiepiscopalis Ultrajectinæ per Fœderatos Ordines propagationi prætensè Reformatæ Religionis mancipata sunt & addicta. Infero: Ergo Sedes Archiepiscopalis Ultrajectina habenda est, ac si funditus eversa ac diruta jaceret, & omne Jus quod ad dictam Sedem implendam habet Summus Pontifex, *si non extinctum, saltem consopitum vel suspensum manet, nec potest exerceri donec Basilica* Metropolitana S. Martini Ultrajecti, Sedi Archiepiscopali *reddita fuerit. Periit* igitur Sedes Archiepiscopalis, *quamdiu res manent in hoc rerum statu, in quo nunc reperiuntur*; vel, si loqui malis cum Doctoribus Lovaniensibus: *perdita est* Sedes Archiepiscopalis *saltem pro eo tempore quo ita occupatur*. Et cum Vicario Apostolico Guilelmo Bassery dicendum est: quod *præsenti in casu* Sedes Archiepiscopalis *pro diruta habenda sit, prout etiam bona* Men-

sæ

sæ Archiepiscopalis *pro deperditis* : QUIA *ad alium usum applicata sunt, absque spe brevi futuræ restitutionis.* Et quod *non videatur considerandum quod adhuc existant fortè muri & fabrica* Ecclesiæ Metropolitanæ S. Martini, *ipsa quoque bona superfunt*; QUIA *cùm ampliùs non superfint ad usum* Archiepiscopi Ultrajectini, *respectu* ejus *pro dirutis ac deperditis habenda sunt.* Denique, pronuntiandum est cum Fabio Chisio: quod Sedis Archiepiscopalis Ultrajectinæ impletio *tum demum effectum suum postliminio sumptura sit, cùm Deus ad primævum statum Ecclesiam* Metropolitanam Ultrajectinam *redigere dignabitur.*

Diss. III. An postquam Ultraject. tota est sub potestatem Ordinum Fœderat. Belgii, Sedes Episcopalis manserit erecta, & etiamnum subsistat?

DISSERTATIO IV.

An Ecclesia Ultrajectensis, habenda sit velut *collapsa*, omni jure & jurisdictione exuta, & ad conditionem nudæ Missionis redacta?

HAc veluti oblatâ occasione, summa scrutabimur capita Consultationis cujusdam datæ Lovanii 25. Maii 1717. à quinque Doctoribus Juris, insertæ libello cui titulus: *Memoire pour l'Eglise & Clergé d'Utrecht*, edito Anno 1722. pag. 171. & seqq.

Primum illud occurrit, Historiam, quam vocant Sacram, (*h*) ipsis videri velut Sacrum Textum & fidei indubitatæ, quam tamen ipsam Historiam à veritate longè abesse, in superiori Historia nostra, & in sequentibus *Dissertationibus* abundè, luculenter, liquidòque demonstratum credimus. Sublato igitur hoc fundamento, corruit Lovaniensium istud opus jure, factoque.

Contendunt, Ecclesiam Metropolitanam Ultrajectinam nequaquam posse dici *collapsam, omni jure & jurisdictione exutam &c.* Videamus quâ ratione, id asserant tam audacter.

Licet, *inquiunt*, Ecclesia aliqua per Barbarorum incursionem, aliave occasione amittat materialia templa, media temporalia in sustentationem Ministrorum &c. nihil tamen de ratione veræ Ecclesiæ amittit, si modò plebs unà cum Pastore in Fide Catholica & communione cum cæteris Ecclesiis, & signanter cum ipsa Romana Ecclesia perseveret.

Hic obscurè, & velut studio, verum, falsumque commiscent. *Si* illi de postliminii jure, speque loquuntur, planè cum ipsis sentimus, & in ejus rei confirmationem unà cum ipsis advocamus *Can. Porro* 14. *Caus.* 16. *q.* 3. *Cæterùm*, ait Textus, *ubi Paganorum & incredulorum furor in causa est, quantalibet prætereant tempora, juri non præjudicant Ecclesiarum.* Sed non rectè, non candidè agunt, quòd silentio, Canonis speciem, casumque omittant; quem ex Glossa exhibemus: *In Germania & Pannonia, hostilitate Saracenorum interveniente, per centum vel fortè per plures annos, aliqui possessiones Ecclesiarum detinuerant: quas cùm Prælati, redditâ tranquillitate repeterent, tutos se præscriptione dicebant: mittit ergò Joannes Papa Paulum qui legatus erat in partibus illis, ut de causis istis cognoscat, instruens eum, quod inter Christianos certus annorum numerus est præfixus ad præscribendum: si vero furor intervenit Paganorum, nulla tempora currunt. Unde omnia præfatis Ecclesiis sunt restituenda. Et hoc probat duobus exemplis: Domini, qui post quadringentos & triginta annos Judæos de servitute Pharaonis liberavit; & genus humanum de infernis claustris post annorum millia redemit.* Unde vel ipsi facilè viderint eo loco verissimè tractari de jure postliminii & de præscriptione quæ currit non valentibus agere, impeditis scilicet, Paganorum & incredulorum furore & armis. Et nos existimamus Ecclesiæ Ultrajectinæ nihil obfuturum; nec præsentem statum, nec annorum decursum; si postliminiò redeat pristinus Religionis Status. Si fingatur eo tempore, vivere Fredericum Schenckium, Jura Episcopalia, actuale exercitium, & antiquam jurisdictionem ei Canones dant, redduntque *Can. Pastoralis* 42. *Caus.* 7. *q.* 1. *Si Civitatem illam ab hostibus liberam effici, & Domino protegente ad priorem statum contigerit revocari, ad eam, in qua prius es ordinatus, Ecclesiam revertaris. Sin autem prædicta Civitas continuâ captivitatis calamitate premitur, in hac, in qua à nobis incardinatus es, debeas Ecclesiâ permanere.* Evidens est, Canonem distinguere inter *continuam captivitatis calamitatem*, & eam, quæ cessatura speratur. Hoc ipsum est, quod Doctores oportuerat observare. Spes hæc, quoad Ultrajectinam Ecclesiam, jam pridem evanuit, non Anno 1652. p out illi, sed Anno 1648. Pace Monasteriensi, quo scilicet Anno Ditio & Diœcesis Ultrajectina tota cessit Fœderatis Or-

LII dinibus

(*h*) *Batavia Sacra*.

Diss. IV. An Ecclesia Ultrajectensis, habenda sit velut collapsa omni jure & jurisdictione exuta, & ad conditionem nudæ Missionis redacta?

dinibus, idque lege & pacto publico.

Hæc est illa continua captivitatis calamitas illius Ecclesiæ, quæ illam evertit sine spe reversionis, adeò ut à morte Schenckii, nec Pastorem, nec habuerit Capitulum, atque adeò redacta est ad conditionem nudæ Missionis.

Quis dubitet, *inquiunt*, sub persecutione Tyrannorum Ecclesias particulares veram Ecclesiæ rationem habuisse, omnique potestate ac jurisdictione spirituali ad directionem & regimen animarum necessariis fuisse instructas? Captiosa planè est hæc interrogatio, quam nec ipsi audent clariùs, atque explicatiùs efferre. Loquunturne de Ecclesiis, quibus præerant Episcopi? At circa rem istam non versatur Disputatio. Interrogantne de casu, quo Diœcesis quæpiam continuâ tyrannorum oppressione ingemuit sine Pastore, sine spe recuperationis? Hoc est quod distinctè expressum vellemus. Tum responsio in promptu est ex Can. *Pastoralis* de Sede Lilitanæ Civitatis; si scilicet prædictam Civitatem continuâ captivitatis calamitate contigerit premi. Tunc enim de ratione veræ subsistentiæ Ecclesiæ hoc amittit, ut in ea cesset actuale exercitium jurisdictionis Ecclesiasticæ, quod exercitium Pontifex ibidem restituere non potest, quamdiu dictâ jam calamitate premitur, detineturque. Et tamen, quod magis mirum dixeris, Joannes Episcopus præfatæ Civitatis ad quem Gregorius scribit, erat vivens, vigensque. Hic longè se res aliter habet. Sedes Ultrajectina fuit sine Episcopo ab Anno 1580. quo Schenckius peregit cursum, adeòque Annis jam centum & quadraginta, eòque ampliùs.

Idem Gregorius Magnus, aliâ ad Martinum Episcopum in Corsica datâ Epistolâ, præcepit de Tamitana Ecclesia transire ad Aleriensem. *Quoniam*, inquit, *Ecclesia Tamitana, in qua dudum fuerat honore Sacerdotali tua fraternitas decorata, ita est, delictis facientibus, hostili feritate occupata atque diruta, ut illuc ulteriùs spes remeandi nulla remanserit; in Ecclesia Aleriensi, quæ jam diu Pontificis auxilio destituta est, Cardinalem te secundum petitionis tuæ modum hac auctoritate constituimus sine dubio Sacerdotem*, ut in Regist. lib. 1. Indict. 9. Ep. 77.

Ulerò concedimus, in Ecclesia Ultrajectina etiam post mutatum Religionis statum, populi magnam partem perstitisse in Fide Catholica, in unitate & communione cum Sede Romana; fatemur insuper, tam in Civitate quàm in Ditione Ultrajectina, populum per varias Parochias esse dispersum cum suis respectivè Presbyteris tamquàm veris Pastoribus &c. Sed totum hoc non conficit id quod illi optant. Parochus & populus constituunt quidem Ecclesiam Parochialem, sed Cathedralem efficere non valent. Tunc enim plebs Pastori suo adunata Ecclesiam constituit, quando proprio Pastori adhæret, ut deducitur ex Ep. 69. S. Cypriani. *Illi Ecclesia, plebs Sacerdoti adunata, & Pastori suo grex adhærens, unde scire debes Episcopum in Ecclesia esse, & Ecclesiam in Episcopo.* Refert *Dartis in Opusc. de stat. eccles. temp. Apost. Cap. 2. §. Admiran 5. pag. mihi 5.*

Superiùs diximus, Ultrajectinos carui[...] Episcopo ab Anno 1580. Atqui spes omni[...] reversionis cessare dicitur, quando vel p[...] quadraginta annos Ecclesia recuperata n[...] fuit. *Frances de Eccl. Cathedr. Cap. 32. n. 42.* Longè potiori ratione omnis, ut ita loquar, Cathedralitas cessat in hac Ecclesia tanto temporis decursu destituta Pastore, & sine spe Pastoris. Atqui sine illa spe actualitas Cathedralitatis considerari non potest. Idem *Frances Varior. Resol. cap. 39. n. 66. Card. de Luca de praemin. Discursu 52. n. 7.*

Porrò quod tanto temporis spatio fuerit sine Pastore non largiuntur illi, & testimonio nituntur Bataviæ Sacræ. Ipsis enim Sasboldus Vosmerus & Philippus Rovenius Archiepiscopi sunt Ultrajectenses. Hic recurrit factum, quod in *Diss.* II. excussimus, sed quod hic rursus est examinandum in ordine ad Jus.

Constat quidem, *inquiunt*, Sasboldum Vosmerum ordinatum fuisse sub titulo Archiepiscopi *Philippensis*: & Titulum in ipsa Ordinatione expressum odii Protestantium declinandi causa; Ast reipsa in Episcopum Ecclesiæ Ultrajectinæ fuisse ordinatum. Nuo nostris opus est armis, suis se ipsi perimunt. Ordinatus fuit sub titulo Archiepiscopi *Philippensis*, verissimum hoc est: Non fuit ordinatus titulo Ultrajectensis; hoc & ipsi nobis dant inviti. Sed mutato nomine fictionem esse, indicant apertè. Certè in gravissimo hoc negotio promotionis & consecrationis Episcopalis, fictiones & simulationes adhibere numquam licuit, numquam factum est; cùm fictio, seu simulatio à finibus falsitatis non distet, imò sit falsitatis indubitatæ pro veritate assumptio. *Surd. Cons.* 349. *n. 46. lib. 3. Passerin. de Elect. cap.* 3. *n. 51.* Et in rebus longè minoris momenti simulationem & palliationem Romani Pontifices detestati sunt; ut in Extrav. Joannis XXII. *ad Conditorem §. nos itaque de Verb. signif.*

Si Lovaniensibus credimus, in hanc inducimur necessitatem, planè asserendi, nullius Ecclesiæ Sasboldum Vosmerum fuisse Episcopum: non Philippensis, quia tantùm juxta ipsos color, fucus est quæsitus; non Ultrajectensis, quia eo titulo non fuit ordinatus. Superest igitur, fuisse consecratum Episcopum ad Ecclesiam Universalem.

Certè juxta modernam Ecclesiæ disciplinam, nec testibus nec assertione, confessione partium probatur aliquem fuisse

pro-

promotum ad Episcopatum. Solis Litteris Apostolicis res hæc probari potest & debet. *Abbas ad Cap. nosti. 9. x. de Elect. & Elect. potest. n.* 4. Atqui Litteræ indubitanter exprimunt, titulo *Philippensis* Ecclesiæ fuisse promotos & consecratos Sasboldum Vosmerum & Philippum Rovenium; proinde alius titulus fingi nequit, nec Litteræ Apostolicæ de falsitate aut fictione redargui possunt, Simulatio hæc, quam Lovanienses fingunt, magis, magisque excitasset Acatholicorum odium: quippe qui vel in ipsa fictione crimen quoddam jure meritò invenissent, unde crimini datum Sasboldo fuit, quod nominationem ad Metropolitanam illam Ecclesiam ab Archiduce obtinere studuisset & confirmationem à Pontifice. Reipsa Pontifex nullam similem confirmationem concessit, quod vel ipsi Lovanienses probant. Inter alia, ipsa illa quam reclamant *Relatio* palam habet, Sasboldum non esse promotum à Pontifice titulo Ecclesiæ Ultrajectinæ. Quidquid sit de ratione, cur non fuerit promotus ad istam Ecclesiam, sat est, evictum esse, promotum non fuisse. Fingamus, Pontificem permisisse Sasboldo eum titulum omni tempore assumere cum beneplacito Serenissimi Ducis, certè nec ea permissio, quantumcumque supponeretur data, Archiepiscopum creasset Ultrajectinum: id est, Ecclesiæ illius verum sponsum. Quod magis est, ipsi (cùm Canonum profiteantur scientiam) fatebuntur procul dubio, verba illa CLEMENTIS VIII. intelligenda esse prout de jure, quod scilicet posset mutare Ecclesiam & titulum, accedente novo Decreto Sedis Apostolicæ, ut scilicet à Philippensi ad Trajectensem transiret Ecclesiam cum dispensatione vinculi quo priori Ecclesiæ alligatus erat, juxta praxim, quam etiam in Ecclesiis titularibus Sedes Apostolica servare consuevit, de qua *Ricull. Variar. lucubrat. lib.* 2. *cap.* 8. *in fin.* adeò ut ex his verbis minimè inferri possit, quod à principio fuerit incardinatus in Ecclesia Ultrajectensi, & solùm apparenter denominationem Philippensis habuerit.

Ipsi ex Sasboldo tradunt (*i*) *quod expressè habetur in Ordinationibus Papæ, & Principum, quod Episcopus debeat ostendere promotionem suam & quod ex tunc teneantur illi ad ipsius jura &c.* Rursus fidem demus Epistolæ, sed gratis. Sanè Sasboldus nulli umquam ostendit, nec ostendere potuit Canonicum titulum Promotionis suæ ad Sedem Ultrajectinam, sed ostendit Canonicum titulum Vicarii Apostolici. Hinc evidens est (ut retorqueamus argumentum) Sasboldum numquam dubitasse, quin esset severà ordinatus ad Sedem Philippensem, sed destinatus ad Ultrajectensem ut Vicarius, eòque titulo etiam temporalia subsidia esse debita, utpote Ecclesiæ isti & Altari serviens. Hic movent Doctores Lovanienses, quod Sasboldus Vosmerus & Philippus Rovenius Archiepiscopi Ultrajectenses fuissent, sed hac de re in *Dissertatione* II. sat, superque actum.

Diss. IV. An Ecclesia Ultrajectensis habenda sit velut collapsa omni jure & jurisdictione exuta, & ad conditionem nudæ Missionis redacta?

Rectè illi, & ex vero asserunt, fas non esse titulum Ecclesiæ cuiquam assumere, nisi priùs per Canonicam Institutionem seu provisionem illi Ecclesiæ fuerit adscriptus, sive præfectus. Utinam in hac opinione perstitissent & porrò perstent. Edant igitur nobis Canonicam illam institutionem seu provisionem, qua Sasboldus aut Rovenius Ecclesiæ Ultrajectensi fuisset adscriptus sive præfectus, ut Archiepiscopus. Si edant, mox cedimus. Si non edant, fateantur, neutri fas fuisse illius Ecclesiæ titulum assumere. Imò eos titulum illum numquam usurpasse invictè ostendimus. Judicet ergo æquus Lector, qua fronte, fideque illi tam leviter, tamque audacter, & scripto quidem publicis typis vulgato, denuntient, datum fuisse Ecclesiæ Ultrajectensi proprium & titularem Episcopum. Quin etiam, post mutatum in illis partibus Religionis Statum, ad Episcopatum illum promotos fuisse Sasboldum & Rovenium, *servatâ formâ provisionis eo tempore in omnibus Ecclesiis Belgicis sub ditione Regis Catholici usitatâ, nimirum: Clero personas idoneas Principi præsentante, & ad Principis nominationem Romano Pontifice confirmante & providente.*

Hic justè liceret vocem non nihil attollere; sed vetat modestia. Videtur Scriptum illud confectum, ut securiùs imponerent iis qui in rebus nostris hospites sunt. Dicant quæso, quas partes Clerus habeat in eo, quod præsentationem vocant. Quis nostrorum Episcoporum ad eam dignitatem evectus est præsentante Clero? Deinde in Ecclesiis Belgicis sub Ditione Catholica Princeps nominat. At quis Princeps nominavit Rovenium? Certè omnino nullus. Non fuerint igitur Sasboldus & Rovenius promoti, *servatâ formâ provisionis eo tempore usitatâ in Ecclesiis Belgicis sub ditione Regis Catholici.*

Longè minus ferendum est quod subjungunt, scilicet: Ecclesiam Ultrajectensem usque ad hæc tempora, non à solo Clero, sed & ab ipso Romano Pontifice reputatam fuisse ut veram & in sua integritate subsistentem Ecclesiam. Hoc ipsi malè inferunt ex falsissimis assumptis, quæ plenè confutavimus. Nulli Ecclesiæ sub ditione Catholica præfecit S. Sedes Vicarium Apostolicum; præfecit Ultrajectinæ, aliisque tam Hollandiæ, quàm Zelandiæ. Nullum contulit Episcopatum Pontifex in Belgio Hispanico, nisi ad nominationem Principis. Nullo nominante Principe, præfecit Rovenium Ecclesiis Fœderati Belgii, non ut Archiepiscopum ut diximus, sed ut Vicarium suum. Falsum ergo est, à Romano Pontifice repu-

(*i*) Bat. Sac. fol. 49.

Diss. IV. An Ecclesia Ultrajectensis, habenda sit velut collapsa omni jure & jurisdictione exuta, & ad conditionem meræ Missionis redacta?

reputatam fuisse hanc Ecclesiam, ut in sua integritate subsistentem. Falsum quoque, et provisum fuisse *eâdem servatâ formâ, quâ indubitatis Ecclesiis sub Regis Catholici ditione consistentibus, providebatur*. Neque Doctorem Van Espen, qui signanorum ducit agmen, latuit, meram esse falsitatem, quam in istam scriptiunculam projecit. Meliora scilicet doctus, aliis in lucem editis scriptis adversus ipsum, à multis jam retro annis.

Eodem errore, non qui ipsis excidit, sed qui adamatus fuit, eodem, inquam, errore initium mutationis providendi huic Ecclesiæ, derivant à Pace Monasteriensi. Ægrè fatentur mutationem vel ab illo tempore. *Forma*, inquiunt, *providendi huic Ecclesia de Pastore nonnihil immutata fuit*. Noluot enim ab errore avelli. Confectum, evictumque est, formam providendi planè mutatam fuisse à morte Schenckii. Nullus enim post ipsum sedit in Ecclesia Ultrajectensi. Imò mutatio illa initium habuit à necessitate. Quis tactus fuit majori dolore quàm Romanus Pontifex, quod Ecclesia illa in eam inciderit calamitatem, ut temporibus fuerit serviendum, eodem loco ubi Apostolica Auctoritas contemptui atque odio habebatur? Si rectè, apertèque velint agere, facillimo negotio jungemus dexteras hac in parte. Verissimum est, Pontificem destinasse, misisseque Sasboldum, Rovenium, La Torrium aliosqoe, afflictæ illius atque aliarum Ecclesiarum ministerio, & ut majoris essent auctoritatis, saltem apud eos qui manserunt in communione cum S. Sede, hos, aliosque aliquos Pontificali auxisse honore & charactere, nulli umquam dato titulo Præsulis Ultrajectini. Et notorium est, ex ea destinatione, Missione, & Auctoritate nullatenus sequi, eos fuisse Episcopos Ultrajectinos; oppositum verò inde sequitur necessario: quia scilicet, *hæ Provincia unà cum suis Ecclesiis plenarie suberant potestatibus Acatholicis* quæ Ecclesiarum proventus omnes, prædia, decimas &c. imò & ipsa templa sui fecerunt juris. Adeò ut Acatholici hodie, præsertim in Ditione Ultrajectina, præbendas, proventusque cum titulis, in suo habeant patrimonio.

Non juvat hic longùm discurrere circa Clementinam: *In plerisque*; rem scilicet ab aliis præstitam; solus ille constans usus Romanæ Sedis, à morte Schenckii, confirmaret jus, atque auctoritatem. Quis, quæso, huic Ecclesiæ providit aut providere potest nisi solus Romanus Pontifex? Quis eo invito Canonicè potest Pontificalia exercere? Non adverterunt Clementinam illam, casum à nostro alienum respicere; tacitè tamen videntur sibi plaudere, dum reflectunt: CLEMENTEM loqui de Ecclesiis *Clero carentibus & populo Christiano*. Eo tempore, teste Glossa, erant ad quos spectabat *quovis jure provisio*; maximè quatuor principales Patriarchæ quidam Archiepiscopi, qui sub eis erant consueverant hoc facere. Hic est casus quo CLEMENS loquitur vers. *præsertim* ... *provida Superiorum provisio ad Pontificis assumit honorem*.

Atqui quoad Ecclesiam Ultrajectinam nulla opus erat simili reservatione, cùm hujus Ecclesiæ Pontificatûs provisio quovis jure ad Romanum Pontificem dignoscatur spectare. Et cùm animus sit omnibus rem hanc dilucidè explicare, proponimus Clementinæ casum. Multæ Ecclesiæ Cathedrales pauperes & privatæ facultatibus, quæ non habebant Clerum nec populum, ab ipsis Patriarchis conferebantur Sacerdotibus pauperibus & præsertim Religiosis, qui *nec prodesse ut expediret, nec præesse ut deceret, valebant*, hi *instabilitate vagationis & mendicitatis opprobria serenitatem Pontificalis obnubilabant dignitatis*. Ut hic abusus tolleretur, harum Ecclesiarum dispositionem sibi reservat Pontifex, pœnâ nullitatis adjectâ, si quispiam, quantâcumque dignitate præpollens, talibus Ecclesiis de Pastore providisset, pœnamque sancit etiam adversùs ejusmodi pauperes & ambitiosos, qui sæpe importunè, soloque vanitatis stimulo ad ejusmodi honoris adspirabant titulum. *Thomassinus de vet. & nov. Eccl. Discipl. part. 1. cap. 27. n. 2. Edit. Latina* 2.

Hìc in nostra facti specie, Patriarcha nullus, nullus Archiepiscopus, provisionem ullam, dispositionem ullam potest sibi arrogare quovis titulo; solus Supremus Pontifex jure suo disponit, providet eo quo videtur modo. Proinde versamur in terminis juris communis, quo omnium Episcopatuum provisio, mutatio, suppressio, auctio, Romanæ Sedis adnumerantur prærogativis, de quibus latiùs agemus *Dissertatione* X.

In simili pridem, Ultrajectensibus objecta fuit dispositio Capituli tertii *Extrav. Com. lib. 1. de Elect. Cap.* 3. Sanctioni canonicæ occasionem præbuit temporis illius calamitas, quo Patriarchales Sedes Constantinopolitana, Alexandrina, Antiochena, & Hierosolymitana, Civitates, inquam, illæ quatuor erant aut destructæ, aut occupatæ ab infidelibus, vel à Schismaticis detinebantur, *ipsarum Capitulis seu Conventibus & Canonicis dispersis undique extra Civitates ipsas per alias Regiones seu loca à Civitatibus ipsis remota*. Contigit per mortem Petri Patriarchæ vacare Constantinopolitanam. Canonicorum unus de novo Pastore celebravit Electionem, aliis Canonicis agentibus in remotis. BONIFACIUS Pontifex de fratrum consilio, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, statuit, *ut quamdiu Civitates ipsæ Schismaticorum aut infidelium*

subessent

Digitized by Google

subessent ditioni, Canonici ..... cum eas .... vacare contigerit, ad electionem, postulationem, seu quamvis provisionem de praeficiendo sibi Patriarcha vel Pastore, nullo modo procedant quousque ad Apostolicæ Sedis notitiam deducatur.

Si lubet casum conferre cum casu, longè minus querelarum superest Ultrajectensibus, quàm Constantinopolitanis. Ille ipse, de quo Canonicus electionem celebrave, juri, si quod ex electione competierit, cessit in manibus Pontificis spontè & liberè resignando; exemplo quidem bono, quod se ipsum ævo commendat. Capitulum Constantinopolitanæ Ecclesiæ in recenti adhuc versabatur calamitate; Canonicorum unus Constantinopoli erat; cæteri agebant in remotis. De solius morte Patriarchæ Pontifex loquitur; atque innuit textus, omnes alios Canonicos adhuc vivere. Ultrajecti non nisi unus est Canonicorum, qui omnes, si mortalitatis cursum consideremus, certè probabile est obiisse ante annos centum viginti.

Capitulum Constantinopolitanum, ut textus indicat, electionem habebat Patriarchæ, confirmandi scilicet à Summo Pontifice. At Capitulum Ultrajectinum electionem non legitur habuisse, saltem ab Erectione novorum Episcopatuum in Belgio; imò nec ipsum Schenckium elegit, nec eos ipsos quos modò contendunt Schenckio successisse; imò nec Clerus quidem scivit, Rovenium esse constitutum Vicarium Apostolicum, nisi postquam illa ipsi Provincia esset commissa à S. Sede. Undè profluunt rationes duæ, invictæ disparitatis: Electionis scilicet liberæ in Capitulo Constantinopolitano; nullius electionis in Ultrajectensi, multò minùs in Clero, quem vocant. Deinde, recentis occupationis in casu Sanctionis Pontificiæ, & diuturnæ detentionis, occupationisque Ditionis per Confœderatos Ordines. Undè rursus spontè profluit: *Extravagantis* rationem longè potiori, indubitatiorique jure, militare adversùs Ultrajectinos; proinde nihil hìc disponere quispiam potest, quousque *ad Apostolicæ Sedis notitiam* res tota deducatur; cùm ditio Ultrajectina eâ detineatur sub potestate, quæ Episcopos, proprio Diœceseon illi subjectarum titulo, numquam tulit; prout omnibus notum est.

Nec mirum, Ecclesiam Ultrajectinam longè potiori titulo dici *destructam*, aut *occupatam*, atque *collapsam*; cùm nulli omninò ipsi supersint reditus aut redituum vestigia, nec affulgeat spes ulla antiqui status; cùm Pontifex destructam indicet Ecclesiam Constantinopolitanam, etiam viventibus adhuc Canonicis, qui quamdiu in vivis erant, aliquo modo potuissent dici constituere Capitulum.

Quo igitur illi evadent cum ratiunculis de materialibus templis & temporalibus subsidiis? Nonne hæc omnia titulo probabiliore Canonici illi Constantinopolitani potuissent occinere?

Diss. IV. An Ecclesia Ultrajectina habenda sit velut collapsa omni jure & jurisdictione exuta, & ad conditionem nudæ Missionis redacta?

Incassum etiam in opinionis suæ subsidium adducunt, quod Rovenius aut La Torrius Sacræ Congregationi de Prop. Fide, numquam exhibuerint *Relationem* earum *Ecclesiarum, quarum titulum publicè præferebant, & quem in ipsa Ordinatione acceperant*; sed Relationem de Statu Ecclesiæ Ultrajectinæ & Ecclesiarum suffraganearum. Testis ipsis est Bat. Sac. *Certum est* inquiunt, *quod de Stylo Curiæ Romanæ, Episcopi mere titulares & ad Ecclesias in partibus Infidelium dumtaxat ordinati, teneantur de statu harum Ecclesiarum S. Cong. relationem facere.* Et testem advocant Fagnanum *ad Cap. Ego N. x. de jurejur. Num. ult.*

More suo falsissimum pro certo conantur nobis obtrudere. Fagnanus tamen non ita loquitur apertè. *Propterea*, inquit, *de statu Ecclesiarum suarum pro viribus inquirere debent, & Sanctitati suæ, ac S. Congregationi suggerere si quid illarum animarum saluti prodesse posse judicaverint, ejusque Beatitudinis opem & auxilium super hoc implorare, atque ita in specie Sac. Cong. superioribus annis respondit consulta à Patriarcha Gesualdo, qui per Nuntium specialiter ablegatum ex sua Diœcesi Barensi, visitavit tamquam Patriarcha Constantinopolitanus, statûsque ejusdem Patriarchatûs relationem exhibuit.* Hoc in obligatione esse, scilicet: pro viribus inquirere &c. non diffitemur. Sed de statu Ecclesiarum, relationem facere S. Sedi, qualem Fagnanus describit ibid. à num. 73. id planè negamus; neque id asserit esse in obligatione, & adducta exempla Gesualdi & Thomæ de Avalos Patriarchæ Antiocheni, non probant, quod impositum his duobus debitum reddendæ rationis, alios liget in universum.

Demonstrat experientia, quod nullus, aut saltem ferè nullus ex tot Episcopis titularibus qui in diversis Catholici orbis partibus degunt, nec etiam illi qui Romæ morantur, de statu Ecclesiarum suarum Titularium, Apostolicam Sedem certiorent.

Erravit porrò Fagnanus, dum prolatis duobus superioribus exemplis scripsit, à Sac. Congregatione resolutum fuisse, Episcopos etiam titulares teneri ad visitationem liminum, & earumdem Ecclesiarum statum exponere. Nam ex authentico documento in Archivio S. Congregationis Concilii *lib.* 8. *Decretor. pag.* 100. constat, à Summo Pontifice decisum fuisse, NON TENERI. His verbis: *Die prima Decembris* 1594. *Sanctissimus D. N. declaravit, Episcopos titulares non teneri visitare Sacra limina ex Constitutione*

Diss. IV. An Ecclesia Ultrajectensis habenda sit velut *collapsa* omni jure & jurisdictione exuta, & ad conditionem nudæ Missionis redacta?

tutione Sixti V. Et qui id fecerunt, sponte suâ & nullo jure cogente fecerunt, ut confutando Fagnanum testatur *Episcopus Crispin. in opere della Chiesa Militente lib. 3. Cap. 5. n. 6. pag. 83.*

Tandem in hac quæstione prima objiciunt Can. 37. & 39. Conc. Trullani, quod vocant œcumenicum, Sanctamque Synodum Sextam. Certè non probâ fide. Primò quidem, nec ipsi existimant (ut nos quidem temur) Concilium esse œcumenicum. Doctor Van Espen suorum oblitus, alibi dixerat: (l) *Esse tamen nonnullos Canones qui Romanæ Ecclesiæ disciplinæ non tantum repugnent, sed justo acriùs carpant, negari similiter non posse: unde plures Romani Pontifices Canones hos agnoscere noluerunt.* Subjungit: *Et Anastasius in præfatione hujus septimæ Synodi ait: Ergo regulas quas Græci à sexta Synodo perhibent editas, ita in hoc Synodo principalis Sedes admittit, ut nullatenus ex illis recipiantur, quæ prioribus Canonibus, vel Decretis Sanctorum hujus Sedis (Romanæ) Pontificum, aut certè bonis moribus inveniuntur adversa.* Si hoc Doctorum scriptum ætatem ferat (non est credibile laturum) mirabitur posteritas; aut senem esse memoriâ adeò lapsum, aut esse adeò protheum. Dum Scholia scriberet ad Canones Trullani Conciliabuli, candidiùs; dum Anno 1717. fervore rapitur scripturiendi (odio non velim excedere) labitur in contraria, in absurda. Non meminit Cabassutii Auctoris sibi nequaquam suspecti; Atqui hic in Notitia Ecclesiastica fol. mihi 296. disertè ait, *neque Cœtum istum censeri aut dici posse œcumenicum, cui nulli, ut par erat, præsederunt Apostolici Legati, non magis quam pseudo-synodus illa cui Dioscorus præfuerat.* Et paulo infra: „Quin etiam „schismaticus iste congressus non est veritus Romanam damnare Ecclesiam, ejusque leges, quas ab ea recipere debuerat, ausu temerario præfigere. Quamobrem sententiam damnationis, ut Beda de sexta ætate in Justiniano minore, atque Anastasius in Sergio referunt, Sergius Pontifex in hanc pseudo-Synodum dixit. Basilius porro Gartiniorum in Creta Episcopus, qui promiscuè in turba Episcoporum consedit & subscripsit, locum sæ Romanæ Synodi tenere scribens, non à Romanis missionem habuit, sed à Conciliabulo Trullano dicis causâ & in speciem duntaxat illam nactus est denominationem ac titulum.

Jungemus Cabassutio Natalem Alexandrum, quem Van Espen & socii specialiter venerantur. Ille *Differt.* 3. in Hist. Eccl. Seculi VII. narrat, Trullanos Canones rejectos fuisse à Sergio I. Doluerat rejectos Justinianus. Unde missâ ad Joannem VII. Legatione, confirmari ejus auctoritate [...] stulavit, Anno post recuperatum Imper[...] altero. Joannes facto quidem Prædec[...] ris vestigia secutus est, sed timidiùs. Pont[...] inquit Natalis, *Canones nec improbatos, [...] Principem offenderet: nec approbatos, [...] proderet officium, per eosdem legatos [...] misit ad Principem.*

Imperator, referente eodem Natali [...] alios, Romanum Pontificem Constan[...] poli honorificentissimè excepit, & appr[...] bationem Conciliabuli tentavit etiam [...] extorquere. Sermonem de ea re instit[...] Justinianus cum Gregorio Romanæ Eccl[...] siæ Diacono & Pontificis comite, qui [...] in dignitate fuit successor.

Hic, inquit Auctor, *à Justiniano Principe inquisitus de quibusdam Capitulis, optimâ responsione unamquamque solvit quæstionem.* Disceptationem hanc fuisse institutam de Canonibus Synodi Quini-sextæ, seu Trullanis, adnotant passim omnes; eâ ratione, *quod his temporibus nulla alia verteretur quæstio inter Orientales & Occidentales. Et Constantinum Papam, eos quidem laudatæ Synodi Canones approbasse, qui juri divino, priscarum Synodorum regulis, Pontificum Summorum Decretis & Romanæ Ecclesiæ moribus non repugnant; alios verò improbasse.*

Edisserant igitur nobis legitimâ partitione, quos Pontifex Canones approbaverit, quos rejecerit; Illi, inquam, qui Synodum totam atque integram, temerè œcumenici Concilii insigniunt titulo. Quare cœcutit Van Espen dum editionem pervolvit Binii qui Tom. 3. Par. 1. fol. 228. Trullanum conventum appellat, *Pseudo-sextum Conciliabulum?*

Dum adhuc supererant Doctori Van Espen vestigia morientis venerationis erga S. Sedem, sat ingenuè fatebatur, non fuisse legitimum Cœtum. Hodie ipsi est, Sancta Synodus, & Patres sexti Concilii œcumenici. Vide *Caranzam in Summa ad dictos Canones & additiones Francisci Sylvii*, atque *Coriolanum in Summa ad idem Conciliabulum*, ubi latiùs de hac re tractat.

Sed demus esse Synodum sanctam, atque universalem, quid inde ritè inferet Espenius?

Ut nihil habeat querimoniæ, dabimus ipsi Canonem 37. integrum, quem etiamnum hodie sollicitè servari & servandum esse profitemur, non quidem auctoritate sua, aut Conciliabuli Trullani, sed quia ex alio capite rationem habet. *Quoniam diversis temporibus*, inquit Textus, *Barbaricæ incursiones fuère, & ex eo plurimæ Civitates Infidelibus subjugatæ fuère, ut ideo non possit ejus Civitatis Præsul, postquam ordinatus fuerit, suum thronum apprehendere, & in eo in Sacerdotali Constitutione collocari, & sic*

(l) Tract. Hist. Can. Scholia in omnes Can. Conc. part. 3. p. 324. Edit. 1693.

Digitized by Google

sic pro ea quo invaluit consuetudine ordinationes, & omnia, quæ ad Episcopum pertinent, agere & tractare: nos honorem ac venerationem Sacerdotio servantes, & gentilem injuriam nequaquam ad Ecclesiasticorum jurium perniciem exerceri valentes; eos qui sic ordinati sunt, & propter prædictam causam in suis thronis non sunt constituti, ut absque ullo ex ea re præjudicio conserventur, decrevimus; ut & diversorum Clericorum ordinationes canonicè faciant, & præcedentia auctoritate secundùm proprium statum utantur, & sit firma ac legitima, quæcumque ab eis procedit administratio. Non enim à tempore necessitatis exacta juris observatione circumscripta, dispensationis terminus circumscribitur.

Feliciùs Canonem hunc allegasset vivente Schenckio, si Acatholicorum arma impedissent, quò minùs ille *suum thronum apprehenderet*, aut in eo permaneret. Si ea res Schenckium Diœcesi cedere jussisset, omnes *suum Sacerdotio honorem* & Pontificali dignitati *venerationem* procul dubio *servassent*. Unde *Clericorum* Ille *ordinationes Canonicè facere* potuisset in aliena Diœcesi, Ordinarii scilicet consensu accedente; & *præcedentia auctoritate secundùm proprium statum fuisset usus, fuissetque firma ac legitima quæcumque ab eo processisset administratio*; & hoc ipsum, temporum nostrorum mores religiosè servant.

Sed quid ista omnia ad præsentem Disputationem, causamque Sasboldi aut Roveni, qui numquam ut suum canonicè apprehendere potuissent thronum Ultrajectinum? Non lubet quidquam dicere ad ejusdem pseudo-Synodi Canonem 39. Quia *vel hinc apparet, hanc indulgentiam tantùm fuisse temporalem, quamdiu ipse Joannes, Provinciâ suâ à Barbaris occupatâ, in Provincia Hellespontica pro fide quasi exulare debebat.* Agnoscet fortè Espenius sua verba ad d. Can. 39.

Igitur in utroque Canone quæstio fuit de Præsule vivente; altero quidem impedito suum thronum apprehendere; altero, jusso aut coacto exulare à throno jam apprehenso. Atqui post Schenckium nullus umquam thronum Ultrajectensem apprehendit, nullus umquam ad eum thronum promotus fuit, nullus promoveri rationabiliter aut canonicè potuit, Civitate aut Diœcesi armis occupatâ à potestate planè aliena à Religionis nostræ dogmatibus & hierarchia.

Jam ergo videmur nobis invictè posse concludere, demonstratum esse, quod demonstrandum suscepimus, nempe: Ecclesiam Ultrajectensem habendam esse *velut collapsam, omni jure*, saltem actuali, *& jurisdictione exutam & ad conditionem nudæ Missionis redactam.*

Collabuntur certè Ecclesiæ aliaque beneficia, tam suppressione, & extinctione Canonicà, quàm Pontificià Auctoritate. Collabuntur etiam destructione, quam vocant, *Facti*, præsertim quando unà cum redditibus destruuntur. *Garcias de Benef. tom. 2. par. 12. cap. 1. Petrus Gregorius de Benef. cap. 21.* Non ago jam de auctoritate Superioris, præsertim supremæ Sedis, quippe ea res neminem habet contradictorem. *Garcias ibid. n. 24. Bald. in l. 7. §. ult. ff. quod cujusque univers. nom. &c.*

Diss. IV. An Ecclesia Ultrajectensis habenda sit velut collapsa omni jure & jurisdictione exuta, & ad conditionem nudæ Missionis redacta?

Sed Rovenium ipsum audiamus loquentem *lib. 1. Resp. Christ. cap. 16. Papa*, inquit, *potest per orbem terrarum quidquid possunt singuli Episcopi in suis Diœcesibus &c. Potest novos ordinare Episcopos ubi antea non fuerunt, & eos qui sunt supprimere vel sublimare, prout ratio dictaverit.*

Ratio evidentissima dictat, in Sede hac collapsa atque eversa, non posse constitui (loquimur de ea possibilitate quæ cum ratione consistit) veri nominis Episcopum. Quippe ratio ista in hoc sita est, quòd Civitatibus per alterius Religionis Cultores devictis, omnes Ecclesiæ, earumque proventus, partim impendantur ad exercitium novi peregrini cultûs, partim per supremam potestatem publicentur, atque ità nostris totaliter surripiantur, adeò ut Ecclesiastica jurisdictio nullo pacto sustineri possit. Quo casu, quin ad Sedem Apostolicam talium Ecclesiarum cura immediatè spectet, negari non potest, nisi vel à Juris Ecclesiastici imperito, vel à malevolo.

Quid enim jam superest Ultrajectinis plusquam Orientalibus plerisque Ecclesiis? Diximus sæpius, sed dicendum est sæpius, & sæpissimè: Civitas & territorium subreptum est, Cathedra & tribunal eversum, dos ablata, adeò ut quidquid per Sedem Apostolicam Ultrajecti erectum fuerat, iterum sit dejectum, conflactum, collapsum. Ita ut hujus & aliarum Fœderati Belgii Ecclesiarum provisio S. Sedi reservata sit.

Viderunt hanc difficultatem Hollandi, quare Sedem Episcopalem non *collapsam*, aut eversam, sed simpliciter *vacantem* dici voluère, ut ad Capitulum jurisdictio devolveretur Episcopalis.

Responsum est, quod illa Sedes nec sit, nec dici possit *vacans*, in qua nec Episcopus sedere potest, nec quam Pontifex, etiamsi vellet & velit, valeat implere; & quod omnes Canones, qui *Sedi vacanti* jurisdictionem Episcopalem tribuunt, loquantur, aut intelligendi sint de Sede, quæ verè, realiter, liberè, & de Apostolicæ potestatis plenitudine expedita impleri potest; id quod de Ultrajectina dici non potest, ex eo, quòd (*m*) *Potestates Religionem Romano-Catholicæ contrariam profitentes, ve-*

tent

(*m*) Refut. Resp. p. 11. in Tit. Paragraphi IV.

Diss. IV. An Ecclesia Ultrajectensis habenda sit velut *collapsa* omni jure & jurisdictione exuta, & ad conditionem nudæ Missionis redacta?

tent in illa novum creari Episcopum.

Hanc responsionem sicut adoptamus perlibenter, sic unà significamus, nihil solidi hactenus eidem ab Ultrajectensibus, aut Lovaniensibus repositum fuisse.

Et hi & illi toti sunt in eo, ut Sedem Ultrajectinam impletam fuisse velint per Sasboldum atque Rovenium, quos non tam Philippenses, quàm Ultrajectenses Præsules exstitisse volunt; ex qua falsa præmissa adeò sibi blandiuntur, ut concludant: Sedem Ultrajectinam esse talem, quam Pontifex, si velit, possit implere.

Sed, quamvis hanc cogitationem ex animo ejicere debeant, demus tantisper duos illos primos Vicarios fuisse Archiepiscopos Ultrajectinos. Nihil proficiunt Adversarii; nam ab obitu Rovenii qui contigit Anno 1651. Ordines Fœderati Belgii vetuerunt in Sede Ultrajectina novum creari Episcopum, adeòque manet argumentum invicti roboris, quod illam Sedem, etiamsi Pontifex velit, implere non possit; & proinde Sedes Ultrajectina non *vacans*, sed collapsa dicenda sit, eversa, destructa, quamdiu hostilis captivitatis calamitate premitur, detineturque. Mallemus rem se aliter habere; & hoc in puncto convenit inter nos & ipsos integrè atque perfectè.

Quærere lubet ab Adversariis, inquit Erckelius, (*n*) *Ubinam reponerent ipsam potestatem Pontificiam, si terra motus insolitus (quod Deus avertat) Pontificem & Cardinales ad unum omnes, quibus tamquam Ecclesiæ Deputatis novorum Pontificum electio commissa est, absorberet? Censentne in cœlum redituram? Sed ita ad Ecclesiam citra novam Domini institutionem non posset reduci.* Pudet absurdam, impiamque hypothesim referre. Sed in promptu est responsio. Tali casu, Sedes Romana *vacaret*, nec esset destructa, aut eversa. Ipsemet immodestus & odiosus interrogator modum suggerit, quo Sedes Romana impleri posset, dum subdit: *Ecclesiam in Synodum collectam novum posse Pontificem eligere.* Nisi amaro fervore fuisset abreptus, intellexisset, nova Domini institutione nihil opus esse ad conservationem primæ Sedis. E contrario venisset ei in mentem, quòd ne quidem per Pontificiam *Institutionem*, *potestas* Archiepiscopalis Ultrajectina *reduci* possit, illaque tota suppressa sit, quamdiu Archiepiscopo *spes nulla remanet illuc remeandi*, ut supra locutus est Gregorius Magnus; Unde fit ut, Pontificum *auctoritate* Ultrajecti *constituendus sit sine dubio Sacerdos*, seu Vicarius Apostolicus. Eò enim redit auctoritas constituendi Ecclesiæ Rectorem, unde illa primitus emanavit.

Amant alterna Camenæ. Interrogemus & nos; sed sobriè, atque modestè.

(*n*) Aff. Jur. pag. 51.

Quæro 1. An illa Sedes extincta non sit, cujus Patronatus, ipso etiam consentiente Patrono, devenit in manus Acatholicorum, qui jure Patronatûs usuri numquam sint, imò uti non possint, fatentibus Adversariis ut sup. vidimus in *Dissert. I.*?

Quæro 2. An illa Sedes suppressa non sit, cujus jurisdictionis munia, officiaque plenissimè intenêre; cujus forum à contentione vacat; cujus judicii dies nulli assignantur; & ubi nullus pro tribunali Judex sedet, aut sedere potest?

Quæro denique tertiò, an illa Sedes non sit collapsa & eversa, cujus titulus interiit, & à centum & quadraginta Annis suppressus est, & quem Pontifex, etiamsi maximè velit, concedere nemini possit?

Ad hæc expectamus responsum; sed sobrium & modestum.

Noluit olim Soffredus S. R. E. Cardinalis Apostolicæ Sedis Legatus, substitui loco Dosithei in Sedem Hierosolymitanam, ut in *Ecclesia prorsus collapsa gubernacula.* Thomassinus Par. 1. lib. 1. cap. 26. n. 4. Tamen suberat non tenuis spes, fore ut res prosperè succederent, quam spem firmavit eventus. Non poterat *quidem illa*, inquit Thomassinus, *Hierosolymitani Patriarchæ non minui plurimùm & vilescere dignitas, Urbe ipsa in Infidelium manus revolutâ: sed labes illa resarciri, & quidem cum fœnore visa est, cum paucissimis post annis, Latini, Imperio Constantinopolitano subacto, Urbeque Regiâ potiti, novum sibi tum Imperatorem suæ gentis, tum Patriarcham creavêre Romanæ Communionis.*

1203.

Si inquiramus, quare Pontifex Soffredum omni opum vi adigere voluerit ut dignitatem acceptaret, non alia occurrit ratio, quàm quod speraret regressum & jus postliminii. Si porrò inquirere lubet, quare celsam illam dignitatem Soffredus jam Cardinalis, & Sedis Legatus Apostolicæ recusaverit, non alia occurrit causa, quàm ne Patriarchæ Hierosolymitani plurimùm minueretur & vilesceret dignitas, si quis ordinaretur ad Sedem in manus Infidelium revolutam, & cujus Ecclesiæ gubernacula prorsus erant collapsa. Jam sæpè diximus, urgentiùs hic eamdem premere rationem. Plurimum sanè minueretur, & vilesceret dignitas Pontificalis Ordinis, si ad Ultrajectinam Sedem promoveretur quisquam, sine Ecclesia, sine Capitulo, sine Pontificalium exercitio publico, redactus ad stipem. Interest Ecclesiæ totius, ne quidquam simile admittatur, imò ne toleretur quidem; præsertim eo loco, ubi Pontificalis illa Dignitas, ut est suspecta, ita quoque vetita legibus publicis. Poteſtne Sancta Sedes nimiâ facilitate & in dedecus primi Ordinis Ecclesiastici, inflecti precibus quorumdam privato-

prærogativa ut veteris Disciplinæ & Canonum immemor? Privatus concedat clamoribus, quod Severitati & æquitati detraheret Canonum.

Deinde hoc ferè ab Adversariis exigimus, ut nobiscum ut fateantur, Pontificis esse judicii & discretionis quo modo Ecclesiis consulendum sit, earum collapsis; atqui licet ad Pontificem delati sint quorumdam clamores & Libelli, ut schismatici, aut propemodum tales, nondum censuit Ecclesiis Fœderati Belgii aliter consulendum esse, quàm per Vicarios Apostolicos, cum facultate exercendi etiam ea quæ Ordinis sunt Episcopalis. Dicant quæso ingenuè, quid inter sit quoad animarum salutem, an Episcopus Hollandis præficiendus, sit Ecclesiarum titularis & proprius, an Vicarius Apostolicus, quamdiu res versantur in eo in quo sunt statu?

Videntur plurimùm offendi vel solo Missionis nomine. Sed ubi jam est Auctor Bataviæ Sacræ? Ubi Missionis bonum & Missionis regimen? Utimur verbis trecentorum de Clero Fœderati Belgii Presbyterorum quorum Litteras, ad Sacram Cong. de Prop. Fide, exhibet ipse Auctor fol. 518. *Tantò gravius*, inquiunt, *hoc unumquemque nostrûm ferit, quantò hujus* Missionis *bonum, fidei integritas & animarum salus nobis sunt cordi.* Deinde; enixè rogant, *ut iis, qui memoratum Antistitem nostrum & modernum* Missionis *Regimen denigrare student, aures non præbeant.*

1702.

Certè non abhorruit ab hoc nomine Episcopus Castoriensis dum, ut Vicarius Apostolicus, scribit (o) *Presbyteris, suis in* Missione *Conservis*, loquiturque de Constitutionibus, *quas Archiepiscopus Philippensis Rovenius bonæ mem. in Officio Vicariatus Apostolici Prædecessor suus &c.* In iisdem Litteris, seu Instructione hortatur, *ut in dubiis consulatur Vicarius Apostolicus, ejusque decisioni stetur, ut mandat Sedes Apostolica; quamdiu nihil in contrarium à Sede Apostolica erit definitum.* Nullis sat lacrymis deplorandum est, quod hanc Castoriensis tam seriam adhortationem, vel non legerint, vel lectam, quod pejus est, tanto habeant contemptui.

Rursus idem Episcopus Castoriensis Vicarius Apostolicus scribit Anno 1664. (p) *Universis Presbyteris in* Missione *Fœderati Belgii laborantibus.*

Quid, quod illi, quem Adversarii vocant Clerum, post obitum Castoriensis planè agnoscant, suis ad Pontificem, aliisque adinternuntium litteris, Castoriensem solùm fuisse Vicarium Apostolicum, aliumque (q) *summâ antecessorum submissione Vicarium Apostolicum* [illegible] *sua huic Fœderati Belgii* Missioni *à Sanctitate sua petunt, iterumque postulaverint*?

Clerus, de nomine enim non litigamus, in solemni illa jurisdictionis Ecclesiasticæ usurpatione (de qua nos suo loco videbimus) Petrum Coddæum, post ejusdem Episcopi Castoriensis obitum, Vicarium Generalem constituens (falsò quamvis & nulliter) vult, ut idem ille Coddæus *in se suscipiat administrationem* Missionis *in iis* [illegible] *locis &c.* Et iterum, in suis ad Innocentium XI. & ad Eminentissimos DD. Litteris, ubique loquuntur & de Vicario Apostolico, & de Missione. Imò ipse Petrus Coddæus scribens ad Internuntium dicit, (r) *solicitudine se teneri invigilare*, Missionis *hujus prosperitati.*

Idem Clerus (s) Gratias agit Eminentissimis Cardinalibus, quod ipsorum Electio de persona Coddæi, confirmata fuerit à Sanctissimo Domino; deinde de se loquens; *Istas*, inquit, *in Electo Vicario Apostolico qualitates ac virtutes omnes agnoscimus, ut meritò speremus &c.*

Ipse Archiepiscopus Sebastenus in suis ad Conservos litteris datis 9. Aprilis 1689. (t) distinguit planè Dignitatem Archiepiscopalem à qualitate Vicarii Apostolici; Inscriptio enim ita habet: *Petrus Archiepiscopus Sebastenus, & per Fœderatum Belgium Vicarius Apostolicus.* Porrò in textu, Presbyteros officii admonet, subortarum occasione rixarum. *Verùm*, inquit, *hujusmodi rixis, discordiisque præcidendis nihil ferè amplius requiritur, quàm ut Decretis, quæ Summi Pontifices super negotiis hujus* Missionis *condere dignati sunt ...... reverentiâ debitâ sese omnes submittant.*

Hæc tam sæpè, tam vario tempore, tam diversis occasionibus, tanto temporis tractu, in actibus maximè seriis, prolata atque expressa, non nisi insanus quispiam dixerit, temerè excidisse, quasi aliud cogitantibus. Abter si interpreteris, famam & rerum gestarum, & tot virorum ingenti temeritate veritatem non sine proscindis & lacessis. Desinant igitur mirari, quod ex vero dixerimus: Ultrajectensem, aliasque omnes Fœderati Belgii Ecclesias verè esse reductas ad conditionem Missionis, cùm tot Vicarios Generales, tot Presbyteros, ipsumque, ut vocant, Clerum, habeamus testes.

Diss. IV: An Ecclesia Ultrajectensis habenda sit velut collapsa, omni jure & jurisdictione exuta, & ad conditionem nudæ Missionis redacta?

(o) Bat. Sac. pag. 495. (p) Bat. Sac. pag. 501. (q) Pag. 508. & seq. (r) Pag. 510.
(s) Pag. 514. & seq. (t) p. 516.

Diss. V. De prætensis Vicariis Generalibus Sedis Archiepiscopalis Ultrajectinæ vacantis per obitum Frederici Schenckii.

DISSERTATIO V.

De prætensis Vicariis Generalibus Sedis Archiepiscopalis Ultrajectinæ vacantis per Obitum Frederici Schenckii.

ADversarii contendunt, Capitulum Ultrajectinum à morte Schenckii Jurisdictionem Episcopalem exercuisse, & post ejus obitum (u) plures Vicarios Generales constitutos successivè fuisse usque ad Annum 1602. qui, Sede Ultrajectina vacante, dictam Ecclesiam administrassent. Nihil ipsos sollicitat, quis post hunc annum Vicarii munere, officioque functus sit, cùm existiment Sasboldum, qui isto Anno consecratus est, Ecclesiæ Ultrajectinæ sponsum fuisse & Archiepiscopum. Sed hanc opinionem supra rejecimus. Pro Capituli jurisdictione probanda varios nobis proferunt Vicarios Generales, velut à Capitulo creatos, electosque. Videamus quos, & quales, & quo fundamento.

Auctor Bataviæ Sacræ (v) Catalogum exhibet, ordinemque sequentem.

SASBOLDUS VOSMERUS *Delphus, Sac. Theologiæ Licentiatus, sub Annum* 1583. *Sedis Ultrajectensis Vacantis* VICARIUS GENERALIS.

BUCHO A MONTZYMA *Decanus ad S. Salvatorem* VICARIUS GENERALIS *Ultraj. Sede vacante; ex Apoplexia mortuus Ultrajecti 6. Februarii* 1594.

ARNOLDUS ESSCHIUS *Canonicus ad S. Joannem Ultraj. per multos Annos Diæc. Ultraj.* VIC. GENERALIS. *Ibidem defunctus Anno* 1610.

WILGERUS A MOERENDAEL *Decanus S. Petri* VIC. GEN. *Ultraj. Sede vacante, à Valerio Andrea in Fast. Acad. celebratus ut benefactor Collegii* ADRIANI VI. 1611.

JOANNES DE RENESSE *Frederici de Tautenberch Archiepiscopi Traj. Officialis, & Vicarius Sede vacante designatus, mortuus Ultrajecti* VI. *Kal. Aug. Anno* 1619.

Cæteri per decursum dabuntur.

In decursu Operis, post enarrata gesta & mortem Frederici Schenckii (x) alium nobis Vicariorum Generalium ordinem componit, nimirum:

BUCHO A MONTZYMA

JOANNES A RENESSE

JOANNES BRUNESIUS; in Prolegomenis non annotatus.

SASBOLDUS VOSMERUS.

Hunc posteriorem ordinem servare placuit in alio Opere (y) quod Heussenius edidit Anno 1719. duobus voluminibus in folio. Obtrudunt igitur nobis sex diversos Vicarios Generales Sede vacante creatos, sed quo ordine illi hanc Dignitatem exercuerint, & quis cui successerit, nobis relinquunt divinandum. Sasboldus Vosmerus, in *Prolegomenis* est primus Vicarius Generalis; in decursu Operis, & in *Historia Episcopatûs Ultrajectensis*, quinque post annis divulgata, est postremus. Nolo ipsos propterea vapulare; Sed quæro, ubi testes, ubi tabulæ? Tota hæc successio Vicariorum Capitularium imaginaria est, fabulosa est, & ficititia.

De Sasboldo in Vicarium Generalem, Sede vacante per Capitulum electo, nulla uspiam allata probatio est. De reliquis nil certitudinis adfert RELATIO *Archiepiscopi Ephesini* qua ipsi nituntur, & quæ non uno ex capitè rejicienda est. Expendamus perobscura illa citatæ *Relationis* verba.

(z) *At verò, sicuti illi* (Sasboldo) *in Vicariatu Generali, non Apostolico, sed loco Sedis Ultrajectensis vacantis substituti successivè fuerunt, uti Vicarii Apostolici Pro-Vicarii, Bucho à Montzyma Decanus S. Salvatoris, Wilgerus à Moerendael Decanus S. Petri, Arnoldus Esschius Canonicus S. Joannis Baptista dudum mortui, & Joannes Wachtelarius S. Theologia Licentiatus Canonicus S. Maria nuper defunctus, ita in ipsum Vicariatum Apostolicum eidem Sasbolda Vasmera .... successit Philippus Rovenius &c.*

Fateor me vix capere quid velit Ephesinus, vix intelligere quid loquatur. Danda tamen est opera.

Quatuor-viros illos dicit Sasboldus successivè substitutos fuisse. Hoc intelligo. Non in Vicariatu Apostolico, *inquit*, sed in Vicariatu Generali loco Sedis Ultrajectensis vacantis, & uti Vicarii Apostolici Pro-vicarios. Hoc non capio. Dicat aliquis, per quem Quatuor-viri illi Sasboldo substituti fuerint? An per Capitulum Ultrajectinum? Sed

(u) *Après sa mort* (de Frederick Schenck) *on établit successivement jusqu'en l'An 1602. plusieurs Vicaires Generaux, qui pendant la vacance du Siege gouvernerent cette Eglise.* Memoire &c. pag. 1.

(v) In Prolog. Pag. 17. (x) Pag. 42. & seqq. (y) Hist. Episc. Ultraj. p. 41. (z) Vide Append. N. XI. Litt. I.

Sed illud Vicario Apostolico non potest dare Pro-Vicarios. An per ipsum Sasboldum? Sed nec non efficiuntur Vicarii Generales. Explicet ænigma, qui potest.

Sed nondum manum de tabula. Insignis hæc Vicariorum Ultrajectinorum successio usque fabulosa, si reipsa contigisset, evinceret denique, Ecclesiam illam per Vicarios, ex auctoritate Capituli Ultrajectini, administratam fuisse usque ad Annum 1652. (a) quando Joannes Wagtelarius Quatuor-virum postremus, supremum diem obiit. Asseveramus nos, nullum umquam Vicarium ex auctoritate Capituli, collapsæ Ecclesiæ præfuisse. Perdicemur igitur alia via, an, quid sibi velit Ephesinus, dilucidè assequi possimus.

Vel Quatuor-viri illi substituti fuerunt Sasboldo defuncto, vel Sasboldo viventi. Hic attentos volo cordatos Lectores, qui veritate delectantur, non fuco.

Sasboldo defuncto substitui non potuit BUCHO A MONTZYMA utpote viginti ferè Annis ante illum è vivis ereptus, juxta ipsosmet Adversarios. (b) Obiit enim Buchus 6. Feb. 1594. Sasboldus autem in humanis egit usque ad 6. Maii 1614. Deleatur igitur ille ex Albo Vicariorum.

WILGERUS A MOERENDAEL (c) obiit eodem Anno quo Sasboldus, & fortè ante hunc. Cæterùm fuit Sasboldi Vicarius non Capituli, ut in Historia docuimus. Igitur nec ille Catalogum augeat.

Et ut ad tertium properem, nempe ARNOLDUM ESSCHIUM, fallor, si quis intelligat quomodo & ipse Sasboldo substitui potuerit. In Batavia Sacra (d) lego, Esschium illum obiisse Anno 1610. Sasboldus vixit usque ad Annum 1614. Quomodo ergo Esschius, Sasboldo mortuo, *per multos annos* fuit Vicarius Generalis? Expungatur & hunc.

Et jam res redacta est ad solum JOANNEM WACHTELARIUM, qui vitam protraxit diu satis, ut cubus hisce viris & ipsi Sasboldo substitui potuerit, sed illum ità substitutum fuisse, probandum erat. Nos probavimus, (e) passim adductis ex Batavia Sacra tabulis, Joannem Wachtelarium à Sasboldo Archiepiscopo Philippensi & Vicario Apostolico constitutum fuisse Vicarium Generalem pro universis *Metropoli Ultrajectensi unitis, omnibusque Provinciis*, idque *Auctoritate Apostolicâ*. Nullas igitur hic partes habuit Capitulum Ultrajectinum. Et ne Adversarii angustiis pressi, aliò evadant ac dilabantur more suo, & velint hunc Wachtelarium Sasboldo defuncto, velut Sede vacante, à Capitulo electum, constitutumque Vicarium; en verba Ephesini, (f) jam obscura minimè, dubiave. *Præfatus autem Joannes Wachtelarius quadraginta & sex annis integris omnium* TRIUM VICARIORUM APOSTOLICORUM *consequenter fuit* VICARIUS GENERALIS.

Ipso porrò Wachtelarius numquam se *Vicarium Capitularem* dixit, *Pro-Vicarium* verò, vel *Vicarii Apostolici subdelegatum* semper & constanter. Habeo præ manibus Acta originalia fervidæ concertationis, quæ Anno 1624. inter Sacerdotes Seculares & Regulares Missionarios Fœderati Belgii, mota est coram Jacobo Boonen Archiepiscopo Mechliniensi, & Suffraganeis suis, specialiter ad hæc à S. Sede deputatis, circa subjectionem quam Regulares Vicario Apostolico debebant, & non una in parte detrectabant, qua de re sub Rovenio. (g) Libellus, dictis Archiepiscopo & Episcopis oblatus, orditur his verbis: *Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis, Exponitur cum debita reverentia ex parte* VICARIORUM SUBDELEGATORUM *Illustrissimi D. Vicarii Apostolici in Provinciis Unitis, & Pastorum, totiusque Cleri secularis. Quod &c.* Observo, hic loqui VICARIOS *Vicarii Apostolici*, non Capituli Ultrajectini; nullamque interjici mentionem Capituli Cathedralis quod deficerat, aut Canonicorum, qui nulli erant.

Ergo confectum est: Quatuor-viros illos in Ephesini *Relatione* celebratos ut Vicarios Generales loco Sedis Ultrajectensis vacantis, substitui non potuisse *Sasboldo defuncto*; cùm, aut ante hunc mortui sint, aut ab ipsomet, auctoritate Apostolica, constituti.

Cæterùm *Sasboldo viventi* substitutos fuisse, nemo hactenus dixit. Id si velint, proferant Acta, doceantque de tempore, de causa, & de auctoritate quibus Sasboldus officio motus sit, & dignitate dejectus. Sed hic pluribus opus non est, cùm in decursu Historiæ (h) ostensum sit Sasboldum à Nuntio Apostolico, Adversariis fatentibus, fuisse constitutum Vicarium Generalem.

Lis est, & contentio de Anno, & die quibus Ultrajectinæ Ecclesiæ præfectus est, & hic habemus Adversarios pugnantes inter se.

Auctor Bataviæ Sacræ (i) mirabilis ubique Chronologus, errore non uno tenetur. Sic ipse de Sasboldi Vicariatu: *Sub Annum decimum 1583. Sedis Archiepiscopalis Ultrajectinæ, vacantis per mortem Frederici Schenckii, Trajectensium Archiepiscopi, fit Vicarius Generalis.* Et citat ex descriptione (nescio quâ) Missionis Fœderati Belgii, verba sequentia: *Fu fatto Vicario Capitulare Sasboldo Vosmero all' Anno* 1583. Tum subdit: *Instru-*

Diss. V. De Prætensis Vicariis Generalibus Sedis Archiepiscopalis Ultrajectinæ vacantis per obitum Frederici Schenckii.

* *Sasboldi Rovenus La Torrii.*

(a) Bat. Sac. pag. 111. (b) Bat. Sac. pag. 41. Hist. Episc. Ultraj. pag. 41. (c) Bat. Sac. pag. 73. col. 2. (d) Sup. ex Prolegom. (e) Append. N. XV. (f) Append. N. XI. Litt. N. (g) Vide Art. VIII. sup. fol. 17. (h) In III. fol. 13. (i) Pag. 46. & 47.

Diss. V. De prætensis Vicariis Generalibus Sedis Archiepiscopalis Ultrajectinæ vacantis per obitum Frederici Schenckii.

DISSERTATIO V.

De prætensis Vicariis Generalibus Sedis Archiepiscopalis Ultrajectinæ vacantis per obitum Frederici Schenckii.

ADversarii contendunt, Capitulum Ultrajectinum à morte Schenckii Jurisdictionem Episcopalem exercuisse, & post ejus obitum (*u*) plures Vicarios Generales constitutos successivè fuisse usque ad Annum 1602. qui, Sede Ultrajectinâ vacante, dictam Ecclesiam administrassent. Nihil ipsos sollicitat, quis post hunc annum Vicarii munere, officioque functus sit, cùm existiment Sasboldum, qui isto Anno consecratus est, Ecclesiæ Ultrajectinæ sponsum fuisse & Archiepiscopum. Sed hanc opinionem supra rejecimus. Pro Capituli jurisdictione probanda varios nobis proferunt Vicarios Generales, velut à Capitulo creatos, electosque. Videamus quos, & quales, & quo fundamento.

Auctor Bataviæ Sacræ (*v*) Catalogum exhibet, ordinemque sequentem.

SASBOLDUS VOSMERUS *Delphus, Sac. Theologiæ Licentiatus, sub Annum* 1583. *Sedis Ultrajectensis Vacantis* VICARIUS GENERALIS.

BUCHO A MONTZYMA *Decanus ad S. Salvatorem* VICARIUS GENERALIS *Ultraj. Sede vacante; ex Apoplexia mortuus Ultrajecti 6. Februarii* 1594.

ARNOLDUS ESSCHIUS *Canonicus ad S. Joannem Ultraj. per multos Annos Diæc. Ultraj.* VIC. GENERALIS. *Ibidem defunctus Anno* 1610.

WILGERUS A MOERENDAEL *Decanus S. Petri* VIC. GEN. *Ultraj. Sede vacante, à Valerio Andrea in Fast. Acad. celebratus ut benefactor Collegii* ADRIANI VI. 1611.

JOANNES DE RENESSE *Frederici de Tautenberch Archiepiscopi Traj. Officialis, & Vicarius Sede vacante designatus, mortuus Ultrajecti* VI. *Kal. Aug. Anno* 1619.

Cæteri per decursum deinceps.

In decursu Operis, post enarrata gesta & mortem Frederici Schenckii (*x*) alium nobis Vicariorum Generalium ordinem componit, nimirum:

BUCHO A MONTZYMA
JOANNES A RENESSE
JOANNES BRUHEZIUS; in Prolegomenis non annotatus.
SASBOLDUS VOSMERUS.

Hunc posteriorem ordinem servare placuit in alio Opere (*y*) quod Heussenius edidit Anno 1719. duobus voluminibus in folio. Obtrudunt igitur nobis sex diversos Vicarios Generales Sede vacante creatos, sed quo ordine illi hanc Dignitatem exercuerint, & quis cui successerit, nobis relinquunt divinandum. Sasboldus Vosmerus, in *Prolegomenis* est primus Vicarius Generalis; in decursu Operis, & in *Historia Episcopatûs Ultrajectensis*, quinque post annis divulgatâ, est postremus. Nolo ipsos propterea vapulare; Sed quæro, *ubi testes*, ubi tabulæ? Tota hæc successio Vicariorum Capitularium imaginaria est, fabulosa est, & fictitia.

De Sasboldo in Vicarium Generalem, Sede vacante per Capitulum electo, nulla uspiam allata probatio est. De reliquis nil certitudinis adfert RELATIO *Archiepiscopi Ephesini* qua ipsi nituntur, & quæ non uno ex capite rejicienda est. Expendamus perobscura illa citatæ *Relationis* verba.

(*z*) *At verò, sicuti illi (Sasboldo) in Vicariatu Generali, non Apostolico, sed loco Sedis Ultrajectensis vacantis substituti successivè fuerunt, uti Vicarii Apostolici Pro-Vicarii, Bucho a Montzyma Decanus S. Salvatoris, Wilgerus a Moerendael* [illegible] *S. Petri, Arnoldus Esschius Can*[illegible] *Joannis Baptistæ dudum mortui,* [illegible] *nes Wachtelarius S. Theologiæ Licentiatus Canonicus S. Mariæ nuper defunctus, ita in ipsum Vicariatum Apostolicum eidem Sasboldo Vosmero .... successit Philippus Rovenius &c.*

Fateor me vix capere quid velit [illegible]nus, vix intelligere quid loquatur. [illegible] tamen est opera.

Quatuor-viros illos dicit Sasbold[illegible] successivè substitutos fuisse. Hoc intelligo[illegible] Non in Vicariatu Apostolico, *inquit*, sed [illegible]n Vicariatu Generali loco Sedis Ultrajec[illegible]tensis vacantis, *&* uti Vicarii Apostolici Pro-[illegible] vicarios. Hoc non capio. Dicat aliquis [illegible] per quem Quatuor-viri illi Sasboldo substituti fuerint? An per Capitulum Ultrajectinum? Sed

(*u*) *Après sa mort* (de Frederick Schenck) *on établit successivement jusqu'en* 1602. *plusieurs Vicaires Generaux, qui pendant la vacance du Siege gouvernerent* [illegible] *An*[illegible] *Eglise.* Memoire &c. pag. 2.

(*v*) In Prolog. pag. 57. Append. N. XI. Litt. I. (*x*) Pag. 42. & seqq. (*y*) Hist. Episc. Ultraj. p. 41. (*z*) Vide

Sed illud Vicario Apostolico non potest dare Pro-Vicarios. An per ipsummet Sasboldum? Sed tunc non efficiuntur Vicarii Capitulares. Explicet ænigma, qui potest.

Sed nondum manum de tabula. Insignis hæc Vicariorum Ultrajectinorum successio atque substitutio, si reipsa contigisset, evinceret denique, Ecclesiam illam per Vicarios, ex auctoritate Capituli Ultrajectini, administratam fuisse usque ad Annum 1652. (a) quando Joannes Wagtelarius Quatuor-virûm postremus, supremum diem obiit. Asseveramus nos, nullum umquam Vicarium ex auctoritate Capituli, collapsæ Ecclesiæ præfuisse. Periclitemur igitur alia via, an quid sibi velit Ephesinus, dilucidè assequi possimus.

Vel Quatuor-viri illi substituti fuerunt Sasboldo defuncto, vel Sasboldo viventi. Hic attentos volo cordatos Lectores, qui veritate delectantur, non fuco.

Sasboldo defuncto substitui non potuit Bucho a Montzyma utpote viginti ferè Annis ante illum è vivis ereptus, juxta ipsosmet Adversarios. (b) Obiit enim Bucho ille 6. Feb. 1594. Sasboldus autem in humanis egit usque ad 6. Maii 1614. Deleatur igitur ille ex Albo Vicariorum.

Wilgerus a Moerendael (c) obiit eodem Anno quo Sasboldus, & fortè ante hunc. Cæterùm fuit Sasboldi Vicarius non Capituli, ut in *Historia* documus. Igitur nec ille Catalogum augeat.

Et ut ad tertium properem, nempe Arnoldum Esschium, fallor, si quis intelligat quomodo & ipse Sasboldo substitui potuerit. In Batavia Sacra (d) lego, Esschium illum obiisse Anno 1610. Sasboldus vixit usque ad Annum 1614. Quomodo ergo Esschius, Sasboldo mortuo, *per multos annos* fuit Vicarius Generalis? Expungo igitur & hunc.

Et jam res redacta est ad solum Joannem Wachtelarium, qui vitam protraxit diu satis, ut tribus hisce viris & ipsi Sasboldo substitui potuerit, sed illum ità substitutum fuisse, probandum erat. Nos probavimus, & adductis ex Batavia Sacra tabulis (e) palam fecimus Joannem Wachtelarium à Sasboldo Archiepiscopo Philippensi & Vicario Apostolico constitutum fuisse Vicarium Generalem pro *universa Metropoli Ultrajectensi, omnibusque Provinciis unitis*, idque *Auctoritate Apostolicâ*. Nullas igitur hic partes habuit Capitulum Ultrajectinum. Et ne Adversarii angustiis pressi, aliò evadant ac dilabantur more suo, & velint hunc Wachtelarium Sasboldo defuncto, veluti Sede vacante, à Capitulo electum, constitutumque Vicarium; en verba Ephesini, (f) jam obscura minimè, dubiare. *Præfatus autem Joannes Wachtelarius quadraginta & sex annis integris omnium* Vicariorum Apostolicorum *consequenter fuit* Vicarius Generalis.

Ipse porrò Wachtelarius numquam se *Vicarium Capitularem* dixit, *Pro-Vicarium* verò, vel *Vicarii Apostolici subdelegatum* semper & constanter. Habeo præ manibus Acta originalia fervidæ concertationis, quæ Anno 1624. inter Sacerdotes Seculares & Regulares Missionarios Fœderati Belgii, mota est coram Jacobo Boonen Archiepiscopo Mechliniensi, & Suffraganeis suis, specialiter ad hæc à S. Sede deputatis, circa subjectionem quam Regulares Vicario Apostolico debebant, & non una in parte detrectabant, qua de re sub Rovenio, (g) Libellus, dictis Archiepiscopo & Episcopis oblatus, orditur his verbis: *Illustrissimo, & Reverendissimis Dominis, Exponitur cum debita reverentia ex parte* Vicariorum subdelegatorum *Illustrissimi D. Vicarii Apostolici in Provinciis Unitis, & Pastorum, totiusque Cleri secularis. Quod &c.* Observo, hic loqui Vicarios *Vicarii Apostolici*, non Capituli Ultrajectini; nullamque interjici mentionem Capituli Cathedralis quod defecerat, aut Canonicorum, qui nulli erant.

Ergo confectum est: Quatuor-viros illos in Ephesini *Relatione* celebratos ut Vicarios Generales loco Sedis Ultrajectensis vacantis, substitui non potuisse *Sasboldo defuncto*; cùm, aut ante hunc mortui sint, aut ab ipsomet, auctoritate Apostolica, constituti.

Cæterùm *Sasboldo viventi* substitutos fuisse, nemo hactenus dixit. Id si velint, proferant Acta, doceantque de tempore, de causa, & de auctoritate quibus Sasboldus officio amotus sit, & dignitate dejectus. Sed hic pluribus opus non est, cùm in decursu Historiæ (h) ostensum sit Sasboldum à Nuntio Apostolico, Adversariis fatentibus, fuisse constitutum Vicarium Generalem.

Lis est, & contentio de Anno, & die quibus Ultrajectinæ Ecclesiæ præfectus est, & hic habemus Adversarios pugnantes inter se.

Auctor Bataviæ Sacræ (i) mirabilis ubique Chronologus, errore non uno tenetur. Sic ipse de Sasboldi Vicariatu: *Sub Annum dein 1583. Sedis Archiepiscopalis Ultrajectinæ, vacantis per mortem Frederici Schenckii, Trajectensium Archiepiscopi, fit Vicarius Generalis* Et citat ex descriptione (nescio quâ) Missionis Fœderati Belgii, verba sequentia: *Fu fatto Vicario Capitulare Sasboldo Vosmero all' Anno 1583.* Tum subdit: *Instru-*

Diss. V. De Prætensis Vicariis Generalibus Sedis Archiepiscopalis Ultrajectinæ vacantis per obitû Frederici Schenckii.

* Sasboldi Rovenii La Torrii.

(a) Bat. Sac. pag. 111. (b) Bat. Sac. pag. 42. Hist. Episc. Ultral. pag. 41. (c) Bat. Sac. pag. 73. col. 2. (d) Sup. ex Prolegom. (e) Append. N. XV. (f) Append. N. XI. Litt. N. (g) Vide Art. VIII. sup. fol. 17. (h) Art. VII. fol. 13. (i) Pag. 46. & 47.

Diss. V. De prætensis Vicariis Generalibus Sedis Archiepiscopalis Ultrajectinæ vacantis per obitũ Frederici Schenckii.

Instrumentum ejus Anni est penes nos, in quo Octavius Episcopus Calatinus SIXTI V. *Nuntius Sasboldum constituit Vicarium Generalem in Spiritualibus, non addens, Apostolicum.* Et pergit: *Anno autem 1589 à* GREGORIO *Papa XIII. ad Gulielmi Lindani commendationem designatur Vicarius Apostolicus per Fæderatum Belgium.* Monstra loquitur festinus, & indiligens homo; ex cujus sententia, SIXTUS V. fuisset Pontifex ante GREGORIUM XIII. cùm hic Prædecessor fuerit illius. Et rursus, Octavius Episcopus Calatinus fuisset Nuntius Anno 1583. SIXTI V. qui tantùm electus est Anno 1585. Et tertiò, GREGORIUS XIII. qui mortuus est 5. Aprilis 1585. Sasboldum creasset Vicarium Apostolicum Anno 1589.

Erckelius (*l*) magis, magisque exorbitat, & Nuntii Apostolici designationem refert ad Annum 1590. Uterque malè.

Tenendum est, quod in Historia docuimus, Anno nimirum 1580. Sasboldum Ecclesiæ Ultrajectinæ præfectum fuisse. Clarè id adnotavit *Ephesinus* his verbis: (*m*) *A morte postremi Archiepiscopi Schenckii prædicti, Sedis vacantis ab Anno 1580. Vicarius Generalis. Et ab Anno 1583. Vicarius Apostolicus.*

Hic nobis Quesnellus negotium facesseret, si posset. (*n*) „Cùm Sedes Ultrajectina vacasset Anno 1580. per decessum Frederici Schenckii, *inquit ille*, Capitulum „Diœcesim administravit per suos Vicarios Generales quorum unus fuit Sasboldus Vosmerus circa Annum 1583. ut „probat acta Capitularis in hunc usque „diem conservata. Apparet etiam ex quibusdam monumentis istius temporis, „quod SIXTUS V. duobus Annis post assumptionem suam ad Pontificatum, per „Nuntium suum Bruxellensem confirmarit „Sasboldum Vicarium Generalem, veluti „ad inchoandam possessionem regiminis „hujus Ecclesiæ: attamen non appellatur „ibidem *Vicarius Apostolicus*, sed *Vicarius* „*Generalis in Spiritualibus* tantùm.„ Ita Adversarii passim.

Falsum est, & purum putum figmentum, quod Capitulum Ultrajectense per Vicarios à se electos Diœcesim illam gubernarit. Et quare jactatam toties Actam Capitularem non proferunt? Adferant tabulas quas glorientur (*o*) se possidere Capituli destructi Archivium. Sed cùm Quesnellus aliique, Sasboldi ad regimen Ecclesiæ assumptionem referant ad Annum 1583. doceri cupio, quis toto illo triennio à morte Schenckii, Ecclesiam Ultrajectinam administraverit? Ante Sasboldum nominant neminem. Ubi igitur erat Capitulum Ultrajectinum? Numquid dispersum, destructum, eversum? Ad quænam hic Monumenta provocat ille? Si SIXTUS V. biennio post sui assumptionem, Sasboldum confirmavit ut Vicarium Generalem, nova rursus inducitur ratio temporis, & Anno demum 1587. Ecclesiæ cuporis admotus fuerit. Sed quid Sedis Apostolicæ, ejusque Nuntii Auctoritate opus erat, si Sasboldus à Capitulo electus fuisset? Velint, nolint Adversarii, hæc provisio Apostolica invictum est, & insuperabile eversæ Sedis & destructi Capituli argumentum. Quod aiunt, Sasboldum in Nuntii litteris cognominari non *Vicarium Apostolicum*, sed *Generalem in spiritualibus*, id enimverò neminem movere debet. Vicarium Apostolicum creare, qui Summi Pontificis Delegatus sit, non ad Nuntium, sed ad S. Sedem pertinet, nisi Nuntio ad hoc specialis facultas data sit, uti datam vidimus, superioribus annis, Eminentissimo Cardinali Bussio tunc Nuntio Coloniensi, qui Adamum Daemen Vicarium creavit Apostolicum. Fecit igitur Nuntius quod potuit, non quod Quesnellus voluit; creando nimirum Auctoritate Apostolicâ Vicarium Generalem in spiritualibus. Imo verò non infundatè dixerim, Sasboldum statim per Nuntium creatum fuisse Vicarium Apostolicum. Id enim innuunt verba CLEMENTIS VIII. relata in Append. N. XIII. Sed ibi agitur de concessione quarumdam facultatum quæ à Nuntio pendebant. Quidquid sit, satis est Sasboldum à Capitulo Ultrajectino non fuisse electum, aut constitutum Vicarium.

GREGORIUS XIII. Sasboldum fecit Vicarium Apostolicum per Breve speciale, quod visum sibi, atque lectum, fatetur *La Torrius*; (*p*) qui certè illas prosequitur Pontificiæ dispositionis causas, atque nominat, quæ non nisi eversæ Sedi, & destructo Capitulo conveniunt. Reddo verba.

(*l*) Prot. denuò Assert. pag. 30. Edit. Lat. (*m*) Append. N. XI. Litt. C. D. » Br[illegible]ibesio

(*n*) *Comme le Siége d'Utrecht étoit demeuré vacant en 1580. par la mort de Frederick Schenck, le Chapitre gouverna ce Diocese par ses Vicaires Generaux, & Sasbold Vosmer en fut un, & avoit été choisi par le Chapitre vers l'An 1583. comme le prouve l'Acte Capitulaire qui s'est conservé jusqu'à present. Il paroit même par quelques memoires de ce temps là, qu'apres que* SIXTE *V. eut été fait Pape, deux ans apres, il fit confirmer Vosmer Vicaire General par son Nonce de Bruxelles, comme pour commencer à se mettre en possession de gouverner cette Eglise: & neanmoins il n'est pas qualifié dans ces memoires Vicaire Apostolique, mais seulement* Vicarius Generalis in spiritualibus. Justification du Droit des Chapitres &c. Pag. 541.

(*o*) Prot. den. Assert. p. 30. Edit. Lat. (*p*) Append. N. XI. Lit. D.

„ Bruhesio enim exule, & cùm ad titu-
„ lum Archiepiscopatûs Ultrajectensis ille
„ consecrari non potuisset, cùmque Provin-
„ ciæ prædictæ ab hæreticis omnimodò es-
„ sent occupatæ; ut Belgio Fides Catho-
„ lica è cineribus excitaretur, ac foveretur,
„ visum fuerat S. Sedi Apostolicæ consti-
„ tuere in illis aliquem Vicarium Aposto-
„ licum, cui, tamquam repræsentanti Sum-
„ mi Pontificis personam, omnes residui
„ Catholici subessent, & qui per se, &
„ cooperantes sibi Sacerdotes conaretur il-
„ los in Fide continere & errantes ad gre-
„ mium Ecclesiæ reducere. Ideoque præ-
„ dictus Gregorius XIII. fel. Record.
„ Anno 1583. præfato, eumdem Sas-
„ boldum Vosmerum, ad supradicti Lindani
„ commendationem, per Breve Apostoli-
„ cum, constituerat earumdem Pro-
„ vinciarum Vicarium Apostoli-
„ cum, concedendo eidem etiam, ob diffi-
„ cilem ad S. Sedem Apostolicam acces-
„ sum, amplas facultates, recursum tamen
„ ei in difficilioribus relinquens ad Nun-
„ tium Coloniensem &c. „ Fastidiosæ, ut sic
dicam, operositatis redarguar, si pluribus
ostendere velim, hæc omnia nequaquam
tribui posse, nisi Ecclesiæ, ubi Sedes Episco-
palis destructa sit, Capitulum extinctum,
& Ordo hierarchicus omnis eversus.

Anonymus Gallus, quantumvis Confœ-
deratus, Quesnello atque Adversariis no-
stris apertè, clarissimèque contradicit, nam,
ut in *Historia* docuimus (q) tradit, Sasbol-
dum statim à morte Schenckii à Nuntio
Apostolico constitutum fuisse Vicarium Ge-
neralem, in verbis: *Apres la mort de Fre-
deric Schenck, qui suivoit de si pres le
commencement des troubles*, LE NONCE
APOSTOLIQUE ETABLIT SASBOLDUS VI-
CAIRE GENERAL DE L'EGLISE D'U-
TRECHT. (r)

Sed homo iste insigniter impudens, ex
hoc ipso capite accusat S. Sedem injustitiæ,
quasi inviolarit in Jura Capituli Ultrajectini.
(s) Roma non ignoravit, *inquit ille*, ex-
titisse tunc temporis numerosum Ultrajecti
Capitulum Catholicorum, qui etiamnum
gaudebant proventibus Præbendarum sua-
rum, & ad quos jurisdictio devoluta erat,
vacante Sede. Potuitne & scientiæ ejus &
observationi occultari, quod illud ipsum
Capitulum conservarit se multo adhuc tem-
pore; Canonicorum postremo post Annum
dem 1651. defuncto; quod restitutum fue-
rit, propagatumque per Rovenium ejus Diœ-
cesis titularem Episcopum; quod istius Ca-
pituli deficientis loco, semper substiterit in
illa Ecclesia Clerus, corpusque Pastorum
titularium, sine interrupta umquam succes-
sione, id quod numquam accidit in quavis
demum Missione? Quomodo publica hæc
facta, & omnium oculis exposita, Roma
potuit ignorare? Igitur jurisdictionem exer-
cere non potuit, nisi nomine & Auctoritate
hujus Ecclesiæ, vel *illam non exercuit bo-
na fide*, quæ tamen ad præscribendum con-
ditio necessaria est, & essentialis.

Sic ratione furit ille, mentemque pascit
chimæris. Roma non ignoravit post Schenc-
kii mortem dispersas fuisse Oves, Pastores,
Canonicos, & Ecclesiæ Ministros universos,
& Capituli Ultrajectini Jurisdictionem ces-
sasse, ablatam fuisse atque destructam, non se-
cus atque, navi in præaltam rupem immissâ
atque confractâ, cessat Navarchi Officium,
aut intercepta ab hostibus Civitate, extingui-
tur Gubernatoris Imperium. Ideòque Ponti-
fex, ut supremus Archithalassus, & Imperator
Exercitûs Christiani, è naufragio ereptis fo-
cis, & ab hostium captivitate servatis, præ-
fecit Sasboldum, novum rei navalis Catholicæ
Præfectum, & Ecclesiæ Ultrajectinæ Du-
cem. Frustra clamabunt ad ravim usque
Adversarii, quod jurisdictio ad Capitulum
devoluta fuerit, cùm jam nulli adessent, qui
illam exercere valuissent, omni ejus actu,
usuque intermisso, neglecto atque proscrip-
to: ita ut redire illa debuerit, unde ema-
navit; ad Sanctam videlicet Sedem Aposto-
licam. Capitulum multo adhuc tempore se
conservasse falsum est, fictitiumque. Ipse-
met Anonymus asserit (t) *quod non pote-
rat non interire*. NE POUVOIT EVITER
DE PERIR. Superstes ille Canonicus, quem
fingit, Anno 1651. nil potuit juris conser-
vare.

Diss. V. De præ-tensis Vicariis Generalibus Sedis Archiepiscopalis Ultrajectinæ vacantis per obitum Frederici Schenckii.

(q) Suprà fol. 13. (r) Memoire &c. pag. 24.

(s) *Rome pouvoit-elle ignorer alors qu'il y avoit dans cette Ville un Chapitre nombreux de Catholiques, qui jouissoient encore du revenu de leurs Prebendes, & à qui la jurisdiction étoit devoluë pendant la vacance du Siége? A-t-il pû echapper à sa connoissance & à son attention, que ce même Chapitre s'est conservé encore long temps; le dernier des Chanoines n'étant mort qu'apres l'Année 1651. qu'il a eté renouvellé & perpetué par Rovenius Evêque titulaire de ce Diocese; qu'au defaut même de ce Chapitre, il y a toujours eu dans cette Eglise un Clergé subsistant, & un corps de Pasteurs titulaires, dont la succession n'a point été interrompue; ce que l'on ne vit jamais dans aucune mission? Comment Rome auroit-elle pu ignorer tous ces faits, qui étoient publics, & qui frappoient les yeux de tout le monde? Elle n'a donc pu exercer la jurisdiction, qu'au nom & par l'autorité de cette Eglise, ou elle* NE L'A PAS EXERCÉ DE BONNE FOY: *condition neanmoins necessaire & essentielle pour la prescription.* Memoire &c. pag. 24. & 25.

(t) Pag. 36.

Diss. V. De prætensis Vicariis Generalibus Sedis Archiepiscopalis Ultrajectinæ vacantis per obitum Frederici Schenckii.

vare. Nam quamvis concederetur, quod ii fuerint de numero illorum qui ante Annum 1622. Præbendam possidebant, fuit tamen certissimè inter illos, quibus post eumdem Annum 1622. omne ablatum fuit Jus Canonicale & Capitulare. De Rovenii institutione & propagatione videbitur suo loco, (u) ubi Adversariis exhibebimus utramque aurem; de ejus porrò Episcopatu jam sat egimus supra. (v)

Capituli deficientis *loco semper substitisse* dicit *in illa Ecclesia Clerum, Corpusque Pastorum sine interrupta umquam successione, id quod nulli Missioni acciderit.* Ex similium argumentorum exilitate triumphum ducunt illi, & imponunt populo, cui nec Juris scientia est, nec disciplinæ Ecclesiasticæ cognitio. Hic fatetur Anonymus, *Capitulum defecisse*; quod sufficit nobis. Quod in Capituli locum & jura Clerus successerit, & absonum est, & falsum. Clero numquam Episcopalis Jurisdictio concessa fuit, ita ut ad rem nihil faciat Pastorum corpus, quorum successionem interruptam non fuisse, aut somniat, aut obliviscitur. Docuit ipsum Heussenius, (x) quod *à mutato regimine sensim primæva Pastorum institutio confusa fuerit.* Docuit Ephesinus (y) quod Annis 1612. & 1619. *sine agnitione ullius Capituli*, tamquam Patroni, varii per Sasboldum, Roveniumque Vicarios Apostolicos, constituti fuerint Pastores, seu Missionarii. Dicant illi, quales modò sint Pastores in Missione Hollandica, ubi nullus distinctas habet oves, præsertim in Civitatibus, ubi Sacerdotes Seculares & Regulares promiscuè Sacramenta administrant, & Fideles, illum habent pro Matrimonii celebratione proprium Parochum, quem ex proprio delectu eligunt & præferunt reliquis. Pastorum nomen retinuerunt, majoris anctoritatis conservandâ causâ, quod non improbamus, quamdiu S. Sedes id ita silentio præterit. Tales igitur Pastores omnis Missio habet, quos si non haberet, jam non Missio, sed Fidei Catholicæ ibidem cessatio esset, atque exterminatio, quantùm quidem ad externum cultum spectat.

Ex tota hac malè posita structura audet ille inferre, quod S. Sedes jurisdictionem exercere non potuerit in Civitate Ultrajectina, nisi nomine & Auctoritate illius Ecclesiæ, vel quod illam exercuerit *malâ fide*, dum Sasboldum eidem præfecit Vicarium Apostolicum. Hæc ex inverecundo ingenio suo profert maledicus ille, & erigit se in judicem primæ Sedis, quæ à nemine judicatur; à qua Lex malam fidem amovet, utpote cùm ad eam perfidia non possit habere accessum. Hoc responso repellendus esset indignus ille, qui contra Matrem suam, Ecclesiam pugnat. Sed ex abundanti demonstrandum est, quod *bonâ fide* S. Sedes egerit, dum Ecclesiæ Ultrajectinæ Sasboldum præfecit. Videat igitur Peregrinus ille, in rebus nostratibus hospes, quid Sasboldus ipse (z) de sua promotione testatum reliquerit; nempe, quod *fratrum rogatu annuerit ad Papæ beneplacitum.* Hic arrectis auribus adstet. Dum Sasboldus *fratrum*, id est Presbyterorum Ultrajectensium, *rogatu*, illum Vicarium Apostolicum constituentis *ad Papæ* Gregorii XIII. *beneplacitum annuit*, quid hic amabo, malâ fide actum? Cui illata injuria? Cesset igitur, profugus ac proscriptus ille tenebrio è latebris suis maledicta evomere, quæ non nisi ad integrandam seditionem valeant. Meminerit postea, quod quoties posterioribus temporibus hæc pars jurisdictionis & provisionis Apostolicæ Ultrajecti exercenda fuit, præmissæ ut plurimum Romam fuerint preces, supplicationesque Ultrajectensium ad Papam, ut Vicarium acciperent non ingratum, aut non omninò ignotum. Ubi verò exauditi fuerunt, aut exauditos se crediderunt, magnas semper, & tempestivè, imò præproperè, gratias detulerint S. Sedi, uti videre est in Art. XI. sup. fol. 27. & in *Append. Monum.* N. XXXVI. ubi testantur, Pontificem *tam fecisse benignè, quàm preces ipsorum non erant digna.* Et hoc profugus abjecto Monachus cucullo appellabit jurisdictionem Ultrajecti exercere *non bonâ fide*?

Quid mussitat secum de *præscriptione*, quasi hoc titulo opus esset, ut destructarum Ecclesiarum cura ad S. Sedem spectaret? Docebitur ipsa, ex institutione *Divina*, ex Juris ordinatione, & ex *omnis ævi* Disciplinâ, curam hanc pertinere [illegible] Sedem, cui Universalis Ecclesiæ [illegible] do incumbit. Sed hominem missum [illegible] mus, expectat nos Erckelius.

Obscura illa verba *Ephesini*, quæ de Vicariorum Capitularium successione adduximus, hunc etiam inquietant. Malè ipsum habet, quod dicantur Quatuor-viri illi Sasboldo substituti, uti *Vicarii Apostolici* Vicarii, & vult Ephesinum non consona loqui; in qua animadversione [illegible] habebit nos contradictores. Sed hoc non ferimus, quod eadem verba interpretetur sensu rebus suis conveniente, velitque (a) illos non absolutè dici, Vicarii Apostolici Pro-Vicarios, sed *uti*, id est, *quasi* tales. Sed vir ille affectat ignorantiam rei sibi præ reliquis notissimæ; nempe, quod Vicarii Apostolici Missionis Hollandicæ, peculiari atque extraordinariâ per S. Sedem Apostolicam potestate præditi fuerint, substituendi nempe sibi Pro-Vicarios. Hac usus est Sasboldus dum Adalbertum Eggium pro-Vicarium

(u) Differt. IX X. & XI. (v) Differt. II. (x) Bat. Sac. pag. 119. (y) Append. N. XI. Litt. T.
(z) Bat. Sac. pag. 47. col. 1. (a) Aff. Jur. pag. 36.

Vicarium creavit pro Diœcesi Harlemensi, & Wilgerum à Moerendael, Joannem Wachtelaer, ac Jacobum Bool pro Diœcesi Ultrajectensi; hac usi sunt reliqui Vicarii Apostolici, & signanter Castoriensis Episcopus, & Sebastenus Archiepiscopus, qua de re nobis confecit Anonymus ille (b) quem statim salutavimus.

Antequam Sasboldi causam deseramus, observandum venit, quod Ephesinus in prolixissima Relatione sua, numquam illum appellet Vicarium Capitularem, sed semper & constanter Vicarium Apostolicum. Habet quidem hæc verba: (c) Sedis vacantis ab Anno 1580. constitutus est Vicarius Generalis. Sed Capituli Vicarium fuisse, aut à Capitulo electum, nusquam enuntiat. Et cùm de Nuntii constitutinno, quæ certa est & indubitata (consentientibus Adversariis & CLEMENTE VIII. Testimonium perhibente) alrum sileat, hæc de qua loquitur constiturio Sedis vacantis, ad Nuntii referenda est actum. Sed quid Ego Ephesinum appello, dum ex Actis ipsiusmet Sasboldi constat, quod ante Consecrationem suam, quæ contigit Romæ die 22. Septembris 1602. in Patria se gesserit, non ut Vicarium Capitularem, sed ut Apostolicum? En titulum quem sibi assumpsit 4 Januarii 1601. in Diplomate (d) quo Adalbertum Eggium creat Vicarium Harlemensem. SASBOLDUS VOSMERUS *Ecclesiæ Metropolitanæ Ultrajectensis, & Vicinarum Provinciarum, in quibus Catholici sua officia liberè exercere nequeunt*, VICARIUS GENERALIS APOSTOLICUS &c.

Unicum hactenus allatum est Instrumentum, in quo Sasboldus inducitur sibi adscribens qualitatem Vicarii Generalis Sede vacante, quod est de 28 Augusti Anni 1594. quo Monialem quamdam in Abatissam electam confirmat. Exhibet illud Erckelius (e) his verbis, & hac forma, non uno ex capite suspectâ: *S. Vicarius Generalis Ecclesiæ Metropolitanæ Ultrajectensis vacantis, nec non vicinarum Provinciarum Apostolicus Delegatus* &c. Meminit Heussenius (f) confirmationis ejusdem Abbatissæ, nec tamen adducit Instrumentum, quod Erckelius profert. Et hæc pugnant cum Actis posterioribus Anni 1601. statim productis, nec cohærent cum Nuntii constitutione, cujus Delegatione opus non erat, si Sasboldus jam pridem à Capitulo electus fuerat Vicarius. Non credimus hactenus, id umquam contigisse; & donec id probent Adversarii adductis Actis Capitularibus, dicant quæso: Quomodo factum sit, ut celebre istud Capitulum quadraginta Canonicorum, nec in gremio suo, nec in corpore quoque Ecclesiarum Ultrajectensium, & quadraginta Canonici, (in quibus centum sit Canonicum idoneum,) nullum habuerit, qui, Sede vacante, Officium ad Vicarii Generalis, & extraneum elegerit, Officium implendum, qui Præbendam Ultrajecti nullam umquam habuit, aut possedit? Dum illi sudant, ut huic curiositati satisfaciant, revertamur ad Heussenium.

Is præter Quatuor-viros jam dictos, Vicariis Generalibus adnumeravit (g) duos alios. Prior est JOANNES A RENESSE, cui Dignitas illa adscribitur in Epitaphio ei posito. Sed obstat, quod in *Relatione* Ephesini non adnotetur, quamvis Sasboldo substitui potuisset, utpote cui supervixit. Est quoque, unde Epitaphium istud mutilum displiceat non uno ex capite, adeòque ad probandam veritatem historicam nequaquam sufficiat. Quid sibi vult, quod Joannes à Renesse Anno ætatis suæ XXII. Canonicus S. Joannis Baptistæ creatus, *mox inde Lovanium missus in Pædagogio Porci, VII. Aprilis, Artium liberalium non infimo ordine vixdum decimum quartum ætatis annum attingens, Magisterio decoratus fuit?* Confusa eòinvero Oratio, & quæ adolescentem jam XXII. annorum Lovanium ablegat, ut Anno XIV. ætatis suæ evadat Doctor Artium! Errorem ac contradictionem non advertit Heussenius, nisi in altera tandem editione (h) Epitaphii, quando pro XXII. restituendum dixit XII. Profectò tabulis minùs vitiosis res agenda est.

Dicat Heussenius & illud, quid significet, quod in eodem Epitaphio dicatur Joannes à Renesse, post obitum *Frederici Schenckii, Vicarius Sede vacante designatus?* An *designatus* tantùm, & numquam reipsâ constitutus? At quando designatus? Ante Sasboldum? Sed Ephesinus hunc dicit primum Vicarium fuisse. An post Sasboldum? Sed hoic substituti fuissent Quatoor-viri illi. Igitur post quartum Joannem Wachtelaer. Bene habet. Sed Wachtelarius (i) vitam protraxit usque ad Annum 1652. quando Joannes à Renesse à triginta tribus Annis, & mundo & omnibus Dignitatibus atque officiis defunctus erat. Obiit enim Anno 1619. Mirabilis ubique Ultrajectensium Vicariorum successio, quæ non intelligitur, nisi mortui vivis *substituti* sint.

Superest ultimus inter Vicarios Generales Ultrajectinos celebratus JOANNES BRUHESIUS, quem Heussenius dicit (m) *Vicarium Generalem in Traj. Ecclesia*, non distinguendo, an Sede plenâ, an vacante. Sed hoc oscitanter. Castigatione magis dignum est, quod pro hujus asserti probatione mox adferat *Mandatum* seu Diploma

Diss. V. De prætensis Vicariis Generalibus Sedis Archiepiscopalis Ultrajectinæ vacantis per obitū Frederici Schenckii.

Epitaph.

(b) Memoire &c. pag. 146. in nota. (c) Append. n. XI. Litt. C. (d) Bat. Sac. p. 322. (e) Proc. denuò. asser. p. 19. Edit. Lat. (f) Bat. Sac. p. 46. (g) Bat. Sac. p. 43. (h) Hist. Episc. Ultraj. pag. 42. (i) Bat. Sac. pag. 122. (l) Ibid. pag. 43. (m) Pag. 44.

Digitized by Google

Diss. V. De prætensis Vicariis Generalibus Sedis Archiepiscopalis Ultrajectinæ vacantis per obitū Frederici Schenckii.

ma Bruhesii, ex quo aliud nihil apparet, quàm, quod exstiterit *Archidiaconi Trajectensis Vicarius Generalis.* Sic populo imponitur.

De hoc Bruhesio, si Vicarius Generalis Sede vacante, & à Capitulo electus fuerit umquam (id quod in hujus Epitaphio jam non legitur) eadem instituenda est quæstio, quæ de Joanne à Renesse, eumdem etiam exitum habitura, utpote qui ante Sasboldum quoque è vita migravit, Anno scilicet 1600.

Ut certi aliquid statuatur in intricata hac, atque indigesta Ultrajectensium Sacerdotum Causa, in qua rerum & temporum confusio summa; generatim notatum velim, quod post Sasboldum Vosmerum nullus Ultrajectinæ Ecclesiæ cum potestate Vicarii Generalis præfuerit. Etenim Philippus Rovenius illum immediatè excepit, teste La Torrio; & Rovenius eadem planè quâ Sasboldus Dignitate, eâdemque potestate gavisus est: Vicarii scilicet Apostolici, & Philippensis Archiepiscopi. Ante Sasboldum nullus probatur fuisse Vicarius, imò nullus hactenus nominatus est. Ipso vivente, nemo sibi officium istud arrogavit in Ultrajectensi Ecclesia.

Jacet ergo jactata toties Ultrajectensium Vicariorum successio. Vendicent nobis postea Capituli sui conservationem, quando ne unum quidem Vicarium Capitularem à mutatæ Religionis tempore adducere possunt, & illum ipsum Sasboldum, quem primum Vicarium fuisse constat, (ipsis etiam fatentibus) à Nuntio Apostolico constitutum ipsimet probarunt.

Ex his omnibus, quæ totâ hac *Dissertatione* disputavimus, non alia animo concipitur forma & species, quàm summæ confusionis & perturbationis, quæ in Ecclesia Ultrajectina fuit statim à morte Schenckii. Et hæc quidem tanta fuit, ut clarè, distinctèque à nobis explicari non possit. Habemus Sasboldum, primum sine dubio Vicarium Generalem. Sic enim Ephesini *Relatio*; sic Nuntii Apostolici Diploma relatum in *Historia* fol. 13. col. 1. sic denique CLEMENS VIII. in *Append.* N. XIV. suadent, & persuadent. An *unicus* Vicarius fuerit, disputari posset ob perobscura illa verba *Ephesini*. Nam quamvis demonstratum credam, quod Quatuor-viri ab illo adducti, substituti non fuerint *Sasboldo defuncto*; & nihil adferatur, ut dicamus illos *Sasboldo vivente* fuisse substitutos; cùm nuspiam appareat umbra aut vestigium, quod Vir ille officio amotus fuerit: tamen, cùm Ephesinus Quatuor-viros illos dicat *successivè fuisse Vicarios Ultrajectinos*, magna superest dubitatio, quam libenter fateor me hactenus amovere non posse.

Dicit enim Ephesinus quod,

BUCHO A MONTZYMA
WILGERUS A MOERENDAEL
ARNOLDUS ESSCHIUS
JOANNES WACHTELARIUS

In Vicariatu Generali, non Apostoli loco Sedis Ultrajectensis vacantis [illegible] ti successivè fuerint, uti Vicarii A[illegible] Pro-Vicarii. Dixi, & iterum dico, intelligero, quid loquatur. Fuerunt [illegible] tuor in Vicariatu Generali, *non Ap[illegible]* inquit; & tamen fuerunt *uti Vicari[illegible] stolici Pro-Vicarii.* Ergo fuerunt in [illegible] tu Generali Apostolico, & non fuer[illegible]

Sed his neglectis, quia comprehe[illegible] possunt, manebit semper illud, quod *in Vicariatu Generali.* Quid hoc [illegible] Lector intelligens meritò quæret. [illegible] attinet WILGERUM A MOERENDA[illegible] JOANNEM WACHTELARIUM, non [illegible] multùm angamur. Dedi in *Append.* [illegible] Diploma Sasboldi, qui hos duos cre[illegible] nerales Vicarios suos, & *Ephesin[illegible]* WACHTELARIO testatur, quod no[illegible] tùm Sasboldi, sed Rovenii quoque [illegible] Torrii Vicarius fuerit.

Sed ad reliquos duos, BUCHON[illegible] MONTZYMA & ARNOLDUM ESSCH[illegible] hærere me fateor. Bucho ille vixit u[illegible] Annum 1549. adeoque Schenckio su[illegible] Annis 14. quibus potuisset fuisse Vi[illegible] Generalis Sedis per Schenckii obitum v[illegible] tis. Similiter Arnoldus Esschius qui, [illegible] senii fide, vitâ cessit Anno 1620. Sc[illegible] kio supervixit Annis 30. adeoque & ip[illegible] carius esse potuit. Sed hoc nullo hac[illegible] documento probatum est; & cùm A[illegible] larsi concedant, Sasboldum statim à [illegible] Schenckii Vicarium fuisse, restat ut *dica[illegible]* plures fuisse Vicarios; quod quamvis [illegible] hactenus ostenderit, exigere tamen [illegible] tur verba *Ephesini.* Et hoc ita a[illegible] si dicere nolis, *Ephesinum* somnia[illegible] ad quod dicendum, nulla nos cog[illegible] sitas, cùm ei numquam fuerit aut ca[illegible] aut occasio, ut Vicariorum Capitula[illegible] successionem fingeret. Posteriores duo inveniuntur à Sasboldo creati Vicarii: [illegible] stat, ut ejus fuerint socii. Sed illu[illegible] credere rursus prohibet idem *Ephesin[illegible]* si Buchonem à Montzyma & Arnold[illegible] Eschium Vicarios *Capitulares* fuisse [illegible] sit, sociosque Sasboldi; quidni & [illegible] duos Wilgerum à Moerendael & Jo[illegible] Wachtelarium *Vicarios* itidem *Capi[illegible]* concessero, cùm de omnibus quatuor [illegible] affirmet *Ephesinus*? Et tamen constat, [illegible] res illos duos, non socios fuisse Sasbol[illegible] substitutos suos & subdelegatos.

Ego rem hanc obscuram, difficilemque [illegible] medio relinquo, donec adferat quis [illegible] ta & certiora, quæ libenter amplectar.

Interim monere debeo, ex posita jam [illegible] jectura & concessa verisimilitudine, [illegible] cludi posse nihil quidquam pro mod[illegible]

Digitized by Google

Ultrajectensibus Sacerdotibus. Nam ut ut Vicarii Capitulares fuerint Bucho & Arnoldus, successio ista defecit, ita ut jam ab Annis 125. nullus Vicarius Capitularis fuerit, nullus esse potuerit.

Dedi ad calcem Operis SERIEM CHRONOLOGICAM administrationis Ecclesiæ Ultrajectinæ à Frederico Schenckio, usque ad hæc tempora. Si erravero, corrigam ubi melius edoctus fuero.

— *Si quid novisti rectius istis
Candidus imperti: si non; his utere mecum.*

DISSERTATIO VI.

Diss. VI. An Capitulum Ultrajectense conservatum dici debeat, ob datam facultatem conferendi Beneficia?

An Capitulum Ultrajectense conservatum dici possit, ob hoc: quòd Vicarii Apostolici varias Prælaturas, Canonicatus, aliaque Beneficia contulissent, tam in Metropolitana, quàm in aliis Ecclesiis Civitatis & Diœcesis Ultrajectinæ? Ubi etiam de aliis, in hanc rem Adversariorum argumentis.

ITa quidem existimant Adversarii, & in ipsorum gratiam hæc suscipitur Disputatio à nobis; qui hanc in animo fiduciam gerimus, quòd, cùm cognoverint Sacerdotes Ultrajectini quantùm distent æra lupinis, tandem aliquando desinent dementes esse ex inanibus titulis. Audiamus igitur singula, quæ proferunt.

Movent igitur, ostentantque sequentia: (n) Anno 1619. 13. Kal. Julias, *Lucius* de Morra Archiepiscopus Hydruntinus PAULI V. apud Archi ducem Albertum Nuntius Apostolicus, mandavit Decano & Capitulo Ultrajectensi, ut Alexandrum Carolum Trogney in possessionem mitterent Canonicatûs, & Dignitatis Archidiaconalis via Romana obtentæ. Philippus Rovenius (o) 3. Martii 1620. Engelbertum Kenniphovium creat Canonicum S. Martini Ultrajecti. Idem Vicarius Apostolicus præbendas concessit Rumoldo Medenblickio, Theodoro Witsio, & Lamberto Feytio, Anno & die, quibus supra. Dein (p) Joanni Ensio, Henrico à Wou, Joanni Mulartio, Petro Purmerentio, Geraldo Peltio, & Jacobo de La Torre, Annis respectivè 1621. 1622. 1625. 1633. 1635. & 1637. Singulis igitur Canonicatum attribuit in Ecclesia Metropolitana Ultrajectina.

Nescio, an superba hæc Canonicorum successio certior sit, magisque testata, quàm Vicariorum Generalium substitutio, quam *Dissertatione* præcedente rejecimus. Illud observo, quod in operosa illa Ephesini *Relatione* horum nulla fiat mentio.

Sed ut hæc omnia, quæ simpliciter asseruntur, minimèque probantur, gratis admittamus, quid quæso inde consequitur? Erckelius (q) ex præmissis contendit,, Capitulorum jura non illicò post Reformationem dici posse extincta. Non illicò omnes Canonicos Catholicos desiisse esse,, Canonicos,, Sit ita. Sed lapsu temporis, ingravescente persecutione, tandem in Ecclesiam Ultrajectinam prætensâ Religione Reformatâ, superinductâ inhonestâ missione Canonicis, exauctoratis ut in decursu Historiæ vidimus; dirutis Altaribus, abcimis ad Acatholicos translatis, Censibus, Denique Ecclesiastica proscriptâ, Jurisdictiotribunali everso, quomodo conservatum est Capitulum? Et ad quid, ad quem effectum, aut in quem finem conservari debuit, ubi Canonici, non poterant officium suum peragere; nec Capitulares, jurisdictionem exercere; nec Capitulum, habere splendorem suum, aut imperium?

Et verò non est admodum difficile, ut statuamus sub quod, vel quale tempus, Capitulum Ultrajectinum extinctum fuerit quoad jurisdictionem Ecclesiasticam. Docet Ephesinus, (r) & fatentur Adversarii (s) quod Catholicis Canonicis ad Præbendas ingressus patuerit usque ad Annum dumtaxat 1622. Cùm igitur secundùm modernam Ecclesiæ disciplinam & Sacrorum Canonum dispositionem (t) sine præbenda nullus esse possit verus Canonicus cum plenitudine juris Canonicalis, & sine Canonicis nullum

 Capi-

(n) Bat. Sac. p. 158. & 359. Proc. denuò aff p. 30. 31. & seq. (q) Ibid. (r) In App. n. XI. Litt. V. & Cap. *Dilectus filius* n. de Præbend. (o) Bat. Sac. p. 139. (t) Aff. Jur. loco cit. (p) Aff Jur. pag. (t) Cap. *Relatum*

Dis. VI. An Capitulum Ultrajectinum se conservatum dici debeat, ob datam facultatem conferendi Beneficia?

Capitulum, non incongruè dixeris, Ultrajectinum Capitulum extinctum fuisse, aut saltem defecisse post Annum 1622.

Nec dicant Ultrajectenses, quod Canonicorum nomen retinuerint. Falsum id esse, postea docebo. (u) Jam, cùm sine institutione Canonica Beneficium Ecclesiasticum obtineri non possit, dicant à quo hanc Institutionem consecuti sint. Respondent bifariam; & objectos supra Canonicos à Rovenio, ipsos verò modernos à se mutuò institutos nugantur, cùm se mutuò elegerint. Sed qua lege, quo Canone? Vidimus in limine Historiæ (v) tres distinctos atque diversos fuisse Canonicatuum atque Præbendarum Ultrajectensium Collatores. Graduatorum Collegium providit præbendis affectis. Pontifex pro non affectis, habuit menses Apostolicos, Turnarius suos. Graduatorum Collegium numquam fuit perfectum, nec integrè constitutum; (x) nam Scheockius Antistes, durante vitâ, tantùm contulit quinque ex novem Præbendis quarum pro prima vice collatio ei competebat; & Sacerdotibus Ultrajectensibus nullo jure datum est, ut Archiepiscopi vices supplere possent in prima Præbendarum affectarum provisione. Si ad liberas, ut loquimur, Præbendas elegerint, doceant, quod nec in Pontificios, nec in Turnarii jura involarint. Quomodo ergo se mutuò elegerunt, aut eligere potuerunt?

Sed, ut ad propositæ quæstionis examen propiùs accedamus, commemorandum est illud, quod præbendarum, seu Canonicatuum collationes quas nobis objecerunt Adversarii, factæ sint omnes omnino auctoritate Apostolica: quod arguit Capitulum Ultrajectinum jam tum ad tantam pervenisse impotentiam, debilitatemque, ut jure suo uti non valuerit: Jure, inquam, Patronatûs, quod per Philippum Rovenium vigore Indulti Apostolici (collator enim Ordinarius non erat) tot subsequentibus annis usurpatum vidimus.

Malè proinde argumentantur illi (z) dum Capitulum Ultrajectinum perstitisse, & non defecisse probare nituntur ex eo, quod Summi Pontifices Vicariis Apostolicis facultatem fecerint conferendi omnia Beneficia Ecclesiastica, Canonicatus, Dignitates, Prælaturas &c. Nam ex hac concessione Apostolica inferre debent contrarium. Etenim si perstitisset Capitulum, si Sedes Episcopalis mansisset erecta, S. Sedes, quæ ut pia Mater, singulis Ecclesiis sua jura conservat, Beneficiorum provisionem reliquisset Collatoribus Ordinariis.

Quia verò illi ipsi
puta Episcopus, G
Turnarius &c. defe
Auctoritate Apostol
videndum fuit, qua
servari & à Cathol
& spes supererat, r
Ultrajectinæ illata.

Et verò, si ad C
servationem quidq
rum Pontificum fol
Ecclesiasticis per I
utcumque cautum
perstitisse etiam, ac
ni ruina sese exemi
se, Groeningense,
Facultates Apostoli
neficiis Ecclesiastici
quoque, & ad re
Belgii Diœceses; &
non ausint asserere,
existere, uti ex jan

Hic igitur Lector
rem intentos volo. (
jectini undecim Ca
misimus, non conce
ut ipsi rursus clam
1670. vitam protra
vatum volunt Capit

Sed quænam est h
Homines illi, vel fa
gismi sunt domi suæ
Episcopatûs Daventr
lo, novisque curis e
ctor profert Diplom
Anno 1622. testimon
thedrali Capitulo D
vem Canonicis Grad
rum nominibus ena
thedralis Ecclesiæ
enuntiat atque decla
est ibidem (c) videl
sius, vitam protraxit
Numquid hic paria f
jectenses, Daventri
propterea Ultrajectin
ex ea die usque ad
se ac perstitisse Cap
Minimè gentium; im
interisse apertis verb
bus enim testatur: (
tula Belgica debilissim
fecisse visum. Et H
bornius in præcitata
Daventriensis; (e) *o*
ligionis, Collegium he

Hæc ego rursus do
motus Religionis Cap

(u) Vide infra fol. seq. col. 1. (v) Sup. Ar. 1. fol. 4. (x) Vide sup. Ar
Sac. p. 12. (z) Bat. Sac. pag. 53. col. 1. (a) Aff. Jur. pag. 32. (b) I

(d) *Ziet daer men grypt maer het Capittel van Deventer aen, dat*
Capittels was, en naderhand oock schynt beswecken te wesen. Protest.

(e) Fol. 33.

Digitized by Google

collapsum sit potiùs, quàm Ultrajectense, ubi motus Religionis & fervidiores fuerunt & frequentiores?

Ecce aliud argumentum. Joannes Neercasselius Episcopus Castoriensis Vicarius Apostolicus, à S. Congregatione jussus explicare nonnulla puncta *Relationis* suæ de statu Missionis Hollandicæ, inter alia memineràt de Capitulo Aldenzaliensi, dixeratque, superesse Canonicos aliquot, sed Capitulum ipsum haud conservari posse. Hæc cùm clariùs enuntiari desideràssent Eminentissimi Patres, Neercasselius Anno 1663. (*ee*) respondit in hæc verba: (*ff*) „Ad quintum, Aldenzaliense Capitulum ideò habet adhuc aliquos Catholicæ Religionis „Canonicos, quia Civitas illa, ea sè lege „Ordinibus dedit, ut Canonici, qui tum „omnes erant Ecclesiastici, quoad viverent suis fruerentur Præbendis. Demortuis verò non succedunt nisi hæretici, „unde brevi tempore ex solis constabit hæreticis, nec est ullus modus illud Capitulum conservandi.„ Bene habet. Judice Neercasselio non est ullus modus conservandi Capitulum Aldenzaliense, quia demortuis Catholicis Canonicis succedunt Acatholici: atqui Ultrajecti, demortuis Catholicis Canonicis successerunt Acatholici, ut Nos docuimus in Historia, & Adversarii fatentur: Ergo, judice Neercasselio, non est ullus modus conservandi Capitulum Ultrajectinum. Res erit curiosa, & amœna valdè, si hanc argumentationem possint evertere.

Quid causæ esse dixeris, quod unum Capitulum potiùs quàm aliud subsistere velint, ubi eamdem omnes Ecclesiæ Fœderati Belgii necessitatem, ruinamque subierunt? Quænam est illa in communi calamitate, unius præ reliquis immunitas, ut eversis Daventriensi, Groeningensi &c. Episcopalibus Sedibus ac Capitulis, solum Ultrajectense Capitulum manserit erectum? Hi furorem placaverint hæreticorum, & reliqui non invenerint gratiam in oculis persequentium & devastantium eos. Edisserant nobis, si possint, elegantem fabulam hanc.

Lepidum etiam est, quòd Erckelius (*f*) Opusculi sui Paragrapho octavo hunc titulum faciat: *Cur Ultrajectini minus expressè & constanter, quàm Harlemenses* CAPITULI NOMEN *retinuerint*? De Harlemensibus hodiè quæstionem nolo. Sed numquid Ultrajectini hic subscribunt Capituli sui ruinæ? Rem perdiderunt, ut suprà vidimus, & in decursu hujus Disputationis patebit ampliùs; jam de *nomine* solliciti sunt. Sed illud ipsum nomen perdiderunt jam tum sub initium mutatæ Religionis.

Status Provinciæ Ultrajectinæ tribus membris componitur, adinstar Ordinum Brabantiæ; ex Ecclesiasticis nimirum, Nobilibus, & sex Oppidorum Deputatis conveniunt vi potestate instructi. Prostratâ Religione Romano-Catholica, non licebat Ecclesiasticis nostris in Rep. administranda partem habere, ut in Historia tradidimus. Igitur ad constituendum primum Status illius membrum, Catholicis Canonicis Acatholici surrogati sunt, attributâ his perceptione Decimarum & proventuum qui ad illos antea pertinuerant. Et hac ratione Capitula quinque Ecclesiarum Trajectensium in hodiernum usque diem subsistere dici possunt, nempe quoad fructus, qui in manibus Acatholicorum sunt. Sed, quod ad rem præsentem facit, illis ipsis Acatholicis, qui Canonicis Catholicis successerunt, cessit etiam nomen & *Canonici* appellatio, adeò ut etiam in Nuncupationibus publicis ament vocari *Dom-Heeren* ad imitationem Coloniensis, aliarumque Germaniæ Ecclesiarum Cathedralium. Hanc *Canonici* appellationem, moderni Ultrajectini usurpare non audeant, nisi, Erckelio ipso teste & monitore (*g*) *supremæ potestatis gravissimam iram provocare, & se Legum pœnis objicere* velint. Rem igitur perdiderunt, & ipsum *nomen* Rei.

In eodem Opusculo suo, adactus veritatis *vi* & efficaciâ, quæ invitos & nolentes quandoque cogit ad sui agnitionem, confessionemque; ita ingenuè scripserat: (*h*) *Fatemur nos Basilicis publicis exclusos, & Prabendarum ac Pastoratuum pristinis proventibus orbatos. At non propterea juribus spiritualibus sumus exuendi.* Rationem non addidit, quia non invenit. Sed in alio posteà Opusculo, diu luctatus cum hac difficultate, nec tamen emergens, respondet, (*i*) hanc esse judaicam sententiam, eò quod Judæorum animis hæc insedisset opinio: *Capitula, eorumque Dignitates externis bonis atque facultatibus alligatas esse.* Et privationem proventuum Ecclesiasticorum *nihil causa sua efficere* ait, *nisi apud homines in terram demersos, inque Judaicam corruptos cæcitatem.*

Hæc maledicta proinde conveniunt Patribus Sacro-Sancti Concilii Tridentini, (*l*) qui redditus Ecclesiasticos adeò conservatos voluêre, ut mandaverint, tenuiores Cathedrales Ecclesias, ac Præbendas ita augeri, ut Episcopali Dignitati, Ecclesiarum necessitati, ac sustinendo decenti Canonicorum gradui responderent. Sic modernam Ecclesiæ disciplinam, & OEcumenici Concilii dispositionem sugillat nudus ille Presbyter, nullâ umquam Ecclesiasticâ præbendâ

Diss. VI. An Capitulum Ultrajectense conservatum dici debeat, ob datam facultatem conferendi Beneficia?

(*ee*) Illo Anno responsum datum fuisse, constat ex Append. Monum. N. LXVI. Litt. A. (*ff*) Append. N. LXIV. (*f*) Aff. Jur. pag. 47. (*g*) Ibid. pag. 48. (*h*) Ibid. pag. 17. (*i*) Prot. Aff. p. 18. Edit. Fland. & Prot. denuò aff. p. 31. & alibi. (*l*) Sess. 24. de Reform. cap. 13 & 14.

Diss. VI. An Capitulum Ultrajectense conservatum dici debeat, ob datam facultatem conferendi Beneficia?

bendâ donandus, aut dignus, quamdiu Excommunicationi majori damnabiliter insordescit, tot jam Annis. Cæterùm si quid tota per Orbem frequentat Ecclesia, quin ita faciendum sit disputare, insolentissimæ insaniæ esse, olim pronuntiavit S. Augustinus.

Quid, quod ne simplices quidem Clerici ad Sacros Ordines promoveri possint (*m*) *nisi priùs legitimè constet, eos Beneficium Ecclesiasticum quod sibi ad victum honestè sufficiat, pacificè possidere .... Patrimonium verò vel pensionem obtinentes ordinari posthac non possint, nisi illi, quos Episcopus judicaverit assumendos pro necessitate vel commoditate Ecclesiarum suarum.* Agnoscent saltem & reverebuntur Concilii Decretum! Attendant etiam, ut in Historia docuimus, (*n*) quod deperditis pro parte proventibus Mensæ Archiepiscopalis Ultrajectinæ, PIUS IV. eidem providerit de ampliori dote, ad tuendum Dignitatis Archiepiscopalis statum. Si rationem quærant, conficitur id quod jam sæpe diximus, scilicet rè re Ecclesiæ non esse, præsertim his temporibus, ut præsint ulli, sive primi, sive secundi ordinis Sacerdotes, nisi cum splendore externo, & cum temporalium bonorum adminiculis, sine quibus spiritualia diu esse non possunt; proindèque præesse non possunt, ut oportet.

Hæc disciplina non est primùm instituta aut introducta à Concilio Tridentino, quippe omnium est seculorum, saltem ab eo tempore, quo, etiam externo spendore, florere cœpit Ecclesia Dei. Olim quidem Celsus Jurisconsultus, referente Origene, Christianis objecerat, Conventus eos, suaque Sacra celebrare in pauperum tuguriis, aut tabernis. Aliter per temporum injuriam non licebat. Sed ab eo quo diximus tempore, Canonistarum omnium est sententia, *quod Episcopalis Dignitas non debet concedi, vel residere nisi in Civitatibus numerosis & insignibus ne vilescat .... quod Episcopis prima debetur Sedes, & præcipua omnium rerum agendorum auctoritas*, ut post Trid. Barbos. ad cap. *Episcopalia x. de privil. & exces. &c.* Procurent Ultrajectini auctoritatem hanc, sive Episcopo, sive Capitulo, & tum demum loquantur.

Non est quod hominem ampliùs morer dum pugnat (*o*) exemplo quinque Canonicorum Capituli Sylvæducensis, qui Anno 1658. Judocum Houbraecken elegerunt in Vicarium Capitularem Sedis vacantis, & per Acatholicos occupatæ. Non est par causa, aut ratio inter Sylvæducenses illos & Ultrajectinos nostros, uti à viginti ferè Annis demonstravit alius. (*p*) Sed cùm ex hoc ipso exemplo pateat, Capitula destrui & extingui, occupatâ per alterius Religionis Cul-

tores Ditione, & tra[...]
collapsarum hunc in[...]
heis possessarum Ecc[...]
dem spectare, subjic[...]
Historia Episcopatus[...]
edita, ubi pag. 118[...]
instituit sermonem.

„ Anno 1658. die[...]
„ (*Judocus Houbrae*[...]
„ neralem Diœcesis S[...]
„ à P. van Zoerend[...]
„ Ludovico Smeyers[...]
„ Henrico Palsman[...]
„ dralis Ecclesiæ S[...]
„ post captam à Fœ[...]
„ tatem supererant, q[...]
„ mortem usque gav[...]
„ illi, ex Sacrorum[...]
„ se tunc Capitulum[...]
„ tes, surrogatos es[...]
„ tium Episcoporum[...]
„ & jurisdictionem[...]
„ eam alteri posse c[...]

„ Verùm Anno 1[...]
„ corpore & animo[...]
„ præfatis, noluit A[...]
„ tifex, ut ultra m[...]
„ nium cura penes[...]
„ consequenter Vica[...]
„ daria penes Domir[...]
„ rum Capitulo isti[...]
„ nonicum Antverp[...]
„ ctitas sua Vicariat[...]
„ vit, ac deinceps s[...]
„ que Anno jam me[...]
„ nistrandum Illust[...]
„ nio Alberto de Al[...]
„ ræmundensi, viven[...]
„ mino Houbraecken[...]

„ Cùm autem hic[...]
„ Cathedra Ruræmu[...]
„ Gandavensem, Vic[...]
„ Sylvæducensem ab[...]
„ simus Dominus Jac[...]
„ temporis Internunt[...]
„ gio, dein S. R. E.[...]
„ pore administrand[...]
„ Hubenio S. T. B.[...]
„ Mol in Campania[...]
„ hujus Epitaphio inf[...]

„ Interim Dominus[...]
„ incassum motis dil[...]
„ ctionem sibi collat[...]
„ luit causam suam j[...]
„ mittere: atque *ag*[...]
„ *esse jura Cleri aut*[...]
„ *utique non ampliu*[...]
„ tum humiliter à C[...]
„ & obtinuit. Antver[...]
„ 1681. die 20. Maii[...]
Huic testimonio s[...]

(*m*) Sess. 21. Cap. 2. de Reform. (*n*) Art. 2. fol. 3. (*o*) Aff. Jur. pag[...]
plica ad Libell. cui titulus: Refut. Resp. pag. 16.

hæc: primum, quod Capitulum Ultrajectinum Vicarii Generalis electionem numquam celebraverit, prout hic factum fuit per quinque Canonicos Sylvæducenses. Secundum, quod defuncto Judoco Houbraecken, Archiepiscopus Mechliniensis tamquam Metropolita, tentaverit Diœcesi Sylvæducensi Vicarium constituere, sed irrito conatu; res enim ad S. Sedem deferenda erat, & porrò delata fuit; dato Guilelmo Bassery eidem Ecclesiæ Vicario Apostolico.

Ex hactenus dictis, tam in decursu Historiæ, quàm in superioribus Dissertationibus, unusquisque facilè intelliget, quis fuerit Ecclesiæ Ultrajectinæ status, lapsus & ruina sub Archiepiscopo Schenckio, & Vicario Apostolico Sasboldo. Si ad viciniora tempora properemus, non offerunt se nobis læti ora. Ponentur & hæc, quasi in speculo, ob oculos; sed cùm occurrant in illis & maculæ & vitia & vulnera, quæ intuentium oculos, animumque distrahent ideo eidem attque divertent, præmittenda sunt quædam velut communia & generaliora principia, quorum memorem esse Lectorem volo, antequam in dentium nemus subintret. Servient & hæc, ut nos in illas ad quas ducimus semitis, in has non conjiciamur angustias, ut explicandæ rei gratiâ, duobus eadem, pluribusve gressibus frequentanda sint.

Diximus, ab Apostolica Sede concessam fuisse Vicariis Missionis Hollandicæ, facultatem providendi Beneficiis Ecclesiasticis. Vidimus, quid ex hac largitione & providentia Apostolica inferant illi perperam, & malè. Hoc volo prænotatum, adnotatumque: quod Sedes Apostolica sollicita fuerit, non tantùm de prima & primaria, quæ Ecclesiam Batavam afflixit, vastitate, sed de minoribus etiam inflictis eidem vulneribus. Vidit eversas Sedes Episcopales, & hoc gravissimè tulit: Vidit minora Beneficia Ecclesiastica perdita, & hoc non neglexit. Letali vulneri cicatricem obducere studuit per Vicarios Apostolicos à se missos, & ut hi minoribus quoque læsionibus curandis essent intenti, secundis quasi curis pia Mater providit, prospexitque. Primus, minoribus sauciationibus curandis adhibitus Medicus Sasboldus Vosmerus, medicatus est ut potuit. Cùm curare non posset, alius morbi artifex missus est, Philippus Rovenius. Is etiam non suffecit. Datus est tertius, Jacobus De la Torre. Is nihil potuit, nihil operatus est, quòd putaret ac perspiceret malum non posse converti ad salutem. Non destitit propterea S. Sedes medicis ordinandis, mittendisque; & singulis subinde Vicariis Apostolicis, eamdem quam diximus facultatem concessit.

Quid hinc inferes legitimè, rectèque? Nisi unum illud, quod S. Sedes Missionis Hollandicæ salutem neutiquam neglectui habuerit. Nemo dixerit, plagam esse sanabilem, multò minùs curatam, ob hoc solùm, quod alii atque alii ad vulneratum adducantur Medici. Quare ergo volunt Adversarii nostri, Beneficia Ecclesiastica in Ultrajectina Diœcesi conservata, quòd alii atque alii iisdem providendi facultatem acceperint? Dicamus quod res est: optavit S. Sedes, & optat etiam nunc, ut Beneficia Ecclesiastica quæ per Fœderatum Belgium fuerunt sexcenta, id est magno numero, conservari potuissent, aut reperi pro splendore Ecclesiæ, & pro sustinendo decenti Canonicorum gradu, & ideo tanta in hanc rem curâ incubuit. Sed temporum iniquitate perierunt omnia, quemadmodum Adversarii ipsimet fatentur, (q) quantumvis inviti; fatentur tamen. Id cùm agnoscant, profectò patienter ferendum est, non illolidè contradicendum.

Dis. VI. An Capitula in Ultrajectense conservata dicebent, ob datam facultatem conferendi Beneficia?

Quid illi igitur tam sæpe repetunt, quod Philippus Rovenius in *Relatione* Anni 1622. scripsisset ad S. Sedem his verbis: (r) *In Hollandia & Confœderatis Belgii Provinciis præter Capitulum Metropolitanæ Ecclesiæ Ultrajectensis, adhuc duo alia Capitula Cathedralium Ecclesiarum toto turbarum tempore perstiterunt, & usque hodie exstant, scilicet Harlemense & Daventriense &c.* Hæc dicuntur ex desiderio magis, atque ex voto, quàm ex rerum proprietate ac veritate, ut ex ipso Rovenio evictum dabo.

Prænotatum volo, quod, cùm afflictis non esset addenda afflictio, ideo has & similes *Relationes*, & de statu Rei Catholicæ apud S. Sedem exhibitas notitias, Summi Pontifices dissimulaverint silentio, ne deficeret animus strenuè laborantibus, si S. Sedes annuntiasset sua se opinione falli, & derelictos esse ab omni spe.

Scripsit hæc Rovenius Anno 1622. quem ultimæ spei annum vocabimus. Illo enim tempore ad Præbendas Ultrajectenses Catholicis ingressum patuisse, & non ultra, docuerunt jam statim Adversarii. Unde ipse prudenter, & quasi deditâ operâ adnotat: ad illud solummodo tempus, usque nobis, tria illa Capitula exstitisse. Si enim una, eademque est ratio trium à se memoratorum Capitulorum; si in una classe ponenda sunt; si una omnium sors est; dicendum est hoc tempore, quod omnia tria interierint, idque judice Rovenio.

Adversarii ejus verba truncarunt. Rovenius Anno 1622. magnam sustinuit litem contra Regulares, præcipuè Societatis JESU, qui in Missione Hollandica Vicario Apostolico subesse detrectabant. Obtulit S. Sedi *Relationem* Missionis, quam postea etiam exhibuit Archiepiscopo Mechliniensi &

Qqq

(q) Aff. Jur. pag. 17. (r) Bat. Sac. pag. 83.

Diss. VI. An Capitulum Ultrajectense conservatum dici debeat, ob datam facultatem conferendi licentias?

& Suffraganeis ejus, quam ex Archiviis dicti Archiepiscopatûs desumptam ante oculos habeo, manu ipsius Rovenii conscriptam; qui post objecta verba subjungit sequentia: *Tria vero reliqua Capitula Cathedralia Middelburgense, Leovardiense, & Groeningense interierunt, ut nulli sint ibi Canonici.* Si viveret Rovenius, nullos Ultrajecti Canonicos esse agnosceret, & inde Ultrajectinum Capitulum interiisse incunctanter asseveraret. Potuit igitur Rovenius, si ita velis, Anno 1622. loqui, ut locutus est: non possumus id nos, postquam Fœderati Belgii status mutatus est; postquam in confesso est, quod Ultrajectini *Basilicis publicis exclusi, &* PRÆBENDARUM, *ac Pastoratuum pristinis proventibus orbati sunt*; postquam denique per Tractatum Monasteriensem Anni 1648. Rex Hispaniarum, & omne à se Imperium abdicavit, & omnes spes Catholicorum abrupit.

Multo minus movere nos debet quod de eodem Rovenio referunt, qui Anno 1638. ad Summum Pontificem URBANUM VIII. scripsisset his verbis (*s*) de Jacobo de La Torre: *Lator harum est Presbyter & Canonicus Ecclesiæ Archiepiscopalis Ultrajectinæ.* Adscripserat illi Rovenius Præbendam uno ante Anno. Sed in Adversarios rejicimus onus probandi, quod illam præbendam reipsà assecutus sit, cùm Catholici jam à quindecim annis essent exclusi. Contulit igitur Rovenius Jacobo de La Torre præbendam omnino similem illis Episcopatibus, quos Pontifex confert *in partibus.* Et verò quid non sperant miseri? Profligatis rebus id assolet, ut cùm res haberi non potest, contenti simus vani nominis & honoris gloriolà.

Sed ne fatigentur Adversarii, in quærendis frustra probationibus, quæ nullibi reperientur, & ne Lector putet quidquam gratis asseri à Nobis, onus probandi assertionem nostram suscipiamus ipsi. Dico La Torrium Anno 1637. assecutum esse Cano[nica]tum sine Præbenda, imò non Canonica[tum] sed Canonicatûs umbram, vanamque & [ina]nem gloriationem. Quid si La Torrius id senserit, dixerit, scripserit? Res co[...] bit omnibus qui veritatem suscipiunt, e[...] cùm ingrata est. Atqui La Torrius in [...] sa Relatione suæ Anni 1656. hæc habet

„ Notandum hic venit, quod per [...]
„ Unitas Provincias, Cathedralium &
„ legiatarum Ecclesiarum Præbend[as]
„ Vicarias Fisco suo addixerint Statu[s]
„ tici hæretici, prætetquam, QUOS
„ IN CIVITATE CANONICALES [PRÆ-]
„ BENDÆ NOMINETENUS, unà tam[en]
„ fructibus, de tempore in tempus
„ successivè per Præbendatos, per [...]
„ seu per *Turnum*, ut vocant, col[...]
„ quod ad Annum usque 1622. m[...]
„ personas etiam Orthodoxas æquè [he-]
„ terodoxas; SED QUOD AB ANN[O]
„ Edicto per Provinciæ hujus (*Ul[trajecti]-*
„ *næ*) Ordines publicato, VETITI[...]
„ RIT, ne quis imposterum ad P[...]
„ illas posset promoveri, qui non
„ profiteretur eorum hæresim Cal[vinianam]
„ quam veram Christianam Religi[onem]
„ ipsi proclamant, ATQUE HINC [...]
„ TEMPORE CATHOLICIS NO[N] [...]
„ ILLAS ULTERIÙS RELICTUS [...]

Patet, opinor, La Torrio datum [...] lum sine re. Etenim Anno 1637. collatus ipsi fuit Canonicatus, ad Annum 1622., post quem nulli [...] das Ultrajectenses relictus est [...] quis publicè profiteretur Religi[onem] tensè-Reformatam, quod de La [...] ci non potest.

Habemus, nî fallor, quod o[...] Viri, non fuerint Canonici, ade[o ut] capite dicere non liceat, Capit[ulum Ultra-] jectinum conservatum fuisse. V[...] conservari *potuerit*.

DISSERTATIO VII[I]

An in Ecclesia Ultrajectina Capitulum M[etropo-] liticum, ejusque jura *potuerint* conserv[ari]

HÆc quæstio à Lovaniensibus resolvitur secundo loco, & tuentur ipsi partem affirmantem.

Dicunt ipsi, certum esse, *Capitulum Cathedrale tamquam Clerum repræsentans, nequaquam jura sua mutuare ab Episcopo, sed Episcopum & Capitulum omnem suam jurisdictionem & auctoritatem mutuare ab Ecclesia.*

Paucis verbis multorum proferunt errorum semina. In primis, Capit[ulo] attribuunt jurisdictionem vi [re-] præsentationis, *tamquam Cle[rum repræsen-] tans.* Edoceant, quo Conc[ilio, quo Ca-] none, defuncto Episcopo [...] auctoritas Clero sit, aut [...] Scimus Doctorem Van E[...] Libelli cui titulus: *Motivu[m ...] Cathedrali Harlemensi*, id as[...] gumento Epistolæ Cleri Ro[...]

(*s*) Prot. Aff. pag. 30. edit. Fland. (*t*) Append. Monum. N. XI. Litt. V. sup. fol. 97

nensem; & Joannem Christianum Erckelium *in Assertione Juris*, (*t*) qui & adjunxit exemplum, quo Marcion petiis à Presbyteris Romanis, ut ad communionem admitteretur; sed nec Epistola, nec Exemplum quidquam simile probant. Quis dubitat, quin Clerus Romanus gregem diligenter debuerit custodire? Eadem sanè obligatio incubuit Carthaginensibus Pastoribus; non ea de re nequaquam contendimus. Credunne illi bonâ fide, Clerum Romanum, defuncto Pontifice Fabiano, Pontificalem exercuisse supremam Jurisdictionem; aut Carthaginensem Clerum, defuncto Cypriano, Episcopalem? Id nequaquam illis dabimus, neque dari sinunt veteres Ecclesiarum mores (qua de re alii latiùs disputarunt) ex constanti & Canonica traditione, qua scilicet certum est, in veteri Ecclesia, non Clero vacantium Episcopatuum curam & custodiam fuisse demandatam, sed Metropolitano, aut Episcopo visitatori.

Cessat ergo tacita illa labes, quâ conantur ostendere, Capitulis hodie jurisdictionem competere jure quodam subrogationis in locum Cleri, quod eo est absurdius, quod ipsos nequaquam lateat, hanc Capitulorum jurisdictionem longè recentioris esse Disciplinæ & jurisprudentiæ. Habent igitur Capitula jurisdictionem ab ipso jure communi, & à Pontificis legislatoris auctoritate, cui accessis ultimi Concilii OEcumenici assensus & Sanctio.

Quod jurisdictionem omnem atque auctoritatem residere in Ecclesia contendant, id præmeditatâ obscuritate loquuntur. Faciuntne sermonem de Ecclesia Universali, an verò de Ecclesia quapiam particulari? Si de Ecclesia particulari, petemus à quo hæc ipsa Ecclesia auctoritatem & jurisdictionem mutuata sit. In eas ergo conjiciuntur angustias, ut tandem in fonte figant pedem, id est in ipso, de quo superiùs, Ecclesiæ Capite visibili.

Ut probent, mortuo Episcopo, jurisdictionem integram esse penes Capitulum, ineptâ utuntur cavillatione, quæ loquacitatem magis sapis, quàm sensatum sermonem. *Tametsi*, inquiunt, *Episcopus reputetur & sit caput suæ particularis Ecclesiæ, suique Cleri, nequaquam tamen censeri potest* CAPUT ESSENTIALE, *à quo ipsa jurisdictio & auctoritas regendi Ecclesiam defluat in inferiorem Clerum, sed unicè considerari potest, ut* CAPUT MINISTERIALE *Ecclesiæ, sive ut primus & principalis hujus Ecclesiæ Minister, qui unà cum inferioribus Ministris auctoritatem spiritualem, penes ipsam Ecclesiam residentem, ministerialiter exercet.* Quo Concilio, quo Canone inauditam sententiam, novamque distinctionem hauserunt illi? Et quid Episcoporum derogant Dignitati? Penè est, ut Episcopus ille sit, primus inter pares. Elocutione illâ non utuntur quidem illi qui hactenus scripserunt adversus meliorem causam, sed certè non multùm abhorrent à re, per continuam illam, quâ urgentur, libidinem, ut Episcopali detrahant dignitati quantùm illis vires, calamique suggerunt.

Hac in re non consulunt, non sequuntur vel ipsum Thomassinum, Auctorem ipsis tamen valde adamatum. Ille tradit (*u*) Patrum & Conciliorum consensione unanimi firmatum esse, *non posse Ecclesiam sine Episcopo constare, ut nec corpus sine capite, a quo jugis vitæ fons scaturiat, & in omnes artus perlabatur. Non enim potest Ecclesia esse sine Episcopo*, aiebat olim *Chrysostomus*.

Adjungemus Cardinalem de Luca. (*v*) *Cathedralitas præsupponit actualem existentiam Episcopi, nam ut pluries supra hoc eodem titulo advertitur .... Corpus Cathedraticum efformatur ab Episcopo tamquam capite & à Capitulo tamquam reliquo corpore, sive Ecclesia dicitur sponsa, habens in sponsum Episcopum.*

Est igitur Episcopus CAPUT ESSENTIAle, licet illi hoc negent; sed sine auctoritate, & sine Canone. Hunc Canonistam eò lubentiùs producimus, quod illi perperam utantur ejusdem auctoritate ex *Disc. 35. ad Sac. Conc. Trid.* ubi docet, jurisdictionem Episcopalem, Sede vacante, ad Capitulum devolvi *ex ratione juris non decrescendi*. Quid hoc magni refert? Dixitne ibi Eminentissimus Cardinalis, Episcopum esse CAPUT MINISTERIALE, non ESSENTIALE? Docuitne Episcopum tantùm esse primum & principalem Ecclesiæ Ministrum, qui unà cum inferioribus auctoritatem ministerialiter exercet? Minimè gentium. Jam ostendimus, in subjecta materia longè aliter Cardinalis suspici Episcopum; qui Jurisdictionem per se, & solus exerces, qui consilium Capituli quandoque tenetur petere, sed sequi non tenetur; prout idem Cardinalis disersè post alios docet in *Trac. de Can. & Cap. Disc. 1. n. 9.* Ecce igitur causam Adversariorum, & suis & suorum & nostrorum auctoritate confossam, protritamque. Dixit quidem ille Auctor, loco ab ipsis citato, jurisdictionem atque Ecclesiæ administrationem devolvi ad Capitulum Sede vacante, sed res hæc omnibus est obviàm, omnibus nota. An Devolutio fiat ratione juris non decrescendi, an verò jure accrescendi, inter Canonistas non convenis. Quidquid sis de hac contentione, certum est, Capitulis hanc jurisdictionem non competere suo jure, sed alieno beneficio, prout loquitur Jurisconsultus *in l.*

Diss. VII. An in Ecclesia Ultrajectina Capitula Metropoliticum, ejusque Jura potuerint conservari?

(*t*) Fol. 55. (*u*) Part. 1. lib. 2. cap. 3. n. ult. (*v*) Tract. de Præeminent. Disc. 32. n. 7.

Diss. VII. An in Ecclesia Ultrajectina Capitulū Metropolitanum, ejusque Jura potuerint conservari?

in l. 5. ff. de Jurisd. Quippe notum est: Jure speciali, & lege positiva, Capitulis concessam esse hanc jurisdictionem vacante Sede, quod nec Adversarii ausint negare.

Palmare argumentum, ut apparet, visi sibi sunt invenisse, ubi à vacatione exigui temporis, argumentum ducunt ad diuturnam. Quemadmodum, inquiunt, *Capitulum Cathedrale in solidum & integraliter, vacante Sede per mortem Episcopi, conservat jura sua, eaque plenâ auctoritate exercet (neque enim diuturnior Sedis Episcopalis vacatio, quidquam de jure Capituli imminuit) ita quoque Capitulum Metropolitanum Ultrajectense, integrum, quoad omnia sua jura, se conservare potuit; tametsi... numquam Episcopus huic Ecclesiæ (impedientibus Magistratibus Acatholicis) dari potuisset.* Hæc cavillatio in ore, in scriptis omnium est. Ut fallaciam ponamus ob oculos, primò pernegamus subsistere Capitulum Ultrajectense, ex quo extinctum est caput Anno 1580. sine spe præficiendi alterius capitis. Sed de hac re opportunior locus erit dicendi ad quæstionem tertiam. Fatemur, Capitulis concessum esse jus exercendi jurisdictionem, Sede per obitum Episcopi vacante, sed quæso de qua Sede loquuntur hic jura? Dicentne loqui de quacumque Sede? Dicemus in animo ipsis esse ut fallant. Provocamus ad Corpus Juris Universum, omniaque Concilia, licet hoc ipsum non sit admodum necessarium. Perscrutentur illos ipsos Canones, qui Capitulo jurisdictionem primi, medii, aut ultimi concesserunt, his enim terminis, atque his casibus Capitulorum jurisdictio censeri, definirique debet. Loquuntur igitur de Sede, quæ impleri potest. Sed hic audiendi sunt pariter, promisimus enim ipsis utramque aurem.

„Sedes Episcopalis, inquit Doctor van Espen alio in loco, (*x*) subsistere potest sine „Episcopo, etiam pluribus seculis, uti patet in tot Sedibus Episcopalibus in partibus Infidelium, ad quas etiamnum hodie „tamquam ad titulos Episcopales ordinantur Episcopi titulares; ergo etiam Clerus Ecclesiæ Cathedralis, sive Capitulum „Clerum illum repræsentans, potest subsistere & manere Cathedrale, ipsique Sedi Episcopali integer adhærere, nullo existente Episcopo; „ Vel; ut jam Doctores Lovanienses enuntiant, *diuturnior Sedis Episcopalis vacatio nihil de jure Capitulorum imminuit.*

In hoc Systemate, Assumptum probant ipsi hoc modo: (*y*) Si totus Oriens, aliæque partes Infidelium ad Fidem Romanam adducerentur, Sedes quæ ibidem sunt Episcopales, à Summo Pontifice impleri possent sine nova erectione, igitur Sedes illæ subsistunt sine Episcopo etiam per plura secula.

Achillem hunc unâ distinctione conf[...] mus. Sedes quæ in partibus Infidelium [...] Episcopales, etiam per plura secula su[...] stunt intellectualiter, non jurisdictione potestate actuali, & qui ad illas ordina[...] Episcopi, sunt intellectualiter ac de[...] nativè tales, sine jurisdictione actuali. [...] jus rei exemplum sit Petrus Codde, quamvis verus Episcopus fuerit, no[...] men fuit Archiepiscopus, seu sponsus [...] clesiæ Sebastenæ, nisi intellectualiter & nominativè tantùm; nec alia jurisdi[...] præditus fuit in Diœcesim Sebastenam, qui in Oriente Vicarius Apostolicu[...] stens, & titulo Ultrajectinæ Ec[...] sectatus, habiturus esset in Diœc[...] trajectinam.

Et hæc distinctio nullam pariu[...] tatem in hypothesi superiore. S[...] Oriens & Fœderatum Belgium ou[...] rent ad Fidem Romanam, & a[...] Communionem; Sebastena, atqu[...] ctina Archi-episcopales Sedes im[...] sent sine nova erectione; id est. Se[...] de novo attribui non deberet t[...] certis terminis, limitibusque d[...] qui est intellectus particularis D[...] sed novis illis Sebasteno atque Ul[...] Archiepiscopis, à Summo Pontific[...] concedenda esset jurisdictio ac p[...] ritualis in subditos utriusque ili[...] rii; quæ potestas atque jurisdic[...] Diœcesim Ultrajectinam jam n[...] sed nec dari potest, ipsis Adve[...] tibus, ideo Episcopatus ille ja[...] sus est, eversus est, & illi n[...] nsit nudum territorium in Bull[...] descriptum, distinctumque; ad illa intellectualiter subsistere di[...] ad territorium, quo ab aliis [...] gii Diœcesibus separatur, a[...] quoad jurisdictionem ac potest[...] lem neutiquam, utpote quæ ib[...] sa, proscripta, protrita est.

Ex hac discretione atque d[...] sequens est, ut Sede Episcop[...] liter tantùm subsistente, & [...] ciente, collapsâ, atque ever[...] *rit* conservari Capitulum C[...] primitùs veluti corpus, Ep[...] capiti adhærebat; quod ca[...] sum sit, & per Pontificem[...] mè velit, reponi non possit [...] pitulum adhæreret? Si cap[...] 1580. mortuum est, Ca[...] ctinum adhærere fingas, [...] pore affirmes, nisi quod [...] tuum sit?

Et quid non absurdi ne[...] tur ex Adversariorum po[...] Sede Episcopali eversâ, p[...] subsistere possit Capitulu[...]

(*x*) Refut. Resp. pag. 9. (*y*) Ibid. pag. 14.

Digitized by Google

quirur, quod integris etiam seculis Episcopalis jurisdictio penes tale Capitulum fuerit, & quod Apostolica Sedes, cui omnium Ecclesiarum cura, invitis Adversariis, commissa est, de tali Ecclesia non debeat esse sollicita. Quis unquam legit vel audivit, imò quis somniavit, quod cùm Civitates Orientales, Palæstinæ, aut Hispaniarum in Saracenorum, Turcarum & Maurorum lapsæ sunt potestatem, permanente ibidem Catholicorum multitudine, etiam Capitula Cathedralia ibidem perstiterint, quæ prætextu Sedis vacantis, per integra secula jurisdictionem exercuerint Episcopalem, independenter, imò invita Sede Apostolica? Figmentum est, portentum est, inauditum in Ecclesia Dei, injuriosum Sedi Apostolicæ, Orthodoxæ Fidei periculosum, ipsis Ecclesiis perniciosum, & schismati obnoxium.

Evicimus igitur, argumentum illud palmare nullius esse momenti in hoc ipso casu quo à centum quadraginta, & quod excrescit, annis, decidit caput illius Ecclesiæ essentiale, nec adhuc potuit simili frondescere virga metallo, *impedientibus Magistratibus Acatholicis*. Unde hic non versamur in interruptione, sed in occasu, lapsúque Ecclesiæ Ultrajectinæ.

Nullo modo Adversariorum causam promovet *Caus.* 16. q. 3. *Can. porro.* 14. ubi de sola agitur præscriptione bonorum temporalium, & de jure postliminii. Utinam & nos versaremur in postliminii jure! Tum cum JOANNE VIII. palam liberet essari: *quantalibet prætereant tempora, juri non præjudicant Ecclesiarum.* Simili diluitur ratione Canon præcedens 13. desumptus ex Conc. Hispalensi, ubi de pari præscriptione agitatur controversia. *Sicut enim*, inquit textus, *per legem mundialem iis, quos barbarica feritas captiva necessitate transvexit, postliminio revertentibus redditur antiqua possessio: non aliter & Ecclesia recepta est Parochiam, quam ante tenuit, cum* [illegible] *bus suis... Non enim erit objicienda præscriptio temporis, ubi necessitas intereft hostilis* [illegible].

Nugare est, similes allegare auctoritates in casu planè dispari; Ibi agebatur de Ecclesia & Episcopo reversis postliminio; hic [illegible] Ecclesia etiamnum existente sub Acatholicorum imperio, quæque à tam longa annorum serie, nec habuit, nec habere potuit Episcopum; sine quo Capitulum Cathedrale subsistere non potest, nisi solis casibus [illegible] exprimunt Canones.

Occinunt & illud persæpe, amissionem bonorum, & prærogativarum temporalium jacturam, non officere quo minùs Capitulum quoad jura spiritualia possit subsistere [illegible] rèque dici tale. Primò objicimus illis [illegible] §. de Elect. & Elect. potest. Lib. 1. Clem. [illegible] *Vers. præsidio facultatum privatis.* [illegible] jungit glossa: *Id est, subsidio sine quo* [illegible]

malia diù esse non possunt. An & ille Glossator Judaicæ arguetur impietatis? Arguetur-ne ipse CLEMENS, qui horruit *mendicitatis approbrio serenitatem Pontificalis obnubilari dignitatis*? Quare Pontifices omnes, tam in veteribus Episcopatibus, quàm in novis, adeo soliciti sunt de Ecclesiarum dote? Nonne ex illa ipsa ratione, quæ CLEMENTEM movit? Perlustrent quæso, & legant otiosè omnes novorum Episcopatuum in Belgio erectiones; & facilè sibi persuaserint, utrumque Imperium, Sacerdotale & Regale simul conspirasse ut benè Episcopis, Capitulisque esset provisum. Nimirum prout modò sunt tempora, & jam pridem fuerunt. Pontifices & Principes optimè norunt & temporalia quæque necessaria esse, ut suus Episcopis & Capitulis honor & splendor conservetur. In ipsa antiquitate plurima reperiuntur exempla quibus, quasi adversùs regulas Canonum Ordinarias, Pontifices huc rei providerunt, ex causa. Episcopatum illa ipsa quam diximus, PASCHALIS II. ex tempore Lavellanensem Neapolitano, aut Melphensi in Regno univit, ne ignobilitate viculi obscuraretur dignitas Episcopalis. Magnum enim est Ecclesiæ detrimentum, cùm Episcoporum nomen ac Dignitas infrequentia, inopiaque vilescit. Facilè crediderim, eâdem hâc ratione excitatum EUGENIUM III. Veliternsem Episcopatum univisse Ostiensi & S. Ruffinæ. Thomassi P. 1. lib. 1. Cap. 58. n. 11.

Si Adversarii rectè ratiocinantur, omnes totius Orientis Episcopatus, omniaque hodiedum subsistunt Capitula. Neque enim, sunt Adversariorum verba, *Ecclesia, sive Capitulum* [illegible] *repræsentans de integritate in regimine Ecclesiæ decidisset, tametsi per Acatholicos* [illegible] *missionem bonorum suorum & prærogativarum temporalium jacturam, ob constantem perseverantiam in Fide, sustinuisset.*

Objicient forte, Ultrajecti esse Clerum, & notabilem Catholicorum numerum. At nos regerimus, in pluribus Orientis Diœcesibus esse Clerum, esse magnum Catholicorum numerum, & tamen reipsa Sedes illæ cum Capitulis eversæ, collapsæ sunt. Non moramur ampliùs Adversariorum opinionem de Patribus Concilii Sexti, quod OEcumenicum vocant adversùs Antiquitatis fidem, & vel ipsius Espenii doctrinam. Ex eo tamen quod urgent, sequitur, Joannis Episcopi in Cypro Sedem etiam hodie perdurare, licet illa Insula barbarorum gemat sub armis.

Adferunt etiam Epistolam ADRIANI I. qui ad Bercherium Viennensem Archiepiscopum scribit his verbis: *Non debet Ecclesia ullum damnum sui ordinis inde sustinere, si per sexaginta aut octoginta annos inertiâ quorumcumque Præsulum & vastatione Barbarorum* [illegible] *& dignitatem antiquam & Antistitum firmitatem robora-*

Dissert. VII. An in Ecclesia Ultrajectina Capitulo Metropolitanum, ejusque Jura perierint conservata sit?

tam

Diss. VII. An in Ecclesia Ultrajectina Capitulū Metropoliticum, ejusque Jura potuerint conservari?

tam perdidit & amisit. Eundem textum protulerunt Ultrajectenses. (z) Hi & illi inferunt: Capitulum Cathedrale in Ecclesia Ultrajectensi integrum conservari *potuisse.*

Vitiosa citatio, nec satis fidelis hujus Epistolæ usus! Cogimur itaque edere casum, & scribendi occasionem.

Carolus Magnus Francorum Rex Romam venerat, quem inter alia Pontifex *monuit de Metropolitanorum honore, & de Civitatibus quæ Laicis hominibus traditæ erant, & quia Episcopalis dignitas ferè per annos octoginta esset conculcata.* Pontifex, qui Episcopis sua jura, & Metropolitis honorem seu prærogativas reddi voluit, à Rege impetravit, *ut omnia ad emendationem suam venirent*, & in integrum restituerentur. De hac dignitatis Episcopalis per Gallias reparatione, edocet Pontifex universos Galliarum Episcopos, suarum auctoritate Litterarum: declarans, nolle se, ut ulla Metropolis præjudicium propterea patiatur, si alicui Suffraganeorum, aut ipse, aut Prædecessor ejus, rogantibus piis Francorum Regibus, pallium largiti sint. Tum subdit objecta nobis verba, quæ emendata damus: (a) *Nec debet Ecclesia ullum damnum sui ordinis inde sustinere, si per sexaginta, aut octoginta, & eo amplius annos, incuriâ quorumque Præsulum & vastatione Barbarorum, dignitatem antiquam, & Romanorum Antistitum firmitate roboratam perdidit & amisit, quando innumeris penè omnis illa, spiritu Dei disponente, usa fuerit.*

Manifestum est, quod Pontifex loquatur de faciendis Ecclesiarum & Sedium redintegrationibus; annuente, consentiente & concurrente auctoritate regnantis. Mutata quædam fuerant in Galliis, neglecta, turbata; non destructa, non eversa. Quorumdam Metropolitanorum jura exoleverant, ad alios transierant, mutatione & alternatione Metropoleon, sed nullæ erant collapsæ Sedes. Quorumdam Episcoporum per concessionem *Pallii* aucta erat Dignitas, nullius ablata potestas. Summus Pontifex illa quasi postliminio vult restituta, non aliquis privatus; & magnus Rex Carolus adjutrices manus adpromittit solemniter, & quasi juramenti religione, *ante Corpus Beati Petri Apostoli.* Quid hæc ad causam præsentem?

Quinctilius Varus olim tres, in Inferioris Germaniæ partibus, Legiones Romanas, ab Arminio delusus, incauto suo ducatu secum traxerat in ruinam. Nullam Imperator Octavianus Augustus suscipiebat consolationem. Quod amissum erat, reparari poterat, sed haberi non poterant perditæ Legiones. *Quinctili Vare, Legiones redde:* exclamabat ad Defunctum; veramque justi doloris causam

hâc Apostrophe deto[...]
Octaviano Cap. 23.

Scribillatores nost[...]
agunt de possessione[...]
& adducunt Canone[...]
stolas, quæ non faciu[...]
dum esset, ut aut fil[...]
giones. Reddite Ecc[...]
perdita, reddite Alta[...]
nique reddite, sine qu[...]
Episcopalium & Cap[...]
expediri. Reddite C[...]
Carolo similem Princ[...]
tifex omnia redinteg[...]
Canones, sed sine Vo[...]
nes, reddite: non ha[...]
non sexaginta, non [...]
pliùs annorum, quib[...]
vel illorum vastatio[...]
pitulo.

Sed propiùs acced[...]
tiquus habuit, ut Ep[...]
Provincias, in quib[...]
quam Metropolita p[...]
tione senior erat, ex[...]
bus, quibus Ecclesia[...]
fuerat largita prærog[...]
extra controversiam [...]
stor, in sex Provin[...]
prima, quæ Pro-Con[...]
matem Episcopum [...]
quæ, illum habeban[...]
Ordinatione antiquil[...]
tingebat, ut Senior [...]
sederet in parva Civi[...]
vinciæ finibus; ita u[...]
latorii (ut sic dicam[...]
veniret promovendæ[...]
næ. Postea *Nicano* [...]
Thomass. *ut suus cuiq*[...]
tropolitanus. Alibi ge[...]
clesiasticæ constituta[...]
bus Metropoliticis C[...]
men Metropoles Ec[...]
sæpè mutatæ fuerunt[...]
sæpè novæ Metropol[...]
Pontificum Romanor[...]
bus, aut consentientib[...]
nibus enata fuerant [...]
Metropolitanorum d[...]
nerale Concilium C[...]
NE I. celebratum, p[...]
ordinans, ut unicus [...]
lita foret. LEO Papa[...]
in Galliis, ut adnotav[...]
& Successores ejus [...]
observantia postmod[...]
bus.

Hæc ADRIANUS [...]
que declarans in o[...]

(z) Protest. Cleri. edit. Fland. Anni 1709. fol. 8. (a) Tom. 6. Conc. [...] de Schelstraete Eccles. Afric. Diss. 1. cap. 4. n. 1. Thomass. Par. 2. lib. [...] 14. n. 2. (c) Cap. 41. n. 5.

Digitized by Google

Ut sicut antiquis privilegiis singulæ Metropolitanæ Urbes fundatæ sunt, ita maneant: ut habeat unaquaque Metropolis Civitates sibi subditas quas Beatus Leo, & alii prædecessores, ac Successores ipsius, post Calchedonensem Synodum singulis Metropolitis distinxerant.

Quomodo hæc, Ultrajectensis Ecclesiæ casui applicari possint per Doctores Lovanienses, ego non capio. Nulla per Galliam erat facta Sedes, nulla destructa; non erant eversa omnia, nec regnabant, qui Pontificiam reparationem essent impedituri. Causam Berthem Viennensis paucis complectitur Thomass. (d) „HADRIANUS I. Anno „788. Metropolin Viennensem jam diu jacentem excitavit rursum, exertè contestatus, anarchiâ & cessatione Metropoleon per annos sexaginta, vel etiam octoginta, nil deteri, nil deperire potuisse de eorum Privilegiis.„

Supponamus, Fœderatum Belgium numquam venisse in potestatem Ordinum Acatholicorum, sed parère etiamnum Principi Catholico. Supponamus iterum; quòd incuriâ & culpâ *quorumdam Præsulum* Ultrajectinorum, *antiqua Dignitas* Metropolitana, *Romanorum Antistitum* PAULI IV. & PII IV. firmitate roborata, perdita fuerit & amissa; atque Episcopos Harlemensem, Leovardiensem, Daventriensem, Groeningensem, Middelburgensem se subtraxisse Metropolitæ sui imperio & jurisdictioni.

Supponamus tertiò, Archiepiscopum Ultrajectinum ab Apostolica Sede expetere Metropoleos suæ confirmationem, ac redintegrationem; aderit Pontifex, & jacentem diu Metropolim, excitabit rursus, contestabiturque, anarchiâ & cessatione Metropoleos per annos sexaginta aut octoginta, nullum damnum suæ jurisdictioni adferri posse; mandabitque Pontifex, ut Archiepiscopus Ultrajectinus habeat sibi subditas Civitates quas PAULUS IV. & PIUS IV. eidem distinxerunt. Quid hæc per Deum immortalem ad casum præsentem? ADRIANUS I. suscitat sopitum Metropolitanorum honorem; in casu nostro, nec Metropolita existit, nec Metropolis, nec Episcopi Suffraganei, nec Provincia Catholica, nec Civitates Catholicæ, nec Princeps Catholicus, qui Romani Pontificis auctoritatem implorare possit ad faciendam Sedis Ultrajectinæ reparationem.

Licuitne igitur Doctoribus, ex allegata Adriani Epistola concludere: quod *nulla ambigendi ratio videatur, quin Capitulum Cathedrale in Ecclesia Ultrajectensi integrum conservari* POTUERIT? Si res non læva fuisset, fateremur nos, & Adversariis daremus perlibenter, quod *omnia ad emendationem Pontificiam venissent.* Sed jam nos potiori jure dicimus, & porro demonstramus, quod nulla ambigendi ratio superfit, quin Ultrajectense Capitulum fuerit mutatum, primò mixtum, dein secularizatum, numquam Catholicis aut restitutum aut reparatum, aut legali stabilitate firmatum.

Diss. VII. An in Ecclesia Ultrajectina Capitulù Metropoliticum, ejusque Jura potuerint conservari?

Non capimus, quid sibi velint Doctores, dum subdunt: *Imo tametsi ipsum Capitulum Metropoliticum unà cum Clero & populo extra suam Provinciam in ditione alicujus Principis Catholici exulare debuisset, ob hoc sanè gloriosum exilium nequidquam de suis juribus aut Privilegiis amittere debuisset, sed integra et servanda fuissent.*

Pudet sophismatis in re tanti moliminis. Non facit ad rem quid fieri potuerit, sed quid factum exstiterit. Supponatur tamen, quod Capitulum unà cum Clero in ditione alicujus Principis Catholici exulare debuisset. Quid tum postea? Numquid Capitulum tunc fuisset translatum; & ad hanc translationem, ut scilicet legitima foret, & ut jura & Privilegia servarentur, numquid accedere oportuisset auctoritatem Superioris, sine qua translationes fieri legitimè non possunt? Habent exemplum domesticum, sed nullius rei recordantur. Ut quid tantopere laboravit Capitulum Daventriense, (bb) Ecclesiâ suâ & Civitate pulsum, ut Anno 1622. à Philippo Rovenio Vicario Apostolico impetraret gratiosam ad Oppidum Aldenzalense missionem?

Videntur mihi somniasse Doctores, dum hæc scriberent. Quid enim præsidii aut beneficii reportassent Ultrajectenses ex *glorioso exilio*, quod ipsi supponunt? Quid illius Ditionis Princeps Catholicus, ad quem confugissent, exulibus his concessisset, præter liberam mansionem, & securitatem sterilem, inutilemque? Non potuisset reddere Ecclesiam, Altare, Chorum, & quidquid ablatum est; neque ex hujus Principis, quantumvis pii & potentis, auctoritate, licuisset Ultrajectensibus, ad Regionem unde fugissent, invitis Dominantibus redire, ibidemque prisca jura exercere. Fingunt, *Capitulum unà cum Clero & populo exulare*, quâ fictione, non tantùm Capitulum destruunt, sed Sedem Episcopalem evertunt, Ecclesiam quoque Ultrajectinam evanescere faciunt. En quò ipsos somnia sua abducant!

DISSER-

(d) Sup. cap. 45. n. 7. (bb) Hist. Episc. Davent. fol. 34. Edit. nov.

Dissert. VIII. An Sasboldus Vosmerus, aliique Vicarii Apostolici fuerint veri nominis Ordinarii?

DISSERTATIO VIII.

An Sasboldus Vosmerus, aliique Vicarii [Aposto]lici fuerint veri nominis Ordinarii?

HÆc est alia Adversariorum, eademque valde inepta sententia, existimantium (cc) Sasboldum, Rovenium, La Torrium &c. fuisse veri nominis *Ordinarios*, sive quia hunc illi titulum quandoque usurparunt, sive quod multa gesserint quæ ad Ordinariorum propiùs spectant potestatem, sive denique, quòd alii illo eos titulo donaverint. Certum enim est, *Ordinarii* potestatem nullatenus dependere ab usurpatione tituli, nullatenus provenire ab opinione propria, aut ab adulatione alloquentium aut scribentium. Hoc saltem ab Adversariis nobis possumus spondere, id illos planè nobis concessuros. Neque enim Dignitas *Ordinarii* acquiritur, nisi iis modis, quos Ecclesiæ jura statuunt, quo in numero reponi non potest factum sive Sasboldi, sive Rovenii, sive cujuspiam alterius; quod hìc adnotamus, ne eadem nimium sæpe cogamur repetere.

Quod verò illi urgent, plurima illos gessisse, quæ Jure communi *Ordinariorum* concessa sunt potestati, nihil omnino conferre potest ad stabiliendam opinationem Erckelii loco jam citato: ubi mirum in modum sibi plaudit ille, quod sibi visus sit arenæ dominus. Contendit, Disputationem esse de nomine, illosque rectè dici *Ordinarios*, quia, si ipsi credimus, Ordinariorum habuerunt potestatem. Existimatne igitur Erckelius omnes dici, aut esse *Ordinarios* qui facultatem habent Ordinariorum vices supplendi? Hæc ipsi ratio procul dubio occurrit, & hæc ita credidit ipse; sed cùm cerneret non esse invictam, aut nervosam, de verborum primùm apicibus instituit disputationem; tum, ut animum aliò diverteret, distraheretque mentis attentionem, hæsit in nugis, quibuscum sibi decertandum esse credidit. Quid pluribus?

Ipse Sasboldus sit ipsis interpres, qui de se, suaque potestate scripsit in hæc verba: (dd) *Annuit Papa ut in singulis Ecclesiis in quibus Episcopi officia sua nequeunt præstare, agerem* TANQUAM *proprius Episcopus simpliciter & per omnia.* Si hìc doceat Sasboldus, singularum se Ecclesiarum Fœderati Belgii, esse *Ordinarium*, vereor ut una, alterave contradicat. Sed arbitrabiturne Erckelius, inconsulto excidisse Sasboldo, dictionem TANQUAM? Certè laconicè magis scripsisset, omisissetque diction[em] ... nominis se Ordinarium esse fu[isse sta]tus. Dictio illa regulariter, & ... denotat impropriatem, & ... latè *Barbosa* post longam Doct[rinam] *in Dictionibus usu frequent.* Di[ctio] ... notat quidem aliquando simili[tudinem] ... veritatis expressionem, sed ... cum aliqua reali distinctione, & ... Exemplum suggerit *Lex* 1. *C.* ... *stituend. Qui deportantur*, ait ... *hæredes scribantur*, TANQUA[M] ... *capere non possunt.* An & hìc ... *Peregrini* iidem erunt Erckeli[us] ... jurisconsultus, qui id affirmet. ... regrini numquam fuerunt Civ[es] ... Deportati aliquando; & capit[is] ... tio, supponit cives olim fuisse, ... lo capto, adeoque capitis min[utum] ... so, scribit Horatius, qui illum ... *minorem*.

Alio etiam loco (e) damu[s] ... terpretem. Sasboldus scribens ... ses, se Vicarium creasse Ad... gium; *Ego*, inquit, *dum vo...res estis, Vicarium creavi Ha... juxta Conc. Trid. Decretum* ... 16. *& Delegationis nostra* ... *providendo, disponendo &c* ... *Vicario non feci ...... Iterum* ... *constitueretur .... intercessi;* ... *devoluto ad Metropolitani* ... *constitutio pertineret.* Videt[ur] ... lius, Sasboldo aliud esse *M*... aliud, *vices Metropolitani* ... *proprium Episcopum*, aliud ... *prium Episcopum.* Dicetne ... *ba non morari*, dummodo ... *res ipsa*? Seriò vapulabit, ... cum Ordinarii vices gerente ... gat confundere.

Distinctionem suggerit H[istoria Ba]*tavia Sacra* (f) ex ipsius ... & testimonio. Ephesinus A... bit ex Urbe ad Joannem N... stea Episcopum Castoriensi[s] ... nione Albitii, *debere & po*[sse] ... *ti omnia facere constitue*... *quæ proprius in suo Episco*[pus Ordi]*narius*. Cautum tamen esse ... ne scilicet *nimia sibi assi*... *probabuntur à S. Congreg*...

(cc) Prot. denuò ass. pag. 9. & seqq. (dd) Bat. Sac. pag. 50. (e) Ibid. ... 2. fol. 480.

Digitized by Google

nebantur. Adjungit quidem Ephesinus, *se tamen esse* (Ordinarium) *ex vi nominis & rei*; sed hoc esse temperandum, commodèque, ut aiunt, accipiendum, ipse Ephesinus non obscurè indicat, quinimo palam testatur. Petierat ab Albitio, Vicarii Apostolici definitionem ut daret. Respondet Albitius: *Vicarii Apostolici aliam definitionem non posse dari prout illam iteratò petierat, quam, quod esset in omnibus istis Diœcesibus* TAMQUAM ORDINARIUS, *& S. Sedis Apostolicus Delegatus.*

Palam igitur est, Ephesinum ex definitione Albitii rectè existimasse, se numquam fuisse Ordinarium, sed *tamquam Ordinarium*; unde vel ex ipsius testimonio evidens est, longo inter se discrimine distare veri nominis Ordinarium jure proprio, suoque titulo; & *tamquam Ordinarium*, ex delegatione Sedis Apostolicæ. *Si vi nominis & rei*, Delegatus Apostolicus ea omnia facit, constituit, & ordinat quæ proprius in suo Episcopatu potest Ordinarius; hoc *vi nominis & rei* ex Delegatione validè & licitè facit; sed nequaquam jure suo, ast jure Delegantis, & reverà alieno nomine, & jure. Pars definitione verè dicendum fuisset, Ephesinum æquo jure fuisse Ordinarium Daventriensis, Leovardiensis, Middelburgensis &c. Ecclesiarum, quo fuit Ultrajectinæ. Et tamen Adversarii nec hoc audent asserere, licet Ephesinus se crediderit in omnibus istis Diœcesibus esse *tamquam Ordinarium*. Determinatio tamen, prout Jurisconsultis in proverbio est, determinat uniformiter ea quæ determinabilia sunt.

Erckelius (g) in hac quæstione, etiam Episcopi Castoriensis mentionem interjicit tamquam Ordinarii Ultrajectini, quem hoc nomine condecoratum scribit à Nuntio Coloniensi Anno 1677. Supra monuimus, hanc dignitatem non provenire ex honore verborum, quibus quis quem compellat ex humanitatis legibus, aut ex urbanitatis officio. Utinam hoc facto abstinuissent Adversarii; effugissent fortè confusionem vultûs & oris, quam contrahere necesse est ex Castoriensis Episcopi opinione. Anno 1655. Ephesinus ei scribit ex Urbe, quod validè & licitè ea omnia facere, constituere, & ordinare possit, quæ proprius in suo Episcopatu potest Ordinarius; quod vi nominis & rei sit Ordinarius &c. Castoriensis septem

1662. post annis admovetur Ecclesiæ Batavæ regi-
1663. mini, & anno sequenti statim scribit Romam, supplicans Sacræ Congregationi de Propaganda Fide, *ut daretur sibi omnimodis potestas, quâ gaudent Episcopi in suis Diœcesibus*; nempe ORDINARIA. Non credidit igitur Castoriensis se esse Ordinarium, aut Prædecessorem suum, Archiepiscopum Ephesinum, fuisse umquam Ordinarium; eadem enim, quâ ille Delegatione munitus erat. Porrò Sac. Cong. rogationem rejecit, *quia certo gradui res munita adaptantur, quæ aliis non conveniunt.* Vide *Append. N. LXV.* Vicario namque Apostolico, S. Sedis Delegato, non conveniunt, non competunt jura *Ordinarii*, quæ gradui Episcopali reservata sunt; ubi scilicet certam Sedem, non collapsam, sed stantem etiamnum, & integrè subsistentem quis possidet.

Dissert. VIII. An Sasboldus Vosmerus, aliique Vicarii Apostolici fuerint veri nominis Ordinarii?

Potuerat Erckelius, Rovenium quoque huic causæ admiscère, quippe qui de Regularibus querelam instituens quod certam eidem, tamquam S. Sedis Delegato, Obedientiam denegantes, contenderent *Vicarium Apostolicum non esse Ordinarium*; huic objectioni in suis ad Archiepiscopum Mechliniensem Litteris, occurrit, dicendo (h) quod, *cùm sit Vicarius Papæ, & vices Pontificis agat, plusquam Ordinariam & sine dubio delegatam habeat potestatem.* Ex quo apparet, Rovenium rectè sensisse de potestate sua, quam scilicet non jure suo, sed jure Delegantis Pontificis exercebat, adeòque alieno nomine & jure. Jansenius quoque de eodem Rovenio, cum quo intima sibi necessitudo intercessit, pronuntiat in hæc verba. (i) *Est Vicarius Apostolicus Hollandiæ & Fœderatarum Provinciarum cum potestate Ordinarii, quamvis non videatur esse Ordinarius Episcopatuum illarum partium.* Palmare porro est, atque insuperabile Cleri Hollandici testimonium, in Scripto quod Anno 1624. obtulerunt Episcopis Belgii, quod Libello supplici annexum, hunc titulum præfert: *De ordine qui in Clero Fœderatarum Provinciarum videtur servandus.* Religiosissimi Sacerdotes loquuntur his verbis: (l) *Cum autem Ecclesiæ Provinciarum Fœderatarum* SUIS ORDINARIIS *careant, visum fuit supremo Pastori,* LOCO EORUM *ibidem constituere Sedis Apostolicæ Vicarium, qui cum* POTESTATE DELEGATA MUNIA ORDINARIORUM *illis in partibus obeat: idque Jure, nam Vicarius Christi non solùm Episcopus Episcoporum est, verùm etiam Episcopus Ecclesiæ Dei.* Hic habent quod meditentur moderni. Interim hæc sufficere arbitramur, ut Erckelius abstineat, ab asserendo Vicariis Apostolicis *Ordinarii* titulo.

 DIS-

(g) Prot. denuò aff. pag. 11. (h) Vide Append. N. XXVII. & XXVIII. (i) Eod. N. XXVIII. Litt. C. (l) Vide Append. N. XXVI.

Dissert. IX. De authentia Diplomatis Erectionis Vicariatûs Ultrajectensis.

DISSERTATIO IX

An pro authenticis habenda sint Diplom ctionis Concilii Vicariatûs Ultrajectini lippum Rovenium Anni 1633. & : C tionis per Jacobum de La Torre An *In App. N. XVI.*

Hic non congredior cum Adversariis, neque hic sum disputator; sed veluti summorum Doctorum discipulus, ab eorum statu totus ore pendère, ut ad subjecta dubia respondeant, quousque horum capiam intellectum.

Dubium 1. Diploma Rovenii (*m*) de erectione Vicariatûs Ultrajectini præfert datam diei 9. Novembris 1633. Heussenius tamen scribit (*n*) id contigisse Anno 1640. Quæro, utri hic credendum sit, & an tanta discordia sit argumentum authentiæ?

Dubium 2. Rovenius dicit: „ Vicariatum quemdam pro Diœcesi Ultrajectensi „ erigendum censuimus & in Dei nomine „ *erigimus per præsentes* „ Heussenius dicit (*o*) Rovenium *restaurasse*. Quomodo restauratur, quod jam tantùm erigitur?

Dubium 3. Rovenius loquitur de unico solo cœtu à se erecto: *Vicariatum quemdam erigimus.* Heussenius addit, (*p*) *Collegium insuper Pastorum instituit.* Jam quæro: Vel Collegium illud Pastorale est idem cum Vicariatu Ultrajectino, vel est diversum à Vicariatu Ultrajectino. Si est idem cœtus, quomodo Collegii Pastoralis meminit La Torrius in *Relatione* sua Anni 1656. & suspectum Diploma Erectionis Vicariatûs præfert tantùm Annum 1658.? Si Collegium hoc est diversum, & aliud à Vicariatu Ultrajectino, dicant Adversarii, uter cœtus mihi habendus sit pro Capitulo Cathedrali, cùm utrumque instituerit Rovenius, & utrumque confirmarit La Torrius, ut est in dicta *Relatione*; fatente etiam Heussenio cit. fol. 119. col: 1? Duo ergo Capitula erexerit Rovenius, & duo item Capitula confirmarit, & amplificarit La Torrius. Quid non fingunt quinque omninò Capitula resuscitata, ut Clerus Ultrajectinus pristino & integro restitueretur splendori? Numquid nugis opera datur?

Dubium 4. Diploma Jacobi de La Torre, quo confirmat Philippi Rovenii Erectionem Vicariatûs Ultrajectini, datum est, *Antverpiæ hoc solemni die festo SS. Apostolorum Petri & Pauli, stylo Ultrajectensi, Anno Domini* 1658. Heussenius tar de Jacobo de La Torre: (q „ quoque à Decessore Ro „ aut potiùs resuscitatum „ Capitulum Ultrajectens „ lud 12. *Septembris* Ani „ patentibus, intra à no Promissioni non stetit, quam exhibuit. Sed aliud nus non intellexi, Præce mi, quomodo festum SS. tri & Pauli incidere possit cimam Septembris. Mag discipulum vestrum grat rudem, ignorantemque, apparet monstrum) edoc

Ecce autem dubitatio cit aliunde, cùm Styli U tio. Scio aliquid de Stylo lo veteri, qui post corre nam decem diebus distan autem semper in hac st omnia festa immobilia u tur eodem die, & styli expressione festorum, se Adeo ut festum SS. Ap Pauli, si accuratè loqu quendum videtur in Tal cidat in diem 29. Juni diem 9. Julii stylo veteri doctissimi Magistri, ut do stylo veteri festum S tri & Pauli, Anno 165 12. Septembris?

Dubium 5. In titulo niani, adscribitur eidem copi *Ultrajectensis.* In se, *Archiepiscopum Phi rium Apostolicum.* Est Rovenius in solo illo D se dixisset Archiepiscop qui & ante illum diem constanter abstinuit ab monstravimus alibi? (*r* quod totum Diploma dum fictoribus placuit tenorem, eodem quoq

(*m*) App. N. XVI. (*n*) Bat. Sac. pag. 71. (*o*) Ibid. (*p*) Ibid. & pag. 461 col. 1. lin. 13. (*r*) Suprà Dissert. II. fol. 219. & 220.

rarint titulum? Interrogo, non definio.

Dubium 6. Vicariatus à Rovenio erectus Anno 1633. secundùm Diploma quod obtruditur, constabat ex sequentibus Sacerdotibus.

1 *Joannes Wachtelaer Vic. Generalis*
2 *Lambertus Feytius*
3 *Henricus Steenius*
4 *Gerardus Pelsius*
5 *Joannes Puskamerus*
6 *Engelbertus Kennipkovius*
7 *Rumoldus Medenblikius*
8 *Suitbertus Henrici*
9 *Hermannus Oemius*
10 *Petrus Henrici*
11 *Reinerus Mercator*

Et hunc Vicariatum confirmasset Jacobus de La Torre Anno 1658. Et tamen idem ille La Torrius in *Relatione* sua Anni 1656. in qua, Heussenio teste (s) *Cleri jura amplè, & pro meritis celebrantur*; alium omnino, longèque diversum nobis ejusdem Rovenii Vicariatum componit, dicens: *Joannem Wachtelarium quadraginta & sex integris annis omnium trium* (Sasboldi, Rovenii, La Torrii) *Vicariorum Apostolicorum consequenter fuisse Vicarium Generalem*; cui, non decem socios tribuit ut in suspecto Diplomate, sed *ordinariè duos, aut tres.*

Tum enarratis singulorum nominibus, Vicariatum explicat accuratissimè, videlicet:

1 *Joannes Wachtelarius Vic. Generalis*
2 *Jacobus Bolius*
3 *Theodorus de Witte* } *Assessores*
4 *Antonius Vossius* }

Tribus posterioribus defunctis successerunt ut Assessores ejusdem Joannis Wachtelarii Vic. Generalis.

1 *Joannes Putkamerus*
2 *Abrahamus Van Brienen*
3 *Joannes Schadaus*

Hi, inquit Jacobus de La Torre, *à me mox fuère confirmati*. Igitur à Predecessore suo Rovenio olim fuerant constituti.

Conferantur jam hæc nomina cum illis decem quos suspectum Diploma ad Vicariatum Ultrajectinum pertinere voluit. Solus utrobique invenitur *Joannes Putkamerus*. Reliquosne Jacobus de la Torre ignorasset Anno 1656. si à Philippo Rovenio constituti fuissent Anno 1633? Absint nugæ. Acta Rovenii ignorare non potuit Jacobus de La Torre, qui septem, post erectum à Rovenio Vicariatum, annis, ipsi Coadjutor datus, cum Vicariatu Ultrajectino rem habuit sæpe sæpius, ut credendum est sine ulla ambiguitate. Hujus igitur nodi dissolutionem abs Præceptoribus meis expecto. Interim videat Lector, quibus armis pugnetur adversùs meliorem causam, & quanta sit ubique rerum omnium perturbatio: & statuat unusquisque, an pro authenticis habenda sint hæc duo Diplomata Rovenii, & La Torrii.

Dissert. IX. De authentia Diplomatis erectionis Vicariatûs Ultrajectini.

Dubium 7. Jacobus de La Torre Anno 1656. Romæ existens, obtinuit à Sac. Congregatione Declarationem (de qua nos in Historia) (t) quod nulla jurisdictio, aut potestas Ecclesiastica reliqua esset ulli Capitulo, aut Vicariatui. Estne possibile, ut idem ille La Torrius, biennio post, Anno nimirum 1658. post partam summo labore & studio Declarationem, omni se jurisdictione, præeminentia, & superioritate exuerit, & in Missionis regimine subjecerit sese nudis Presbyteris sibi ipsi summo jure subjectis, adstringendo sese pluralitati votorum in supposititio Concilio Vicariatûs colligendorum, & reservato sibi tantummodo frigido suffragio decisivo in casu paritatis? Quid sibi vult, quod huic Collegio facultatem faciat condendi sibi leges & statuta perpetuò servanda? An successores Vicarii Apostolici, imò S. Sedes ipsa, hisce statutis, legibusque tenebitur? Nemo hæc intelligat, nisi persuasum sit, La Torrium mente captum fuisse cùm hæc fecit, ordinavitque.

Ego non dubito, quin extiterit scriptum aliquod circa Vicariatûs cujusdam erectionem, cùm adferantur à Vicariis Apostolicis datæ confirmationes, sed quæ obtruduntur tabulæ, vel sinceræ non sunt, vel omnino confictæ. Respondeant Magistri nostri.

DISSERTATIO X.

An Vicariatus à Philippo Rovenio & Jacobo de La Torre erectus, sit veri nominis Capitulum Cathedrale?

Dum præsentem instituimus Disputationem, supponimus tantisper, objectas nobis Litteras esse genuinas, sinceras, & ex omni parte germanas, atque ab illis emanasse, quorum nomina & titulosque præ se ferunt. Nuda porro hujus quæstionis propositio, primo statim intellectu offert, nescio quid, inepti & nugatorii; nam ex Rovenii institutione nihil aliud percipies, quàm *Vicariatûs* erectionem, id est,

(s) Bat. Sac. fol. 460. Append. N. XI. Litt. N. (t) Vide Art. IX. sup. fol. 22. col. 2.

Digitized by Google

Dns. X. An Vicariatus à Philippo Rovenio & Jacobo de La Torre erectus, sit veri nominis Capitulum Cathedrale?

est, pro sustinendis vastissimæ Missionis laboribus *assumptos* Consiliarios, & *Cooperatores*. La Torrii confirmatio, Capituli similitudinem, non proprietatem insinuat. Atqui omne simile est jam dissimile, ut non assequatur alterius naturam, conditionemque. In Litteris autem La Torrii, Conciliorum Vicariatûs, numquam appellatur Capitulum.

De hoc igitur proposito quærenda sunt duo. Primum, an Vicarii Apostolici Missionis Hollandicæ POTUERINT instituere, atque erigere Capitulum, cui ex Lege, & Canone Jura Cathedræ, seu Sedis vacantis, secundùm modernam Ecclesiæ disciplinam competant? Secundum, an VOLUERINT, & animo intenderint, tale reipsâ Capitulum instituere? Hæc Facti, illa Juris quæstio est. De Facto ante omnia videbimus. Sed ne pugnemus Andabatarum in morem, videndum ante omnia est: quid sit veri nominis Capitulum Cathedrale; si non præcisâ definitione, saltem tali descriptione, quæ dicat omnia quæ subjecto insunt.

Igitur Capitulum Cathedrale, est corpus quoddam sacrum constans his partibus integrantibus: Episcopo tamquam Capite, Canonicis veluti membris; iisque omnibus Præbendatis, aliquibus graduatis, & ex illis, quibusdam in Dignitate Ecclesiastica constitutis: cujus corporis vitales ac propriæ actiones sint, ut in eo Episcopus præsideat, regat, doceat, corrigat, & Canonici ei adsint consilio & operâ in rebus Ecclesiæ; ut in Choro per seipsos psallant, resideant, Officia Divina per seipsos exerceant; Episcopo celebranti, aut alia Pontificalia exercenti adsistant & inserviant; & dum eum hoc seculo defungi contigerit, per electos à se Vicarium atque OEconomum, rerum Ecclesiasticarum, atque proventuum curam gerant &c. Collige hæc omnia ex *Conc. Trid. Sess.* 24. *Cap.* 12. 13. 14. *&* 15. Hæ ergo sunt partes Capituli Cathedralis, hæc officia, hæc ejus insignia propria, sine quibus moderna Ecclesiæ disciplina nullum Capitulum, Cathedrale esse agnoscit, vel patitur.

Examinandum jam est, an Vicarii Apostolici ad has respexerint proprietates, dum instituerunt objectum Vicariatum; ex quibus elucescet, quid instituere VOLUERINT.

Mentem ipsorum explicat La Torrius in sæpe citata *Relatione*, his verbis: „ Hac „ verò in Civitate (*Ultrajectina*) etiam „ Collegium Pastorale est à Prædecessore „ nostro (*Rovenio*) erectum, & à nobis „ confirmatum, constans è Pastoribus Ci- „ vitatis & eorum Capellanis, qui Pasto- „ res collegialiter singulis mensibus, & quan- „ doque pro re nata sæpius [illegible] „ de rebus totius Districtûs [illegible] „ de rebus ad Fidem nostram ex[illegible] „ stantibus ordinant, absque [illegible] „ sario periculo nihil dispon[illegible]

Viderat hanc descriptionem [illegible] trajectini Auctor Societatis Sacr[illegible] que usus est ipse, sed cùm le[illegible] mis non imprimeret adumbratam [illegible] ciem, hinc Pastoribus illis æque[illegible] quibus Ephesinus attribuit fa[illegible] *rebus totius Districtûs, & ad* [illegible] *tiem spectantibus, conferendi;* [illegible] AUCTORITATEM DE NEGOTI[illegible] SIARUM ORDINANDI: ut ali[illegible] huic Collegio jurisdictionem, ac[illegible] inesse fingeret. Non probâ cer[illegible] non absimili ratione, qua mul[illegible] poris defectus fuco obducunt sæpè vultui, ac corrugatæ front[illegible] jiciunt, mendacemque format[illegible]

Sed Ultrajectinis nostris, Presbyteris & nullâ Ecclesiast[illegible] aut potestate præditis, larvam Torrius ipse, & fucum abster[illegible] à Prædecessore suo erectum, matum Collegium, non Can[illegible] *Pastorales* neque omnium, aut sed *Civitatis Ultrajectinæ* tan[illegible] rum quidem Pastorum, verùm *lanorum*. Qui collegialiter sin[illegible] & quandoque pro re nata sæp[illegible] qui non toti Diœcesi præpo[illegible] gantur, sed soli Districtui, Civitatis Ultrajectensis, de bus consorant, ac disponant gium erit Capitulum Cathe[illegible] cias illis hominibus? Quis [illegible] formam Capituli Cathedral[illegible] tam à nobis descriptionem, sequatur? Non VOLUIT Capitulum Cathedrale erig[illegible] solemnior probatio haberi [illegible] adductum La Torrii testim[illegible] venit Coadjutor, Succes[illegible] Collegii, talis qualis, ext[illegible]

Diximus, veri nominis Corpus sacrum & Ecclesi[illegible] re Episcopo tamquam Ca[illegible] hic requirimus, mortuum Diximus, ejusdem memb[illegible] præbendatos, graduatos, clesiastica constitutos. V[illegible] Collegii, seu Vicariatûs sint, aut fuerint umquam

La Torrius in *Relatio[illegible]* tur, (v) quod ex 14[illegible] jectensibus, quorum nun[illegible] no completus erat, su[illegible] tantùm Catholici, inter Sacerdos. Habe illos o[illegible] tur.

(u) Pag. 119. col. 1. (v) Append. N. XI. Litt. V.

1 *Theodorus Strengius* Sacerdos
2 *N. Mulaert*
3 *N. Haeftrecht*
4 *N. Burenus*
5 *N. Burenus alter*
6 *N. Taes van Amerongen*
7 *N. Vander Noot*
8 *N. Bylevelt*
9 *N. Holewech*
10 *N. Vanden Steen*
11 *N. Junius*

Conferamus hæc nomina cum illis quos Rovenius Vicariatui suo adscripsit Anno 1633. Nullus prædictorum Canonicorum ad hunc spectat Cœtum. Habe rursus nomina omnium.

1 *Joannes Wachtelaer* Vic. Generalis.
2 *Lambertus Feytius*
3 *Henricus Steenius*
4 *Gerardus Peltius*
5 *Joannes Putkamerus*
6 *Engelbertus Kennipbovius*
7 *Rumoldus Medenblikius*
8 *Suitbertus Henrici*
9 *Hermannus Ommius*
10 *Petrus Henrici*
11 *Reynerus Mercator.*

Respondebunt Adversarii, quòd inter hos posteriores undecim, sint quatuor quos Philippus Rovenius creavit Canonicos, ut vidimus in Dissertatione VI. Sed nihil proficiunt; creati enim sunt Canonici illo tempore, quo ad Præbendas Ultrajectenses Catholicis præclusus fuit aditus, adeo ut Præbendam consecuti sint numquam. Cujus rei testimonium irrefragabile est in *Relatione* La Torrii suprà, qui dicit Anno 1656. solos priores undecim è Catholicis superfuisse qui Canonici præbendati essent. Sed non abs re erit, ad hujus dicti confirmationem luculentissimam, hoc addere; quòd ipsemet Jacobus de La Torre, si Adversariis credimus, à Rovenio creatus fuerit Canonicus Ultrajectinus. Ut quid igitur, apud S. Sedem Canonicos Ultrajectinos enarrans, non apponit nomen quoque suum? Vin' dicam? Canonicos à Rovenio institutos, nunquam fuisse præbendatos, probè sciebat La Torrius, ideoque à sui, inter illos commemoratione, abstinuit prudenter, ut virum sincerum decet.

Videamus jam & illorum nomina, qui Anno 1658. per confirmationem La Torrii, Collegii Ultrajectini seu Vicariatus membra extiterunt. Inter illos rursus ex Canonicis præbendatis nullus. Sunt enim sequentes.

1 *Joannes Schadé*
2 *Joannes Van Neercassel*
3 *Rudolphus ab Heumen*
4 *Joannes Putkamerus*
5 *Abrahamus Brienen*
6 *Henricus Vander Graft*
7 *Antonius Vander Plaet*
8 *Petrus Purmerent*

Diss. X. An Vicariatus à Philippo Rovenio & Jacobo de La Torre erectus, fuerit nomine Capitulum Cathedrale?

Evicimus, ut arbitror, quod, qui per Rovenium, La Torriumque huic sunt Vicariatui adlecti, non extiterint Canonici Ultrajectini, adeoque vel hoc ex capite Vicariatus ille non habeat rationem, conditionemque Capituli Cathedralis. Qui post La Torrii tempora, eidem sunt Collegio aggregati, ne illi risum moveant, si Canonicos se Ultrajectenses esse leviter crediderint. Certè deploranda erit stultitia hominum, si illâ umquam libidine ardeant, ut probare velint Castoriensem, aut Sebastenum Canonicos creasse Ultrajectenses. Sed ne ipsis salivam moveamus, aliò convertenda est oratio; & quæ fuerit in objectis Tabulis mens Rovenii, & quod consilium La Torrii, propiùs examinandum.

„*Vicariatum quemdam*,„ inquit Rovenius, „pro Diœcesi Ultrajectensi erigendum censuimus, & in Dei nomine erigimus per præsentes?„ In quem porro finem, & cui rei? An, ut in primitivi Capituli Ecclesiæ Ultrajectensis jura, locumque subintret? Minimè gentium. „Ut plures, „*inquit idem Rovenius*„ etiam ex *præcipuis* „ hujus Diœcesis *Sacerdotibus* Cooperatores in partem sollicitudinis, & in laborum sublevamen assumeremus, qui communicatis nobiscum consiliis onus regiminis amplæ hujus Diœcesis suavius redderent, & securius.„ Laudo verba, prudentiam extollo: Sed hic non elucet dignitas, atque præstantia Capituli Cathedralis, cui profectò plus competit, quàm ut his, cui profectò plus competit, quàm ut Episcopis valeat consilium dare. Habet enim alia jura substantialia, quæ ab Episcopis nec accepit, nec accipere potest.

Sed quid hoc sibi vult, quod Rovenius ad Vicariatum illum suum, assumat *plures ex præcipuis* Diœcesis Ultrajectinæ *Sacerdotibus*? Ut quid præterit, atque neglexit plures, imò omnes illos *Canonicos* Ultrajectinos, qui illo tempore, Anno, inquam, 1633. vivebant, vigebantque? *Plures* fuisse patet, & constat ex La Torrii *Relatione*, qui statim docuit, Anno 1656. adhuc superfuisse Canonicos undecim. Quid igitur Rovenius *Sacerdotes* eligit, Canonicos valere jussit? Non aliam hic responsionem dabunt Adversarii, quàm quæ rem conficiat evidentissimè, nimirum: Rovenium ne somniasse quidem de restituendo Canonicorum Capitulo, quòd legibus vetitum, & Edicto Anni 1622. prohibitum, sibi nullâ ex parte licitum fuit; imò fuit impossibile.

Jam La Torrii acta expediamus, in quibus occurrunt varia, pulchra valdè, & admodum amœna. Vicariatus iste Anno 1633. à Rovenio erectus, steterat jam annis omnino viginti & quinque, cùm cœpit veروsimiliter deficere, nam Anno 1658. novâ fuit

Diss. X. An Vicariatus à Philippo Rovenio & Jacobo de La Torre erectus, sit veri nominis Capituli Cathedrale?

fuit opus erectione. Et hic La Torrius loquitur his verbis: „ In Dei nomine continuamus & confirmamus omnes & singulos, qui superstites sunt ex iis quos „ Prædecessor noster ad Vicariatum istum, „ in prima erectione assumpsit, & illos „ quoque, qui iisdem morientibus substituti „ postea ab ipso, vel à nobis fuerunt. „

Obliviscitur La Torrius, *Canonicos Metropolitanæ Ecclesiæ Ultrajectinæ* appellare illos, qui in prima erectione assumpti sunt, & illos quoque, qui iisdem morientibus substituti postea à Rovenio, vel ab ipso fuerunt. Quid dicam de hac socordia, atque oblivione? Noluit La Torrius *Canonicos* appellare illos, quos Rovenius nudos dixerat *Sacerdotes*. Sed, amabo vos, agamus rem seriò. Si veros Canonicos illos fuisse credidisset La Torrius, vel ipsimet se tales esse putavissent, quomodo illos ipse *continuare* potuisset, & illi *continuari* se sustinuissent? Numquid Canonici sunt veri Beneficiati, & de natura Beneficii Ecclesiastici est, ut sit perpetuum?

Pergit La Torrius: „ Præterea volentes „ dictum Vicariatum majori honore condecorare, erigimus illum *in perpetuum Senatum* Ecclesiæ Ultrajectinæ, atque Concilium Vicariatûs nostri, ejusdemque Ecclesiæ; & *adinstar Canonicorum Graduatorum* in Ecclesia Cathedrali, haberi „ volumus. „ *Et infra*: „ Declaramus quoque intentionem nostram esse, quod hoc „ Concilium in conservandis juribus quibuscumque Diœcesis hujus, & reliquis „ causis majoribus auctoritatem habebit *adinstar Capituli Cathedralis.* „

Habes corpus *adinstar Capituli Cathedralis*, & Sacerdotes *adinstar Canonicorum Graduatorum*; sed illud *quasi Capitulum*, & hos *quasi Canonicos* Ultrajectinis non invidemus: non plus, quàm si pro muscis in honoris contentionem incidissent, illasque aves dici voluissent, quod *quasi alas* habeant. Si talis similitudo per usitatum loquendi modum expressa, ad rei proprietatem, essentiamque trahi debeat, aut possit, jam Equus Trojanus, ingens mons fuerit, cùm de illo cecinit Virgilius:

Instar montis equum, divinâ Palladis arte
Ædificant &c.

At, inquiunt, hunc Vicariatum omnes Rovenii & La Torrii Successores firmarunt. Sit ita. Liquidissimum argumentum est, quod & Auctores & Approbatores non erexerint, aut agnoverint in hoc Collegio, Capitulum Cathedrale, sed nudum duntaxat Presbyterorum cœtum & Vicariatum à Præsulum istorum auctoritate pendentem. Vera Capitula ab Episcopis suis confirmari nec debent, nec possunt.

Et certè non alio, quàm [illegible] nomine Collegium istud indigerunt [illegible] rias Trallensis, & Joannes [illegible] piscopi. (x) Primus eidem Cap[illegible] attribuit Petrus Codde Archiep[illegible] hastenus Anno 1704. postquam [illegible] Vicariatûs Apostolici per Sum[illegible] ficem suspensus essteret. Tim[illegible] cum formidine de opposito, [illegible] tuli usurpavit Sebastenus. Loqu[illegible] verbis: (y) „ Decessores nostr[illegible] „ Batavi conservationi coram [illegible] „ Collegium *Presbyterorum* sub [illegible] „ cariatus, *sive ut vulgo loquu*[illegible] „ tuli Ultrajectini, erigendum a[illegible] „ esse duxerunt. „ Quod idem [illegible] quenti præstiterit Gerardus Pot[illegible] rius Apostolicus, (z) mirabitur ne[illegible] ignorat, quantùm hic Adversariis a[illegible] rit, & quantùm ab illis vicissim fu[illegible]

Cæterùm quid de hoc Vicar[illegible] Castoriensis Episcopus, ex a[illegible] toribus unus, videri potest in H[illegible] ticulo XII. & in citatis ibidem Monumentis; ex quibus patet [illegible] gissimè abfuerit ab illa opinion[illegible] Vicariatus naturam habeat, a[illegible] tem Capituli Cathedralis. Ait [illegible] „ legium istud ex vi suæ e[illegible] „ amplificationis, illud habet [illegible] „ cesi Ultrajectensi, ut sit C[illegible] „ *Senatus Ecclesiasticus Vica*[illegible] „ pro Diœcesi illa; quomod[illegible] „ Cathedrale est consilium E[illegible] „ ex privata auctoritate, [illegible] „ Presbyteris regere, nec [illegible] „ nones permittunt. „ (zz) & manifestiùs dici possit, a[illegible] quidem non video. Distingu[illegible] Vicariatum Rovenianum à C[illegible] drali, & illud huic affirm[illegible] dandi consilii. Perperam ig[illegible] illum vocant *Capitulum*; [illegible] do, quod sit *Capitulum Vic*[illegible] *cilium Missionis Hollandicæ*, [illegible] *clesiasticus Diœcesis Ultraject*[illegible] pellationibus non repugnab[illegible] sint consilium dare cùm rog[illegible] nim, definiente Neercassello, [illegible]

Observandum superest [illegible] Adversarii huic Vicariatui [illegible] pituli Cathedralis, invitis [illegible] lente ratione obfirmatè aff[illegible] advertant, ex hoc proposi[illegible] se, ut fateri debeant, [illegible] Cathedrale Capitulum Ec[illegible] næ à Paulo IV. in Met[illegible] ctæ, collapsum sit, eversi[illegible] ctum. Quod est illud ipsi[illegible] sumpsimus probandum. [illegible] Apostolici non fuerit [illegible]

(x) Append. N. XVII. & XVIII. (y) Append. N. XIX. (z) Append. N. [illegible] N. LXIV.

Capitulum vetus, neque instituendi novum (ut statim ostensuri sumus) Causa Ultrajectina finita est.

Frustra igitur clamant illi ac vociferantur, quod Collegium à Rovenio erectum, in primitivi Capituli jura, locumque subintrarit. Docuimus statim, quod ipse Rovenius, ex præmeditato consilio, non *Canonicos* sibi adsciverit Ultrajectenses, sed nudos *Sacerdotes*, & in cura animarum laborantes Missionarios. Hinc etiam factum est, ut Vicariatûs hujus membra, numquam *Canonici*, sed *Assessores* dicti sint. Exempla habes in Batavia Sacra (a) ubi Hermannus Oem, & Ludolphus ab Heumen *Assessorum* nomine veniunt, non *Canonicorum*.

Sed difficilioris intellectûs est, quod de Petro Purmerentio affirmat Heussenius (b) mirabilis hic, prout ferè ubique. Loquitur rursus de tempore, & temporis rationes adeo confundit, ut ex hoc loco, Institutio Rovenii jam referenda sit ad Annum 1634. Petrum illum, si Heussenio fides » Anno » 1633. Januarii 18. Philippensis Archi- » episcopus (*Rovenius*) creat Metropoli- » tanæ Ultrajectensis Ecclesiæ *Canonicum*, » ac 9. die Novembris Anni subsequentis » *Assessorem* Senatûs Ultrajectini per eum- » dem *sub id tempus* creati, seu veriùs » confirmati. » Idem planè, & æquè assertivè atque audacter dicit, & affirmat (c) de Engelberto Kenniphovio, ac de Rumoldo Medenblikio. Distinguit igitur clarissimè inter Capitulum Metropoliticum Ultrajectinum: & inter Collegium, seu Vicariatum, seu Senatum, seu quidvis demum, à Rovenio erectum.

Jam, vel parum mihi prospiciunt oculi, vel hic habemus duo Capitula Ultrajecti. Philippus Rovenius, secundùm accuratissimum nostrum Heussenium, adscribit tres illos Sacerdotes duplici Collegio, nimirum: *Metropolitanæ Ultrajectensis Ecclesiæ Capitulo*, & *Senatui Ultrajectino* à se erecto.

Atqui Senatum Ultrajectinum à Rovenio erectum volunt esse *Capitulum Cathedrale*; Ergo hic sunt Capitula duo. Si Collegium Pastorale, de quo in præcedenti *Dissertatione*, etiam Capitulum dici debeat, jam aderunt tria Capitula. Hæc si ita procedant, quid prohibet ipsos sperare, ut brevì videant Ultrajecti quinque Capitula, ut fuerunt olim?

Sed ad seria: Adversarii inter multa volunt hæc duo: Primum, quòd Collegium Rovenianum sit Capitulum *Cathedrale* Ultrajectinum, & in hanc stultitiam etiam inclinant Doctores Lovanienses in *Consultatione*, de qua supra. Secundum, quod primitivum Capitulum *Cathedrale*, & Metropolitanum etiamnum subsistat, & numquam defecerit. Ergo jam sunt Ultrajecti non tantùm duo Capitula, sed *duo Capitula Cathedralia*. Sic terminantur omnes ipsorum nugæ, ut Comœdiæ finis magis deridendus sit, quàm initium. Frustra quis objecerit, quod Rovenius erexerit altare contra altare, id enim ipsos parùm sollicitat; & modò devotis sibi mulierculis persuadere possint, quod Capitulum Metropolitanum habeant, & octo Amplissimos Capitulares; omne tulerunt punctum, & operæ pretium invenerunt. Sed hujus me cura fatigat. Properemus ad alia.

Diss. X. An Vicariatus à Philippo Rovenio & Jacobo de La Torre erectus, sit vere nomine Capitulum Cathedrale?

Propositæ quæstionis pars prior examinandum dat, an Vicarii Apostolici Missionis Hollandicæ POTUERINT instituere, atque erigere Capitulum, cui ex Lege, & Canone jura Cathedræ, seu Sedis vacantis competant secundùm modernam Ecclesiæ disciplinam.

Cùm demonstrativè evictum sit, Philippum Rovenium numquam restituisse vetus Capitulum, multis ante annis collapsum, inutile videri possit, si anxiè disputaremus de *potestate*; scilicet, an novum priori Capitulo substituere POTUISSET, Capitulum scilicet Metropolitanum, aut Cathedrale. Sed Adversarii nostri nolunt negligi.

Igitur, quia quæstionem existimant esse momentosam, dicimus primò, *quod solus Papa Ecclesiam erigit & constituit in Cathedralem. Barbos. in Jur. Eccl. univers. lib. 1. cap. 2. n. 139.* Quod iisdem penè verbis repetit in *Tract. de Canon. & Dignit. cap. 2. n. 2.* post alios primæ classis Doctores, quos hic longâ serie recensere non est opus. Adjungemus, Adversariis amicum Fevret (d) pronuntiantem in hæc verba: *Premierement il convient remarquer, qu'il depend de la puissance supreme du S. Siége d'etablir .... les Evechez.* Manifestè volent Fevretio, quod in Apostolica Sede agnoscat supremam in rebus Ecclesiasticis potestatem. Sed hæc nihil ad nos. Sanè, si solus Pontifex Ecclesiam quamdam particularem erigit in Cathedralem, solus erigit Capitulum Cathedrale; solus igitur restituit. Nec hæc facultas jure competit Vicariis Apostolicis, nisi hoc ipsum specialiter in mandatis habuerint. Argumento *Caus. 16. q. 1. cap. 53.* ubi GREGORIUS Pontifex scribit Bonifacio Episcopo, ut *ubi multitudo excrevit Fidelium ex vigore Apostolicæ Sedis debeat ordinare Episcopos.* Quod si Rovenius Cathedrale Capitulum, vel intendisset restituere, mox ei incurrisset in oculos INNOCENTIUS III. graviter conquerens de Sedis Apostolicæ Legato in Sicilia, cujus immoderatum extra fines mandati egressum, increpat his verbis: (e) »*Licet in Regno Sicilia generalis sit tibi commissa Legatio,*

(a) Pag. 170. (b) Pag. 183. (c) Pag. 239. & 263. (d) Traité de l'abus liv. 2. chap. 1.
(e) Cap. Quod 4. 2. de Off. Legati.

Diss. X. An Vicariatus à Philippo Rovenio & Jacobo de La Torre erectus, sit veri nominis Capitulũ Cathedrale?

tio, ad ea tamen sine speciali mandato nostro non debuisti manus extendere, quæ in signum privilegii singularis sunt tantùm Summo Pontifici reservata..... An existimas, quia vices nostras tamquam Legato tibi commisimus exequendas, quod Panormitanam Ecclesiam subjicere POSSES *Messanensi? &c.* Eodem planè jure, eademque ratione hæc ipsa Decretalis INNOCENTII Epistola impedimento est, quo minùs Rovenius, licet Vicarius Apostolicus, & cui per Fœderatas Belgii Provincias generalis commissa Legatio fuit, POTUISSET instituere, aut de novo erigere Capitulum collapsum, etiamsi id voluisset, aut intendisset.

Compositis Ecclesiæ rebus, quæ, præsertim in Africa, fuerant turbulentæ, Summi Pontifices Sedium Episcopalium institutionem, veluti unam è majoribus causis, ad se revocarunt. S. Remigius, qui vita functus est Anno 535. auctoritate HORMISDÆ Pontificis Laudunensem Episcopatum instituit. S. Willibrordus primus Frisiorum Episcopus illum ipsum Episcopatum Trajectensem, sive Ultrajectinum instituit, sed Auctore Pontifice, tamquam Legatus SERGII. S. Bonifacius Episcopus Moguntinus, Episcopatus quàm plures in Germania instituit, at non sine auctoritate GREGORII III. ut Legatus Sedis Apostolicæ in Germania, ut liquet ex ejus Epistola prima ad Bonifacium. Vide *Sigibertum ad Annum Christi 697. Bedam lib. 5. Hist. Anglorum Cap. 12. Thomassin. Part. 2. Cap. 55. n. 4. 5. & 6.* ZACHARIAS Papa Successor GREGORII III. in Sede Petri, varios Episcopatus à S. Bonifacio in Germanis constitutos, eodem Bonifacio instante confirmavit, ut ipsemet ZACHARIAS in secunda Epistola ad Wittam testatur, dicens: *Flagitavit autem a nobis jam dictus Sanctissimus vir, per Apostolicam auctoritatem vestras confirmari Sedes, pro quo & nos ardenti animo & divino juvamine, ac auctoritate B. Petri Apostolorum Principis confirmamus, atque solidas permanere vestras Episcopales Sedes sancimus &c.*

Volentne Adversarii audire S. Bernardum Abbatem? is, Sedium Episcopalium institutionem, divisionem, unionem, suppressionem &c. ad Pontificis auctoritatem spectare, clarè innuit his verbis: (f) „Plenitudo siquidem potestatis super *universas Orbis Ecclesias* singulari prærogativâ *Apostolica Sedi* est donata; qui igitur huic „potestati resistit, Dei Ordinationi resistit, „potest si utile judicaverit, novos ordinare Episcopatus ubi hactenus non fuerunt; potest eos qui sunt, alios deprimere, alios sublimare, prout ratio sibi dictaverit, ita ut de Episcopis creare Archiepiscopos liceat, & è converso, si necessum fuerit.„

Id veteri, mediæ & novi
in more fuisse, vel ipse Tho
luculenter consignavit scrip
quibus nos nihil addimus
mus igitur verba. „Nec d
„pigebit, non temerè conj
„do creatas fuisse olim anno
„nitimis Romæ Provinciis Ec
„tropoles, quo novas post
„Germania apud Frisios &
„mus institutas, auctoritate
„Pontificis, & eorum Episco
„à Pontifice mitterentur.
„exorientis tum primùm,
„centis Ecclesiæ seculis in
„in Hispania & Africa ab ip
„copo, aut ab iis quos ipse
„clesiæ & Sedes pleræque
„Nam Romæ ab ipso Pe
„rire & effundi cœperat
„& gratiæ rivuli in omne
„dentem emanarunt. Qu
„NOCENTIO I. in quada
„stantissimè affirmatur:
„delucidamque habet fin
„ut fidem meritò possi
„enim seculo V. VI. &
„tanti jam effloruissent i
„Hispania Episcopi, quid
„phis accedebat Ecclesiæ
„Apostolicæ opera, aut
„perfici; quanto magis id
„culis Ecclesiæ primis?
„tificum & Martyrum ze
„di fervor Evangelii tep
„posteriorum? An erant L
„in petendo subsidio à p
„pinquiores? Denique faci
„priora Ecclesiæ quasi re
„gulis cujusque loci Ep
„do sylvestri agro, & exc
„reliquiis, negotii satis
„solicitudinem proferen
„ni fines Imperii, Past
„lictam esse.„

Probavimus, auctorit.
clesiam quampiam in Ca
nes solum Pontificem;
tur igitur, auctoritatem
mendi &c. penes eumden
hil enim tam naturale est
que modo colligatur, ec
quod effatum & Ethnici
plum est in *Causa 25. q*
piscopalis Dignitas Civ
suberahitur, quod *Cives*
di, duos suos Episcopos
occiderunt. Utimur C
madvertit Barbosa post
a. n. 141. quod Pontifi
translationes ac Sedium
lus itidem totius ferè Or

(f) Ep. 131. ad Mediol. (g) Par. 1. lib. 1. cap. 41, num. 4.

Episcopatuum, & Archiepiscopatuum. Et n. 148. docet, quod solus iterum Pontifex *potest novas Dignitates in aliqua Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata creare.* Hinc intelligent Ultrajectini, quantùm valeat La Torru, *ad instar Capituli Cathedralis*, & *ad instar Canonicorum Graduatorum* creatio. Sed ipsi Gallos libentiùs audiunt, quàm Lusitanos, Hispanos aut Italos. Ecce autem, celeberrimus Jurisconsultus Gallus, Janus à Costa, (*h*) eruditè, atque inhæsitanter pronuntiat in rem nostram his verbis: *Ut dicam paucis id quod est, & tamen pauci observant, quid habent quasi Capitula Ecclesiarum .... quod non sit a Pontificali auctoritate derivatum?*

Adversarii totam hanc jurisdictionem Capitulorum ipsi adfingunt Ecclesiæ. Sed malè. Capitulum namque Cathedrale præsupponit Episcopum, qui ipse auctoritatem derivat ab eo, qui Ecclesiam erexit in Cathedralem, prout jam multis adductis testimoniis latè ostendimus. Si Rovenius Capitulum sibi POTUIT eligere, aut erigere (quod nec voluit, nec potuit) in ejus igitur arbitrio fuit positum, eidem prætenso Capitulo concedere jurisdictionem morte Mandantis aut erigentis non desituram; quod vel cogitatu indignum esset asserere.

Potuerunt quidem Vicarii Apostolici Fœderati Belgii, Pro-Vicarios eligere & nominare, qui jurisdictionem exercerent post fata committentium, sed illi Vicarii Apostolici hoc juris habuerunt solo titulo auctoritatis Apostolicæ, apud quam est dispensatio juris communis, & cui soli jus commune, aut privilegium fas est condere & concedere. Habuerunt ergo facultatem nominandi Pro-Vicarios, (*i*) nequaquam erigendi aut quasi resuscitandi Capitulum. Jure vel Romano Civili notum est, secundi Mandatarii auctoritatem non cessare, licet prior moriatur, quia secundus ille Mandatarius mandatum accepit, susceptitque à primo Mandante, prout in difficiliori docet *Faber Cod. lib. 2. Tit. 8. Def. 24. Berlichius Decis. 274. n. 11. Papon. lib. 6. Tit. 4. Arrest 15. Gratian. Discept. Forens. cap. 737. n. ult. Voet. ff. Mandati. n. 15.* Quippe Pro-Vicarii illi & secundi Mandatarii, Ministerio Vicarii Apostolici, Mandatum & jurisdictionem acceperunt à S. Sede; quæ res extra omnem dubitationem est.

Diss. X. An Vicariatus à Philippo Rovenio & Jacobo de La Torre erectus, sit rerum nomine Capituli Cathedrale?

Huc igitur res redit, omnes illos Pro-Vicarios constitutos esse à S. Sede, cui veritati non credimus ipsos Adversarios vel verbulum scripturos. Quare igitur Pro-Vicarios confundunt cum Capitulo quod sibi fingunt? Nos dicimus, & docemus, quod constituendis pro Missione Hollandica Pro-Vicariis nec locus, nec ratio subesse potuisset, si Capituli Metropolitici superfuisset auctoritas. Quod magis est, dicimus & asseveramus: Vicarios omnes Apostolicos, palam & apertè, rebus ipsis & factis, testatos esse, Capituli ne vestigium quidem superesse; hoc ipso, quòd petierint, impetrarintque facultatem substituendi Pro-Vicarios, qui nomine Summi Pontificis jurisdictionem exercerent, etiam tum cùm Vicariorum jurisdictio morte cessaret; ut scilicet Religioni & Catholicis essent qui præessent interim, donec res ad S. Sedem deferretur, porro ulterius provisuram. Exemplum posterioribus temporibus præbuit Petrus Codde Pro-Vicarius Ultrajectinus à Castoriensi Episcopo constitutus, & Jacobus Causebant Pro-Vicarius itidem Harlemensis. Vide Art. XIII. & Dissert. XII.

(*h*) Ad Decret. fol. 184. (*i*) Append. N. XXXI. & XXXII.

Digitized by Google

Diss. XI. An Collegium Rovenianum sufficienter repræsentet Capitulum, & possit exercere ea quæ Capituli sunt &c.?

DISSERTATIO X

An censendum sit, Capitulum in Collegio si dato etiam nunc subsistere, & an hoc Co verè & convenienter Capitulum repræs consequenter debeat, ac possit Ecclesi curam habere, omniaque exercere, qu tulis Cathedralibus, Sede vacante, incu puta, Litteras dimissoriales concedere Sacris Ordinibus sunt initiandi. Item I Parochialibus vacantibus providere de bus, seu deservitoribus, aliaque simili:

QUæstionem hanc Lovanienses, (in Consultatione Anni 1717. de qua jam sæpius,) resolvunt tertio loco; & cùm primam resolverint negativè, secundamque affirmativè, nequaquam mirum videri potest & tertiam sibi propositam quæstionem itidem, velut ex tripode, decidisse pari modo, quo secundam.

Prima quæstio, quam sibi ipsis proposuerunt, erat hæc: An Ecclesia Ultrajectensis habenda esset velut *collapsa*, omni jure & jurisdictione exuta, & ad conditionem nudæ Missionis redacta? Hanc, inquam, resolverunt NEGATIVE. Sed infeliciter valdè, uti demonstratum credimus in *Dissertatione* IV. sup. Fol. 225. Altera ipsis proposita quæstio, ferebat: An in Ecclesia Ultrajectina Capitulum Metropoliticum ejusque jura *potuissent* conservari? Hanc resolverunt: AFFIRMATIVE. Ita exigebat utilitas, commodumque otio Sacerdotum Ultrajectensium. Sed ex *Dissertatione* VII. fol. 246. clarum sit, quod inepta protulerint argumenta; quorum, tum viros Catholicos, tum eruditos homines, pudere debeat, & quæ Doctor Van Espen obtrusit reliquis Doctoribus, qui eamdem Consultationem signarunt ipsius potissimum fide nixi, & existimatione; & sub dolosa clausula in signando adhibita, dum dicunt: *Se ita censere suppositis factorum circumstantiis*. Succedit jam tertia quæstio examinanda in hàc *Dissertatione*: quæ, quomodo ex superioribus duabus deducatur & consequens sit, ego non video. Etenim in medio relinquunt quæstionem aliam: an prætensus Vicariatus Ultrajectinus à Rovenio erectus, sit ipsum illud Capitulum Metropoliticum, de quo in quæstione secunda. Sed condonanda sunt hæc cum reliquis. Expendamus quid hi

Juxta ipsos igitur res ind pitulum Ultrajectense etian te, viduæ Ecclesiæ curam que exercere, quæ Capitul Sede vacante incumbunt. Pro deri deberet, si post deprom ad priores quæstiones duas, ad ultimam. Etiam error rorem ardet, infelicitate na bet sibi constare, & alium Necesse plane fuit, cùm si lum Cathedrale, unà sup jurisdictionem. Sed cùm te tas Capitulum destruxerit siæ & capitis votum, nos re esse jurisdictionem Capitule sit. Rectè diximus, Pro-Vi ctionem primi constituenti

Objiciunt: *Primis Eccles pos unà cum Clero, ac not & Diaconis suarum respect. Ecclesias sibi commissas tan quàm temporalibus gube unum corpus in regimine tuisse*. Auctor est ipsis Th Lib. 2. Cap. 42. Addidit Hieronymum in Ep. ad T Gratian. Distinc. 95. cap. *rint se in commune debere* & S. Cyprianum Ep. 55. Papam, tamquam regent simul cum Clero Romano *lic Clero tecum præsident* csu III. Epis. 4. ad I Antiochenum Episcopum jura in Ecclesiæ regimine *ma sit hæc tua depositio à unà mecum Apostolicum th*

(1) Prov. assert. Edit. Fland. pag. 40. & seq.

tat quoque ALEXANDRUM III. Hos primæ gentis auctores velut in acie collocant, ut dimicent contra nos, & evincant, in Collegio Roveniano Capitulum Ultrajectinum etiamnum subsistere. Sed in omnibus his bonam fidem desiderari, patebit ex sequentibus.

Seriò & sedatè perimus, enucleatè ut nobis sua depromant sensa. Existimantne Episcopi, Cleri, Presbyterorum, & Diaconorum præsertim, unam esse jurisdictionem, parem, confusam, conjunctam? Hoc enim distinctè, dilucidè dicendum ipsis fuerat. Sed oratio obscura, ambigua, magis erat apta, ignaros ut allicerent ad casses.

In primis peccant imprudentiâ, dum objiciunt S. Hieronymi locum in Comment. Ep. ad Titum. Nam quantumvis ille à Gratiano adhibitus sit, non ignorant tamen, Bellarminum in Libro *de scrip. Ecclesias.* & ex illo, Marianum Victorium, Editorem Operum S. Hieronymi, observasse, quod *Commentaria in omnes Epistolas, non solum non sint Hieronymi, sed, quod magis mirum est, Pelagii hæresiarchæ sint.* Et quod hujus erroris caussam ediderint Monachi Benedictini Congr. S. Mauri, qui ad supra memorata Commentaria hanc adnotationem præmittunt. „Commentarii autem consequentes, licet Hieronymo tribuantur in M. SS. Codd. Pelagiano tamen, vel ipsi Pelagio adscribendi sunt. In Codice Bibliothecæ S. Richarii recensentur Commentarii Pelagii in XIII. Epistolas Pauli; & isti similiter in XIII. tantùm scripti sunt. Propterea in quibusdam veteribus Codicibus præfixa est his Commentariis concordia Epistolarum Beati Pauli, quam omnes veteres Codices Pelagio tribuunt. Ex hoc certè Primasius & Sedulius sua transcripsere: qui quum viderent Pelagii Commentarios haud indoctos esse, quamvis hæresi infectos, quæ bona erant in suos usus transtulerunt. Verisimile est, quum Pelagii nomen malè audiret, cunctos in Gallia labe hujus aspersos, sub Hieronymi nomine Commentarios legisse Pelagii.„ Ita illi. Poteram igitur, à S. Hieronymi auctoritate petitum argumentum, planè rejicere, sed cùm illi hinc S. Sedi Apostolicæ suscitent invidiam, modernamque Ecclesiæ disciplinam arguant, visum est, propiùs congredi cum Adversariis, ut fidelis populus intelligat, tela quidem in nos immitti, sed obtusa.

S. Hieronymus, illis & nobis non excipiendus testis, nequaquam docet, Episcopos debere Ecclesiam regere cum Presbyteris, sic, ut pari jure, & pari auctoritate, & hi, & illi Ecclesiæ præsint. Hoc volunt Adversarii. Doctissimus ille Ecclesiæ Doctor, loco objecto ostendit, apud veteres *eosdem fuisse Presbyteros, quos & Episcopos, & Apostolum Paulum Presbyteros vocasse,* *quos postea Episcopos* dixit, & è contrario. Et adfert exemplum Principis Apostolorum, qui in Epistola sua prima Cap. 5. *Compresbyterum* se dicit *Presbyterorum,* unà & *socium.* Fueruntne ergo alii socii Primatûs Petri, & jurisdictionis? Minimè. Quid ergo docet Hieronymus? Audi loquentem: *Antequam Diaboli instinctu studia in Religione fierent, & diceretur in populis: Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ, communi Presbyterorum consilio* (non jure) *Ecclesiæ gubernabantur. Postquam verò unusquisque eos, quos baptizaverat, suos putabat esse, non Christi, in toto Orbe decretum est, ut unus de Presbyteris electus superponeretur cæteris, ad quem omnis Ecclesiæ cura pertineret & schismatum semina tollerentur.* Et infra; *Paulatim verò,* inquit Hieronymus, *ut dissensionum plantaria evellerentur, ad unum omnis solicitudo est delata.* Et tum apertè pronuntiat: *Sicut Presbyteri sciunt se ex Ecclesiæ consuetudine, ei qui sibi propositus fuerit, esse subjectos, ita Episcopi noverint, se magis consuetudine, quam dispositionis dominicæ veritate Presbyteris esse majores,* ET IN COMMUNE DEBERE ECCLESIAM REGERE. Hic definit Gratianus, & cum ipso Erckelius. Ille, quia fortè existimavit sequentia ad rem suam non pertinere; hic, quia si sequentia subjecisset, planè ratus esset rem suam pessumdatum iri; porro hæc sunt: *Imitantes Moysen, qui cùm haberet in potestate solus præesse populo Israël, septuaginta elegit cum quibus populum judicaret.*

Atqui Moyses habuit potestatem solus præesse populo Israël, & septuaginta à se electi, non jure suo, sed Moysis electione populum judicarunt. Ergo electi à Petro, electi ab Episcopo, electi à Canone & Lege, regunt Ecclesiam: sed Petri auctoritate, Episcoporum consensione, Canonis & Legis dispositione. Numquid Catholicorum omnium concors est, unanimisque sententia, ex dispositionis dominicæ veritate Presbyteris majorem esse Episcopum? Aut ipsi in numero habent Erasmum qui, vel Diaconos Episcopis æquavit? *Marian. in Scholiis ad Epis. Hieron.* 85. Aut Auctores ipsis sunt Aërius & Wiclef, quorum judicium Erasmus infortunatè secutus est? Ut testatur *A Lapide in Comm. in Epis. ad Tit. Cap. 1. n. 26.* Nobis, & Catholicis omnibus, Tridentina OEcumenica Synodus est regula: *Sess. 23. cap. 4. de Ordine,* ubi declarat: *Præter cæteros Ecclesiasticos gradus, Episcopos qui in Apostolorum locum successerunt, ad hunc hierarchicum Ordinem præcipuè pertinere, & positos, sicut idem Apostolus ait, à Spiritu Sancto, regere Ecclesiam Dei; eosque Presbyteris superiores esse.* Videri potest *Thomass. Edit. Lat. Par. 1. Lib. 1. cap. 52. n. 9.* ubi de S. Hieronymi sententia loquens, ex ejus mente

Diss. XI. An Collegium Rovenianum […] sufficienter repræsentet Capitulum, & possit exercere ea quæ Capituli sunt &c.

Diss. XI. An Collegium Rovenianum sufficienter repræsentet Capitulum, & possit exercere ea quæ Capituli sunt &c.?

te docet, Episcoporum supra Presbyteros potestatem eximiam, *juris esse divini.*

Loquitur S. Hieronymus de iisdem, quos D. Paulus ad Titum, nunc Presbyteros, nunc Episcopos vocat. *Quæritur*, (inquit Estius in Commentario ad eamdem Epistolam *cap. 1. vers. & constituas*) *quos dicat Presbyteros; Num Episcopos, an Episcopis inferiores? Hanc quæstionem ipse Apostolus dissolvere videtur, quum seipsum interpretans paulò post subjicit; oportet enim Episcopum sine crimine esse; nam ex conjunctione causali manifestum est, quod de eodem loquatur. Verumtamen adhuc quæri potest, utrum Episcopi & Presbyteri nominibus significare velit eum quem nunc Presbyterum vocamus, uti nonnullis Catholicis visum est, an eum quem Episcopum. Respondetur, Episcopi nomine tam hic quàm in Epist. 1. Tim. 3. (de utroque enim loco prorsus idem judicium est) ex omnium interpretum, & Patrum sententia, significari eum, quem Ecclesiæ consuetudo Episcopum vocat; hoc est, qui tam ordine quam jurisdictione, cæteris, qui tantùm Presbyteri sunt, superior est.* Hieronymum rectè percepit Cornelius A Lapide loc. cit. *Verùm*, inquit, *S. Hieronymus & eum sicuti Anselmus, & Sedulius volunt dicere, olim communi consensu, spiritu & zelo magis quàm hierarchico ordine & imperio, Presbyteros rexisse Ecclesiam conniventibus Episcopis, sed paulò post illo ipso tempore, scilicet Apostolorum, cùm orirentur dissensiones, ut patet 1. Cor. 1. v. 12. & 1. Timoth. 5. v. 19. mox ob superbiam & schismata Presbyterorum, Episcopos suum primatum resumpsisse. Certum enim est, non tantùm consuetudine, sed & jure divino, Episcopos Presbyteris esse majores, tum potestate ordinis, tum potestate jurisdictionis. Quod ipsum docet S. Hieron. Epistolâ ad Heliodorum & ad Marcellam. Apud nos, inquit, Apostolorum locum Episcopi tenent. Atqui Apostoli majores erant ex Christi vocatione & institutione 70. Discipulis, ergo pariter & Episcopi Presbyteris ex Christi institutione majores sunt.*

Deinde concludit exemplo Moysis, jurisdictionem & imperium fuisse unicè penes ipsum, voluntariè tamen adscitum fuisse Concilium aut Senatum.

Ex his fontibus, si illi vel cavâ manu hausissent, facilè aut abstinuissent ab expressione: *ipsos unum corpus in regimine Ecclesiæ constituisse*, aut saltem sine ambagibus mentem suam clariùs expressissent. Et potuissent consulere Morinum *de Sac. Ordinat. Par. 3. Exercit. 3. cap. 3.* qui n. 21. observat: „ S. Hieronymo propositum fuisse, ut „ Diaconorum, præsertim Romanorum, superbiam retunderet, qui non modò se „ Presbyteris æquabant, sed etiam præfere-„ bant. Hoc ut præst[...] „ Presbyteros quibus p[...] „ piscopis exæquat, u[...] „ ni illi, cùm se pares „ aut etiam superiores „ [...]pis æquare, aut et[...] „ simum autem est o[...] „ nymi lectione versa[...] „ tionis fervore rhetori[...] „ & hyperbolis plurim[...] Aliam præterea Morin[...] nobis jam adductam.

Candidior est vel ip[...] *dit. Gallica Par. 1. L[...] Latina Par. 1. Lib. 3.*
„ Coalescebant illi „ unom *quoddam vel[...]* „ copo, & in parte[...] „ in Imperii Sacri *qua[...]* „ niebant inter se de[...] „ obsequentissimi &c „ unum Corpus, unun[...] „ que cum Episcopo quâdam utitur ille A[...] *dam veluti corpus, a[...] quamdam societatem. pendance de leurs Pre[...]* loquitur. In consiliun[...] est, quâ & Rovenium[...] gamus. Verùm hic a[...] imperioque, quod pe[...] se, vel Antiquitas d[...] Verbi gratiâ, ille ide[...] qui etiam vocabantur nis, illis quidem tem[...] Diaconi hanc solicitud[...] perii sacri quamdam an verò solâ Episcop[...] voluntate? Idem judic[...] tiâ, de Presbyteris ill[...] ralibus, quos Rovenii[...] silium, in partem sol[...] uti Vicarius Apostol[...]

Hoc eodem modo intelligit, explicatque tiam in pseudo-Pon[...] Petrum Cnapheum la[...] mine & auctoritate; *qui unà secum Apos[...] bant.* Regebant, sci[...] lium, non jure propr[...] tificis, quam distincti[...] que atque omni studio adeo ut velint videri notissimæ. Sine hac d[...] pleno mari vela comm[...] dem tabula supererit. bire non potest, F[...] potuisse credere, thro[...] ri Romani patientem [...] throno ipse solus fuit

Hinc mox intelligi[...] ctum est de Epistola

Digitized by Google

thaginensem; scilicet: totum hoc profluere à Sedis Romanæ auctoritate. Quis hodie malè audiret apud Romano-Catholicos quod quis scribat ad BENEDICTUM XIII. (exemplo Cypriani ad CORNELIUM) mentionemque interjiciat, *de florentissimo illic Clero præsidente* cum Pontifice. Fatuus est, qui præsidentiam hanc, una, aut simili verborum, aut rerum potestate definit. Et tamen hoc ipso exemplo utitur Erckelius pag. 41. ut Clerum in eodem throno collocet cum Episcopo & Pontifice.

Jam in aperto est, quo sensu intelligendum sit *Cap. 4. x. de his quæ fiunt à prælatis &c.* Nos cum Barbosa, aliisque Canonistis asserimus, plurima esse, quæ Episcopi non rectè faciunt nisi adhibito consilio Capituli, cujus etiam consensus persæpe necessarius est; qua in re numeros implevit Barbosa, & ante eum breviter *Henricus Boubic* primi nominis Canonista *ad d. Cap.* Quæ res locum habet præsertim in collatione Præbendarum atque in temporalium bonorum administratione aut alienatione, quod ipsum ad disputationem nostram nequaquam pertinet; unde ALEX. III. rectè monet officii Patriarcham Hierosolymitanum, ut fratrum utatur consilio, non verò *Abbates & Abbatissas & alias Ecclesiasticas personas instituat & destituat*, & nos ultro fatebimur, ut par est, Hierosolymitanum Patriarcham non rectè egisse, præsertim in negotiis momenti.

Sed non videntur Adversarii à nobis stare, cum utantur comparatione pessimâ, quæ laborat & in assumpto, & in illatione. *Penes Clerum*, inquiunt, *tamquam Ecclesiæ senatum & una cum Episcopo Corpus constituentem, omnis Ecclesiastica auctoritas habitualiter residet.* Hic Fidem obtestamur Antiquitatis totius; quis è Patribus, quod Concilium tali reperitur usum expressione? *Exercitium auctoritatis penes Episcopos, universumque Clerum est* juxta ipsos, & Ecclesiastica auctoritas habitualiter residet penes Clerum cum Episcopo. Clerus igitur clavium est custos. Datæ sunt Clero, non Petro. Sic loquuntur illi, aut certè loqui coguntur, nisi mutent antecedentia. Nos dicimus cum Catholicis omnibus, claves Petro datas esse, & sic verbis utimur Sacræ Paginæ, illi suis. Dicant autem illi, an, quia antiqui & moderni Episcopi, Clerum advocant in consilium, ideo Clerus ille potuit sic regere Ecclesiam Dei?

Supponunt iterum, *è Clero assumptos unum cum Episcopo corpus in administratione Ecclesiæ conflasse, & vice totius Cleri Ecclesiam rexisse, idque non minori auctoritate, quam moderna Canonicorum Collegia, quæ postrema ætas Capitula Cathedralia appellavit.* Mera hæc est suppositio, in cujus confirmationem nulla ipsis argumenta Antiquitas subministravit. Primò, conjungunt è Clero assumptos cum Episcopo, indèque conflant corpus unum; deinde hoc corpus unum, conferunt cum Capitulis modernis. Inferunt igitur à separatis. Si ratiocinandi leges religiosiùs servassent, solos è Clero assumptos sine Episcopo, contulissent cum Capitulis. Sed lumen rei noluerunt adferre. Clerus rectè dici potest rexisse consilio Ecclesiam, quam Episcopus regebat etiam Auctoritate & Jurisdictione divina: quod si corpus unum, conflatum scilicet *ex Episcopo & Clero*, comparare velint cum Capitulis Cathedralibus, explicent nobis quid sibi velit illa propositio: *Corpus hoc sic conflatum Ecclesiam rexisse, non minori auctoritate quam moderna Capitula Cathedralia?*

Diss. XI. An Collegium Roveniaum sufficienter representet Capitulum, & possit exercere ea quæ Capituli sunt &c.?

Illud: *non minori auctoritate*, statim lædit omnem Christianam mentem. Quare displiceat illis, placeatve, loquendum est longè aliter, & verissima est hæc assertio: quod Corpus conflatum *ex Episcopo & Clero*, longè majori auctoritate Ecclesiam regat, quàm regere possunt moderna Cathedralia Capitula. Et secundam subjicimus assertionem æquè veram: longè, longèque majori auctoritate ab Episcopo solo regi Ecclesiam, quàm sive à Clero illo, sive à Capitulo. Episcopi enim jure suo, tamquam positi à Spiritu Sancto, regunt Ecclesiam, quod nullus umquam dixit de Clero, nullus de Capitulis.

Addunt, *dubium non videri, quin Capitulum censendum sit subsistere in Collegio Sacerdotum prout id per Philippum Rovenium & ejus Successorem Jacobum La Torrium institutum fuisse describitur.* Atqui institutio illa, nequaquam ad Capituli pertinet erectionem, sed ad Vicariatûs tantùm, ut in superiori *Dissertatione* ostendimus sat, superque.

Illic nobis res erat cum Sacerdotibus in cura animarum laborantibus. Hic congredimur cum Juris Doctoribus, qui Sacros Canones evolvunt diurna, nocturnaque manu, sue saltem evolvere deberent. Eodemne illi jure censent, habentque Vicariatum, & Capitulum? Jam superiùs animadvertimus, hunc *Vicariatum quemdam*, argumento esse indubitato, quod Rovenius omnino persuasum habuerit, Capitulum illud antiquum & Ultrajectense, tum pridem evanuisse ut collapsum; Unde certum est; Capitulum illud antiquum nequaquam posse censeri subsistere in illo Vicariatu. Ut propiùs hac in re cum ipsis congrediamur, jam superiùs diximus, Capitulorum erectionem jurisdictionis esse S. Sedis. Vicarios sibi constituere, aut assumere, potest quilibet Episcopus. Vicarii illi *cooperatores in partem solicitudinis & in laborum sublevamen assumuntur*; sacè non assumuntur in partem imperii, & jurisdictionis, nisi quantùm Episcopus concedit.

Vica-

Digitized by Google

Diss. XI. An Collegium Rovenianum sufficienter repræsentet Capitulum, & possit exercere ea quæ Capituli sunt &c.?

Vicarii illi revocabiles sunt, ut jure notissimum est. Capitula Cathedralia stabilia sunt corpora, nec Episcopus illis auferre potest, quæ concedunt Canones sive in vita, sive post obitum Episcoporum. Longum esset percurrere Capitulorum jura, quæ illi Vicariatui nec Adversarii auderent asserere. Hoc rursus argumento evincitur, illud ipsum quod probandum assumpsimus; scilicet: Capitulum non posse censeri subsistere in illo Collegio. Rovenius probè scivit, sibi consilio opus esse; Capituli vestigia nulla superesse; & Prælatis omnibus fas esse, jure sibi adsciscere in consilium quos libet; atque hoc fecit unum.

Vix ipsis extorqueri potest aperta confessio: *Capitulum Metropolitanum unà cum bonis temporalibus & prærogativis ab Acatholicis esse occupatum.* Fatentur tamen. Et quod magis mireris, Rovenii institutionem, mentemque exhibent eo, quo nos, ferè modo. Duplicem Rovenio rationem suggerunt: primò, Capituli occupationem, *& quod de Catholicis Canonicis pauci & ad rem Ecclesiæ minus intenti superessent.* Atqui Rovenius defunctis Canonicis non substituit alios veros Canonicos; Et Vicariatum non erexit alia de causa, quàm quòd Capituli nihil jam superesset. Tantùm abest, ut Capituli continuationem, aut institutionem, in mente aut ob oculos habuerit, ut contrà, nihil nisi *Collegium* instituerit *Pastorale.* Proprium ipsorum Auctorem Bataviæ Sacræ, testem proponimus hujus rei. (m) *Cum a mutato regimine*, sunt verba Auctoris, *sensim primæva Pastorum institutio confunderetur .... erectum est ab Illustrissimo Philippensi Archiepiscopo Rovenio ea in Civitate* (Ultrajectina) *per successorem ejus Ephesinum Archiepiscopum confirmatum* COLLEGIUM PASTORALE *constans Pastoribus Civitatis & eorum Sacellanis &c.* Hoc ipsum La Torrius in *Relatione* sub Annum 1656. adstruit iisdem planè verbis, de quibus supra aliquid adnotavimus.

De Ærarii erectione nihil dixi superiùs, quòd fatem, Doctoribus placuisse, quod viri in hunc Vicariatum assumpti, præter inanes ipsis datas prærogativas, etiam *unde alerentur, haberent.* Adverteruntne illi, quod Rovenius administrationem Ærarii sibi reservarit, vel Vicario suo Generali: & quod La Torrius eamdem à se administrationem ignavè abjecerit, ut alia ferè omnia & Dignitati suæ, & jurisdictioni propria? Fallor, aut hic latet anguis in herba.

Evidens est, illos qui tum erant in Vicariatu, nòn fugisse honores; sed contra, improbando more, titulos ambiisse, vel titulorum similitudinem, ut scilicet, quod reverà esse non poterant, vel nomine tenus haberentur, quasi tales. Quid nova hæc erectio extorserit La Torrio, ipso fat

superque exprimit vers: (n) *habentes erectionem Ærarii .... judicavimus .... fundationem dicti Ærarii ad quam nobis caritatis offerunt summam florenorum in parata pecunia sione de augmentando .... ad quaginta millium florenorum ut si quisquam quovis præte per Censuras & fulmina E ctum Concilium Vicariatûs a dia, gubernatione & admin Ærarii amoveri, ipsumque continuationem ejusdem per rum electionem impedire, ribus privare, tunc ipso fact annullatum sit hoc publicum*

Utinam hæc & similia de nebris, aut potiùs exstincti A cujus hic Censuris sibi met stores Ærarii? Certè, ab au mæ. Omne omnino jugum in votis erat; successorum m primæ Sedis Auctoritatem runt. Sed quo hæc jure f carius scilicet Apostolicus, c aut stipulantibus spondere? buit sibi concessum, sive ju sive Litteris Apostolicis. I ille *Collegium* hoc *Pastora* petuum senatum Ecclesiæ dum auctoritatem ipsis co *Capituli Cathedralis.* Num inducemus vel suspicari, Van Espen existimet, hæc licuisse. Primò, quia Vica corum auctoritas definitu que jure communi, aut f de datis. Si quid secus f cedunt mandati, & nihil horrenda, detestanda est num stipulatio, quâ stal senatûs Ecclesiastici, redi modi promissione, & p mus planè quid his oppo inde profluit sponte argu peremptoriumque; scilice latores probè novisse, Ca quam habuisse.

Propudiosum est, qu La Torrii agendi ratione merent *Sanctorum Epis* men, & plura alia spa edita idiomate Gallico, nam ergo sunt illi Sancti natum Ecclesiæ perpetu cepta pecuniâ, promissi Quinam illi Sancti Episc cto stipulati sunt vocem tatem accedendi, parita De Vicariis Apostolicis rum delegata tantùm est

(m) Par. 2. pag. 119. (n) Append. N. XVI.

Digitized by Google

Hæc ipsa La Torrii institutio ... rit ob nulla, convellit Adversariorum ... nomi- quod Collegium hoc delitescere deb... od illa rationes politicas, adeoque abstinere ... ne po- ne Capituli. Palam siquidem est, ... itatem institutio, si quoquo modo subsist... Ca- tuisset, majorem illi Collegio auctorit... tionis attribuat, quàm umquam habuit ver... ue ad pitulum Ultrajectense à tempore erectionis novorum Episcopatuum in Belgio ... Re- ipsius Schenckii obitum, aut mutat... litica, ligionis statum. Hæccine est ratio po... idem aut ab Acatholicis metus; abstinere ... iculis, nomine Capituli, majoribus tamen ... tiva? aut saltem longè majori fulgêre prærogativa?

Quod Vicarii Apostolici Belgii Fœderati in hoc Collegium adsciverint è Clero suo, qui Pastoralibus curis erant præpositi, nec nos improbamus; imò candidè fatemur, probè factum, neque in eam rem necesso erat adducere Synodum Provincialem Emeritensem in Lusitania, duodecim Episcoporum. Bene tamen habet, quod adduxerint. Synodus Episcopis licentiam facit de Parochianis Presbyteris ac Diaconibus Cathedralem sibi in Ecclesia principali facere, Quod illi ex Thomassino animadverterunt. Illa ergo principalis Ecclesia subsistebat, Sedes scilicet Episcopalis. Hoc ipsa Synodus & temporis historia manifestum facit sub Rege Recceswintho. Sed hic, in casu nostro, non ampliùs supererat Sedes Archiepiscopalis. Quæ disparitatis ratio eluit, diluitque quam illi obtendunt paritatem; cùm agnoscant, defectum Canonicorum Cathedralium, quin & ipsius Capituli ad Protestantes unà cum omnibus temporalibus subsidiis translationem. Quæ omnia secus in Cathedralibus Provinciæ Lusitanæ. Huc igitur argumentum redit: Licuit Metropolitano Emeritano eligere in Cathedralem Presbyterum, quempiam curi occupatum in cura animarum; ergo Se ... licuit Episcopis Ultrajectensibus. Sit ita. Sed an eodem exitu, ut nimirum assumpti ab Ultrajectensibus, Cathedrales fierent, prout assumpti ab Emeritano? Hoc planè pernegamus, tum quia à morte Schenckii nullus umquam fuit Episcopus Ultrajectinus, sed soli Vicarii Apostolici; tum quia defectus fuit Canonicorum Cathedralium & ipsius Capituli ad Protestantes translatio.

Voluntne & aliam disparitatem ex ipsa Synodo & Thomassino? Dubitarunt illi duodecim Episcopi Lusitani, An liceret Episcopo eos in Diœcesi sua, quos pro Dei officio & suo juvamine dignos reperiret, ad suam principalem Ecclesiam perducere & habere. Elegit unanimitas Synodi, Episcopos vel cogere posse. „ Il est à remarquer
„ icy, (inquit Thomassinus loco ab ipsis
„ citato) que les revenus des Curez étoient
„ ordinairement plus grands, que ceux des
„ Chanoines, puisque nous voyons icy que
„ les Curez des Paroisses ont de la peine
„ à se resoudre de passer à l'Eglise Cathe-
„ drale, & si l'on donne aux Evêques le
„ pouvoir de les y contraindre, ce n'est
„ qu'en leur laissant la meilleure partie de
„ leur premier Revenu. „ Viderint igitur illi, an in lucri reponant parte, quod ad Emeritensem Synodum, aut ad Thomassinum provocaverint.

Diss. XI. An Collegium Roventianum sufficienter repræsentet Capitulum, & possit exercere ea quæ Capituli sunt &c?

Ubi animadverterunt Adversarii, nullum esse illi, pro quo pugnant, olim Capitulo, Canonicum titulum; ad denominationes confugiunt extraneas, & præcipuè ad Literas Eminentissimi Cardinalis Bussii, eodem tempore Internuntii Apostolici, Bruxellis datas 21. Junii 1702. quasi hæ, Tituli Canonici vices valerent præstare, eo quod ille, causâ non cognita, præclara vocaverit Capitula. Sed quid illis cum Internuntio Apostolico, qui CLEMENTIS XI. Breve Apostolicum datum Romæ 3. Aprilis 1703. Eminentissimi ejusdem ... facinut; qui Litteras ... Cardinalis Paulutii Romæ 12. Octob. ejusdem Anni Sanctissimi nomine & Mandato scriptas ad Archiepiscopum Sebastenum, pedibus calcant? An fortè illis Internuntius majori in loco est, quàm ille, qui est Episcopus Episcoporum? Sic planè videtur. Omninò similia sunt, quæ adducunt ex quibusdam Litteris Vicariorum Apostolicorum; qui ipsi, cùm erigendi Capitulum auctoritatem non habuerint, multò minùs id facere voluerunt Litteris, sive ad amicos, sive ad alios scriptis. Primus, qui hoc titulo dignatus est Ultrajectenses, fuit Coddæus Archiepiscopus Sebastenus, de qua re plura superius.

Ut igitur hanc partem concludamus; idcirco juxta Adversarios Collegium illud omnia exercere potest, quæ Capitulis Cathedralibus Sede vacante incumbunt, quòd etiamnum, præsertim ab institutione La Torrii, antiqui Capituli vices & jura habeat. Cùm ergo hanc assertionem planè convicerimus erroris, sequitur nihil Ultrajectensibus competere eorum, quæ SS. Canones Capitulis assignant, committuntque, Sede vacante.

Ex proposito constitueramus negligere objectiunculam de Canonicorum denominatione & officio: sed quia in ... passim inseritur ea objectio Libellis, v. g. in Refutatione Responsi ad Monitum Juris, (o) ... visum est & illam quoque delibare. Fatentur cum Glossa in Cap. Cum M. de Constit. Quod omnis Canonicus debeat habere Præbendam. Sed, inquiunt, non est contra jus quod aliquis recipiatur in Canonicum & expectet Præbendam; sed nullum recipere beneficium, si percipi possit, est contra jus. ... utuntur auctoritate, qui Canonicos dici vult (p) non ab annuo Canone

(o) Fol. 18. & seq. (p) Lib. 1. de Canon. cap. 5.

Digitized by Google

Diss. XI. An Collegium Rovenianum sufficienter repræsentet Capitulum, & possit exercere ea quæ Capituli sunt &c.?

ne, seu præbenda, sed à Canone seu *regula*, quam profitentur. Exemplum adducit *Rasonis*, qui *primis septem Annis fuit Canonicus absque Prabenda*.

Nos quoque assentimur, verbi potestatem derivari ab eo quod præcipuum est, scilicet à regula; sed contendimus, quod omnis Canonicus debeat habere Præbendam, saltem spe firmâ, cujus Classis Canonicos vocat *Coadjutores expectantes Prabendas*. Atqui Ultrajectini nec Præbendas habent, nec spes est, habituros. Moraliter, ut aiunt, loquendo, certum dici potest, numquam habituros.

Sine jure Canoniæ, & Præbendæ institui non poterant novi Canonicatus. Canonia enim & Præbenda Canonicum faciunt. *Cap. Relatum & Cap. Dilectus filius. Ripa in Cap. cum M. Ferrariensis n. 26. & 170. de Constitut. Barbosa de Canonic. cap. 1. n. 45. & cap. 12. n. 1. & seq. Lotter. de Re Benefic. lib. 1. quæst. 19. n. 5. & seqq. Clericat. discord. part. 1. Discurs. 25. n. 5. & seqq. De Luca de Canonic. Disc. 19. n. 5. & 6.* Et sine Præbenda, & spe Præbendæ tituli Canonicales aerii, ventosi, spurii & illegitimi reputantur. *Clericat. d. Discord. 25. n. 17.*

Sed *quid si*, pergit idem Auctor (q) *aliunde honestam sui sustentationem à parentibus, quantum satis est, acceperint? Quid si una & Canonici illi sint & curati*, *& ex Pastoratibus suis percip... da ipsorum Dignitati* abu...
Exemplum quoque ipsi est ...
vitatis Sipontinæ in Italia. ...
fuerat eundum ad longinq...
Ypris V. G. Pastores omnes C...
Canonici; Antverpiæ uten...
quod & nonnullis aliis Bel...
usu est, sed quid inde ipsi ...
ne Capitulum illud Civitat...
& Emeritense in Lusitania, ...
verpiense &c, veri nominis ...
quorum Canonici annuum h...
seu veri nominis Præbenda...
patrimonium privatum simi...
hactenus inauditum fuerat, ...
sum, patrimonium privatum ...
haberi Præbendæ Ecclesiast...
judicium de Pastoratibus, ...
qui quidem reditus legitu...
parte veri nominis Præbe...
bus, ut superiùs vidimus ...
ritensi, sed numquam leg...
fuisse adnumeratus inter P...
de quo locuti sumus acces...
subsidium.

Certè Pastoratus Ultraj...
vitate, sive rure, numqua...
in Canonicatus aut Præbe...
nium illorum Pastoratuum ...
cis quoque cesserunt, hi...
serit, vulgòque vocentur ...

DISSERTATIO X...

An Collegium Sacerdotum à Rovenio ... sive prætensus Vicariatus Ultrajectinu... cariorum Apostolicorum obitum, juri... Episcopalem exercuerit, quasi *Sede v...*

Ex illis, quæ superiùs loco non uno commemoravimus, illud modò observandum est, quod post mortem Sasboldi, & iterum post obitum Rovenii, Ultrajectensibus Sacerdotibus, Majoribus modernorum, numquam in mentem venerit, quod per horum Vicariorum Apostolicorum decessum, Sedes Ultrajectina vacaverit, quod nihilominus necessariò statuendum fuisset, si duos hos Præsules, veros Archiepiscopos Ultrajectinos fuisse credidisset anteacta ætas. Etenim post horum obitum celebrata fuisset per Capitulum Ultrajectinum, Vicarii Generalis Electio; & hoc memoriæ non tantùm, sed & litteris fuisset consignatum, & in præsenti causa valeret quàm quod maximè. Sed nihil horum Adversarii nostri, vel fingere audent, vel asserere.

Quare; nemo satis mir...
Heussenii, qui post enarra...
Joannis Neercasselii Epi...
per Fœderatum Belgium ...
(qui die sextâ Junii 16...
diem clauserat) subitò a...
storiæ & narrationis su...
culis pro titulo posit...
edidit imposturam: (r ...
POST CASTORIENSIS ...
APOSTOLICI OBITUM.

Hoccine est sincerà ...
ris temporibus transmiti...
riæ adeo necessariam? ...
pore Castoriensis Episc...
habitus est Præsul Ultr...
quando, & quomodo i...
quam? Imò, quod ma...

(q) Pag. 10. (r) Bat. Sac. fol. 504.

nam Joannem Neercassolium Adversarii ipsimet, vel per mendacium dixerunt esse, vel fuisse Ultrajectensem Archiepiscopum?

Hæc scripsit Heussenius (aut quicumque est Auctor Batavia Sacræ) Anno 1714. Duobus post annis prodiit idem illud Opus Idiomate Belgico tribus Tomis in 8. Translatorem porro puduit imposturæ & vanitatis; omisit enim quidquid in Editione Latina de Sede vacante, & de Vicariorum Generalium administratione dolo malo confictum est. Sed nec proficiunt doli.

Etenim quænam hic Sedes vacat? Ultrajectina? Harlemensis? Daventriensis? Leovardiensis? Groeningensis? Middelburgensis? Has omnes & singulas æquali potestate, æquali jure, atque imperio rexit, administravit, & gubernavit Neercassolius ex S. Sedis Apostolicæ Delegatione. Hæ omnes per Castoriensis obitum Vicario Apostolico destitutæ fuerunt. Quidni scripsit sex omnino Sedes Episcopales vacantes per ejus obitum? Et cum fingere, fallere, atque imponere libuerit, quidni sex Episcopales Sedes, tanto jam tempore pulligine atque nigrore aspersas, una fidelis dealbavit omnes? Non explicat ille discretè quænam vacet Sedes. Docendus est igitur: vacat enim per obitum Joannis Neercasselii, Sedes Episcopalis una; nempe Castoriensis. Sed non hoc voluit emunctæ naris homo, subjecit enim: (s) quod *Pro-Vicarii utriusque Capituli, Ultrajectini scilicet & Harlemensis, mox ab obitu Castoriensis Episcopi, Vicariorum Generalium, probante apud Belgas Internuntio, munus gesserint.*

Hic vera falsis admiscet, more suo. Docuimus, Pro-Vicarios fuisse Neercasselii, non prætensi Capituli, seu Ultrajectini, seu Harlemensis: quod adeò verum est, ut cùm facultates dictis Pro-Vicariis ab Episcopo Castoriensi concessæ, completo concessionis termino, finirentur; ad S. Sedem se converterint ad earumdem confirmationem obtinendam & prorogationem. Sed quid Internuntii approbationem pro muneris exercitio, advocat in auxilium? Infelix astutia! Nonne cùm Ministri Apostolici auctoritatem loqueris, unà fateris, nec Ultrajecti esse Capitulum Cathedrale, nec Sedem vacantem, nec regimen Vicariorum Capitularium?

Adversarii occultatum volunt, quod Neercasselius, facultatem habuerit substituendi sibi Pro-Vicarios, & quod illa facultate usus fuerit; prout alii omnes Vicarii Apostolici, ut suis locis diximus. Quamvis Heussenius nullibi hujus rei mentionem fecerit, res tamen omnibus nota, in confesso est apud Anonymum Gallum. Candidè igitur, atque apertè explicandum erat, quid hac in parte probaverit Internuntius; nimirum illud solummodò, ut Missionis regimen tantisper maneret penes illos, quos Pro-Vicarios sibi vivens elegerat, & moriens reliquerat Neercasselius, donec Sedes Apostolica certior facta de Vicarii Apostolici obitu, alio modo provideret.

Dixerat Anonymus ille: „ (u) Vicarios „ Apostolicos extraordinariâ per Romanam „ Curiam potestate instructos, nominasse „ Pro-Vicarios qui post eorum mortem re„ gerent. „ Displicuit homini, quod potestas à S. Sede accepta esset, voluitque à prætensis Capitulis petendam; quare seditiosam vocem attolens „ Est injuria, *inquit*, quæ „ Ultrajectensis & Harlemensis Ecclesia„ rum juribus infertur, quam tolerare non „ opportebat. „ Imò verò pronuntiandum est longè aliter. Scilicet, Ultrajectinos Sacerdotes involare in S. Sedis jura; & Sacrorum Canonum, atque omnis retro antiquitatis sacratissimas Sanctiones violare, cùm vacante apud ipsos Officio Vicarii Apostolici, non verentur usurpare regimen animarum, & in jurisdictionem Ecclesiasticam damnabiliter sese ingerere. Hæc aliàs dilucidè & luculenter, nunc ea, quæ facti, executienda sunt.

Non concedit Heussenio temeritate peregrinus ille oblatrator, dum ita pergit intrepidè & mendaciter. „ Sed *quotiescumque* „ *casus accidit*, Capitula usi sunt cautelâ „ eligendi sibi in Vicarios Generales, Sede „ vacante, illos ipsos, quos ultimus Vi„ carius Apostolicus antequam moreretur, „ nominaverat vi potestatis extraordinariæ „ quam Romà acceperat, adeo ut hi Pro„ Vicarii, sine præjudicio jurium Capituli, „ semper gubernaverint, vacante Sede, *du*„ *plici jure & duplici titulo.* „

Nonne, qui hæc legis, existimas contigisse sæpe sæpius (*quotiescumque casus accidit*) TOUTES LES FOIS QUE LE CAS EST ARRIVÉ; quod post Vicarii Apostolici mortem, Missionis Hollandicæ regimen fuerit penes

Disс. XII. An Collegium Sacerdotum à Roveniо erectũ, jurisdictionem Episcopalem exercuerit, quasi *Sede vacante?*

(s) Bat. Sac. fol. 504. col. 1.

(u) *Les Vicaires Apostoliques, munis d'un pouvoir extraordinaire, qu'ils récevoient de la Cour de Rome, ont nommé des Pro-Vicaires, pour gouverner après leur mort. C'est une atteinte au droit des Eglises d'Utrecht & d'Harlem, qu'on n'auroit pas dû souffrir. Mais toutes les fois que le cas est arrivé, les Chapitres ont eu la precaution, de choisir aussi de leur coté pour leurs Vicaires Géneraux,* SEDE VACANTE, *ceux-là-mêmes que le dernier Vicaire Apostolique avoit nommez avant que de mourir, en vertu des pouvoirs extraordinaires qu'il avoit réçû de Rome; en sorte que, sans préjudice des droits du Chapitre, ces Provicaires ont toujours gouverné, pendant la vacance du Siége,* DUPLICI JURE ET DUPLICI TITULO. Memoire &c. pag. 246. in nota.

Digitized by Google

Diss. XII. An Collegium Sacerdotum à Rovenio erectum, jurisdictionem Episcopalem exercuerit, quasi *Sede vacante*?

pones Pro-Vicarios, durante vacatione Officii? Primæ, & ultimæ, & unicæ vices sunt hæ, post obitum Neercasselii, quando Officium vacavit per biennium. Ut hæc ad oculum, ut aiunt, demonstremus, consulamus rationem temporum & rerum gestarum ordinem, ut fraus pateat, & impostura.

Primus Vicarius Apostolicus Sasboldus Vosmerus diem clausit 3. Maii 1614. Mox ab ejus obitu, inquit Heussenius (v) ejusdem scilicet Anni Mense Octobri, à PAULO V. ei substituitur Philippus Rovenius. Quis hic per quinque mensium intervallum Ecclesiam Ultrajectinam administraverit, nec nos, nec ipsi facilè dixerint; quamvis extra dubium sit, quin Nuntius Apostolicus Missionis curam gesserit, ut potuit turbatis illis temporibus. Noo legi hactenus, post Sasboldi mortem regnasse Pro-Vicarios, aut rexisse Capitulum.

Philippus Rovenius Coadjutorem habuit Jacobum de La Torre, qui illi supervixit. Non vacavit itaque huc usque Officium Vicarii Apostolici.

Jacobo de La Torre, datus est Coadjutor Zacharias Mezius, qui ante illum obiit. Sed La Torrio viam quoque universæ carnis ingrediente, statim à Pontifice electus fuit Balduinus Catzius. Proinde nulla hic vacatio, nullum Pro-Vicariorum regimen, nec prætensorum Vicariorum Capitularium electio.

Catzio defuncto, statim successit Joannes Neercasselius, ejus Coadjutor.

A morte Sasboldi usque ad illum diem, quo Neercasselius factus est Vicarius Apostolicus, anni sunt, plusminus, quinquaginta, quibus numquam vacavit Vicariatûs Apostolici officium, nisi brevissimo tempore; cujus acta ipsimet ignorant, ut de quinque mensium spatio, quod inter Sasboldi obitum & Rovenii Delegationem intercessit, jam adnotavimus. Potuisset Joannes Wachtelarius durante hac vacatione Officii Missionem curasse, sed id nusquam legi, nusquam inveni assertum, nedum probatum. Sed ut id esset verum, nondum constaret, illum à prætenso Capitulo fuisse electum in Vicarium Capitularem Ultrajectinum, quasi *Sede vacante*. Post La Torrii obitum vix menses duo effluxerant cùm Catzium electum fuisse innotuit. Dicant si ausint, Pro-Vicarium regnasse in hac secunda brevissima vacatione Officii Vicariatûs Apostolici, qui ab imaginario Capitulo fuerit electus. Dicam ego, ipsos meditari fraudes, & dolos. Catzius, Neercasseliusque Pro-Vicarii fuerunt Zachariæ Mezii ut in ARTICULO X. docui, fol. 26.

Quandonam igitur hæc prætensi Capituli Ultrajectini est adhibita providentia & cautela, ut elegerint sibi in Vicarios Generales, eosdem illos, quos demortu[i] [Apo]stolici constituerant Pro-Vi[carios]... donam contigit *duplici* illos ja[m] *titulo* Missioni præesse, ubi ab... di usque ad Castoriensem, p[r]... nisi brevissimo tempore quod... mortis Vicarii Apostolici, &... ponsum intercedit? Quando... lebrata fuit Vicariorum Gene[ralium]... ubi numquam ulla fuit vacat[io]... ut ausint Adversarii dicere,... Wachtelarius, aut Balduinu[s]... Joannes Neercasselius à con... tulo electi fuerint in Vica[rios]... quasi *Sede vacante*. Id si aut... quentur & stultitias; sed tale... rum Virorum manes lædant.

Porro quid post Neercass[elii Apo]stolici mortem egerint præt[ensi]... Ultrajectini, seu veriùs, q[ui]... rint, expendendum venit.

Profert Gallus ille Actam... cariatu Ultrajectino nomi[na]... rios Generales, qui Missioni... derent post Neercasselii o[bitum]... Belgico idiomate dedit Er... quid dissimulare videar, tr...

Decimo die Julii 1686. ... *dicta fuit Gouda, ubi omn[es Ca]pitulares adfuerunt præter ... ciscum Hugonem Heussenii... quias cohonestaret R. D. ... Castoriensis, & Pontifici[i per] Belgium Vicarii, hoc An[no] in obeunda Diœcesi Da[ventriensi] demortui, in Trans-Isulan[a]... rat, atque illic etiamnum ... decretum fuit ut Amplissi[mus]... dens, quem Episcopus Ca[storiensis in] morte Pro-Vicarium de[signaverat, Archie]piscopalis Diœceseos Ul[trajectinæ au]ctoritate & potestate Ul[trajectinæ Eccle]siæ, in se susciperet adm[ini]strationis, in iis nimirum lo[cis, quæ sub prædicto Vica]rato Vicariatu sunt consti[tuta]... qui ob Archiepiscopu[m]... sunt Ordinibus initiandi... simo Lindebornio Dimiss[orias] Litteras impertiendo. S... ripiendis Pastoribus, ve... quædam administrantibu[s]... tinendo ex consilio tame[n]... ne Lindebornii, itemqu[e]... Archipresbyteri, qui e... cerdos mortuus sit, est... Pastoratus quispiam, cu... tu præest, sive in Civita[te]... ratione spectabilis vaca[re]... ficietur, nisi cum omni[um]... ris, vel saltem plerun[que]... approbatione.*

Atque hæc est, si S...

(v) Bat. Sac. fol. 76. (x) Mem. pag. 38. (y) Protest. assert. p. 33. E...

Capitularis, & Vicariorum Generalium ele-
ctum! Profectò, vel cæcos oportet fuisse nu-
dos illos Presbyteros, & amore potestatis,
atque honorum ambitione abreptos, vel su-
pinâ laborantes ignorantiâ, qui aliis largiun-
tur quod ipsi non habent, & sibi reservant
quod spectat ad alios. Monstra quis tanta
explicet?

Occurrit primò, quod seipsos dicant *Am-
plissimos Capitulares*, & postea *Ultrajecten-
sem Vicariatum*.

Deinde, quod Petro Coddæo administra-
tionem *Missionis*, non Diœcesis Ultrajecti-
næ commiserint, & hoc ex auctoritate &
potestate *Vicariatûs*, non Capituli.

Tertiò, quod fateantur Petrum Coddæum
ab Episcopo Castoriensi constitutum fuisse
Pro-Vicarium Archiepiscopalis Diœceseos
Ultrajectinæ.

Quartò, quod fateantur Joannem Neer-
cassellium fuisse Episcopum Castoriensem, &
Pontificium Vicarium, non Archiepiscopum
Ultrajectinum. Liceat igitur denuo inter-
rogare, quæ demum per ejus obitum Se-
des Episcopalis vacaverit, cujus jurisdictio
ad ipsos devoluta sit?

Quintò, quod decimo die Julii, id est,
à morte Castoriensis Episcopi, trigesimo
quarto, prætensi Vicarii Generalis electio-
nem, seu confirmationem celebrarint, ubi
illa, ex Conc. Trid. Sess. 24. Cap. 16. *de Re-
form.* infra octo dies post mortem Episcopi
habenda sit, sub pœna devolutionis. Igitur,
dato, non concesso, quod verum Cathedra-
le Capitulum constituant; quæro, quo jure,
post tantam moram, tantamque in hypo-
thesi negligentiam, illo die Vicarium eligere
potuerint, aut confirmare? Aut juris dis-
positionem turpiter ignorarunt illi, aut pe-
tulanter contempserunt.

Sextò, quod Petro Coddæo potestatem
faciant Litteras Dimissoriales ad Sacros Or-
dines concedendi, unà cum Lindebornio,
ubi idem Conc. Trid. Sess. 7. Cap. 10. *de
Reform.* sancivit, non licere Capitulis Ec-
clesiarum, Sede vacante, infra annum à die
vacationis ordinandi licentiam concedere,
nisi in casibus ibi expressis. Elidetur igi-
tur Presbyteris illis, & aliud argumentum, aut
juris ignorantiæ, aut contemptûs.

Septimò, quod fateantur & disertè ex-
primant, Petrum Coddæum ab Episcopo Ca-
storiensi accepisse jurisdictionem, duratu-
ram etiam post mortem committentis, ex spe-
ciali S. Sedis concessione. Quid illi igitur
eidem adjiciunt jurisdictionis & potestatis
per Missionem Hollandicam? Fallor, nisi
ludum puerilem ludant, & illud ipsum quod
solent in scholis pueri, & in foro otiosi, &
in portu nautæ, ac tabulæ in tabernis, qui
electo per Senatum Consuli suum quoque
adjiciunt calculum; sic ipsi, spe simulatio-
nis apud credulos & ignaros, videri volunt,
quod non sunt; nimirum Capitulum Cathe-
drale, cui jura Sedis vacantis competant.
Sed illud ipsum, idem ille Petrus Coddæus
nec credidit, nec agnovit, qui post accep-
tam ab his prætensis Capitularibus, seu Vi-
cariatu potestatem, rexit & administravit
Diœcesim Ultrajectinam ex auctoritate &
potestate sibi facta per defunctum Neercas-
selium, quæ cùm expiraret die 22. Februarii
1687. adeo nil sibi jurisdictionis à prætensis
Capitularibus concessum fuisse censuit, ut ad
S. Sedem se converterit ut Prorogaretur po-
testas. (z)

Quo facto apertissimum fecit, nullam se
jurisdictionem Ecclesiasticam agnovisse in
excogitato his ultimis annis Capitulo Ultra-
jectino. Considerent nobiscum rationem
temporis & Actorum, atque tunc demum,
si possint, respondeant. Coddæus erat Pro-
Vicarius Neercasselii, ipso vivente consti-
tutus. Moritur Neercasselius 6. Junii 1686.
Post triginta quatuor dies, nempe 10. Julii
ejusdem Anni, celebratur ridicula electio
Vicarii Generalis de persona ejusdem Petri
Coddæi. Is Missionis curam suscipit. Sed
quâ auctoritate? *Ex auctoritate & potesta-
te Ultrajectensis Vicariatus*, inquiunt illi.
Et verò id crediderint ipsimet Committen-
tes, sed non Coddæus. Res in apertò est.
Etenim post sex Menses & eò ampliùs ab
acceptâ Commissione Vicariatûs, nempe 24.
Januarii 1687. ad Sacram Congregationem
scribit Coddæus, *Facultates quas* SANCTA
SEDES *Episcopo Castoriensi largita fuerat,
& quas ille sibi, ut suo* PRO-VICARIO,
*communicaverat, cessaturas vigorem obti-
nere die 22. Februarii subsequentis.* Quare
Eminentissimos Patres *supplex rogat, ut fa-
cultates istas sine quibus ægerrime Missionis
illius cura habetur, sibi dignentur proro-
gare, donec novum Vicarium ab Apostolicâ
Sede designatum esse innotescat.* Si egoquid-
quam capio, aut intelligo, hic planè rejicit
Coddæus & Capitulum & jus Capituli &
Juris exercitium. Petit facultates, quæ à
Neercasselio communicatæ sibi fuerant,
sed quæ propediem erant cessaturæ; atqui
Neercasselius communicaverat eidem facul-
tates à S. Sede acceptas; igitur petit fa-
cultates Apostolicas, adeoque nullum ag-
noscit Capitulum à quo, veluti vacante Se-
de, facultates dari possent, & peti debe-
rent. Rursus: petit facultates quibus usurus
esset *donec novum Vicarium ab Apostolicâ
Sede designatum esse innotesceret*, atqui fa-
cultates quas Capitulum, Sede vacante,
Vicariis suis concedit, ipso jure durant
donec successor Episcopus Sedem impleat.
Igitur qui facultates extraordinarias à Sede
Apostolicâ petit, non agnoscit jus Capituli
durante vacatione. Denique, petit Coddæus
facultates

DISS. XII. An Collegium Sacerdotum à Rovenio erectum, jurisdictionem Episcopalem exercuerit, quasi *Sede vacante*?

(z) Vide Append. N. LXIX.

Digitized by Google

Diss. XII. An Collegium Sacerdotum à Rovenio erectû, jurisdictionem Episcopalem exercuerit, quasi Sede vacante?

facultates sine quibus *ægerrimè Missionis cura habetur*; acceperat tamen ante sex menses facultates *ex auctoritate & potestate Ultrajectensis Vicariatûs*; Ergo has censet esse insufficientes & periculosas; adeoque juris hujus exercitium improbat, rejicit, & condemnat.

Postremò observo, atque admiror, quod Petro Coddæo, jam existenti Pro-Vicario, adjiciant Lindebomium, & utrumque dein subjiciant *consilio* non tantùm, sed & *approbationi Pro-vicarii* (nescio cujus) *vel Archipresbyteri qui ei Tractui est præfectus*. Quot hic ipsi Vicarios creant? Porro in facultatum enumeratione, duplicem tantummodo licentiam ponunt, nimirum circa Ordinandos, & circa provisionem Stationum. Hoc scilicet est præesse *duplici jure, & duplici titulo*. Et quia magni honores, mag-

nos etiam causant timores, [...]
guiores Stationes, cui aliq[...]
præest, vel qui alii ratione
nihil per seipsos possunt Vic[...]
Amplissimis Capitularibus se[...]
det ineptiarum in se seris
intelligo aliud nihil, quàm
facultates exire debuerint al[...]
sueto Vicariatu, & à mirabi[...]
lius hactenus exempli, Cap[...]
cine est, quod probatum [...]
per Apostolicum apud Belga[...]
Apage nugas. Evidente[...]
quod Collegium Sacerdotu[...]
stitutum, sive Vicariatus U[...]
risdictionem Episcopalem [...]
exercuerit, vacante officio
lici. Succedit alia quæstio,
nificè stolida.

DISSERTATIO X[...]

An Collegium Sacerdotum à Rovenio habeat jus eligendi Vicarium Apostol[...] quomodo Fœderati Belgii Ecclesiis [...]postolici dati sint?

ANte suspensionem Petri Codde Archiepiscopi Sebasteni à munere Vicarii Apostolici, quæ contigit Anno 1702. nullus dubitavit, quin Vicarii Apostolici Fœderati Belgii, à Summo Pontifice constituti sint pro arbitrio; idque illo jure, quo omnium Ecclesiarum solicitudo S. Sedi mandata est, & competit; peculiariter etiam ac propriè pro Fœderato Belgio, ex hoc capite: quod *destructis*, aut per Acatholicos *occupatis ac detentis* Sedibus Episcopalibus, Ultrajectina, Daventriensi, Groeningensi, reliquisque, earumdem necessitas deducenda fuerit *ad Apostolicæ Sedis notitiam*; Exemplo Decreti BENEDICTI XI. *Sancta Romana Ecclesia*. (a) In hanc planè sententiam ad S. Congregationem scripsit Castoriensis Episcopus Neercasselius die 31 Martii 1676. *Eam siquidem*, aiebat ille (b) *in Apostolica Sede veneror potestatem, pro cujus Eminentia*, QUOS SIBI PLACUERIT, *Fœderatis Belgiis præficere potest*.

Quod Clerus Hollandicus subinde apud S. Sedem intercesserit pro novo Vicario, in alterius è vita migrantis, aut viribus fracti, locum substituendo, eumque in finem personas aliquas idoneas proposuerit, id vim meræ supplicationis & humilis rogationis

non excessisse, arbitrari [...]
ad illa tempora.

Verùm cùm in Petri [...]
Summo Pontifice surrogat[...]
Cockius, statim contend[...]
S. Sedem, non pro arbitr[...]
ri Ultrajectensis *Election*[...]
stolicos dedisse, & porro [...]
derati Belgii Ecclesiis. N[...]
ctenus, unde ipsis jus illu[...]
pugnant hic exemplis o[...]
admodum jejunè.

Sasboldum à Nuntio A[...]
tum à Summo Pontifice [...]
ex præfectum fuisse fu[...]
Heussenius dicit (c) Sas[...]
titulum Philippensem *Cl*[...]
tatis convincitur ex Ep[...]
Append. N. XI. Lit. E. ub[...]
In Rovenii promotione, [...]
tem nullam habuisse o[...]
HISTORIA. (f) Dicit qu[...]
rumdem Provinciarum [...]
venium Sasboldo succe[...]
primò, *Cleri* mentionem
Secundò non *solius Cler*.
omnium *Provinciarum*.
que Clerus iste fuerit,

(a) Extrav. Com. lib. 1. tit. 3. cap. 3. (b) Theod. Cockius lib. 1. cap. [...] Eccl. Metrop. Ultra. §. 5. Memoire &c. pag. 146. (d) Art. VII. fol. 13. ([...]
(f) Art. VIII. fol. 16.

Digitized by Google

Jacobus de La Torre tertius Vicarius Apostolicus, Rovenio Coadjutor datus fuit à Summo Pontifice, atque eidem mortuo successit in munus Vicarii Apostolici. Hoc volunt ad Electionem Cleri contigisse, non pro S. Sedis arbitrio. Videamus quo fundamento, quibus rationibus.

Citant *Relationem* ipsius Jacobi de La Torre Archiepiscopi Ephesini, quam de Statu Missionis Hollandicæ Romæ exhibuit, in qua de se ipso loquens inducitur his verbis: „(g) Rovenio, *inquit*, indignus ego, *eligente etiam Clero*, & Rege Catholico præsentante, atque præfato Rovenio præsentante, vestraque Sanctitate (Alex. VII.) patrocinante, Coadjutor Anno 1640. à Sanctissimo D. N. felicis recordationis Urbano VIII. datus ...... succedo in præfatum Vicariatum Apostolicum &c.„

Ad hæc, Eckelens (gg) jubet notari verba: *Eligente Clero*. „Quò intelligas, *inquit*, hactenus Romam arbitrariâ potestate non esse usam, neque Cleri electiones ...... neglexisse.„

De quibus hic *electionibus* agit ille, ut intelligamus quid velit: Electio generatim sumpta, denotat delectum personæ ad certam Ecclesiæ functionem ac dignitatem, & hoc sensu comprehendit omnis generis electiones; quales sunt, Postulatio, Præsentatio, Nominatio & Collatio. Speciatim & propriè sumpta, & prout est modus Canonicus assequendi Dignitates Ecclesiasticas, definitur: *alicujus ad Dignitatem aliquam Ecclesiasticam vacantem Canonicè facta vocatio, auctoritate Superioris confirmanda. Vide Vallens. De Elect. & Elect. potest.* Hæc in Jacobi La Torre electione intervenisse, probandum est Adversariis. Sed ne in vanum periclitentur, monendi sunt primò; Vicariatum Apostolicum non esse *dignitatem Ecclesiasticam* strictè nominis, & de quo Jura loquuntur; quales sunt, Pontificatus, Patriarchatus, Archiepiscopatus, Episcopatus, & reliquæ Ecclesiarum præpositura, ut Archidiaconatus &c. in jure notæ. Deinde; Vicariatum Apostolicum Fœderati Belgii non *vacasse* cùm ad illum designatus est La Torrius; volunt tamen Canones & Canonistæ, ut vacet dignitas in ordine ut quis ad illam eligi possit. Postea; ut quis ad Dignitatem Ecclesiasticam eligatur, debet intervenire *Canonica vocatio*, per suffragia Canonicorum in Capitulo, Choro Ecclesiæ, aut alio decenti loco congregatorum, qui ad electionem vocari, ac debitè citari debent.

Supra vidimus, Collegium Sacerdotum à Rovenio erectum, non esse Capitulum Cathedrale, & primitivum Capitulum destructum esse; Nullosque veros Canonicos Ultrajectenses superesse, jam in exordio Operis ostendimus.

Postremò, docendi sunt Adversarii, quod Electio Canonica modus sit promovendi aliquem per viam juris; sic, ut Electus per ipsam solam electionem consequatur *Jus ad Rem*, quod jus fundatur in ipso Jure Electorum, seu Canonicorum. Igitur expectabimus, ut ostendant unde Collegio Sacerdotum quod Rovenius erexit, natum sit Jus eligendi.

Dissert. XIII. An Collegium Sacerdotum à Rovenio erectum, habeat jus eligendi Vicarium Apostolicum?

Quod Jacobus de La Torre fidenter asserat se *Clero eligente* ad Vicariatum Apostolicum pervenisse, id neminem movere debet; habemus enim Rei gestæ seriem explicatam *in Batavia Sacra*, (h) allatis hujus, talis qualis, Electionis actis; ex quibus nisi plurimùm fallar, patet evidenter, nullam hic intervenisse Electionem Canonicam, aut talem denique delectum, unde jus quæratur personæ electæ.

„Cùm ætas Illustrissimi Rovenii quotidie „ingravesceret, *inquit Heussenius*, & nutans „valetudo imminentem mortem portenderet, ad Urbem de necessario sibi adjutore scripsit hic Archiepiscopus, ne Ecclesia nostra, si fortè mors inexpectata ei subveniret, adjutorio destitueretur.„

Prudenter sanè, & ex debito, hæc Ecclesiæ Batavæ necessitas ad S. Sedis notitiam deducta fuit, ut eidem provideretur per Summum Pontificem. Sed hæc Adversariorum causam penitus perdunt atque profligant, & quorsum hic evadent, ego quidem nescio; adeò longè à destinatione ipsorum abducit habitus ille ad S. Sedem recursus.

Etenim, si Rovenius Archiepiscopus Ultrajectinos erat, si Capitulum Ultrajectense supererat, aut si erectus à Rovenio Vicariatus verè & convenienter Capitulum illud repræsentabat, prout omnia hæc in ipsorum mente ita sunt; quidni convocatis Canonicis per Electionem Canonicam Rovenio Coadjutor datus est, non jam in Vicariatu Apostolico, sed in Archiepiscopali dignitate Ultrajectina? Recurrendum fuisset ad S. Sedem pro Confirmatione Electi, quâ demum obtentâ, prospectum, cautumque fuisset Ecclesiæ Batavæ viduitati, quam propter ingravescentem Rovenii ætatem timebant Majores nostri. Verùm enimverò iidem Majores nostri Rovenium Ultrajectensem Archiepiscopum non credentes, Capitulum interiisse cognoscentes, demum perspectum habentes, illum ipsum, qui à Rovenio erectus erat, Vicariatum, similitudinem quidem aliquam, non tamen essentiam ac proprietatem Capituli obtinere, prudenter & necessariò collapsæ Ecclesiæ suæ indigentiam ad S. Sedis notitiam deduxerunt.

Et hanc nostram sententiam confirmat ipsum quod Româ Responsum venit. „Petitione Coadjutoris, *pergit Heussenius*, „à Vi-

Z z z

(g) Append. N. XI. Litt. L. (gg) Aff. Jur. Eccl. Metr. Ultra. pag. 57. (h) Pag. 417.

Digitized by Google

Dissert. XIII. An Collegiũ Sacerdotũ à Rovenio erectum, habeat jus eligendi Vicarium Apostolicum?

„ à Vicario Apostolico Rovenio cum Cleri
„ Batavi consilio Romæ exposita & à Ro-
„ mano Pontifice probata, Eminentissimus
„ Cardinalis Franciscus Antonius Barberi-
„ nus 31. Martii Anni 1635., nomine Con-
„ gregationis de *prop. Fide* mandavit in-
„ quiri de personis ad *Coadjutoriam* ido-
„ neis.„

Ecce Cleri Batavi consilium Romæ expositum, quo probato, inquiri jubetur de personis idoneis; non absimili ratione, quâ Augustissimus Imperator & Rex noster Catholicus, pro vacantibus in Belgio Austriaco Sedibus Episcopalibus, exquirit judicium & consilium Episcoporum Belgii de personis idoneis, à se ad vacantes Ecclesias nominandis Summo Pontifici; ex qua consuetudine ac Regiæ prudentiæ more, nullus umquam, vel somniando intulit, esse penes Episcopos Belgas Electionem novi Antistitis pro vacante in Provincia Sede.

Adferunt ipsi nihilominus Acta Congregationis Cleri Hollandici, deliberantis super Coadjutore Rovenii. Juvat exscribere verba, quamvis non nihil prolixa, cùm rem nostram adjuvent, quàm quæ maximè.

„ Congregatione igitur utriusque Diœce-
„ sis Ultrajectensis & Harlemensis 6 Maii
„ Anni 1637. Ultrajecti habita præsente Illu-
„ strissimo Rovenio, atque ex Diœcesi Ul-
„ trajectensi Adm. Reverendo Domino Vi-
„ cario Generali Magistro Joanne Wachte-
„ lario, Kennphovio, Medenblickio, Suit-
„ berto, ac Petro Purmerentio, Omio &
„ Griffino; ex Diœcesi autem Harlemensi
„ Amplissimis Dominis Leonardo Mario, Ju-
„ doco Catzio, Bloemartio, Bandio, & Be-
„ nio præsentibus, habita diligenti inquisi-
„ tione super *Coadjutoria* Illustrissimi Phi-
„ lippi Archiepiscopi secundùm Litteras
„ Congregationis *de prop. Fide*; De Vica-
„ riatu Ultrajectensi nominaverunt R. Do-
„ minum Cygneum (Theodorum de Swaen)
„ Folckerum ab Heckinge (Pastorem Swol-
„ lensem) & Dominum Jacobum de La
„ Torre. Capitulum autem Harlemense no-
„ minavit Magistrum Joannem Catèrum,
„ Vitum Jacobi, & Balduinum Catzium,
„ ex quibus *Illustrissimus* præfatus *eligeret*
„ Coadjutorem. Ipse verò Archiepiscopus
„ in vim Congregationis Vicariatûs Ultra-
„ jecti habitæ Anno 1638. 22. Mensis Au-
„ gusti, de Consilio fratrum Mense Septem-
„ bri sequenti Romam deputavit RR. DD.
„ Jacobum de La Torre, & Abraham à Brie-
„ nen, qui præviâ factâ salutatione cum
„ delatione reverentiæ, & obsequiorum er-
„ ga Romanam Sedem, & Congregationem
„ *de prop. Fide*, aliosque Eminentissimos
„ Cardinales, & Prælatos, referrent statum
„ Ecclesiæ Batavæ; specialiter verò ad obti-
„ nendum Coadjutorem cum spe successionis
„ in Officio Vicarii Apostoli[...]
deinde Heussenius: „ AD ILL[...]
„ NUS ROMÆ DESIGNAT[...]
„ FATUS JACOBUS DE LA [...]

Superfluum foret plurib[...] quàm tota hæc deliberatio, [...] congregatorum Sacerdotum [...] gè distet à veri nominis Ele[...]ca. Lectori hoc non potest [...] oculos, etiam primo intuitu [...] ciferantur Adversarii: (l) [...] Rovenio datum esse Coadju[...] *mam arbitrariâ potestate no[...] que Cleri electiones negle[...]* Erckelius ex vero, nam qu[...]ctæ sunt Electiones, negligi[...]

Ex ipsa illa Cleri delibe[...] congregatos inibi Sacerdot[...] sed ex sex nominatis pers[...] permisisse Illustrissimo Ro[...] docent Adversarii, an & [...] ex sex delectis Sacerdotibu[...] tandem subjicit Heussenius [...]tum fuisse Jacobum De la [...] Vicarii Apostolici. Evolv[...]lum qui potest.

Cùm Ultrajectenses in [...]nu elegerint, aut potiùs [...] diversos à tribus electis, [...] Harlemenses, evidens est [...]lebratam fuisse Electionem [...]bitam præcisam inter con[...]tes divisionem. Quid enim [...] talis qualis, quid juris [...] penes quos *Jus eligendi* [...] Harlemenses, an penes [...] verò conjunctim? Si hoc [...]liguntur Harlemensis, [...]ctensibus assumptus sit L[...]sim, jam alteruter Clerus [...] Quid hinc conficias aliu[...]ter Clerus Jus Eligendi [...] quod hic operosè actum, [...]ne productum cernitur, [...] consilii, & simplicis info[...] obscurè patescit ex addu[...]cobi Boonen Archiepisc[...] asserentis: (m) *pluralita[...]* CATUM *fuisse ad id mun[...]* stolici) *maximè idoneum [...] ac Venerabilem Virum [...] Torre &c.* Quæ tamen [...] adstruit Archiepiscopus [...] aliter subfuisse intelligitu[...] Ultrajectensem Clerum [...]tione repræsentarunt, fu[...]mero, Harlemenses au[...]tùm; an hæc plusquam [...]tuant, viderint alii.

Et quænam est hæc e[...]rum vota non conspir[...] demque personam? El[...]

(l) Bat. Sac. pag. 458. col. 2. (l) Aff. Jur. p. 27. (m) Bat. Sac. p. 45[...]

poris nominatio quàm electio, & nihil juris acquiritur nominatis, atque licitè postea procedi possit ad electionem unius. Cap. quod sicut 28. x. de Elect. & Elect. pot.

Puerile est, inanibus argumentis causam tueri velle, ubi ipsi conceptis verbis enuntiant, Jacobum de La Torre Romæ designatum fuisse Coadjutorem Rovenii, & ubi La Torrius de se dicit, quod Rovenio Coadjutor datus sit ab URBANO VIII.

Sed habemus unde planè plenèque dubitandi faciamus negotium, nullamque cavillandi materiam relinquimus nobis, aut occasionem Adversariis. In rem enim nostram edicit Rovenius, & sententiam pronuntiat contra Adversarios. Scripes porro fit, qui negat, Rovenio præ cæteris cognitum fuisse, quid in hac utriusque Cleri Congregatione actum fuerit circa Coadjutorem suum La Torrium. Atque ecce ad Jacobum Boonen Archiepiscopum Mechliniensem scripsit Anno 1640. hæc verba: (mm)

„ Contigit me ante biennium circiter petere à sua Sanctitate, ut post viginti quinque annorum labores in Vicariatu Apostolico exantlatos, & detritam nonnihil valetudinem exonerari possem ab isto Officio, aut saltem obtinere aliquem Coadjutorem, qui oneri paulatim assuesceret, & successionis spem haberet. Placuit suæ Sanctitati tunc respondere, non videri dimittendum Officium, sed quoad Coadjutorem, ubi persona idonea præsentata & commendata fuerit, cum tempore cogitari posse. Itaque consilio cum præcipuis de Clero habito, convenimus in personam Domini Jacobi de La Torre &c. „

Tum enarrat, hunc à se missum fuisse Romam, ubi de negotio Coadjutoriæ nihil conclusum fuerat, nolente se pressius urgere negotium, nisi probabiliter consensu Regis Catholici, vel ejus Concilii. Et paucis interjectis subdit: „ Torrius Romanis satis placet, ex- „ pectant vero ulteriorem nostram instan- „ tiam, quam nolim facere, nisi licentià „ habità vel permissione Concilii Regii. „

Hic quæret fortasse nonnemo, quid sibi velit expetitus tempore à Rovenio Regis Catholici consensus, cùm non ageretur de nominatione Regis ad Archiepiscopatum Ultrajectinum, jacentem nempe sub potestate Acatholica? Sed hanc licentiam Regis, vel Concilii Regii (quamvis illa de jure necessaria non esset) prudenter admodum requirebat Rovenius; tum quia gaudebat annua pensione trecentorum Scutorum super ærarium Regium Bruxellis, tum quia negotium Coadjutoriæ, quod suaviter sibi cordi erat, potentiore commendatione, quam sui solius, aut ablegatorum suorum, erat promovendum. Unde nemo non intelligit, quod Rovenius summà peccasset imprudentià, si inconsulto Rege, ejusve Concilio, pressiùs ursisset negotium; cùm Regi displicere debuisset, quod sibi assumpsisset Coadjutorem, futurum successorem in Officio Regià liberalitate dotato. Hinc confugit Rovenius ad auxilium, fidemque Archiepiscopi Mechliniensis, cui, tanquam Patrono suo, suggerit duo capita in Concilio Status proponenda ad consequendam licentiam jam dictam. Primum concernit personam suam, causasque & rationes, ob quas Coadjutore opus habeat; videlicet; diuturno, & continuos labores, ætatem ingravescentem; fractam nonnihil valetudinem; personalem contra se persecutionem &c. Alterum concernit personam La Torrii Coadjutoris futuri, qui habità communicatione cum præcipuis de Clero, sibi occurrit, & commendatus exstitit. &c.

(mm) Append. N. CXIV.

Jam inspiciat qui volet citatam Epistolam, & ex illa mecum concludat. 1. Non Cleri electionem intervenisse, sed consilium, deliberationem, communicationem. 2. Ipsum illud consilium Cleri, Romæ valuisse nihil, cùm La Torrius, & Brienius in Urbem missi, re infectà redierint in Patriam. 3. Pontificem respondisse, de Coadjutore cogitari posse, cùm persona idonea præsentata & commendata fuerit; prout Cardinalis Barberinus, Adversariis referentibus, inquiri jusserat de personis ad Coadjutoriam idoneis, ut in Sac. Congregatione deinceps deliberaretur ad vota, precesque Cleri Hollandici. 4. Si veri nominis, & stricti juris fuisset electio, Rovenium, Clerumque ipsum pressiùs urgere potuisse negotium, nequidquam præhabito consensu Regis. 5. Implorandam fuisse commendationem Regis, qui Summo Pontifici hominem præsentaret, non jure nominationis (quod rebus eversis extinctum, aut saltem sopitum erat) sed ex commiserationis affectu; & quòd nulli priùs ac potiùs conveniret Rex Catholicæ apud Hollandos eversæ adhibere misericordiam & auxilium, quàm Regi Hispaniarum, qui nuper Ditionis totius Dominus & Ecclesiarum Cathedralium Patronus exstiterat, nec jus suum hactenus cesserat; & insuper pecunià Regia laborantem Ecclesiam actu sustentabat. 6. Denique concludat mecum omnis doctus & intelligens, ex his omnibus apertum esse, quid significet jactata illa La Torrii locutio, quod Clero, & Rege Catholico proeligente etiam Clero, & Rege Catholico probante, atque præfato Rovenio præsentante, Coadjutor factus sit Anno 1640. per URBANUM VIII. Nimirum meris precibus, intercessionibus, commendationibus, non jure impetratum fuisse Coadjutorem; & non fuisse veri nominis electionem; quam scilicet Pontifex respuit, quam duobus post annis Rex patrocinio suo adjuvit, & quam Rovenius ulteriori suà instantia ad optatum finem perduxit.

Si tandem intelligant Ultrajectenses moderni,

DISSERT. XIII. An Collegium Sacerdotum à Rovenio erectum, habeat jus eligendi Vicarium Apostolicum?

Dissert. XIII. An Collegiú Sacerdotú à Rovenio erectum, habeat jus eligendi Vicarium Apostolicum?

derni, omnem veri nominis & proprii juris electionem ab hac congregatorum Presbyterorum deliberatione abesse, consulant illi suos Doctores Parisienses & Lovanienses, qui hic certè respondebunt pro nobis.

Igitur Jacobum de La Torre per Cleri Electionem constitutum fuisse Vicarium Apostolicum, hactenus persuasum non est. Videamus quomodo se res habeat cum reliquis.

Jacobo de La Torre Archiepiscopo Ephesino Coadjutor datus est Zacharias de Mez Episcopus Trallensis, idque inscio Clero Batavo, cujus consilium hac in re, nec petitum fuit, nec auditum; ut hic non habeant, quod imaginariæ Electioni suæ attribuant, doleant autem, quod ei non obtemperarint ut debuerunt. Præcessit Zacharias Jacobum de La Torre ad meliorem vitam, duobus mensibus.

Huic (La Torrio scilicet) surrogatus est Balduinus Catzius Archiepiscopus Philippensis, qui non est, Clero eligente, factus Vicarius Apostolicus, sed motu proprio Alexandri VII. qui hominem noverat ac dilexerat. Saltem Ultrajectini nostri, sive Collegium Sacerdotum à Rovenio erectum, hic nullam partem habuerunt. Ait enim Heussenius: (n) quod *rogatu Capituli Harlemensis, & ex singulari Pontificis Maximi* Alexandri VII. *erga Virum istum affectu, Ephesini Successor datus sit*. Rectè Ephesini Successorem dicunt, Trallensis enim Ephesino præmortuus est, ut jam adnotavimus.

Quantùm Harlemensium *rogatio* valuerit, non constat; asseritur id in Libello (o) quem Martinus de Swaen evulgavit Anno 1703 & in Supplica (p) Clementi XI. oblatâ Anno 1705. sed nullibi probatur. Nobis sufficit, quod *rogarint* Harlemenses, & quod nulla intercesserit electio, unde jus nasceretur Electo.

Balduino Catzio Coadjutor datus est Joannes Neercassellus Episcopus Castoriensis, qui etiam Catzio mente capto, statim successit. Quid de hujus Electione censendum sit, docet ipse in Epistola die 24. Feb. 1662. ad Internuntium data, in qua testatur (q) se promotum *ad Cleri supplicantis vota*. Cleros autem in communi Epistola de 20. Octobris 1661. Alexandro VII. Pont. Max. gratias agit pro *votis, precibusque susceptis*. Nulla ergo hic Electio, & inter septem Sacerdotes Ultrajectenses qui signant, nullus se Canonicum Ultrajectensem dicit.

Mortuo Episcopo Castoriensi 6. Junii 1686. (r) Clerus *humillimè supplicat* Innocentio XI., ut *Hugo Franciscus Van Heussen* in defuncti Vicarii Apostolici *locum surrogaretur*. Sed non valuerunt hæ preces,

neque fuerunt exaudiæ, ut in
sat recenti exemplo, nullum j
ctionem competere Ultraje
Biennio post, Romam abl
dorum de Cock, qui ad S. S
Cleri Hollandici nova vota,
ria, & humiles postulatione
Vicario Apostolico. Hic Bre
ab Internuntio De Via, pòst
nali, Litteras commendatitias
dinalem Cassanatte, de quib
vel fraudulenter, vel ignoran
(s) „ Munitus Apostolici
„ ciosis & Capitulis obsecu
„ ris iter Romam prosequit
Epistolam integram exhib
N. LXXII. adjecta versione
rem porro meum obtestor,
leo, maximopere peto, ut
vat, revolvatque. Ego
verbis ne apicem quidem in
ad rem prætensi Capituli U
memorat Internuntius, qui
Cock in Urbem cogitet, u
sione Cleri Ultrajectini, n
carii Apostolici prosequatu
felicem successum, homin
dat Eminentissimo Casanat
bo, in rebus *obsecundat* N
cus prætensis Capitulis? A
nem à Capitulis celebratam
Electi confirmationem? N
laturus erat Cockius Vica
minationem, Romæ scilic
quæ à Clero Ultrajectensi
subdolè insinuat Heussenii
gentibus res est clara, ex
bis.

Electus autem fuit Ron
dato illi titulo Archiepisc
hujus viri promotione
illo gradu exciderat) grat
tio Casono posteà S. R. E
dem adscribit (t) *benign*
Summi Pontificis. Rectè
viscitur ille prosperum
scribere *Electioni Cleri*.

Sed ille ipse Clerus no
se in hac designatione pa
cùm Innocentio XI.
ras de Electione Coddæ
clarat, (u) quod semper
ingentes ac desideratos
mortalium, quàm sapient
sua dispositioni debere.
penes Clerum, haberet
ipsi deberet, & unde pr
lectioni propriæ gratular
tium dum scribunt, (v)
de Prop. Fide Election

(n) Pag. 475. (o) Resut. Resp. ad Mot. Jur. p. 3. (p) Libell. suppl. p. ... pag. 479. (r) Ibid. pag. 504. (s) Pag. 550. in nota marginali. (t) Ibid. ... 514. (v) Ibid.

Digitized by Google

bacis confirmationem de persona Coddæi, commendant, & cum gaudio unanimiter accipiant, & meritò; sed simul Jus omne à se abdicant, illud solummodò obliquè insinuantes, quod alius, quam indigena, Ecclesiæ Hollandicæ præfici non debeat; altum silentes de Cleri electione.

Archiepiscopus Sebastenus Vicarius Apostolicus ab officio suspensus fuit Anno 1702. qui suspensioni deferens Muneris illius exercitio constanter abstinuit, fatentibus Adversariis. (x) Summus Pontifex CLEMENS XI. æternæ venerandæque memoriæ, Sebasteno substituit Theodorum de Cock Pro-Vicarium Apostolicum; quo exulare jusso, de novo Vicario à Sede Apostolica impetrando actum operosè, ut notum est illis qui illorum temporum memoriam omnem non perdiderunt, & utcunque participes fuerunt consiliorum. Strenuam operam hic navavit Illustris D. Keyserswelt tunc apud Fœderati Belgii Ordines pro Electore Trevirensi Ablegatus Hagæ-Comitis, uti etiam obiter insinuant Adversarii. (y)

Sed qua de re actum tunc fuit? An de promovendo prætenso Capituli Ultrajectini jure eligendi sibi Vicarium Apostolicum? Neutiquam profectò. Provocamus hic fidem Adversariorum. Ablegatus enim ille, conciliandis animis in unum, eundemque à S. Sede suppliciter postulandum Vicarium Apostolicum adhibitus fuit. Et in Gerardum Potcamp vota & desideria diffidentis Cleri coaluêre, quem communibus precibus ac supplicationibus à Sanctitate Sua obtinuerunt 14. Nov. 1705.

Vix mensem unum tenuit gubernaculum Missionis Gerardus Potcampius cùm è vivis ereptus est, nimirùm 16. Decembris ejusdem Anni. Nondum Sacerdotibus Ultrajectinis in mentem venerat quod prætensum Capitulum Ultrajectinum Vicarium sibi posset eligere; quare & literis & legationibus apud Internuncium Bruxellensem, jam S. R. E. Cardinalem Bussium, (z) egerunt pro novi Vicarii designatione, sed rejectis illis, quos ipsi proposuerant, à S. Sede constitutus fuit Anno 1707. Adamus Daemen Vicarius Apostolicus, sub titulo Archiepiscopi Adrianopolitani.

Hic difficultates passus varias, muneri cedens, & officio, Missionem Hollandicam Vicario Apostolico destitutam reliquit, donec post longas moras, post consilia varia, post frustra exploratam Ultrajectinorum Sacerdotum obedientiam, Regimini Missionis per CLEMENTEM XI. Anno 1717. admotus est Joannes van Bylevelt modernus Vicarius Apostolicus, magnis & ipse tempestatibus agitatus, quas hic commemorare nihil attinet.

Dissert. XIII. An Collegiū Sacerdotū à Rovenio erectum, habeat jus eligendi Vicarium Apostolicum?

Lectori hæc sufficiant, ut ei persuasum sit, quod Adversarii nullum jus habeant eligendi sibi Vicarium, multò minus Episcopum proprium, ut inaudito hactenus exemplo, & verbis & editis Libellis seditiosis, atque schismaticis scriptis contendunt. Qua de re infra pluribus videbitur.

Summa hæc est: Cleri Hollandici pro Vicario Apostolico instantiæ ad mera vota, ad simplices preces reducendæ sunt. Vota non impugno, non rejicio Preces; æquum est ut sint solliciti, sed iniquum, ut limites potestatis excedant. Ipsorum res agitur, & quidem gravis. Rogent, instent donec exaudiantur, sed nihil usurpent, ut instantiæ quantumvis justæ, rejiciendæ sint.

Dixi, Adversarios in hac re rationibus quoque pugnare, sed admodum jejunè. Has excutiendas in alium locum rejecimus. (a) Interim cùm irreverenter identidem de Summi Pontificis auctoritate, hæreticorum more loquantur, aut potius garriant, & S. Sedi ereptum vellent Jus per destructas, & seu ab Acatholicis, seu ab Infidelibus occupatas Ecclesias jurisdictionem, vel per se, vel per Legatos suos exercendi; & non ferant SS. Patrum, Theologorum & Doctorum Catholicorum voces, quibus supremum in terris Christi Vicarium & Ecclesiæ Caput visibile, Pastorum Pastorem, & Ordinariorum Ordinarium adstruunt; remittendi tantisper sunt ad Majores suos, & illos inter, ad Philippum Rovenium in Tractatu de Missionibus ubi part. 2 mihi pag. 40. docet, „Nemini dubium esse posse, quin cura addu-„cendi oves ad Ovile Christi, easque pas-„cendi & dirigendi, inprimis ex officio „conveniat Summo Pontifici, qui, utpote „Vicarius Christi, & Successor D. Petri „UNIVERSALIS OMNIUM PASTOR SIT.„ Et pag. seq. „Soli quoque Petro & ejus „Successoribus competit ducere in altum, „MITTERE PRÆDICATORES PER UNI-„VERSUM MUNDUM.„ Quod mirum non esse, pag. 65. inde quoque probat, quòd Summus Pontifex PRINCEPS PASTORUM sit, & ORDINARIORUM ORDINARIUS. Hæc meditentur, hæc legant; & qui Rovenii acta pro Ecclesiæ Batavæ conservatione extollunt, ejus non detrectent sequi Doctrinam, quam potiorem habeant, præ novis ac schismaticis per profugos quosdam ac damnatos Gallos in Missionem adductis dogmatibus, quæ altas omnia in illam radices immisisse & videmus, & dolemus.

(x) Bat. Sac. pag. 528. (y) Ibid. p. 531. (z) Ibid. pag. 530. (a) Vide Diss. XVI.

Dissert. XIV. An Sacerdotes Ultrajectini habendi sint velut Schismatici

DISSERTATIO XI

An Sacerdotes Ultrajectini in defensione sorum jurium suorum, quo cœperunt persistentes, habendi sint velut schismat

1703. POtuisset coronidis loco examinari proposita quæstio, sed cùm jam sub * initium Disputationis cum Ultrajectensibus, illam ipsam sibi proposuerit Erckelius Opusculi sui §. 10. (b) determinanda venit antequam ad recentiores lites animum advocemus.

Erckelius tutum se putat à Schismatis periculo, quòd antiqua Ecclesiæ Ultrajectensis jura proponat, & propugnet; & quantumvis demonstratum sit, amissa illa esse & periisse omnia, quia tamen semel illa extiterunt, quia Ecclesiæ Ultrajectinæ aliquando fuit, ex Imperatoris concessione, jus eligendi Episcopum; ideo existimat, illa modernis nudis Sacerdotibus asserere, & licitum esse & honestum. Rebellionis verò crimen avertere se putat, cùm subdolè innuit loc. cit. pag. 57. se *patria jura cum moderamine justo, debitâque erga Sedem Apostolicam reverentiâ, tueri.*

Antequam hanc rem penitiùs enucleemus, juvat primùm ob oculos ponere axioma illud generale ab omnibus adoptatum Scriptoribus. Nimirum clausulam hanc: REBUS SIC STANTIBUS. Hæc clausula, velut tacita conditio inest omni hominum dispositioni; quæ, ut docet Barbosa, (c) *regulariter intelligitur in quacumque dispositione, obligatione & promissione vel pacto, etiam juramento firmatis ..... unde promissio debet intelligi secundùm terminum & statum qui tempore promissionis vigebat ... quando nova causa justa supervenit, quæ principio non fuit cognita.* Ita ille, post longum Doctorum agmen. Multò magis hoc in privilegiis censetur subintellectum, quippe fatentur omnes, *secundùm intentionem Papæ privilegium esse intelligendum.* Idem Barbosa *ad Cap. 3. x. de Decim.* post Tiraquellum & Menochium; quod omni dubio caret. Fieri igitur non potest, ut Erckelius seriò existimet, privilegium à Pontifice concessum CONRADO III. Imperatori Romano-Catholico, & primitivo Capitulo Ultrajectino, etiamnum perdurare, mutato scilicet rerum statu. Successit igitur nova causa & mutatio, quæ si tunc fuisset vel prævisa, Imperatorem detern bus, & Pontificem à concess ipso jure, mutatis scilicet re jurisdictione seu imperio Ror corum, tota vis privilegii ev re, abiitque in tenues aura dem afferunt privilegii vim er poteotes Fœderati Belgii Or stinctè (d) negant transiisse privilegium, vel ipsis fatentil rediit ad primum auctorem, tem.

Hoc posito, omnes Erck sipantur sponte sua. Juvat ta gulas. Reducuntur ad quatu pita.

I. Queruntur malè percu catione illos, qui propugna quique ad strenuam eorum accingunt.

II. Dicunt, condemnatos ditos.

III. Ponunt, condemnato ro non competenti.

IV. Lamentantur fulmin Ecclesiæ dogmata amplectar Confessionem Fidei, quam I bii, & sint Romani Pontifici

Perstringemus ordine, capita.

Supponunt, Patriæ & Ult siæ jura se tueri. Sed nulla siæ illi jura Cathedralia aut evicimus sæpius, cùm nec beant, nec altare in Eccle ullos aut proventus, mult nem Canonicam. Loquin cum suis. Probatum insup risdictionem Ecclesiasticar ipso jure ad S. Sedem, ha nem longissimo usu essu ce quatenus facti.

Si igitur, ut verè res est, ia, sequitur notorium inv. dictionis Ecclesiasticæ, qu serit invito & repugnante ce. Erckelius hoc factita porro pergit, licet sæpè ad

(b) Aff. Jur. pag. 56. (c) Tract. de Clausulis. Clauf. 129.
(d) *La souveraineté sur les Provinces Unies aiant été cedée alor.* QUE L'EGLISE NE PEUT AVOIR POUR PRESENTATEURS &c. Mon se d'Utrecht. Pag. 61.

Dissert. XIII. An Sacerdotes Ultrajectini habendi sint velut Schismatici?

morem non gesserit, cùm è contrario contemptui publicè habuerit mandata Pontificis justis vijs significata, rectè, atque juxta Canonum normam excommunicatus, & denuntiatus est.

Advocas auxilium malè decerptas ex Augustino, Gelasio, Leone, alijsque sententias. Loca illa communes sunt, minimumque triti.

Primo loco adducit Augustinum in Gratiano *Caus.* 11. q. 3. *Can.* 49. *Temerarium judicium plerumque nihil nocet ei de quo temerè judicatur. Ei autem qui temerè judicat, ipsa temeritas necesse est ut noceat.* Ex Can. 50. *Quid obest homini quod ex illa tabula non vult eum recitare humana ignorantia, si de libro viventium eum non delcat iniqua conscientia?* Uterque locus ipsum confundit Erckelium: certum enim est, vel temerarium judicium Judicis nocere quandoque. *Nocet enim*, inquit Glossa, *si contemnatur.* Deinde Textus ille loquitur de judicante per imperitiam, vel per dolum, vel de Excommunicante sine ulla probabili causa. Res ista nequaquam respicit primam Sedem, in quam nec imperitia, nec dolus cadere potest.

Secundus Textus apertiùs Erckelium doli arguit. Augustinus enim *in Ep.* 137. *ad Clerum Hipponensem*, exponit scandalum quoddam è *suspicione* ortum, eò quod juvenis quidam Bonifacio Presbytero crimen objecisset. *Res delata est ad judicium Augustini, cui nulla legitimâ probatione res patebat; quare accusatorem & accusatum Deo reliquit, donec* inquit, *unus eorum qui mihi suspectus erat aliquid existeret, unde non sine justa & manifesta causa de nostro habitaculo projiceretur.* Accusator instabat, petebatque promoveri in Clericatu. *Elegi*, inquit S. Doctor, *aliquid medium, ut certo placito se ambo constringerent ad locum sanctum se peregrinaturos, ubi terribiliora opera Dei, non sanam cujusque conscientiam multo faciliùs aperirent, & ad confessionem, vel pœnâ, vel timore compellerent.* Augustino triste fuit scandalum hoc pervenisse ad notitiam Cleri & Populi. Erant qui censebant vel supprimendum, vel delendum. *Nomen autem Presbyteri*, inquit, *propterea non ausus fuma de numero Collegarum ejus vel supprimere vel delere, ne divina potestati, sub cujus examine causa adhuc pendet, facere viderer injuriam, si illius judicium meo vellem præjudicio prævenire..... Et nunc si vobis placet ut nomen ejus non recitetur, ne sit qui ad Ecclesiam accedere nolunt, sicut ait Apostolus, ademus occasionem quærentibus occasionem, non erit nostrum hoc factum, sed eorum quorum causa fuerit factum. Quid enim obest homini quod ex ea tabula non vult eum recitare humana ignorantia, si de libro vivorum non eum delet iniqua conscientia?*

Quid hæc habent commune cum tua causa Erckeli? Dimisit Augustinus accusatorem & reum ad judicium divinum, & contestationis locum assignavit sepulchrum Beati Felicis Nolensis. Interim ipse suspendit judicium, exemplo secularium judicum, qui ipsi interim jus non dicunt, quando causæ dubitatio ad majorem potestatem refertur. Hæc igitur ratio est, cur pendente hac relatione ad tribunal divinum, de tabula seu Catalogo non voluerit deleri eum, quem nondum constabat deletum esse de libro vivorum.

Nondum ex Epistola Erckeli. Quandonam tu ad causam tuam examinandam te præsentasti in Episcoporum Concilio, aut Superioris tui Tribunali, imitatus Bonifacii istius Presbyteri humilitatem? Tu ad Beatorum Apostolorum Petri & Pauli sepulchrum ibis, ea humilitate qua Bonifacius ille ad Felicis Nolani? Primò appellasti Pontificem, deinde Concilium Generale futurum. Nolo tibi regerere exempla eorum quos sequeris pede presso. Etiam Lutherus appellavit Pontificem, & deinde Concilium, & tamen amplius, pejusque sorduit. Superi dent, fato non cadas simili!

Sed properamus ad sententiam Gelasii Papæ relatam *Caus.* 11. *q.* 3. *Can.* 46. *Sententia si injusta est, tanto eam curare non debet, quanto apud Deum & Ecclesiam ejus, neminem potest iniqua gravare sententia. Ita ergo ea se non absolvi desideret, qua se nullatenus perspicit obligatum.*

Miseret me tui & infortunatæ plebis quam seduxisti! Hic enim, si usquam, ferè meditaris fallere populum. Quid tibi in mentem venit, comparare sententiam Clementis XI. Pontificis Romani cum sententia Dioscori heretici Alexandrini Patriarchæ de qua Canon ille agit? Memoriæne excidit hunc esse illum ipsum, quem „ Sanctissimus „ & Beatissimus Archiepiscopus Magnæ & „ Senioris Romæ Leo per nos, & per præ„ sentem Sanctam Synodum nudavit Episcopatûs dignitate! „ *Ita Conc. Calched. Act.* 3. Cùm Canonem exscripsisti, quidni intuitus es Glossæ verba, Canonis casum, occasionemque proferentis? „ Dioscorus „ hæreticus Alexandrinus Patriarcha quos„ dam excommunicavit, qui ejus sententiâ „ credebant se esse ligatos. Quæritur à Ge„ lasio, utrum à tali sententia sint ligati? „ Et respondet quod non, nec indigeant „ absolutione: sed deponant illam opinio„ nem & erit sententia nulla. „ *Ita Glossa.* Proinde agitant te furiæ plusquam Orestem quando hæc scribis. Jactas tamen (e) ex nostris *argumentis nihil insolutum te omisisse,*

(e) Instrum. Appell. pag. 12.

Dissert. XIV. An Sacerdotes Ultrajectini habendi sint velut Schismatici?

fisse, adeo ut ex arena discedere exhaustis cavillationibus fuerimus coacti.

Tibi ergo cavilli sunt quod convictum te damus, comparationem tibi institutam esse inter sententiam primæ Sedis, & hæretici Patriarchæ? Suntne cavilli, quod judicium suspensum Augustini remittentis ad judicium divinum, applices causæ tuæ?

Pergis tamen nobiscum contendere in arena Juris Canonici, citasque *Caus.* 24. q. 1. *Can.* 5. & Petri Privilegium definis & circumscribis *ubicumque ex ipsius fertur æquitate judicium.* Sed quis hominumve, Deorumve constituit te disceptatorem causæ, an judicium Petri ex privilegii æquitate sit latum, an non? Sic ferè cum rebus humanis comparatum est, ut quotiescumque, sive laici, sive clerici, jurisdictioni legitimæ se subtrahere decreverunt, ante omnia Superiorum incusent judicia, & gesta.

Frustra adducis Gersonem docentem *(f)* quod contemptus clavium non incurratur in multis casibus quibus Papæ mandato non obediretur; nam ille loquitur de Pontifice *abutente enormissimè & scandalosissimè potestate suâ in destructionem non in ædificationem, diripiente thesauros Ecclesiarum, hæreditates usurpante, Clerumque redigente in servitutem abjectam & juribus suis spoliante sine causa.* Sine contumelia & mendacio nihil simile dici potest de Clemente XI. piissimæ memoriæ, cujus potissimùm gesta Erckelius accusat. Deinde Gersonis auctoritatem nihil moramur, hominis alieni à veritate jurisdictionis Ecclesiæ Romanæ, & qui eo ipso Tractatulo, plurima sparsit aut manifestè falsa, aut plusquam periculosa.

Pro coronide Erckelius adscribit fragmentum quoddam ex Eusebio, de Excommunicatione lata à Victore Pontifice adversùs Episcopos Asiæ, qui festum celebrabant Paschatis decimâ quartâ lunâ Martii. Ipsi Victor videtur severus, videtur Excommunicatio injusta. Testes ipsi sunt Policrates Ephesinus Episcopus, & Policrate longè major Irenæus, qui agnoscit quidem veritatem hanc: scilicet, *Resurrectionis mysterium die Dominico esse recolendum*; Verumtamen Victori suadet, *ne tam multas Ecclesias à Corpore universæ Christi Ecclesiæ penitus amputet*, propter traditionis ex antiqua consuetudine inter illas usurpatæ observationem.

Hìc rursus fidem veri dissimulat Erckelius. Excommunicavit Victor Ecclesias illas Asiaticas, & si Excommunicatorum aliquos exceperis, tota Ecclesia Judicium primæ Sedis amplexa est, prout decuit; hodièque amplectitur. Debuisset Erckelius indicasse illis ad quos & pro quibus scribit, Policratem præfuisse Episc[...] tui in Asia coacto, & illud ip[...] hum jussu Pontificis conveni[...] vult ille quidquam loqui de au[...] dis Romanæ. Audiamus igitu[...] de hac ipsâ Historia scribentem verbis: „ (g) Videre est pe[...]
„ exemplo, quantâ auctoritate
„ manus Episcopus, præstare[...]
„ quippe qui per Orbem Con[...]
„ & Provincias non obtemp[...]
„ præcepto, à Communione
„ verò quod potestatis jure [...]
„ ctène fecerit, à multis est
„ Sed de potestate ne nimin[...]
„ ab aliquo, non modò C.
„ imò nec ab ipsis Schismatici
„ versiam deductum est.„ St[...] tendunt, Concilium in hac ca[...] non fuisse coactum jussu Victo[...] jus asserti falsitatem demonstra[...] Ant. de Simonibus *de Re[...] dictaria potest. Tom.* 1. *Cap.* 3

Subjungit Baronius N. 55. & causas, quare priores Pontifice[...] siaticis usitatum tolerarint, Vi[...] re nec voluerit, nec potuerit.
„ *inquit*, cum Catholicis tan[...]
„ est, tolerabile visum fuit Ro[...]
„ ficibus permittere, Asianos [...]
„ rum decimâ quartâ Lunâ
„ brare, at cùm hæc indulge[...]
„ validandæ esse videretur ne[...]
„ cessare consultiùs visum est. temporibus Montani Sectatores, Asia, lege Divina Pascha cele[...] die decimâ quartâ affirmabant, ronio, „ ne Quartadecimani a[...]
„ randi essent, planè necessitas
„ impulit.„ Montanistis aliis[...] communis hìc erat error, longè fatus, „ usque adeo, ut ipsum
„ num Romanæ penetraret Ec[...] hoc periculo consonat *Fleury*, *(h* vertit quidem Irenæi atque alio[...] Episcoporum exhortationes a[...] Pontificem de pace & unitate inter Ecclesias; sed subjungit motum fuisse & aliis rationibus, à Communione segregaret,
„ Mais le Pape Victor p[...]
„ des raisons nouvelles, pour
„ rigueur plus grande que [...]
„ seurs. Car Blastus Prêtre de
„ maine avoit fundé son schis[...]
„ lement sur cette observanc[...]
„ qu'étant devenüe dangereu[...]
„ bloit qu'elle ne dût plus etre

Hìc Erckeli sponte victas tr[...] vinctas enim habemus. Cur sil[...] ram coëgisse Concilium Asia[...]

(f) Tract. circa Materiam Excomm. & irregul. Consid. 9. (g) Ad An. 198. (h) Lib. 4. pag. 522.

Digitized by Google

Irenæum plurimosque alios, Galliæ præsertim, Episcopos; vel ipsos schismaticos non denegasse potestatem Pontificiam; Pontificem omnes excommunicasse etiam sine ullo Concilio; plurimos ex numero excommunicatorum resipuisse; cæteros Orbis Catholicos suo adhæsisse Capiti; eamdemque hæresim rursus repullulantem, secundâ vice fuisse profligatam in Concilio Nicæno I. (Cujus Canon tamen interiit temporum injuria, qua de re videri potest Cotelerius.)

Vir probe, quantumcumque causam ames tuam, falsum tamen non premit illa, quæ omnibus una esse oportet. Si quando nova te incedat libido pro desperata causa scribendi, memento, suspicacem te esse debere; nam quæ à te, tuisque odiosa proferuntur, & ab hæreticis mutuata sunt, anxiam disceptationem effugere nequaquam possunt. Argumentum ducitis ab Asianis; dolemus sincerè, cogimus, ut hoc vobis argumentum & paritatem concedamus. Sed aliam nobis largiri debetis similitudinem: Schismatis inter vos & illos, utrosque scilicet infeliciter, & infaustè insurgentes adversùs Matrem, quæ olim utrisque fuit communis. Illis ante schisma, vobis ante schisma.

Antequam primam querelarum tuarum partem concludamus, animum, oculosque tuos ad superiora Baronii verba parumper adhibe. Docet ille, Victorem Papam à Prædecessorum suorum conniventia recessisse ob hoc, quod hæc indulgentia hæresis validanda esse videretur occasio. Vos vultis vobismetipsis constituere Vicarium Missionis Hollandicæ. Quamdiu cum Catholicis tantùm res acta est, tolerabile visum fuit Romanis Pontificibus permittere, ut Majores vestri, supplicibus precibus de promovendorum ad Vicariatus Apostolici officium qualitate, ad S. Sedem referrent, quæ etiam sæpius votis illorum annuit: at cùm hæc indulgentia rebellionis vestræ validandæ, firmandique Schismatis esse videretur occasio, ab ea cessare consultiùs visum est Clementi XI. Pontifici Maximo; ut hinc intelligas, Romanos Pontifices, non tantùm potestatis jure, quod nunc in controversiam deducis, sed ex summæ etiam prudentiæ, quinimo ex cujusdam necessitatis dictamine, regimen Ecclesiarum Hollandicarum immutasse. Quod igitur in Victore tota laudavit, secutaque est Ecclesia, tu in Clemente ne iniquum esse dixeris.

II. Queruntur secundo loco, etiam Sententiam Excommunicationis latam esse adversùs inauditos, qua in re egregiè falluntur. Nos contra probatum dedimus in Historia, sparsim & prout res ferebat, sæpe esse monitos, sæpe rogatos; sæpe jussos, sed semper rebelles, & quod magis est, sæpe fuisse auditos, idque pluribus in locis, vario tempore, per Deputatos, licet eosdem sæpo tamen missos.

Dissert. XIV. An Sacerdotes Ultrajectini habendi sint velut Schismatici?

Sed quia cogunt nos, ut hæc omnia coagmentemus, & ex diversissimis factis, diversisque temporibus probemus, illos ad alloquium, ad deliberationem, ad compositionem fuisse advocatos, faciamus periculum, nobisne, an ipsis hic erubescendum sit. Dabimus plura, quàm ipsi postulent.

Joannes Neercassellius Episcopus Castoriensis Vicarius Apostolicus in sua, de Statu Missionis Hollandicæ, Relatione (i) mentionem fecerat de Sacro Senatu octo Sacerdotum, quorum consilio, opibus & laboribus in negotiis Ecclesiarum Hollandicarum utebatur. S. Congregatio rarum illum, singularem, insolitum & incognitum Senatum miata est, nec tamen damnavit; sed Castoriensem audire voluit; & jussit (l) ut explicaret, quomodo Collegium istud efformaretur, unde sumpsisset exordium ac progressus & quorum auctoritate Sacerdotes illi Ecclesiarum ac Seminarii directioni præfecti fuissent &c. Paruit Castoriensis, & super interrogatis Responsionem scripto dedit (m) ubi Institutionem Rovenii, & Confirmationem La Torri enarrat, præmittens, Statum Collegii octo Primariorum Sacerdotum vix posse dilucidè explicari nisi ipsis Institutionis atque Amplificationis litteris exhibitis &c. Exhibuit illas postea, quas Internuntius misit Romam ad eamdem S. Congregationem. (n) Sed cùm non abuterentur Sacerdotes illi honoribus quos obtinebant, nec potestate ipsis creditâ ab Episcopo Castoriensi, ulterior perquisitio cessavit. Nimirum illo Anno 1664. adhuc cum Catholicis tantùm res agebatur, & tolerabile videbatur Romanis Pontificibus permittere, ut Sacerdotes, qui consilia, opes, & labores in rem Ecclesiarum Hollandicarum conferebant, haberentur inter suos primarii, sed sine ulla jurisdictione Canonica, & cum potestate duntaxat ab ipso Vicario Apostolico accepta. Igitur causa Ultrajectensium Sacerdotum, Sac. Congregationi, adeoque S. Sedi plenè cognita fuit, jam inde ab Anno 1664.

Verùm Anno 1703. ut in Historia docuimus, (o) octo isti Sacerdotes Consiliarii, opum subministratores & collaboratores Vicarii Apostolici, cœperunt vocari Canonici, ipsumque Collegium Octovirûm, subitò transformatum est in Capitulum Cathedrale & Metropoliticum. Hoc ipsis malè cessit; sed cùm in mandatis haberent ab illo uno Presbytero, (quem pluris facere videntur, quàm summum Ecclesiæ Catholicæ Pontificem) ut prætensi Capituli juribus

(i) Append. N. XLVII. (l) Append. N. LIII. (m) Append. N. LXIV. (n) N. LXVII.
(o) Art. XV. fol. 54.

Digitized by Google

Dissert. XIV. An Sacerdotes Ultrajectini habendi sint velut Schismatici?

bus *fortiter insisterent*, cœperunt jurisdictionem Ecclesiasticam damnabiliter usurpare; quo facto, primùm moniti, deinde jussi ut à regimine Ecclesiæ usurpando se continerent, tum Declaratione sæpius habitâ, quod nulla imaginario, novello, confictoque Capitulo inesset jurisdictio Ecclesiastica, nec tamen obtemperantes, tandem Excommunicatione majore percuti meruerunt. Hìc queruntur se non auditos. Dicerem ego, audiri ipsos minimè debuisse, cùm jam à quadraginta ferè annis causa plenè cognita fuisset.

Sed ne obliviscamur promissionis nostræ, audiat Erckelius; quòd ipsi, Sociique Presbyteri auditi fuerint Romæ, Coloniæ, Bruxellis, Hagæ-Comitis, imò omni loco, omnique tempore quo illis per se, per Deputatos, per litteras, ad S. Sedem & ad Ministros Apostolicos accedere lubuit. An putant excidisse, quod Cornelius Velthuysen Missionarius olim Ultrajecti * gloriatus sit, se cum Eminentissimo Cardinali Paulutio super luctuoso Ecclesiæ Hollandicæ statu, ad restaurandam si fieri potuisset pacem, ponderosis sæpè Epistolis egisse? Si dubitent, Heussenium suum consulant, (p) qui hìc non omnia siluit. Numquid Romæ, suæ momenta causæ & proposuit Sebastenus, & perscripserunt illi, in tot Epistolis de quibus dolent in Protestatione famosa, & in Instrumento Appellationis famosiore? Numquid statim sub initium luctuosi dissidii declaravit Cardinalis Paulutius, (q) Summum Pontificem desiderasse, *ut melioribus quàm quibus usi erant argumentis*, causam suam tuerentur? Sed quid ego hæc proferam? Doceant ipsi, quod discere volunt. Idem ille Heussenius, (r) numquid scripsit & impressis typis vulgavit, *quod Cornelius Stenovius non semel pro negotio Neo-Episcopi* (Vicarii Apostolici) *& concordia hic resarcienda Bruxellas, Coloniamque à* (prætenso) *Capitulo Ultrajectino delegatus fuerit*? Numquid Gulielmum Fredericum van Daelenoort laudat, (s) quod, *legationem difficillimis temporibus pro Ecclesia Batava incolumitate Bruxellis, & Colonia non semel gesserit*? Uterque scilicet Eminentissimum Cardinalem Bussium convenit Annis 1707. 1708. 1709. 1710. & 1711. Numquid in contumelioso illo Scripto, (t) quod vernaculo sermone ediderunt sub finem Anni 1705. postquam Eminentissimus Bussius ab itinere Hollandico Bruxellas redierat, toti Orbi testatum fecerunt, quòd nonnulli ex primoribus Cleri, *diversis vicibus* cum Nuntio Apostolico *in venerint*? Et hujus rei jam obl[…] Quid sibi volunt (u) *omnes it[…] tus duorum à Refractariis Dep[…]* eumdem Eminentissimum, tum[…] qui nihil omisit, ut pertinaces reduceret in viam, imò omni […] tiâ prævenit, ut testatus est plur[…] non obsequiis, (v) verborum indulgentia, precibus denique, ill[…] nes facere suos? Conservantur oblatæ ab ipsis formulæ, quib[…] Fidei suæ redderent, sed quæ […] à Formula à Romanis Pontificib[…] tâ. Habentur etiam scriptæ tab[…] fidem dabant de comproband[…] Deputati illi, eorum nomine egi[…] hinc vociferari audebunt, con[…] fuisse inauditos? Hic erubescant nisi perierit illis frons.

* Obiit An. 1709.

De particularium quorumdam […] nùs etiam superest querelarum. nominatim excommunicatus & […] tur, tam pro se, quàm pro reli[…] & vociferatur (x) quod secu[…] regulas auditi non fuerint, & numquam fuerint *Judices assign[…]* est, qua populo imponitur. Ubi […] dari sibi Judices? An in Patri[…] Patriam? Dominantium non p[…] ctoritas, Judicia Ecclesiastica in[…] lebrari, & multò minùs permitt[…] dicatum exequi. Extra Patriam, […] ti sunt sæpius, imò semper; s[…] incumberet ut obedirent, mal[…] stere Judicibus & Belgarum incl[…] vilegia. Nemo ignorat, quanto […] dalo fuerint Evocationes ad N[…] stolicos, quorum tribunalia ideo […] runt esse *extera*, aut *extranea*, cum Sede Apostolica jam nihil […] ser commune. Aliquibus privati[…] datus est Judex Joannes Byleve[…] recusarunt. Extra Patriam excep[…] tium, S. Sedis Legatum. Quis ig[…] sa est, quod secundùm Juris re[…] non fuerint?

Succedit tertio loco perquisi[…] competenti. Hic passim buccina[…] tatem Consiliarii Stockmans; Hollandiæ, aliarumque aliquot […] rum privilegia, & quod caput c[…] LEONIS X. de non Evocando.

Quæ hic schismatis species? i[…] kelius (z) *Peregrina judicia a[…] Sed in hoc aliarum Regionum […] tholicarum morem, antiquam g[…]*

(p) Bat. Sac. fol. 122. (q) Append. LXXIX. (r) Ibid. fol. 138. (s) Fol. 242.
(t) *Vrymoedige Bemerckingen op den handel van myn Heer J. B. de B[…] nuntius aen het Hof van Brussel in de zaeke van de Hollantse Geestelyckheyt.*
(u) Append. N. XCVI. (v) Append. N. XCII. (x) Protest. denuò asserta pag. […] hac Bulla V. inf. Diss. XVII. (z) Ass. Jur. pag. 63.

va consuetudinem, rectam rationem, veterum Principum *Edicta, ipsis Pontificum* Diplomatibus *probata, sequimur.*

Revocet in mentem Erckelius Juris illud effatum, quod superiùs exscripsimus, & intelligat, omnem hominis dispositionem, multòque magis omne privilegium, intelligendum esse, cum hac, quæ necessariò inest, clausula: REBUS SIC STANTIBUS. Secundò perpendat omnia ista privilegia, eamque ipsam, quam supponit LEONIS Bullam, & intelliget, hæc omnia concessa fuisse Principibus & populis conjunctim profitentibus Religionem Romano Catholicam. Hoc Erckelius, ut ut pertinax & audax, non tamen audebit ire inficias. Quod si neget, edat Pontificum diplomata quæ objicit. Omnia & singula concessa esse in eo, de quo diximus rerum statu, Orbi notissimum est. Concessa igitur sunt eo tempore, usque Principibus & populo, cùm jurisdictio Ecclesiastica pro Tribunali sedebat, splendoremque habebat & imperium, seu exequendi facultatem.

Hæc omnia in Belgio Fœderato locum habere non possunt. Potentissimi enim simulque prudentissimi Hollandiæ Ordines in medio relinquunt controversias & negotia jurisdictionis Ecclesiasticæ; non tamen sinunt judicem Ecclesiasticum pro Tribunali sedere in sua Ditione. Res proinde huc redit, Erckelium & asseclas omne Tribunal, omnem jurisdictionem diffugere, atque omni ope declinare. Externa respuunt Tribunalia, domesticum non habent cum jurisdictione & imperio in hac ipsa controversia quam agitant. Ergo à nemine volunt judicari. Voluntne fortè erigi sibi Tribunal destitutum auctoritate sententiam exequendi? Sunt proinde illa Erckelii effugia, meros fucus & meræ larvæ. Audiamus querelam quartam & ultimam.

IV. Quomodo fieri potest ut condemnentur tamquam Schismatici, homines illi, qui Ecclesiæ dogmata amplectuntur; confessionem Fidei quam præscribit, probant; Romano Pontifici debitam obedientiam exhibent? Verè amplectimur eam sententiam, quod omnis schismatis crimen absit ab hominibus taliter constitutis; neque enim ullus umquam Romano-Catholicus schismaticos esse asseruit eos, qui Ecclesiæ Fidem & dogmata amplectuntur, & Romano Pontifici debitam exhibent observantiam.

Sed hic tu Lector fuge lupos qui se obvolverunt ovium pellibus. Dic Erckeli, quid tibi Ecclesia est? Scio te responsurum iis verbis, quæ ex ore tuo fidem non facient. Sed argutiis vestris assuevimus, nec facilè fallimur. Respondebimus igitur nos. Tu, & qui tecum appellarunt, infimi Ordinis Sacerdotes, & pauculi Prælati & Presbyteri in Gallia, tibi Ecclesia sunt. Vide, quàm rectè animi tui sensa depromimus. Certè non est tibi Ecclesia, Pontifex & totius Orbis Episcopi cum Clero. Nec hic expectamus responsum, probè enim testatam vestro Appellationis Instrumento. Nihil tibi ergo Ecclesia est aliud, quàm ipse tu, tuique. Provocas quidem Hæresiarcharum more ad Concilium futurum, sed illud fortè numquam futurum probè scis, aut ex animo speras.

Ulteriùs, quid tu intelligis Ecclesiæ Dogmatum nomine? Certè ea sola quæ tibi, tuisque arrident, alia nulla. Probat hoc sociorum tuorum ingenua quidem, sed infelix, damnandaque confessio, (*a*) *quod credere non possunt illa, quæ Ecclesia præscribit in puncto doctrinæ.* Probat hoc, Cornelii Velthuysii tui enconiastes Heussenius, qui hunc ex-Jesuitam laudat, (*b*) eò quod moriens gratias Deo feratur reddidisse, quod à *juramento famosi Formularis se immunem servasset, dixissetque hoc ei magno in mortis agone cessisse solatio, ac suos adjurasse ædiles, ne successorem adsumerent tali juramento implicatum.* Probat hoc, indignum crimen, quod, Episcopi Castoriensis religioni, & gloriæ intulistis, dum eumdem ob subscriptam Romæ Formulam Alexandrinam, contraxisse labem dictitis (*c*) quam non nisi multo sudore deterserit, ut olim S. Cyprianus sanguine abluit lapsum suum. Denique probat hoc Appellatio tua à Constitutione Apostolica, quam universi Romano-Catholici amplectuntur. Te enim eorum numero non habemus. Contestaris te ab unitatis Catholicæ compage, Dei gratiâ aspirante, quidquid acciderit, numquam recessurum. Nobis ista sunt verba, non animus: atque actui protestatio contraria. Appellas à Constitutione, etiam recepta, & simul statuis ab unitatis compage non recedere. Quod statuis, credese nec licet quidem; quod compagem, quantùm in te est, statuis dissolvere, tu ipse nos urges, premis, ut credamus. Hoccine schisma non sapit? Profectò ejusmodi Schismaticos Ecclesiastica Historia hactenus Orbi exhibuit, imò Schismaticos longè minùs reos, & pro quibus, ut cum illis mitiùs ageret Pontifex, tot & tanti viri, tot & tantæ majores Ecclesiæ intercessores accesserunt: jam enim tibi exhibuimus schismaticos Asiæ, quos damnavit VICTOR. Alia tibi exempla, quæ probè nosti, non vacat suggerere; etenim adeo, sic Domino permittente, videris oculo recto orbatus, & illo solo instructus quo non nisi falsa vides, colligis, scribis, aut interpretaris. Quantùm ad ea, quæ Theologica respiciunt in tuo Appellationis Instrumento,

Dissert. XIV. An Sacerdotes Ultrajectini habendi sint velut Schismatici?

(*a*) Append. N. XCVI. (*b*) Bat. Sac. fol. 151. (*c*) Ibid. fol. 481.

DISSERT. XIV. An Sacerdotes Ultrajectini habendi sint velut Schismatici?

strumento, aliis te tradimus aut relinquimus vapulandum; & habes hic ad calcem Monumentorum Refutationem accuratissimam, quam opto, ut mediteris animo docili, ac libero ab omni rebellionis spiritu.

Quia verò Erckelius, Sociique ejus subdolas olim, & etiam hodie declarationes emiserunt de orthodoxia sua, de obedientia, de pacis studio &c. quæ vellent sic credi ab omnibus, ut illi interim securiùs perstare possent in sua sententia, quam dimittent numquam; ideo monendi sunt Catholici, has ipsas declarationes nullius esse pretii, quamdiu in eodem semper luto hæsitant, nec mutant animum, actusve suos. Et quoniam his diebus in Collectaneis suis (*cc*) ad nauseam repetunt: (*dd*) se nihil *velle subtractum submissioni, & obedientia* quam debent Summo Pontifici; se (*ee*) *potiùs passuros animam à corpore separari, quam se ab Ecclesia Romano-Catholica communione divelli, à Fidei illius puritate, vel in minimo abstrahi, aut à debita ab ingenuis Ecclesia filiis Summo Pontifici obedientiâ, vel ad latum unguem disjungi*; denique (*ff*) ipsos *eos esse, qui Ecclesiam, Fidemque Catholicam impensissimè venerantur*, qui *Et præsidentem Romanum Pontificem, Petri Successorem agnascunt, ejusque Primatum, & quidquid illi Fides Catholica attribuit, sincerè confitentur*; postremò, qui *omnem filialem obedientiam, & verbis promittere & factis exhibere paratissimi sunt* &c. Quia, inquam, hæc & similia dicunt è suggestu, scribunt in libris, narrant in compitis, persuadent mulieribus & devotis sibi filiabus, & hinc nonnullos movere possent, ideo aperiendæ sunt artes, dolique, quibus incautos fefellerunt, falluntque, etiam hodie.

De artibus illis non erubuerunt, cùm illas committerent; faciamus periculum, an alter affecti erunt, cùm illas propalari sentient. Profitetur Erckelius suo, suorumque omnium nomine (*gg*) quod *tam accuratè & religiosè Catholici* sint, *ut omnia ad apicem usque credant, quæ solemnis Fidei Catholica professio credenda præscribit*, & quod *omnes errores ab Ecclesia Catholica sugillatas quibuscumque libris, vel scriptionibus contineantur, abdicent*. Videamus, an his verbis facta respondeant.

Totis artubus contremuerunt cùm Nuntiorum Apostolicorum conspectum subirent, veriti, ne ad *Catholica Fidei professionem* edendam cogerentur, aut ad Jansenianos errores, conceptis à S. Sede verbis proscribendos, adigerentur. Quare omnibus incesserunt lætitiis, cùm à Nunti[...] contigit sine injecta mentione [...] resim Jansenianam; & quia me[...] mis periculo defuncti fuerant, [...] bellis & codicillis suis sollicitè [...] (& jam publicum factum) q[...] congressibus, alloquiis, aut, [...] quuntur, *collationibus* cum En[...] Bussio institutis, fortunatè abier[...] la fuerit *injecta mentio de Form[...] Jenianio*. (*hh*) Hoc scilicet ipsis[...] *ratè & religiosè Catholicum* e[...]

Rursus verba: *Omnes errores [...] Catholica sugillatos quibuscum[...] vel scriptionibus contineantur*, [...] Hæc Anno 1712. Ecce autem [...] bus diebus submittit Erckelius de[...] planè contrariam (*ii*) quà tot[...] suorumque nomine, palam facit [...] *mula Alexandrina contra quin[...] sitiones Jansenianas subscription[...] plicatam ac nudam, ab animo [...] trare non possint*. Ut scilicet [...] Lector, quod facta numquam [...] pondebunt, quamdiu Tibi verb[...] stinebis Tu, & audebunt Ipsi.

Neminem igitur moveat, qu[...] *paratissimos*, ut omnem filial[...] tiam verbis promittant, & fact[...] Etenim si verè, & sincerè loqu[...] re, cùm starent ad Nuntii tri[...] Protestationes emitterent, cùm [...] omnes illas Epistolas ad Roma[...] ficem, non obtulerunt Jansenia[...] errores in sensu ab Auctore in[...] confecta fuisset, judiciumque fi[...] hæsit aqua tot jam annis. Hoc [...] luit, petiit, exegit Eminentissim[...] qui priùs de Fidei ratione redde[...] de cognoscendo controverso ju[...] Ultrajectinæ, agi debere, edixit[...] que. Quare simplicem hanc fin[...] troversiæ viam amplexi non su[...] diversas, callidas, periculosas [...] runt formulas à Formulario Alex[...] crepantes? Formularium illud, [...] *sio Fidei, quam Ecclesia præsc[...]* dicunt se *probare*, & tamen [...] alias conficiunt formulas, & ta[...] stant nihil. Tota igitur promissi[...] cus est, & gloriatio mendax, [...] tot jam annos domi hæreant [...] schismatici interim Libelli, qu[...] promittunt obedientiam, per tot[...] divagentur cum strepitu.

Jam diu est, quòd obedien[...] promittentes, eamdem factis ex[...] necarintque. Anno 1709. demo[...] suscepit Petrus Hollen Presby[...]

(*cc*) Causa Ecclesiæ Ultrajectinæ. (*dd*) Epistola IV. ad Innoc. XIII. pag. 6. (*e*[...] ad Episcopos data 9. Martii 1724. pag. 10. (*ff*) Epistola ad S. R. E. Cardinales data 2. [...] pag. 6. (*gg*) In Dedicatione Protestationis denuò allertæ pag. 2. (*hh*) Historia brevis [...] (*ii*) Admonitio contra Monitorem &c. pag. 2.

Digitized by Google

jectum (ll) quinque famosi Articuli seu propositiones, licet ne una quidem habeatur in Libro Jansenii, tamen omnes quinque in sensu Jansenii quinque Catholicas veritates complectantur. Pontifices tamen declarant, quinque propositiones ex Libro Jansenii excerptas esse, illasque in sensu Jansenii damnant, uti Catholicis veritatibus contrarias, idque ita teneri, doceri, & prædicari jubent. Ubi igitur est filialis obedientia, quam & verbis promittere, & factis exhibere paratissimi sunt? Longiùs progressus est Matthias Torckius, qui eodem illo Anno edixit: (mm) *Etiamsi Pontifices, ipsorumque adhærentes expressis verbis declararent quanam hæreses in Libro Jansenii continerentur, ex sola ipsorum auctoritate nondum plenè certus esse possem hoc reipsa esse verum.* Eadem oratione utebatur Erckelius, & tamen diceret, se nihil velle subtrahere *submissioni & obedientiæ*, quam debet Summo Pontifici. Qui [illegible] Romani Pontifices adhærentes, nisi universi Orbis Episcopi? Atqui hi, cùm Pontificiam Constitutionem debita obedientia [illegible]erunt, declararunt & declarant quæ [illegible] hæreses in Libro Jansenii contineantur, [illegible] Ecclesia Universa id declarat, [illegible] adeo qui ex hac auctoritate nondum [illegible] vero certus esse potest, hoc reipsa esse verum, [illegible] mihi certum facit, quod perierit [illegible], is Religio, & pudor & honestas [illegible] omnis igitur, quo animo comparati [illegible] intelligimus, si starent illi ante tribunal Concilii [illegible] essent, [illegible] Generalis, ad quod tam solemniter appellarunt, ut solemniter fucum facerent.

Millenis argumentis evinci id posset, si animus esset, aut otium excutiendi insanam illam molem Libellorum quos protruserunt in lucem. Audi Lector Erckelium, qui nuperrimè exprobravit agminibus Israel, quod à Pontifice starent, & ab Ecclesia Romana. (nn) „ Quid porro dicendum est, „ interrogat ille, „ de mirabili Constitutione „ Unigenitus, in qua Propositiones centum & una, ictu uno reperiuntur damnatæ sine ullo Concilio, & sine consultatione „ præcipuarum Universitatum, imò sine „ coacto prius Cardinalium Collegio? Non „ ibunt inficias, non Fratres, (*hoc nomine* „ *compellat Catholicos, contra quos scribit*) „ quin hæc Constitutio emanarit à Pontifi„ ce, quà Pontifex est. Et cùm inter dam„ natas Propositiones non paucæ sint ma„ nifestè irreprehensibiles, & antiquis Patri„ bus, imò Sacræ Scripturæ consonantes, „ stare ampliùs non potest Romana infalli„ bilitas. „ Numquid hic egregiè perficit promissa Erckelius? Hoc ipsi est, *à debita Summo Pontifici obedientia, ne ad latum unguem disjungi.* Quisquis Ecclesiæ determinationi circa hæretica & sacrilega dogmata pertinaciter resistit, mundi manu damnatur ut hæreticus; & qui Ecclesiæ præceptis cum rebellione non obedit, in omni tempore est, & erit Schismaticus. Dicet hic Erckelius: Constitutiones Apostolicas esse determinationes & præcepta Pontificia, non Ecclesiæ. Sed respondebunt Theologi cum S. Thoma, quod ordinandi & præcipiendi in Ecclesia *auctoritas principaliter residet in Summo Pontifice*, à quo, qui dissidet in rebus Fidei, Schismaticus est, & Hæreticus.

Hæc vos tenete, & illa fugite, charissimi Fideles Hollandi, qui ex singulari gratia Dei constantes estis in Fide Romana, Catholica, & Apostolica, quam prædicaverunt Sancti Dei homines ab Apostolica Sede missi; & qui, Domino operante, seducti non estis ab his, *qui segregant semetipsos.* Nolite audire profanas vocum novitates, & recentia somnia, quasi aliud sit adhærere Ecclesiæ, & Sedi Apostolicæ, & Cathedræ Petri; aliud adhærere Pontifici Romano. Memoria tenetote S. Hieronymi confessionem gloriosam. (oo) *Beatitudini tua, id est, Cathedra*

Sidenote: Dissert. XIV. An Sacerdotes Ultrajectini habendi sint velut schismatici?

(ll) *Drie saecken neem ik dan voor in dit Schrift te betoonen. Ten eersten, de waere oorsaeck van dit Formulier. Ten tweeden,* dat die vyf bekende Artikulen of Stellingen, alhoewel niet een daer van in Jansenius Boeck staet, nogtans alle vyf in den sin van Jansenius, vyt Catholycke waerheden behelsen. Schilt des Geloofs tegen alle onrechtvaerdige en onwettige Bullen en Bannen &c. *Blad.* 6.

(mm) *Al verklaerden de Pausen en hunne medestaenders met duydelyke woorden, wat ketteryen in't Boek van Jansenius staen; zo zou ik van hun gezag alleen nog niet volkomentlyk verzekerd kunnen zyn, dat zulks in der daed waer was.* De ware Scheurmakers &c. *Blad* 18.

(nn) *En wat zal men zeggen van de wonderbare Constitucie* Unigenitus, *in de welke wy hondert Stellingen en een met eenen slag vinden gedoemt, zonder eenig Concily, en zonder raedvraginge by de voornaemste Hooge Scholen, ja zonder het Collegie der Cardinalen voor af by een te roepen? Dat deze Constitucie van den Paus als Paus voortkomt, zullen de bewuste Broeders niet ontkennen. En alzoo'er onder de gedoemde Stellingen niet weynige blykelyk onberispelyke zyn, en met de Oude Vaders, ja met de Heylige Schriftuur overeenstemmende, kan voorts de Roomsche onfeylbaerheyd het hoofd niet boven houden.* Derde Samen-spraeck tusschen Pieter Regthart en Joan Waermont &c. 1723.

(oo) Epist. ad Damasum 57. Vet. Edit. Tom. 2. fol. 417.

Dissert. XIV. An Sacerdotes Ultrajectini habendi sint velut Schismatici?

thedra Petri, communione consocior, super illam Petram ædificatam Ecclesiam scio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in arca Noë non fuerit, peribit regnante diluvio. Dicite autem ad populares vestros, aliter sentientes, quod Gregorius IV. ad Episcopos Regni Francorum scripsit: *(pp)* „ Quia verba vestra „ exaggerare laboriosum est, eò quod plena „ sint nauseæ, tantùm illud flagitamus, „ ut dicatis, quomodo potest fieri, ut manente „ Apostolicæ Sedis honore, mea tantùm „ persona in causa reprehensionis & „ vituperationis remaneat. Nullo modo „ enim fieri potest, ut si is qui locum B. „ Petri tenet, exhonoratur, sine crimine „ duntaxat, Cathedra ejus honorata permaneat .... Honoranda est Cathedra Pontificalis „ & propter Cathedram sedens in „ illa .... Vos autem fidelem & cultorem „ pietatis Pontificem dehonestandum prædicatis „ absque injuria Sedi- „ minò falsum est. „ Denique ostestam facite piam, sanctam nem vestram S. Sedi Apo- „ Probamus & amplectimur „ nes B. Leonis (Clement „ Urbis Romæ, quas conse- „ Fide. *(adversùs Jansenia- lium)* Quapropter sicut pr- „ quentes in omnibus „ tolicam, & prædicamus „ ipsa decreta sunt, & pri- „ una communione vobiscu- „ stolica Sedes prædicat, n- „ qua est integra Christian. „ perfecta soliditas. Promitte- „ ti tempore sequestratos „ Ecclesiæ Catholicæ, id „ bus non consentien- „ postolicæ, eorum no- „ non recitanda esse myste-

DISSERTATIO X

De ultimis Ultrajectinorum Presbyte- conatubus schismaticis.

Adeo statuerunt compagem illam unitatis dissolvere, ut quibusdam Academiis proposuerint quæstiones sequentes numero sex, quas hic suscipimus examinandas, proferimusque prout sunt in manibus omnium. Academiarum responsa expectamus donec Adversarii illa publicent. Quærunt igitur.

1. *Utrum Pontifex Ecclesiam Hollandicam per tot annos viduatam, possit relinquere absque suffectione Vicarii consecrati?*

2. *Utrum Capitulum Ultrajectense, penes quod electio residet, non sit qualificatum ad eligendum Vicarium?*

3. *Utrum talis electus Vicarius, Papâ in negatione persistente, non possit consecrari in Episcopum?*

4. *Utrum viciniores Episcopi ad hanc Consecrationem peragendam non priùs sint invitandi?*

5. *Utrum illis recusantibus non possit recurri ad alios Episcopos in quocumque loco degentes?*

6. *Utrum unus Episcopus in hac urgente necessitate cum duobus Sacerdotibus ad hoc deputatis non sufficiat, si plures Episcopi ad hanc Consecrationem Vicarii haberi non possint?*

Primæ quæstioni jam respondimus, id esse arbitrii & judicii Papæ Romani, qui ut Pater communis optim- prospicere liberis suis, gre- misso, præsertim cùm ne- cessitas occurrat præficiend- scerarum.

Adversarii jam obstiteru- *(d)* successivè constituti- stiterunt, inquam, Sedi d- randus sit uberior fructus legaverit consecratos, Quid deferent illi conse- deferant non consecrato? jus sive illius auctoritas à voluntate delegantis, à dientia Adversarii se subt- adhærent Orbi Catholico jure mandata à consecrat- secrato, metiunturque ctoritatem jure & potest- Credibile-ne est personale- tem Adversariis ambiri, quantùm ad jurisdiction- ferre consecratos non co- quam. Non est hoc qu- Pontifici legem scribere re non liceat. Hæc est nis, captantis & aucupa- & schismatis, in quod ja- tè prolapsi sunt.

Secunda ab ipsis prop-

(pp) Tom. 7. Conc. Labb. col. 1571. *(qq)* Ex Libello Joannis Episcopi C- Hormisdam Papam. Tom. 4. Conc. Labb. col. 1487. *(d) Theodorus de C- Joannes van Bylevelt.*

monstrat hanc Veritatem. Fingo illos per fas & nefas elegisse Vicarium Capitularem, sive Sede vacante; quem vocabunt ... manus & exhibebunt observantiam, quia ab ipsis acceperit auctoritatem. Ecquid igitur ille Vicarius consecratus? Hæc est nota certissima, Sacrum ipsis canones non observari oculis, sed solum studium excutiendi omnem obedientiam debitam supremo Pastori. Cæterùm pro secundæ hujus quæstionis elucidatione remittimus Lectorem ad Dissertationem XIII.

Propositio tertiæ quæstionis, sequela est Schismaticis Pontifice persistente in denegatione, certum est talem Vicarium non posse consecrari, non solùm quia Sedes illa Ultrajectina collapsa est, sed etiam quia vel ipsis fatentibus, Confirmatio debet præcedere Consecrationem, & Confirmatio penes solum Pontificem est. Van Espen Part. I. Tit. 14. Cap. 1. refert Concordata Germaniæ, Galliæ, & Privilegia nominandi Regi Catholico, & Principibus Belgii concessa.

Vide Lector quo res tandem evadat ... illi: an filiis liceat non tantùm evertere Sacrorum Statuta Canonum, sed omnia indulta, privilegia & Concordata. Bella certè quæstio; potius illi (eodem certè jure, id est, nullo) ... sit auctoritas confirmandi suum, quem vocant, Vicarium. Non vacat, operosè deducere injuriam hujus audaciæ quam Catholici omnes horrent ac detestantur. Audiant insignem Theologum pronunciantem in hæc verba: *Quamvis Episcoporum institutio sit de jure divino, nullus tamen potest in Ecclesia Dei esse legitimus Episcopus, aut Pastor, sine Romani Pontificis consensu.* Bannes in 2. 2. q. 1. art. 10. Concl. 3.

Olim Schenckius erat Archiepiscopus Ultrajectinus, Dei, & *Apostolicæ Sedis Gratiâ.* Cujus gratiâ erit Episcopus, ille quem sibi fingunt, aut proponunt? Dicam ego quòd res est; ipsi suâ gratiâ dicent Episcopum. Jam ergo ipsis claves cum jurisdictione sunt traditæ. Quo igitur fine hæc omnia tentant? Eo solo, ut Schismaticus, nomine, non re Episcopus, convolet ad ordinationem Presbyterorum suæ sectæ, ut scilicet schisma porro producatur ad posteros in Fœderato Belgio. *Hodie*, inquit Van Espen loc. cit. n. 13. *sicuti Episcoporum confirmatio, ita & Consecratio ad Pontificem devoluta est, & ex Pontificali Romano .... nemo consecrari debet nisi prius constet Consecratori de commissione consecrandi, sive per Litteras Apostolicas, si sit extra Curiam &c.* Igitur etiamsi juxta quæstionem quartam Episcopi viciniores forent invitandi, invitationi deferre nequeunt, nisi constet de Commissione ad consecrandum, per Litteras Apostolicas.

Sed incassùm nos Pontificalis Romani utimur auctoritate quando cum Adversariis loquimur, qui primæ Sedis contemnunt auctoritatem. Nihilominùs etiam de Pontificali loquimur, quia Adversariorum præcipui, antequam de schismate cogitassent, Pontificale Romanum suo habuerunt pretio.

Quid, quod numquam in Ecclesia Dei ullus fuerit consecratus Episcopus, nisi mandato aut consensu saltem tacito Pontificis Romani, cujus etiam mandato aut consensu omnes fuerunt institutæ Ecclesiæ. Unde rectè eximius Antiquitatis indagator Lupus in *Dissertatione de Romana Episcoporum Consecratione* animadvertit primò, Pontificem jure suo consecrare Episcopos quocumque locorum, atque omni ævo. Et secundò, Metropolitanos, aliosve, nec consecrasse, nec consecrare nisi ex Romanæ Sedis indulto; quod vocat Cap. 5. *gratiosum indultum ob locorum distantiam. Pontifices*, inquit, *id indulserunt ob duas causas, primò ob locorum distantiam Deinde ob Apostolicæ Sedi impositam omnium Ecclesiarum sollicitudinem. Ut enim Sanctum Paulum Apostolum non baptizare, sed evangelizare, ita Romanos Episcopos Divina Majestas non misit consecrare tantum, sed præsertim omnem Christianitatem regere & gubernare.*

Possemus facilè hoc ipsum adstruere etiam Gallorum testimoniis, sed in nimiam molem excresceret Opus, & deinde notissima sunt pro Belgio indulta, de quibus Adversarii fugiunt vel verbulum proferre, vel mentionem. Proinde impudentis est dementiæ, quærere, an prætensus ille Vicarius consecrari possit invito & reluctante Pontifice. Si prætensus ille Vicarius sponsam habiturus sit illam ipsam olim Metropolim Ultrajectinam, certè confirmatio ad solum spectaret Pontificem. Vide *Thomass. par 2. Lib. 2. Cap. 43.* Si verò, ut in Libello nuper Ordinibus Hollandiæ oblato, totum Fœderatum Belgium prætensi Vicarii sponsa futura sit, certè novus hic esset Episcopatus; atqui *manifestum est in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam atque Siciliam, Insulasque interjacentes nullum instituisse Ecclesias, nisi eos, quos Venerabilis Apostolus Petrus, aut ejus successores constituerunt Sacerdotes.* Ita INNOCENTIUS I. ad Decentium *Distinct.* 11. *Can.* 11. Suam illi repetant originem: primus Ultrajecti Episcopus fuit S. Willibrordus, quem constituit Petri Successor SERGIUS.

Historia igitur Gentis convenit cum prædicto INNOCENTII I. testimonio Quantùm hi mutati ab illis! Ultrajectini beneficio Dei & Sedis Romanæ habuerunt Episcopos; hodie Adversarii Episcopum habebunt suâ teme-

Diss. XV. De ultimis Ultrajectinorum Presbyterorum conatibus schismaticis.

Digitized by Google

Diss. XV. De ultimis Ultrajectinorum Presbyterorum conatibus schismaticis.

temeritate, suâ rebellione; & hunc audent petere sb Illustrissimis Belgii Fœderati Ordinibus. Fatentur tamen in Libello Anonymi Galli, (e) Ordines non posse esse Ecclesiæ Patronos; *Mais la Souveraineté sur les Provinces Unies, ayant été cedée alors aux Protestans, que l'Eglise ne peut avoir pour Presentateurs. &c.* Hærent ipsi, titubant, imò nesciunt quid petere velint. (f) An *Episcopum Romano-Catholicorum Ultrajecti*, vel *in Episcopatu Ultrajectensi*, an Episcopum *Romano-Catholicorum in Belgio Fœderato*, an *Episcopum* simpliciter. Imò per ipsos licet, novo huic, quod sibi fingunt, monstro detur tantùm titulus *Præpositi*. vel *Ordinarii*. Humano capiti cervicem pictor equinam! Sat superque est, dummodo habeant quem sibi constituunt schismaticum ducem, ut se subtrahant debitæ subjectioni, quam vocant servilem.

Eadem opera jam satisfactum est quæstioni quartæ, quæ etiam planè est inutilis. Indubitatum enim est, nullum esse vicinum Episcopum, qui ullam cum schismaticis illis communionem cominus aut eminus velit, aut possit habere; certè non aliam, quàm quæ ad eorum tendere potest conversionem.

Sed quæstio quinta non est æquè inutilis quoad scopum quem sibi pinponunt. Invenient fortè in Orbe terrarum tres aut quatuor Episcopos minùs observantes S. Sedis, & sui oblitos. Sed nec credibile est, illos ipsos adeo oblitos disciplinæ Ecclesiasticæ, ut manum velint admovere consecrando Episcopo, quem consecrari vetaret Universalis Ecclesiæ Episcopus.

Hoc ipsum apprimè vident, sentiuntque quæstione sexta. Episcopi unici ope rem sibi securam facturos opinantur; ejus, ut verosimile est, qui hodie in Hollandia degit.

Propositam quæstionem decidit Dist. 64. Can. 1. *Episcopi*, inquit textus, *ab omnibus, qui sunt in Provincia sua, debent ordinari, si vero hoc difficile fuerit, vel aliquâ urgente necessitate, vel itineris longitudine, certè tres Episcopi debent in unum congregari: ita ut etiam cæterorum, qui absentes sunt, consensum in Litteris teneant, & ita faciant ordinationem.*

Hæc tamen consecratio, ait *Barbosa de Off. & pot. Episc. par. 2 Allegat. 1. n. 45. à minori numero quàm trium Episcoporum fieri minimè debet.*

Canon citatus regulam præscribit generalem, & regulæ subjicit exc[...] cessitatis; statuit tamen nec[...] tres Episcopi concurrant, al[...] sensu habito; idque etiam con[...] III. Cap. 6. x. *de Temp. Ord.*

Antiquitas probat id ipsum [...] GORII VII. scripta Cyriaco [...] Archiepiscopo. Duo tantùm n[...] Africa Episcopi; mandat Po[...] eligant, & ad se mittant [...] Perspicuum ergo est, Ponti[...] tionem noluisse committere [...] batur tamen necessitas occu[...] Canones licuisset.

Van Espen *Par. 1. Tit.* 1[...] necessitatem probat, eo fu[...] do; addit etiam auctoritaten[...] corum, & S. Anselmi Car[...] teris ad Regem Hiberniæ, i[...] rem in Regno illo consecra[...] ab uno Episcopo. Et quod [...] cit n. 8. disciplinam hanc a[...] ditam esse, & hactenus in [...] vatam. Disputant, an ille [...] Episcoporum sit de substan[...] nis; negat Van Espen adve[...] Canonistarum opinionem. *Nec Episcopi 7. x. de Temp[...]* nes consentiunt, Pontifice[...] tatis numerum posse minu[...] casum assignat in Consecra[...] rum in Indiis. Verùm hoc [...] titudine potestatis, quam [...] quam habuerunt sibi con[...] potest eorum judicio subj[...] cessitas, nec ne; an meri[...] rifex, an sine ratione disp[...] lus Canon, nullus Pontif[...] quitatis exemplum ipsis [...] tatem, aut dispensandi fa[...]

Sed quid differimus de C[...] lis, quorum ipsi Sanctiones [...] nè respuunt, quotiescumq[...] vire existimant. V. G. illi [...] sinistrum detortis sensum a[...] tur, quare planis, clarisq[...] acquiescunt? Sit exemplu[...] 9. q. 3. ubi Gelasius Ponti[...] *per mundum novisse Eccle[...] Sancta Romana Ecclesia [...] beat judicandi: neque c[...] ceat judicare judicio. Siq[...] qualibet mundi parte a[...] illa autem nemo est appe[...]*

(e) Mem. p. 61.

(f) *Hy zou zig doorgaens kunnen noemen, Bisschop van de Room[...] in het Bisdom van Utrecht, of, zonder Utrecht te noemen, Bisschop[...] zinde in het vereenigd Nederland. Ook en zou hy sigh maer alleen k[...] men sonder eenige byvoeginge.* Et infra: *En om nog meer alle aen[...] gaen. Men zou den Titul van Bisschop daer laetende, kunnen alleen* [...] *van Kerckvoogd, en in't Latyn* PRÆPOSITUS *of* ORDINARIUS. Me[...] Doorlugtige, Hoog-Edele en zeer wyse Regeerders deser Hoog-mo[...] 1722. pag. 10.

Digitized by Google

DISSERTATIO XVI.

An Romanus Pontifex immediatam Jurisdictionem habeat in Catholicos Hollandos?

DEmirabuntur Catholici omnes, quod hanc mihi examinandam propono quæstionem; sed necessitatem injiciunt Adversarii (g) qui volunt Papam Romanum nullam apud ipsos ordinariam potestatem Episcopalem habere; qui ipsum dicunt inter Episcopos primum; non caput Ecclesiæ, sed inter Ecclesiæ capita supremum; qui denique (h) per seipsum, aut per Legatos suos in aliis Orbis Episcopatibus, adeoque in Missione Hollandica possit nihil. Numquid hæc adigunt ad insaniam?

Sed magis, magisque crescet admiratio, quando intelligetur, ridiculam planè esse, & excipiendam inverecundam illam audaciam, qua indoctæ plebi per patrii sermonis Libellos, pestilentem, dicam magis, instillant invidiam, quasi prima Sedes nec per se, nec per Legatos suos aut Vicarios, nec Jurisdictionem Episcopalem ordinariam habeat, & exercere possit, aut potuerit in Fœderati Belgii Provinciis; ubi in decursu Operis vidimus quanto suo commodo, quanto Missionis Hollandiæ bono, atque Rei Ecclesiasticæ incremento, accepta à S. Sede potestate usi fuerint Vicarii Apostolici, & horum Pro-Vicarii, mandatarii secundi.

Numquid Sasboldus, ut Harlemensi Ecclesiæ de Pro-Vicario provideret, Apostolicæ Delegationis suæ auctoritatem adhibuit? Numquid extollunt ipsimet Ultrajectini (i) quod idem ipse Sasboldus jam consecratus Archiepiscopus, pluribus facultatibus Apostolicis auctus fuerit à CLEMENTE VIII. cujus benignitatem vel inviti deprædicant? Quid gloriantur illi (l) de concessis Philippo Rovenio per PAULUM V. URBANUM VIII. aliosque Summos Pontifices facultatibus Apostolicis, quas longo ordine quasi pro rostris ostentant? Ut quid, velut ex-probando, commemorant, plenam eidem atque amplam datam fuisse auctoritatem super Regulares cujuscumque Instituti, in Fœderatis Provinciis degentes? Ad quid, inquam, hæc omnia, si S. Sedes non habeat quod disponat, quod curet, quod regat in Fœderatis Belgii Provinciis? Quid, amabo, valuissent famosa Concordata nisi ab URBANO VIII. fuissent firmata? Mendacem-ne dicent, aut stolidum Philippum Rovenium, qui die 21. Augusti Anni 1616. Publico Diplomate, directo ad Pastores & animarum curatores, aliosque Sacerdotes Regulares & seculares in Fœderati Belgii Provinciis agentes, in ipso statim exordio profitetur, (m) *per Sanctissimum Dominum nostrum, Sanctamque Sedem Apostolicam curam sibi Ecclesiarum per Confœderatas Belgii Provincias demandatam fuisse?* Quem umquam Vicariorum Apostolicorum impensiùs coluerunt, quàm Castoriensem Episcopum? Is tamen, ut supra vidimus, (n) illam Apostolicæ Sedi tribuit potestatem, ut pro sua eminentia Fœderatis Belgii Provinciis præficere possit, quos placuerit. Si hæc, incomparabilis ille (secundùm ipsos) Vicarius & Episcopus pro veritate pronuntiavit, erubescent illi loqui de primæ Sedis potestate, auctoritateque?

Aliter nempe edocti erant à Quesnello, & post infelicem dissipati hominis mortem, cùm ipsi jam secessionem à S. Sede meditarentur, & constituerent in apertum schisma ruere, publicandum erat Opusculum sub hoc titulo: *Justification du Droit des Chapitres de l'Eglise Catholique des Provinces Unies dans le Gouvernement de cette Eglise. Avec une addition sur l'injustice de la déposition de feu M. l'Archevêque de Sebaste. Ouvrage posthume du R. Pere Pasquier Quesnel 1720.*

Libellus hic furtivis prelis in Hollandia excusus nihil omnino adfert, quod ab Ultrajectensibus Sacerdotibus adductum non sit à tot jam annis, nec habet, unde vel novitate sua placeat, adeo ut alter profugus Gallus, quasi succenturiatus, subsidiariam operam adferre debuerit Libello altero, similibus prelis quoque in lucem protruso, cui titulus: *Memoire pour l'Eglise & le Clergé d'Utrecht, ou l'on fait voir que depuis la naissance de la Reforme dans les Provinces Unies, cette Eglise n'a rien perdue de ses Droits, & de sa Jurisdiction.* 1722. Non præstat Auctor quod promittit, & in hujus Operis decursu evidentissimè demonstratum est, antiqua jura Ecclesiæ Ultrajectinæ periisse omnia, illamque redactam esse ad conditionem nudæ Missionis, cujus administratio, atque provisio ad S. Sedem unicè spectet, & immediatè.

(g) Protest. Beweerd. pag. 42. (h) Protest. derdemael Beweerd. §. 5. (i) Bat. Sac. par. 2. fol. 50. (l) Ibid. fol. 76. (m) Ibid. 85. (n) Diss. XIII. fol. 271. col. 1.

Digitized by Google

Dissert. XVI. An Romanus Pontifex immediatam Jurisdictionem habeat in Catholicos Hollandos?

In posthumo porro illo atque probroso Quesnelli fœtu, nihil aliud observabis nisi ferocem animum, odium implacabile in primam Sedem, & erga defensores Pontificiæ potestatis affectionem amaram. Hinc continuæ illæ despectiones, irrisiones, contumeliæ in Sacras Cardinalium Congregationes, calumniæ in Summos Pontifices, & nescio quæ convitia in Catholicos Doctores; ut nihil dicam de Suessionensium Episcopo quocum agit inverecundè & ignominiosè. Non sum is, qui hæc flagitia singillatim enarrem, & improbanda diligentia eadem denuò conjiciam in chartam. Sat, superque est, semel indebitè sudasse prelum. Idem mihi animus est erga alterius Gallii Libellum *Memoire* &c. cùm & is in maledicendi arte magister sit.

Implet Quesnellus paginas quadraginta & amplius, (o) ut odiosè perstringat potestatem Pontificiam per omnes Orbis Christiani Episcopatus, & aggravare nititur invidiam quam de titulo Episcopi universalis injecerunt hæretici superiorum temporum, & ipse post hos, & Erckelius post illum. Possemus præterire hæc omnia, & oblivione atque silentio opprimere amari cordis cogitationes, cùm ad Episcopi universalis potestatem aut titulum recurrendum nequaquam sit, ut Ecclesiæ Ultrajectinæ cura & regimen ad S. Sedem spectet. Sed cùm simplicium animi in errorem inducantur per fallaces hasce declamationes, & inspersas historiunculas, in quarum narratione Quesnellus gloriosè mentitur, lubet hic de Pontificia potestate instruere illos, qui in Fœderato Belgio Catholici, S. Sedi communione consociantur. Eadem operâ satisfactum erit Erckelio. (p)

„ Duobus modis potest intelligi nomen „ Universalis Episcopi. Uno modo, ut ille „ qui dicitur *Universalis*, intelligatur esse „ solus Episcopus omnium Urbium Christianarum, ita ut cæteri non sint Episcopi, sed Vicarii tantùm illius qui dicitur Episcopus Universalis; & hoc modo, „ nomen hoc est verè prophanum, sacrilegum, & anti-Christianum, & de hac „ significatione loquitur Gregorius... Altero modo dici potest Episcopus Universalis, qui habet curam totius Ecclesiæ, sed generalem, ita ut non excludat „ particulares Episcopos. Et hoc modo nomen hoc tribui posse Romano Pontifici ex „ mente Gregorii, probatur &c. „ Ita *Bellarm. de Rom. Pont. Lib. 2. Cap. 31.*

Hanc Bellarmini, Calvinum confutantis, doctrinam non ignoravit Quesnellus, neque Erckelius. Quid igitur hac usi sunt criminatione odiosa, veluti telo, non aliunde, quàm è Calvini pharetra desumpto?

Vel ipse Joannes Gersonius, ritatem Ultrajectenses magni errorem odit illorum, qui aff non esse *immediatum Pasto omnino omnium.* Ita testatur *1. Par. 1. Lib. 5. Cap. 6. n.* hic Auctor præeminentiæ & universalis notas, eodem ca longiùs prosequi, majoris esset utilitatis, præsertim cùm Op rimorum versetur manibus.

Sed juvat historiunculis, fa dacis Quesnelli occurrere h ritate, quam non defugient sit sibi constent.

Quesnellus (q) exempli mosæ Dedicationis Ecclesi quam Fulco Andegavensium bus Turonensium apud Loc garat is Archiepiscopum Ecclesiam consecraret. Abn Comes Romam profectus, à obtinuit, mitti in Gallias Ca tum, qui auctoritate Aposto nem perageret. *Sed Deus,* lus, *id non permisit.* Ipso e horâ cùm Legatus se acc functionem Episcopalem p ta exorta fuit tempestas, ditus corruerit. Exemplum nello credimus & Erckelio Deum ipsum stetisse pro J risdictione adversùs Roma *On Dieu semble avoir vou rité ordinaire des Evêque ses de la Cour de Rome.* N Glabri ut testis, quem exc

Sed videamus quomodo storiam, testemque planè „ prope, „ *inquit ibid. n. 3.* „ à vero abfit hæc Gla „ chartulano Abbatiæ Bell „ est. Chartas à se insp „ fuisse testatur magnæ & „ moriæ Petrus de Marc „ Parisiensis. „ Verum q episcopum Turonensem diresisse ad Sergium XVIII. subinde successera nes Ecclesiæ & Justiniani clesia dedicanda permitt sex contra objecit Archie „ Comiti Basilicam suis „ dominio constructam, „ ferre Ecclesiæ Romar „ secrationem ejus esse j „ prietas. „ Tum Arch vit, & celebrata est Ec illo ipso Cardinali Petro à Romano Præsule deleg missus fuerat. Et conclu

(o) A pag. 60. usque ad pag. 125. (p) Protest. Beweerd. §. 22. (q) I

(r) Protest. Beweerd. §. 22.

verum, „ Memi [illegible] cordatus plus habebit fi-
„ dei Glabro, quàm authenticis chartis,
„ ideoque dubitabit deinceps nemo, quin
„ Basilica illa annuente Archiepiscopo Tu-
„ ronensi dedicata sit. Cæterorum Galliæ
„ Episcoporum querelæ conticuerunt, ut
„ opinor, cùm primùm audierunt ac-
„ quievisse Turonensem Antistitem. Et in-
„ de claret, vanis & obliquis rumoribus
„ delusum fuisse Glabrum, cùm hæc scri-
„ beret. Romanamque Ecclesiæ perinde com-
„ mentitiam esse. „ Et certè nec ipsum
Quesnellum latuit, Glabri narrationem me-
rum esse commentum, sed cùm ipse fidem
& divinam, & eam quæ in humana Historia
requiritur, planè abjecerit, quid mirum,
quod hæc mendacia popello obtulerit, ut
scilicet qui data porta rueret in jurisdictio-
nem in dubitatam primæ Sedis?

Invicta jotè etiam profert (s) exemplum
Hugonis Diensis Episcopi & Apostolicæ
Sedis Legati, qui Meldensem Episcopum
inauguraverat. Richerus Senonensis Archi-
episcopus tam impatienter tulit, citra as-
sensum suum ordinatum fuisse unum ex
Episcopis Provinciæ suæ, ut anathema ja-
culatus sit in hunc Episcopum, eique Suc-
cessorem subrogari. Hanc Richerii actio-
nem contumax factum appellat Fran-
ciscus Hallier De Sacris Elect. & Ordin.
P. 2. sec. 5. Cap. 4. Art. 3. §. 4. n. 24.
ibi fol. 738. Sed Thomassinus n. 16. exi-
stimat, facultates sibi à Pontifice concessas
transgressum fuisse Legatum. Tempera-
mentum hoc non potuit arridere Quesnel-
lo, cui pro vili est omnis jurisdictio su-
premi Capitis. Audiant, qui audire pos-
sunt, iterum Thomassinum n. 11. ex ve-
ro, & ex sacræ antiquitatis memoria, Ul-
trajectensibus adamata, pronuntiantem. Ex
historiarum omnium testificatione con-
stat, quocumque demum se contulerint
Pontifices, velut propria in Ecclesia
versatos esse, atque ut Summos Pastores,
quibus Ovile suum creditum totum Chri-
stus. Subjicit ibidem exempla quàm pluri-
ma, ubi Romani Pontifices Græciam pera-
grarunt, & nominatim etiam de Gallia lo-
quitur. Testatur autem, summis atque in-
usitatissimis honoribus affectos fuisse Pon-
tifices ab Imperatoribus ad eorum vestigia
provolutis. Quantùm ab his distant Ques-
nellus atque Erckelius cum asseclis, id est,
quàm longè sunt à vero?

Infeliciter etiam, & pessimâ fide oppo-
nit nobis Synodum Provincialem Lemo-
vicensem II. Anni 1031. ex qua, varia
dicit se habere (t) exempla eorum, qui
Romam confugerant ad obtinendam ibidem
peccatorum suorum absolutionem sine con-
sensu proprii Episcopi; quæ postea absolu-
tionem à Pontifice datam, declaravit nullam,
nulliusque valoris.

Dissertat. XVI. An Romanus Pontifex immediatam jurisdictionem habeat in Catholicos Hollandos?

Synodus agit de absolutione à vinculo Ex-
communicationis; Quesnellus, cæcâ & fu-
rente invidia abreptus, ponit casum abso-
lutionis à peccatis: quasi qui Romam pro-
ficiscuntur, ibidem absolvi nequeant à pec-
catis suis, quæ alibi per potestatem cla-
vium non sunt ligata, aut retenta. Tantâ
scilicet efferbuit iracundiâ, ut non intel-
lexerit, inepta se cogitare, & scribere.

Sed accedamus ad rem. Supponit ille, Sy-
nodum hanc declarasse, irritam esse abso-
lutionem à S. Sede impetratam. Hinc mox
infert, S. Sedi nullam esse jurisdictionem
absolvendi aliorum Episcoporum subditos.
Hic unicus ipsi est scopus, ut nullam ag-
noscat Pontificis Romani jurisdictionem in
alterius cujuspiam Episcopi Diœcesi. Dolo
pessimo, Synodum ille conatur populo ob-
trudere. Nos, ut decet, edimus Concilii
verba, (u) & sensum.

„ In Concilio conquisitum est de Ex-
„ communicatis Aquitenigenis, qui igno-
„ rantibus Episcopis suis à Romano Papa
„ pœnitentiam & absolutionem accipiunt,
„ & hac de causa pax & Concilium in A-
„ quitania destruitur, dum quos isti ligant,
„ ille injustè absolvit .... Cancellarius ....
„ cœpit explicare dicens: Stephanus Arver-
„ nensis Præsul ante hos annos Pontium
„ Comitem Arvernensem Excommunica-
„ tione obstrinxit .... quem cùm nulla ra-
„ tione vellet absolvere nisi emendatum,
„ Comes à Domino Papa absolutionem ac-
„ cepit, ignorante Papa eum excommuni-
„ catum. Quod graviter Episcopus ferens,
„ conquestorias Litteras Romam Apostoli-
„ co misit. „ Pontifex respondet his verbis: „ Quod
„ nesciente te egi, Frater carissime, non mea,
„ sed tua est culpa: scis enim, quia qui-
„ cumque de universa Dei Ecclesia, quæ
„ est in toto Orbe terrarum, ad me causâ
„ remedii recurrit, impossibile est mihi
„ ejus curam negligere, dicente Domino
„ ad Beatum specialiter Petrum: Petre pas-
„ ce oves meas .... Debueras certè mihi,
„ antequam illa mortua ovis Romam ve-
„ niret, ejus causam tuis innotescere api-
„ cibus & ego eam omnimodè abjicerem,
„ etiamque firmando auctoritatem, eam
„ anathematis ictu repercuterem. Profiteor
quippe

(s) Pag. 87.

(t) Nous avons dans le second Concile de Limoges tenu en 1031. divers exemples des gens qui avoient été à Rome pour recevoir l'absolution de leurs pechés sans la participation de leur Evêque, & dont l'absolution accordée par le Pape avoit été declarée nulle, & de nul effet par le propre Evêque. Quesnel, Justification des Chapitres &c. Pag. 91.

(u) Ex Editione Binii Tom. 3. par. 2. fol. 186.

Dissert. XVI. An Romanus Pontifex immediatam Jurisdictionem habeat in Catholicos Hollandos?

„ quippe omnibus Consacerdotibus meis „ ubique terrarum, adjutorem me & con„ solatorem potius esse, quàm contradicto„ rem, Absit enim schisma à me, & à Coë„ piscopis meis. Itaque illam pœnitentiam „ & absolutionem quam tuo excommuni„ cato ignoranter dederam, & ille frau„ dulenter accepit, irritam facio & cas„ sam, & de ea nihil aliud speret quàm „ maledictionem, quâ satisfacta tu ipse ab„ solvas. „

Hac Pontificis responsione visâ mox Patres Synodi Lemovicensis subjiciunt: „ Frustra hæc querela adversùs Caput nostrum mutire audet: Apostolicus enim „ absque culpa est, & potiùs nos colpabi„ les sumus, nisi litteris nostris ei notum „ facimus de quibus volumus, ut absolvan„ tur. Cùm ergo tales deceperint Aposto„ licum ut fraudulenter absolvantur ab eo, „ irrita est illa absolutio. „

Quesnello non fuit visum, sic proferre Synodum. Sic enim prolata destruit, evertitque funditus objectionem quam ille collegit non ex fonte, sed ex odio. Hæc eadem est ratio, quod Synodi judicium, & testimonium de prima Sede non fuerit ausus transscribere. *Judicium enim totius Ecclesiæ*, inquiunt Patres, *maximè in Apostolicâ Romana Sede constat*.

Nobiscum consentit vel ipse Thomassinus n. 9. „ Pœnitentium, *inquit*, aut im„ pœnitentium potiùs, fraudibus obviam „ ibant tum Episcopi, *non Papæ potestati* „ *eximiæ*: nihilo plus quàm Lemovicensis „ suprà Synodi Præsules, qui in culpa se „ esse ipsos confessi sunt, ubi non Roma„ no Pontifici nomina & causas eorum de„ ferrent, quos à se ligatos, Romæ solvi „ nollent ...... Cassas & inutiles hæc Syno„ dus pronuntiabat absolutiones istiusmodi, „ non quòd *tantæ potestatis expers esset is*, „ *à quo extorta fuerant*, sed quòd eas ve„ rè extorsissent ii, qui obrepserant Pon„ tifici, nulla facinorum suorum pœnitu„ dine ducti, & Episcoporum suorum im„ perio contumaciter immorigeri. „

Hæc est certissima sententia Synodi, atque unà Pontificis Romani mens; *sed*, pergit idem Auctor, *quandocumque illæsa fuit pietas & religio, Romam itare pœnitentes approbarunt Episcopi, ut peccatorum ibi maculæ eluerentur, sanarentur vulnera*. Et quoad hanc distinctionis partem, profert Gregorii VII. Litteras, seriò corripientis Henricum Leodiensem Episcopum. Neque enim dubium est, potestatis plenitudinem universæ esse penes primam Sedem. Quare pergit his verbis: „ Episcopos au„ tem, etsi in Sedes Apostolorum evecti „ sint, non tamen in plenissimæ hujus & „ universalis potestatis totam amplitudi„ nem vocatos omnes esse „ *Sedem interminatâ hâc &* „ li Auctoritate *cumula* „ pollebant Apostoli, & Pet „ cui ea obtigerat cum singu „ tiæ privilegio. Id paucis hi „ nuabat Gregorius VII. „ *postolica Sedis non esset au* „ *cumque, & ubicumque v* „ *absolvere*. „

Anno 1075.

Toti antiquitati & luci oculos, quotiescumque de prærogativis quæstio occurrit tur argumentis, quibus ol Rhemensis Archiepiscopus. U adducunt potestatem illam, tenbus, voceque clamant, *losa esset potestas futura quæ ret quàm Ecclesia, & pro fragilitate posset aut errori fectibus, aut immoderatis cu virc!* Hoc idem argumentu tidie libellis, foliolisque; ad populum. Et tamen, test 8. „ Interdicta, Suspension „ ocationes, seu quævis „ sententiæ, Romanâ ex au „ aut revocatæ in omnibu „ ciis, non minùs validè „ dem Jurisdictionis Pontifi „ exercitium, assentientibu „ pis, quos vix umquam d Ita ille.

Utique dissensisse legim Lemovicenses. Sed quid fu culpam, non Pontificis, p mus. Imò persæpè Episco runt Sedem, ut Pontifex rebelles illis subditos, ut notensi Episcopo refert id *Te rogamus*, inquit, *cui siæ cura commissa est*.

Nihil ex his potuit place hil tamen est aliud, quàm qu bis semper agnovit, si ex necesse est perire regna sint extra arcam. Si teste tensi Episcopo, Joann Ecclesiæ cura fuerit co sensu, & ratione jurisdict tur Episcopus Universalis tum nullâ arte dilui pote na Bellarmini suprà. Qui hæc vox in Adversariori scilicet affectis, audiant nium, qui apud Thomassi plenitudinem potestatis E esse, *nisi in unico Summo quin Ecclesiasticum regim narchicum*.

Ægrè hoc ipsum fert Quesnellus, (v) Erckel

(v) Pag. 55.

Dictam 30. Greg. 6. Augustum Lib.

[GREG]ORII Magni ad Mauritium Augustum, Lib. 6. Sed pessimè & sinistrè suo modo. Verba aliquot profert, hic Belgicè, ille Gallicè, positis ad calcem latinis. Ego fidenter dico, quisquis se universalem Sacerdotem vocat vel vocari desiderat in elatione sua, Antichristum præcurrit, quia superbiendo se cæteris præponit, nec dispari superbia ad errorem ducitur: quia sicut perversus ille Deus videri vult super omnes homines, ita quisquis iste est, qui solus Sacerdos appellari appetit, supra cæteros Sacerdotes se extollit. Cùm hæc verba dimidiatim in Belgicum idioma, non nimis rectè transtulisset Erckelius, subdit: (x) Horresco & contremisco dum hæc describo.

Noli expavescere Erckeli, jam omnimodè liberatus esses, si facti speciem populo tuo notam voluisses. Sed dolo agis, pro more tuo. Rem accipe. Cyriacus Episcopus Constantinopolitanus Universalem se dicebat Episcopum. Adversùs hanc superbiam justo zelo arma sumit Sanctissimus ille Pontifex. Utinam Cyriacum non fuisset imitatus Quesnellius inferioris ordinis Sacerdos, qui ad & suis, scriptis & factis conatus est attribuere potestatem docendi Ecclesiam Dei, que accusandi errores, & primam Sedem in consensum Episcoporum. Cyriacus, alioquin demens, non est prolapsus in horribilem abyssum. Pontifex, ut Superior, eumdem Cyriacum fratrem, Consacerdotem admonere curavit, ut ab stulti vocabuli se appellatione compesceret; Imperatorisque advocat auxilium, ut hoc illi pietas Serenissima præciperet.

Non reprehendit hic S. GREGORIUS Principatum in Ecclesia Dei, quem, utpote omnibus Episcopis communem, obtinebat Cyriacus in Ecclesia Constantinopolitana. Nec etiam rejicit Primatum qui soli competit Ecclesiæ Romanæ. Neutrum namque ambiebat Cyriacus; nec id significatum volebat ipse, aut Joannes, etiam Constantinopolitanus Episcopus, per nomen Universalis Episcopi. Longè quippe nocentior erat stulti vocabuli significatio, quæ tantum Sancto Pontifici creavit dolorem, & quæ hodie etiam BENEDICTO XIII. feliciter regnanti, sanctum animo incenderet iram, nunquam dissimulandam.

Debuerat hanc justi doloris caussam verissimam occultare Quesnellius; & Erckelius etiam omittere per infidelem textûs mutilationem, ut in præsenti Disputatione aliquid esse videretur GREGORII Magni triste supercilium. Undenam verò fuit illud severum? An quia cum Sancto Pontifice certabat Cyriacus aut Joannes de Universæ Ecclesiæ cura, aut jurisdictione? Mendax sit qui id affirmaverit. Edit caussam GREGORIUS planissimis, clarissimisque verbis: qui SOLUS Sacerdos appellari appetit supra cæteros Sacerdotes se extollit. Quod etiam patet ex Epistola 34. ad Constantinam Augustam Lib. 4. apud quam dolet GREGORIUS, quod Serenissimus Dominus, (Mauritius Augustus) non eum corripuit, qui superbus (Joannem videlicet) addens: Triste tamen valde est, ut patienter feratur quatenus DESPECTIS OMNIBUS prædictus Frater & Co-Episcopus meus, SOLUS conetur appellari EPISCOPUS. Ex qua superbia judicabat GREGORIUS propinqua esse Anti-Christi tempora, quia videlicet Joannes imitabatur illum, qui spretis in sociali gaudio Angelorum legionibus ad culmen conatus est SINGULARITATIS erumpere. Quis hactenus hæreticorum objecit Romanis Pontificibus hanc singularitatem? Quis vel calumniando protulit, quod soli velint appellari Episcopi? Illi qui omnes Orbis Episcopos, suos semper dixerunt, dicunt, & habent Venerabiles Fratres?

Dissertatio XVI. An Romanus Pontifex immediatam Jurisdictionem habeat in Catholicos Hollandos?

Unde in illa Epistola GREGORII nihil omninò occurrit, quod Quesnellio, aut Erckelio possit esse auxilio, nec apparet unde exhorrescendum sit, aut tremendum. Tam multa sunt alia Scripta, tam multæ Epistolæ sunt ejusdem Pontificis, ubi Jurisdictionem Pontificiam exercet V. G. in illa ipsa caussa Cyriaci, Epistola sequenti; sed intentioni Quesnelli aut Erckelii nequaquam conveniebat hæc in lucem proferre. Si superbire est, se cæteris præponere, GREGORIUS accusasset Servatorem nostrum, qui Petrum, ejusque Successores cæteris proposuit. Hæc iterum reflexio non est è re Quesnelli, qui nullum visibile & superius Caput agnoscit in Ecclesia. Non potuit latere Quesnellium, in Concilio Calchedonensi Oecumenico, vix alium attribui Pontifici titulum, quàm SANCTISSIMI ET BEATISSIMI PATRIARCHÆ MAGNÆ ROMÆ: titulum, quem tota approbavit Ecclesia in Spiritu Sancto legitimè congregata. Hæc sufficiant ad abstergendum Erckelii terrorem.

Tentemus, an Quesnellus meliori fide S. LEONEM pro se colloccet in acie. Dimicat telis petitis ex Epist. 10. ad Episcopos Galliæ Cap. 9. & ex Epist. 86. & 88. Sed audiamus ipsummet loquentem (y) „ S. Leo, inquit, „ qui auctoritatem suam tam imperiosè gesserit,

(x) Ik sidder en beef terwyl ik dit uytschryf. Erckelius Protest. Beweerd. pag. 140.
(y) „ S. Leon, qui le portoit haut, se tenoit à injure, & se recrioit comme contre une „ calomnie, qu'on le soupçonnât de vouloir gouverner les Eglises des Gaules: Non nobis „ Ordinationes vestrarum Provinciarum defendimus, quod potest forsitan ad depravan„ dos vestræ Sanctitatis animos Hilarius pro suo more mentiri; sed vobis per nostram „ sollicitudinem vindicamus. Dans

Leo. Epist. 10. ad Episc. Gall. cap. 9.

Dissert. XVI. An Romanus Pontifex immediatam Jurisdictionem habeat in Catholicos Hollandos?

„ sit, injuriam sibi fieri existimavit, & „ quasi de illata sibi calumnia expostulavit, „ cùm in suspicionem veniret, quod Gallia- „ tum vellet Ecclesias gubernare: *Non No-* „ *bis Ordinationes vestrarum Provinciarum* „ *defendimus, quod potest forsitan ad de-* „ *pravandos vestræ Sanctitatis animos Hila-* „ *rius pro suo more mentiri; sed Vobis per* „ *nostram solicitudinem vindicamus.* Alia „ etiam occasione justam suam prodidit „ modestiam & timorem, ne mensuram, ter- „ minosque creditæ sibi solicitudinis transi- „ ret. Anatolius Episcopus Constantino- „ politanus Aetium Archidiaconum suum „ ab officio per speciem provectionis amo- „ verat, & in locum ejus hominem de fi- „ de suspectum assumpserat. Hoc S. Leo- „ nem malè habuerat, sed post aliquot sol- „ licitationes, scribit Juliano Nuntio suo, „ utendum esse patientia: ne, *inquit*, dum „ me ingero causæ Diœceseos externæ, li- „ mites transgrediar sollicitudinis debitæ. „ *Sed patienter interim ista toleranda sunt,* „ *ne mensuram solidationis* (s. solicitudi- „ nis) *solitæ videamur excedere.* Idem Pa- „ pa alibi expressè mandat eidem Juliano, „ ne ullo modo sese ingerat in ea quæ spe- „ ctant ad singuli Episcopi auctoritatem in „ Diœcesi sua; sed unicè ut Fidei negotio „ invigilet: *sequestratâ earum actione cau-* „ *sarum quæ in quibusque Ecclesiis Præsu-* „ *lum suorum debent cognitione firmari.* Si „ reliqui Pontifices secuti fuissent senten- „ tiam & exemplum duorum Pontificum „ (Gregorii Magni, & Leonis Mag- „ ni) qui inter omnes qui Sedem Apo- „ stolicam tenuerunt maximi sunt, non ac- „ cidissent illis tantæ molestiæ quas causa- „ runt ipsorummet, aut Ministrorum suo- „ rum usurpationes. „

Hactenus Quesnellus pro suo in Summos Pontifices & S. Sedem Apostolicam irreverentiæ pruritu. Quæ omnia simul & semel sub conspectum damus, quia has etiam cantilenas, (jam carmen triviale factas) occinunt nobis Ultrajectenses i[…] lis quotidianis, quorum non c[…]

Quod ad primam S. Leonis […] sive ad Episcopos Galliæ 10. […] simo more dissimulavit Quesn[…] sionem quæ Epistolæ causam […] cet, Hilarii Arelatensis Episc[…] nem, *ordinationes sibi omnium* […] *Ecclesiarum vindicantis & P*[…] *piscopo heredem viventi* subst[…] Hic Hilarius, *ipsius quoque* […] *iis reverentiam verbis arroga*[…] *nuens*, ut odium concitaret […] pro suo more mentitus est, P[…] mo esse, Cleri Provinciæ Vie[…] legia pessumdare atque ever[…] cium hoc ut refellat Pontifex […] non sibi ordinationes illius […] fendere, sed Episcopis per […] dinem vindicare. Quæ verba […] su inflectit ille Libelli perditi[…] quasi Leo Magnus agnovisse […] jurisdictionem esse in Episc[…] vinciam Viennensem. Aci[…] quempiam petere aut excip[…] est mos, sed quandoque ex[…] tas facti. Quid causæ est, […] lus dissimulavit in ea ipsa […] ficem suam exercere jurisdic[…] „ jus muneris Sacramentu[…] „ Dominus ad omnium Ap[…] „ cium pertinere voluit, […] „ Petro, Apostolorum or[…] „ principaliter collocaret; […] „ si quodam capite, dona […] „ pus omne manaret: ut […] „ sterii intelligeret esse di[…] „ fuisset à Petri soliditate […] „ enim in consortium ind[…] „ assumptum, id quod i[…] „ nominari dicendo: *Tu* […] „ *per hanc Petram, adi*[…] „ *meam.* Ut æterni templi […] „ bili munere gratiæ Dei […] „ tate consisteret. „

„ *Dans une autre occasion, il fit connoitre encore sa juste retenue &* […] „ *avoit de passer sa mesure, & les bornes de la follicitude qu'il devo*[…] „ *que de Constantinople avoit ôté à Aëtius Archidiacre de son Eglise* […] „ *pretexte de l'elever au Sacerdoce: & avoit mis à sa place un homme* […] „ *suspecte. S. Leon en eut beaucoup de peine, mais apres quelques solli*[…] „ *de à Julien son Nonce, qu'il faut prendre patience: de peur dit-il* […] „ *d'une affaire d'un Diœcese étranger, je ne passe la mesure de la s*[…]

Ep. 88. Cap. 4. „ *convient.* Sed patienter interim ista toleranda sunt ne mensuram sol[…] „ *licitudinis*) solitæ videamur excedere.

„ *Le même Pape recommande expressement ailleurs à ce même Jul*[…] „ *ler en aucune maniere de ce qui regarde l'autorité de chaque Evêq*[…] „ *cese: mais seulement de veiller sur la Foi*: sequestratâ earum actio[…]

Ep. 86. Cap. 2. „ in quibusque Ecclesiis Præsulum suorum debent cognitione firmar[…] „ *Si les autres Papes avoient suivi ces sentimens & ces exemples des* […] „ *Papes qui aient rempli le Siége Apostolique, ils n'auroient pas reçeu*[…] „ *que leur ont causé leurs entreprises ou celles de leurs Ministres.* „ Q[…] cation des Chapitres de l'Eglise des Provinces Unies pag. 85. & su[…]

Digitized by Google

per animis Quesnelli in Hollandia affecta, atque iterum iterumque perpendite, an Leo Magnus auctoritatem Apostolicam primæ Sedis, dum se vindicare propositis, quàm sibi. Quâ fide dixisse: (z) *Leonem irâ excanduisse* dum de sibi per Universum Orbem jurisdictione ageretur? Plurima sunt in eadem Epistola quæ Pontifex componit & ordinat tam jurisdictionis auctoritate, quàm legislativa ac judiciali potestate. Numquid statuit Pontifex, *ut suis unaquæque Provincia sit contenta Conciliis, nec ultra Hilarius audeat Conventus indicere Synodales?* Numquid *Leontium ante quitate honorandum Episcopum*, loco Hilarii, cogendis Synodalibus Conciliis potestate præficit, ut Quesnellus ipse in synopsi illius Epistolæ expressit; & postea in notis, S. Leonis consilium, prudentiamque extollit, quòd *Leontium Forojuliensem præ ceteris elegerit, cui honorem Primatus in quinque Provincias deferret?* Pauca hæc ex Epistola delibasse superque est, ut impostura peragatur, suo malo famigeratus Quesnellus, quæ diximus, nihil ipsum, Sanctorum Operum Editorem, latuit. Quæ ergo est illa rabies (insaniam non possumus dicere) hominis, omni opum vi adlaborantis, alios secum ut impellat & propellat in errores manifestos?

Veritas eadem in aperto est in Epist. 86. ad Julianum Episcopum Coënsem de Aetio & Andrea. Suspendit quidem interim Pontifex ultimam resolutionem, sed Nuntio dat in mandatis ut „ quia tanta est „ Gloriosorum Principum Fides, ut con„ fidenter eis possit quæ sunt insinuanda „ suggerere, pietate ipsorum ad utilitatem „ Ecclesiæ Universalis utatur. „ Pergit Pontifex: „ Consulenti autem dilectioni „ tuæ de his in quibus putaveris ambigen„ dum, non deest relationibus tuis meæ „ responsionis instructio, ut sequestratâ ca„ rum actione causarum, quæ in quibusque „ Ecclesiis Præsulum suorum debent cog„ nitione firmari, hanc specialem curam „ vice meâ functus assumas, ne hæresis vel „ Nestoriana vel Eutychiana in aliqua par„ te reviviscat. „

Vident igitur Adversarii, etiam hoc loco jurisdictionem exercitam à Pontifice, qui mandat Nuntio suo, ut curam gereret, ne hæresis in aliqua parte reviviseceret. Duas alias suspensi judicii causas assignat Pontifex. Primam; quod pissimi Principes, secundùm obsecrationem suam dignati fuerint Fratrem Anatolium de his, quæ meritò in querelam venerunt, increpare. „ Jungat, *inquit*, „ Charitas tua diligentiam „ suam, ut universa scandala, adhibita ple„ nissimâ correctione resecentur, & à Filii „ nostri Aetii cesset injuriis. „ Quod ipsum jurisdictionis est manifestissimæ. Alteram causam, eamque paris jurisdictionis notam, exprimit his verbis: *Cum itaque, quæ sequentur agnovero, tunc manifestius, quid agi oporteat æstimabo. Nam interim, dolore cohibito, malui indulgere patientia, ut locus esset veniæ.*

> Dissert. XVI. An Romanus Pontifex immediatam Jurisdictionem habeat in Catholicos Hollandos?

Deinde quoad Palæstinos Monachos vult doceri „ Utrum Eutychianæ perversitati „ famulentur, an implacabiliter doleans E„ piscopum suum in hanc impietatem po„ tuisse traduci? „ Scilicet quod Aetio Viro Catholico per speciem provectionis amoto, substituerit Andream „ qui ob hæreti„ corum Societatem fuerat abjectus. „ His adde, quod Leo Pontifex declaret, quod differat communicari in Anatolium, donec rescisat quid ipse cum Pontifice suis Epistolis acturus sit, quas missurum eum Aetius indicavit, *dans*, inquit, *locum voluntariæ emendationi, quâ dolorem meum cupio mitigari.*

Viderint jam Adversarii, quâ fide Quesnellus afferat Juliano mandatum ne quoquo modo (*en aucune maniere*) immisceret se iis, quæ ad Episcopi auctoritatem in sua Diœcesi poterant spectare: & quàm rectè Erckelius somniaverit Leonem Magnum ob hoc *irâ excanduisse.*

Quid necesse est quidpiam adjungere de Epist. 88. cùm & hæc eamdem respiciat causam atque occasionem. Hoc tamen speciale est, quod Anatolius Episcopus post coërcitionem Pontificis in suæ præsumptionis adeo temeritate perstiterit, ut Illyricianos Episcopos, ut sibi subscriberent, convenerit. Deinde Pontifex causam Aetii commendaverat Litteris Clementissimorum Principum favori. Injuriam Aëtio factam, dum fraudulenter per Anatolium ab officio depositus est, substituto eidem hæretico homine Andreâ, ad Catholicorum injuriam pertinere agnovit, & deploravit Pontifex: *Sed*, inquit, *patienter interim ista toleranda sunt, ne mensuram solidationis solita videamur excedere: cum possit pro tempore satis esse prædicto* (Aëtio) *quod Clementissimorum Principum favore munitur, quibus eum proximis Litteris meis ita commendavi, ut apud religiosissimas mentes gratiam ipsius augendam esse non dubitem.*

Hinc igitur concurrebat favor Principum cum commendatione Pontificia, & illinc timor schismatis: Unde toleranda interim esse, quæ malè gesserat Anatolius, judicavit

(z) *De Paus* Leo I. *wierd gram wanneer men hem van zodanige aenmatigingen wilde verdage-wrucken.* Erckelius Provoost derdemael beweerd. pag. 30.

Dissert. XVI. An Romanus Pontifex immediatam Jurisdictionem habeat in Catholicos Hollandos?

vit Pontifes, *ne mensuram* videretur *excedere solidationis solitæ*, id est judicii & prudentiæ.

Displicuit Qoesnello vox *solidatio*, usitata tamen Auctoribus Latinis. Unde ille suo marte, suaque auctoritate solà *solicitudinem* interpretatur. Interpretatio falsa est, cùm Pontifex jam anteà Anatolium severè corripuerit mensurâ sollicitudinis & jurisdictionis.

Hinc ad aliud exemplum properat Quesnellus, & narrat, (*a*) INNOCENTIUM II. (quem in Gallias venisse dicit regnante Ludovico juniore) ab Episcopo Suessionensi prohibitum, ne Pontificalem Benedictionem impertiret novo Abbati Monasterii S. Medardi. Etiam Historia homini illi excidit; advenit enim in Galliam regnante Ludovico Crasso, Patre Ludovici Junioris, quem instante Rege sacravit tempore Concilii Rhemensis. (*b*) Hic Pontifex Roma cedere & fugere coactus, in Gallia azylum invenit, non statim quidem ab omnibus agnitus, sed demum post Concilium nationale Stampis habitum, & dein multò solemniùs in Concilio Rhemensi. Quid mirum igitur, si durante adhuc schismate, sive contentione INNOCENTII, & ANACLETI, Episcopus quispiam non statim agnoverit aut admiserit auctoritatem INNOCENTII? *Necdum verò*, inquit Auctor Introductionis in Opera S. Bernardi cap. 1. n. 3. *ad Clerum tenor Operis* (Romæ scilicet gestæ Electione INNOCENTII & Petri Leonis seu ANACLETI) *innotuerat Episcopis, nec privatim quisquam commodare præsumpsit consensum, donec collecto Stampis Generali Conventu, in commune decernerent, quid reciperent, quid damnarent.* Huic Concilio adstitit S. Bernardus prout notissimum est. *Fleury en son Histoire Ecclesiastique ad Ann.* 1130. Atqui fatetur Quesnellus, coronatum à Pontifice Ludovicum Juniorem, & eumdem Pontificem dedicasse seu consecrasse Ecclesiam S. Medardi in eo ipso Episcopatu Suessionensi, ubi anteà Episcopus dicitur intercessisse ne Pontifex, scilicet nondum plenè agnitus, Abbatem consecraret. Nam post Concilium Stampis habitum, ipse Rex Galliæ cum Conjuge & Liberis prostravit se ad pedes Pontificis ad ripas Ligeris, exemplumque ejus secuti sunt Angliæ Rex, & Imperator Lotharius. *Fleury dict. loco.* Nihil dicam de Cleri omnis ordinis, nec de Ecclesiarum visitatione, jurisdictionis nota certissima, quippe hæc testantur omnes illius temporis Historici. Sed ex Chronico S. Medardi Suessionensis liquet, Pontificem INNOCENTIUM huic Episcopi Suessionensis intercessioni detulisse nequidquam. „Prædictus siquidem Papa, *ait* „ *Chronicon* (*c*) ante dedicat „ clesiæ prædictæ, Oddonem A „ clesiæ Beati Medardi, nolen „ tradicente Episcopo Suession „ vitate) Aurelianis benedixit „ Idus Octobris„ Habet pr Chronicon, quod Pontifex Lu niorem *Remis inunctum consecr* convincitur molestum accusat Historia lapsum.

At leviora fortassis sunt hæc rata, si componantur cum perp rigine, ex qua turpes undequ Pontificiæ auctoritati struxit, Opusculo, tum in Notis suis, nibus ad S. Leonis Opera. U pro multis.

Ecclesiastici Scriptores Cat tente Quesnello, (*d*) præcl Auctoritate ac Jurisdictione R ficis testimonium desumpseru & celebratissimo facto S. Leo qui rescidit Acta pseudo-Syn Dioscorus hæreticus Patriarc hus, per tyrannidem & vi absolvi fecerat in dicto Conc sino, seu potiùs *Latrocinio*, t tifex: ubi S. Flaviano damna piscopis depositis, & frustrà bus Sedis Apostolicæ Legatis phavit oppressa Fide Cathc rum unus, Hilarus Diacon sus, Romam venerat, cùm Concilio, omnia Ephesi ac excepta tamen depositione pi Antiocheni, quam valere mata etiam Maximi, quam ticis ordinati, Electione. De cilio Calchedonensi OEcum Actione X. (*e*) „ Anatoliu „ Igitur definimus, nihil ho „ in illa (quæ Synodus di „ fecta, nisi illud circa San „ mum magnæ Antiochena „ copum: Quoniam & Sanć „ manus Archiepiscopus i „ eum recipiens, præesse „ sum *judicavit* Ecclesiæ „ loquens & ipse approl „ omne Sanctum Concili „ Stephanus ...dixit: Et eg „ contra Canones in Ep „ facta sunt, infringantur „ gesta sunt adversus Do „ næ Civitatis Episcopur „ ordinatio Dei amantissim „ mi facta pro eo canon „ Metropoli, à Sanctissim „ LEONE & hoc præsent „ versali Concilio est fut *ne verò de Domno Antioch*

(*a*) Pag. 87. (*b*) Fleury ad An. 1131. §. 10. (*c*) Spicileg. Tom. 2. fol. 4
(*d*) Dissert. nona de Domno Antioch. (*e*) Tom. 4. Conc. Labb. col. 673.

Digitized by Google

[illegible] fius Maximi [illegible] depositionem alimenta præ-
stantur Domni [illegible] deposito, „ Paschasinus &
„ *Lucentius* Reverendissimi Episcopi, &
„ Bonifacius Presbyter, Vicarii Sedis Apo-
„ stolicæ, per Paschasinum Reverendissi-
„ *mum* Episcopum dixerunt: Sanctus &
„ *Beatissimus* PAPA, qui Episcopatum San-
„ [illegible] Venerabilis Maximi Episcopi An-
„ tiochenæ Ecclesiæ *confirmavit*, justo satis
„ judicio ejus meritum approbasse videtur
„ &c. „

Hinc Baronius dixit: (g) *Causa cognita, Domnum justè damnatum, S. Leo Romanus Episcopus intellexit.* Et Bellarminus concludit: (h) IDEO Maximum Episcopum Antiochenum receptum fuisse à Concilio Calchedonensi, QUIA à S. Leone in Episcopatu confirmatus fuerat. Sed utique obstrepit Quesnellus. „ Hoc enim si esset, *in-* „ *quit*, jam præclarissimum, antiquissimumque „ præ manibus haberemus testimonium sum- „ mæ auctoritatis Pontificis Romani in [illegible] „ Synodos, cùm in Orientales Episcopos „ [illegible] majorum, inquam, ac primarum Se- „ dium Episcopos. Enimverò quantæ potestatis est, ut penes Romanum Episcopum Antiocheni, & consequenter Alexandrini, aliorumque Episcoporum consecratio fuerit, aut saltem confirmatio? [illegible] ta homo livore plenus, qui ut evertat præclarissimum istud (prout rectè agnoscit) antiquissimumque testimonium, *Actionem de Domno Antiocheno* commentitiam esse ipse primus comminiscitur. Sed quàm nihil solidi adferat, ostendunt Baluzius, Tillemontiusque. Et quamvis id evicisset Quesnellus, starent enimverò suffragia Episcoporum Anatolii & Stephani in Concilio Calchedonensi prolata, quæ ille frustra infirmare conatur, cùm à S. Concilio sint suspecta. Et de Stephano quidem, (de quo falsò asserit, quod illi *ita sentienti nullus præiverit*, cùm præivisse videat Anatolium) quæri potest; an suffragium ejus de Maximo *aut rejectum fuerit, aut ex Actis Concilii deletum*, quidquid demum postea eidem Stephano acciderit? Et Anatolius, quamvis à Dioscoro ordinatus, nonne (i) ad S. Leonem professionem Fidei misit, & ab eo in communionem receptus est, atque in S. Concilium admissus? Cur, si ejus suffragium suspectum esset, siluerunt Patres, qui nemini profectò pepercerunt? Vult Quesnellus, Anatolii sententiam *arte compositam* fuisse *ab homine versuto & de sua ordinatione malè securo.* Utinam ipsemet de suis erroribus malè securus, versutias adhibuisset numquam in deprimenda S. Sedis Dignitate, Auctoritate ac Jurisdictione.

Et quidem ipse Petrus à Marca Lib. 3. Cap. 14. n. 1. hoc factum S. Leonis ingenuè agnoscit & extollit his verbis: „ Maximus à Synodo Calchedonensi *eo solum* „ *nomine receptus est*, quòd Leo Summus „ Pontifex ejus ordinationem & commu- „ nionem probasset. „ Sententiam suam firmat ex relatis Anatolii verbis, quæ Quesnellus frustra arrodit, cùm S. Leo ipse Ep. 78. Cap. 5. testetur, *se amore reparandæ Fidei, & pacis studio* ordinationem Maximi confirmasse; & in Synodo Calchedonensi sup. cit. col. 673. Sedis Apostolicæ Legati profiteantur, quod, *Episcopum Antiochenæ Civitatis* Maximum, *Beatissimus Episcopus* Leo, in propria communione suscepit. Videri potest FRANC. ANT. DE SIMEONIBUS *de Rom. Pont. judiciaria potest. Tom.* 1. *cap.* 6. §. 10. cujus Tomum alterum avidè expectamus. Saniora quoque sunt & veriora verba Thomassini Par. 1. Lib. 1 Cap. 8. n. 14. affirmantis, primam Sedem *indeclinabilem exercuisse jurisdictionem* in omnes Patriarchas, etiam Orientis, quod & probat exemplis Patriarcharum Antiocheni & Alexandrini. Sed his immorandum hodie non est.

DISSERT. XVI. An Romanus Pontifex immediatam jurisdictionem habeat in Catholicos Hollandos?

Ex his omnibus cuicumque Lectori, cui candor & veritas est cordi, demonstrativè probatum existimamus, Quesnellum collimasse in hunc solum scopum, Lectores omnes suos ut falleret, partim falsis, partim truncatis auctoritatibus, quas ipse probè sciebat nullius esse omnino ponderis. Quæ res hominem reddit omni fide indignissimum, cùm ipse certissimè scierit se falsissima conjecisse in chartam, & studio meditando [illegible] texuisse, quæcumque noverat ad veritatis elucidationem pertinere.

Eidem [illegible] consortio & crimini aggregant illi omnes, qui à morte Quesnelli fetum illum Posthumum, opusque ex imposturis consarcinatum protruserunt in lucem, & in ora vulgi indoctioris; idque eo calamo & stylo, qui aptissimus est fucum facere illis, quibus non est omnino animus capax inquirendi in Antiquitate. Tota hæc ipsorum moles constructa est odio Sedis Romanæ, & ut pigmentis rebellionem tegerent, postquam omne excusserunt obedientiæ jugum.

(g) Ad Ann. 451. (h) Tom. 1. Controv. lib. 2. cap. 12. & 18. (i) Baron. ad Ann. 451. in princ.

F f f f DISSER-

Digitized by Google

Dissert. XVII. De Ultrajectinorum Sacerdotum cavillationibus, quibus præjudicatas opiniones suas indoctæ plebi instillant.

DISSERTATIO XVI

De Ultrajectinorum Sacerdotum cavillatic quibus præjudicatas opiniones suas indc plebi instillant.

JAm satis, ni fallor, probavimus Ultrajectensium causam ex ipsis venerandæ Antiquitatis monumentis, ad quæ il li appellaverant, profligatam, protritamque esse. Nullum tamen telum aut frequentiùs vibrant aut pertinaciùs, quàm Sanctorum Patrum & priscorum Pontificum dicta aut gesta, quæ dum populo Belgicâ lingua proponunt, omne sibi tulisse punctum videntur, quòd se suamque causam, ad antiquam Ecclesiæ disciplinam, malè intellectam, aut fraudulenter, nequiterque explicatam, componere velint. Remittunt semper ad PROTESTATIONEM, quam Anno 1709. tanto cum scandalo emiserunt, cùm urgeret Pontificis imperium ad agnoscendum Adamum Daemen Vicarium Apostolicum, & ipsis firmum fixumque esset non obedire, & Missionem Hollandicam pessumdare potiùs, & morti dare, quàm incensæ semel dominationis propriæ cupiditati vel quidquam remittere. Prodiit illa PROTESTATIO patrio sermone, à variis impugnata, & mibus vindiciis asserta per Erckelium.

Libelli illi, uti & hodierna foliola, locis communibus, ex Gratiano plerumque desumptis, oppleti sunt. Hæc omnia accommodant causæ suæ, & inde ducunt sequelas, quæ & Patrum menti, Pontificum Rescriptis, ipsique Historiæ repugnant, persæpe è diametro. Sed quotus quisque est, qui fallaciam detegere aut possit, aut velit? E contrario quàm multi sunt, qui speciosis hisce argumentis seducti sunt, & Schismati adhærent; quòd eadem semper & impunè, nullo contradicente, dici, prædicari, imprimi, divulgarique vident? Horum igitur indoctiorum utilitati studemus; & illorum quoque, qui his licet strophis capti, oculos tamen habent, animumque ut meliora videant, & sequantur.

Statim sub initium multa congerit de Romani Pontificis cura & solicitudine erga Ecclesias inferiores, ut scilicet sua illis jura conserventur illibata. Hanc curam, benignitatemque S. Sedi innatam agnoscimus & veneramur: & maximè nobis in votis est, ut Adversarii idem sentiant.

Sed unde nos mel gratitudinis, & venerationis desumimus, inde illi venenum hauriunt usurpationis. Et obji GREGORIUM Epist. 29. lib. 2. I *cut ab aliis nostra exigimus, sua jura servamus.* Quid ind obscurum non est; nimirum, pituli Ultrajectini jura à CL ipsis fuisse servanda. Sed ho MAGNI auctoritate probatur Ut quid ultimam Epistolæ l ducunt, de casu qui se offere Vacabat Sedes Episcopalis M Electione novi Episcopi hal consensus in Constantium Diaconum convenerat; quod lanensis GREGORIO nuntiat lam, missis Magno Presbyte lyto Clerico portitoribus. causâ cognitâ, & quia Cons rat qui longo ei tempore ac ctionem laudat, *& Joannem suum ad hoc, Deo favente, electum illum suâ imminenti nipotentis solatio, secundùm saris ejus faciat Episcopum c sicut ab aliis nostra exigim. sua jura servamus.* Quid hæ sibus prosint, ego quidem hoc intelligo, quod Pontife illi velint, manifestissimam Mediolanensem exerceat juril Clero ut assimilarentur Ult Ecclesia ipsis, & Sedes Epi lectio deberet esse Canonic cùm fato iniquiore amiser in ipsis jura servanda; sed co Pontifex, cui totius Ecclesiæ est, ab ipsis jura jam sua

Nec magis proficiunt (GREGORII loco, lib. 7. Ind *Ego non verbis quæro prosp bus; nec honorem esse depu. tres meos honorem suum pe meus namque honor, est clesiæ; meus honor, est F solidus vigor: tunc ergo ver cùm singulis quibusque ho. negatur .... Recedant verb. inflant, & caritatem vuln*

Eulogius Episcopus GREGORIUM scribens, in p *la, Universalem eum Papa*

(l) Protest. pag. 1. (m) Memoire &c. pag. 17.

Digitized by Google

appellationem, fugit Gregorius, ne anxiam præbuisset Cyriaco Episcopo Constantinopolitano, querendi quod sibi usurparet nomen, à quo illum abstinere jussérat. Cæterum, (quod Adversarii callidè dissimulant) subdit Gregorius: *In Sanctâ Calchedonensi Synodo, atque post à subsequentibus Patribus hoc (nomen) Decessoribus meis oblatum vestra Sanctitas novit. Sed tamen nullus eorum uti hoc umquam vocabulo voluit, ut dum in hoc mundo honorem Sacerdotum diligerent omnium, apud Omnipotentem Deum custodirent suum.* Sed neque etiam hodie hoc nomine utuntur Romani Pontifices, ne, (ut Gregorius (n) de superbia Joannis Episcopi Constantinopolitani, & Cyriaci loquens, pronuntiat) *si unus ut putat (Cyriacus) universalis est, restat ut vos Episcopi non sitis.* Sed uti Gregorius, & cum eo Romani Pontifices omnes volunt, quod ipsis *in Petro Principe Apostolorum totius Ecclesiæ cura commissa est*, ut Gregorius alibi docet, (o) & objecta nobis Epistola actu demonstrat. Eulogio nunciat conversionem gentis Anglorum à se procuratam, per Monasterii sui Monachum in prædicationem à se transmissum: qui cùm esset consecrandus, *data à me licentia*, inquit, *à Germaniarum Episcopis, Episcopus factus est.* Discant hic Adversarii duo ipsis pernecessaria: Romani Pontificis jurisdictionem universalem: & neminem, nisi de ejus licentia, Episcopum fieri.

Jam procedit uterque, Erckelius nempe in Procestatione, & Anonymus Gallus in Libello suo (p) ad Epistolam 38 Hadriani IV. ad Henricum Patriarcham Gradensem, Tom. 10. Conc. Labbei col. 1171. *Apostolicæ officium dignitatis creditæ nobis & dispensationis debitum utiliter exequi comprobamur, cùm collatam unicuique Ecclesiæ dignitatem providâ solicitudine custodimus, & singulis Ecclesiis jura sua illibata studemus & integra conservare.*

Hoc est initium Epistolæ, de cujus casu altum rursus, non probâ certè fide, servatur silentium. Cujus sunt jura, quæ Hadrianus IV. illibata studet, & integra conservare? An Ecclesiæ cujusdam collapsæ, quæ jam centum & quadraginta annis proprio Pastore orbata, ab alienæ Religionis cultoribus detinetur, & cujus infelices reliquiæ insurgunt adversùs Matrem suam Romanam Ecclesiam, à qua omnia demum jura emanaverunt? Minimè gentium. Summi Pontifices Pelagius, Alexander, Urbanus II. & Leo IX. Henrico & Successoribus ejus Dignitatem concesserant Patriarchalem. Hoc jus Hadrianus IV. providâ solicitudine custodire studet, & quia dignoscebat, quod Henricus *honestatem ac prudentiam & devotionis sinceritatem erga Sacrosanctam Romanam Ecclesiam semper habuerat*, (Epist. 36. ad eumdem) ideo eamdem concessionem confirmat, augetque, subjiciendo ei Apostolicâ auctoritate Archiepiscopatum Jadertinum & Episcopatus hujus Provinciæ. Quid hoc commune habet cum tua causa Erckeli? Et quomodo tibi hujus Pontificis gesta placuerunt? An præclarissimo exemplo probatum, testatumque voluisti, omnem dignitatem, præeminentiam & jurisdictionem à S. Sede manare? Hac in re nos Tibi plenissimè, planissimèque consentientes habes.

Sed si Epistolarum exordia adeò placent, aures præbe tuas ad initium ejusdem Epist. 36. ad eumdem. „Ne passim & indiscretè, „ *inquit Pontifex*, „ sibi omnes Ecclesiæ omnia vindicarent, consulta satis, utilisque „ Sanctorum Patrum deliberatio sanxit, ut „ aliæ aliis prærogativis dignitatis excellerent: & ei tam judicandi auctoritate, quàm „ potestate corrigendi præessent. Super „ omnes *autem superna dispositione constituti Sacrosancta est Romana Ecclesia constituta, ad cujus examen* universarum „ Ecclesiarum *negotia referrentur, & cujus Statuta, universa multitudo fidelium sequeretur.* Hæc nimirum, ex indulto, à „ prima fundatione Ecclesiæ, in B. Petro „ Apostolorum Principe privilegio, statutum omnium Ecclesiarum providâ consideratione disposuit: & quoties expedire „ cognovit, alias aliis *ad ampliorem curam earum habendam statuit præmittere.*"

Vides hic Erckeli, quàm nihil tibi lucri accedat, ex perperam advocato in auxilium tuum Hadriano Papâ IV. Sed mihi crede, aliquis etiam malo est usus in illo. Vides, privilegia, dignitates & præeminentias à S. Sede manare, & illos, qui honestate, ac prudentia, & devotionis sinceritate feruntur erga Sacrosanctam Romanam Ecclesiam. Intelligis proinde, quibus rebus Apostolicam tibi gratiam demereri possis; nam ut ad objecta à te verba immediatè subjicitur in Epist. 38. *Nulli ultra quàm meretur, aliquid à S. Sede Apostolica favore gratiæ conceditur.* Præterea, Hadrianus Pontifex, docet te, tuosque, Sacrosanctam Romanam Ecclesiam superni dispositione consilii, super omnes alias constitutam esse: revocat tibi in mentem, quod ad Romanæ Ecclesiæ examen, causa tua referenda sit; & monet, ut ejus Statuta atque Decreta fideliter sequaris, & observes. Ex exemplo Ecclesiæ Gradensis instruit te, alias Ecclesias aliis debere præeminere ad ampliorem curam habendam: Statuta verò inferiorum Ecclesiarum, ab ipsa Sede Apostolica disposita fuisse. Sic Ultrajectina olim subjecta fuit Coloniensi, postea à subjacendi debito exempta, præfuit

Dissert. XVII De Ultrajectinorum Sacerdotû cavillationibus, quibus præjudicatas opiniones suas indoctæ plebi instillant.

(n) Lib. 7. Indict. 2. Ep. 30. ad Euseb. (o) Lib. 4. Indict. 13. Ep. 31. (p) Memoire &c. pag. 27.

Digitized by Google

Dissert. XVII. De Ultrajectinorum Sacerdotii cavillationibus, quibus Praemit-catas opiniones suas indoctae plebi vellicant.

praefuit & ipsa Harlemensi, Groeningensi, caeterisque per Foederatum Belgium Ecclesiis particularibus; ut videas, eamdem semper in Catholica Ecclesia viguisse providae considerationis dispositionem Pontificiam. Cùm autem mutatio succedit, & Ecclesiae evertuntur, Sedes corruunt, & alii succedunt rerum domini, pristina jura amittuntur: ut in exemplo Constantinopolitani Patriarchae à te etiam adducto, & statim examinando, patet clariùs, quam tu ipse voluisti.

Nam vocas nos ad INNOCENTIUM III. & citas *Cap. 8. x. de Major. & obed.* ubi capta Civitate Constantinopolitana per fideles populos, Patriarcha ibi constitutus per Romanam Ecclesiam, petebat sibi subjici Ecclesias aliquot particulares cum Episcopis suis; ad quem respondet Pontifex, petitionem ejus non esse admittendam, quia, inquit: *Juris ratio postulat, ut in eorum praejudicium quibus eadem Ecclesiae sunt subjecto, nihil ordinemus de ipsis: cùm nec citati sint, nec convicti, nec per contumaciam se absentent.* Praeterea petebat Patriarcha, ut Dominus Papa faceret sibi impendi obedientiam ab Archiepiscopo & Episcopis Regni Cypri, ad quae item Pontifex reponit: *Ipsi ante tuam promotionem fuerunt exempti, quando scilicet Constantinopolitano Ecclesia erat inobediens & rebellis: & in eorum absentia circa statum ipsorum non debuimus aliquid immutare, justitiam tamen non negobimus tibi, cùm eam duxeris, postulandam.*

Pontifex respondit rectè, & tamen illae Ecclesiae particulares olim fuerant subjectae Constantinopolitano Patriarchae; *sed cùm isto Ecclesia Constantinopolitano laberetur in haeresim, seu schisma, subtraxerunt se ab obedientia Patriarchae & adhaeserunt Romanae Ecclesiae.* Gloss. ibid. Ferè similis ratio est in secunda Cap. decisione quoad Episcopos Cypri. Hic igitur quaestio fuit circa petitionem Patriarchae, cui rescribit Pontifex rationem juris non postulare, imò non ferre, ut quidpiam decernatur adversùs non citatos, non convictos, non contumaces. Quid hinc rectè & canonicè inferent Ultrajectenses, nisi illud: Ecclesiam semel in haeresim & schisma lapsam, amittere omnia jura pristina & possessionem superioritatis, (ut sic dicam) sive, quòd praesit aliis. Videant igitur, an è re ipsorum fuerit, similes allegasse auctoritates.

Simile planè est, aequè, inquam, futile quod de Epistola 33. ADRIANI II. (q) subjungit, ad Carolum Calvum de Ecclesia Turonensi. Rogat Pontifex, ne patiatur Rex suo regno hanc inuri notam & loquaci non tradat Historiae, Archiepiscopalem illam Sedem destructam esse, aut malè habitam, ipso Regni gubernacula tenente, [...] tatur, ut vel suo patrimonio illius [...] sublevet inopiam; sed quid quaeso h[...] nia ad institutam inter nos Disputati[...]

Non agam querelis, quod ipsum longam hanc Epistolam percurrere [...] rit, labore scilicet omninè poeniten[...] ministrat enim exemplum clarissim[...] docetur id, quod à nobis hactenus noluerunt Adversarii. (r) Actardus [...] pus Nannetensis Sede pulsus per [...] nos & Britannos, ab Hincmaro [...] Archiepiscopo tantisper adhibitus [...] tificalibus Officiis peragendis [...] tunc Episcopatu Morinorum. Int[...] rus, populusque Metropolitanae Turonensis quoque vacantis, Act[...] tierant sibi praefici in Archiepisco[...] per ipsummet Actardum Roman[...] ad Papam ADRIANUM II. Qui [...] nobis Epistola ad Carolum Calvu[...] bit: „ Actardum denique venera[...]
„ tistitem Legatum vestrum ...
„ stituimus *per nostra Apostolica*
„ *tis Decretum* cardinalem Metr[...]
„ & Archiepiscopum Turonicae
„ sic tamen ut Nannetica Ec[...]
„ fuerat destinatus, *in eo quo*[...]
„ quia destructa habetur, jura, [...]
„ ve nullo modo subtrahamus ...
„ *netica contigerit Ecclesia ad*
„ *dire statum*, nihil officiat ei
„ sitatis unitio, *quam exegit*
„ *vastatio*, quo minus propr[...]
„ habere Pontificem. Sed vidir[...]
„ dè tristem propter persecut[...]
„ norum .... precamur largit[...]
„ ficentiam & caritatem vestra[...]
„ patiamini tantum locum pe[...]
„ desolationem, praesertim c[...]
„ antiquo Metropolis &c.

Verissimè respondere possu[...] rios sub ipsis ignominiam qua[...] fusionem. Quid opus erat A[...] stola, ut monerent nos, S. S[...] debere pro Ecclesiarum part[...] servatione? Negabuntne illi, [...] manos à sesqui vix non seculo [...] (sed sterilia, Deo ita permit[...] clesia Ultrajectina, *quae ex* [...] *Cathedralis*, nec *pessum iret* [...] *lationem?* De pietate Roma[...] vit? Imò quis ambigat, q[...] tempore S. Sedes optet (d[...] licet) ut Ecclesiae illi contin[...] *redire statum*, quando e[...] *quominus proprium valeat* [...] *cem*? Quid igitur haec ad re[...] dicite Nobis, si viri estis: q[...] fronte dissimulastis reliqua [...] DRIANUS II. Apostolicae, [...] creto, non privatorum rel[...]

(q) Tom, 4. Conc. Labb. col. 934. (r) Vid. Fleury ad Ann. 871. n. 15. &c

rore, Ecclesiam … constitui Metropolitanos, Ar-
chiepiscopos, Episcopos. Docet secundò,
destructarum Ecclesiarum curam, & eversarum Se-
dium Episcopalium curam, & provisionem
ad S. Sedem spectare, & Episcopo superstiti
conservari jura sua in eo quod remansit. Do-
cet tertiò, Paganorum vastationem (idem
est de hæreticorum dominatione) exige-
re, ut destructæ Ecclesiæ alteri commen-
dentur. Docet quartò, proprium destructæ
Ecclesiæ Pontificem non dari, nisi Ecclesia
illa ad priorem redierit statum. Nonne hæc
evidenter, integrè, & per omnia causam
tuam complectuntur, conficiunt & perfun-
dant? Numquid vobis à S. Sede petendus est
Episcopus? Numquid Ecclesiæ vestræ, in
quo nihil remansit, cura & provisio ad Ro-
manum spectat Pontificem? Numquid alie-
næ Religionis Dominatus exigit, ut Ecclesia
vestra commendetur alteri Episcopo, aut
Vicario Apostolico? Numquid priorem
oportet reduisse statum, ut nihil officiat, quo
minus proprium valeatis habere Episco-
pum? Numquid hæc omnia probant, de-
monstrant, clamant, vos injustissimè queri
de S. Sedis ratione?

Sed audienda eminum sunt de aliis, sed
nihilo melioribus, argumentis. Erckelius
l. 3. nova cudit arma, scilicet Belgarum
quoad evocationes, & LEONII X. pri-
vilegium. Privilegium hoc truncat & capite
& ratione, si tamen extiterit umquam. Cer-
tè excipimus testem Heussenium in sua Ba-
tavia *Sacra Par.* 1. *fol.* 237. neque enim
reperitur in Bullario Cherubini, nec credi-
mus fidem ipsos facere posse, exstitisse.

Ut tamen occurramus illis quocumque
se vertant, demus tantisper, Privilegium esse
authenticum prout ab ipso profertur. Peti-
mus, cui concessum fuerit, & qua ratione?
Dicent, concessum Philippo Burgundo Tra-
jectensi Episcopo LVII. Atqui Philippus
Burgundus fuit & Episcopus & Princeps
temporalis eo tempore: *ejus enim succes-
sor* Henricus Bavarus *primus tradidit se &
jurisdictionem suam in clientelam Caroli
V. Imperatoris, prout in Batav. Sac. Par.*
1. *fol.* 240. Concessum igitur fuit Episco-
po & Domino temporali, eo quidem tem-
pore, *quo in Civitate & patria Trajectensi
copia Prælatorum, peritorum & practico-
rum existebat, coram quibus & per quos
causæ tam Ecclesiastica quàm profana que-
cumque dicti Electi & pro tempore Episco-
pi Trajectensis jus fisci & subditorum ipsius
concernentes, ventilari, decidi & termi-
nari possent &c.* Atqui nullus est hodie E-
piscopus, Prælati nulli, alius atque alius
est Religionis Status. Si Heussenius & Erc-
kelius non opinentur, omnem dispositio-
nem, præsertim privilegia, semper intel-
ligi, REBUS SIC STANTIBUS; saltem Ju-

risconsulti Lovanienses id nobis largientur.

Et tamen res non eget hac ipsâ disputa-
tione, tum quia PROTESTATIONIS Auctor,
hac, de quibus diximus, circumstantias ce-
lavit imperitam plebem; tum quia evidens
est, causas Ecclesiasticas suapte naturâ esse
jurisdictionis superioris Ecclesiasticæ, quam
Archiepiscopus Coloniensis (quem Ercke-
lius frustra inclamat postquam Sedes Ultra-
jectina in Archiepiscopalem evecta fuit) nu-
quam habet; & quæ propria est S. Se-
dis, ubi deficit alia ordinaria, præsertim in
Ecclesiis collapsis, & quas illa ipsa Sedes
tam longâ annorum serie rexit immediatè
per Delegatos, seu Vicarios Apostolicos.

Jam aperuimus, patefecimusque causam,
quare Capitulum Ultrajectinum usque ad
Annum 1528. facultatem habuerit eligendi
Episcopum Sede vacante; quo Anno, in-
quit ille, Carolo V. datum, ut ad vacantem
Sedem nominare posset. Dicit ille, hoc ipsi
datum umquam Duci Brabantiæ & Comiti
Hollandiæ. Sed hic iterum, vel sciens vel
volens fallit, vel, quod potiùs crediderο,
locutus est oscitanter. *Cessionis* enim titu-
lo hoc jure usus est Carolus V. quæ cessio
illo ipso Anno 1528. facta est, prout ipse
(s) Heussenius fatetur.

Sed cùm hæc ita sint; & omne jus Ele-
ctionis, non modernis Ultrajectinis Sacerdo-
tibus, qui Canonici numquam exstiterunt,
sed priscis illis ablatum sit, quid per Deum
immortalem! ad statum præsentem, & rem
hodiernam faciunt adductæ auctoritates CŒ-
LESTINI PAPÆ ad Episcopos Galliæ, & GRE-
GORII apud *Gratian. Dist.* 61. *Cap.* 13. &
16.? „Quæsitum fuit à CŒLESTINO, an
„ Clericis invitis Episcopus dari debeat de
„ aliena Ecclesia? Et responderetur quod non,
„ ne alter subripiat honorem alterius. Cle-
„ rici enim debent habere liberam electio-
„ nem: & tunc de aliena Ecclesia eligan-
„ tur, quando in propria nullus invenitur
„ idoneus. „ *Glossa ad Cap.* 13. *ibid.* Simi-
liter rescribit GREGORIUS in Cap. 16.
Dum Ecclesiam habebunt Ultrajectenses,
& Sedem Episcopalem, & Clerum, cui
libera sit Episcopi electio, supplicare &
ipsi poterunt, ut de aliena Ecclesia nul-
lus ipsis præficiatur, quamdiu in propria
Ecclesia habuerint idoneos. Interim nuga-
re est, & pueriles Orbi fabulas venditare;
cùm tam propitia ipsis tempora ne sperare
quidem liceat.

Hæc tamen profert Erckelius; qui præ-
terea etiam delirat, (t) quod Episcopo-
rum omnium, imò & ipsius Romani Pon-
tificis electio tota pendeat à Principum nu-
tu, & potestate. In hanc rem rursus quæ-
dam collegit ex Gratiano *Dist.* 63. *Cap.* 22.
& 23. Adjungere potuisset & Cap. 28. Sed
ex vero possumus asserere, hominem illum
non

Dissert. XVII. De Ultrajectinorum Sacerdotum cavillationibus, quibus præjudicatas opiniones suas indoctæ plebi instillant.

(s) Bat. Sac. part. 1. fol. 240. (t) Protest. pag. 6.

Dissert. XVII. De Ultrajectinorum Sacerdotū cavillationibus, quibus præjudicatas opiniones suas indoctæ plebi instillant.

non esse caræ fidei. Citat hæc verba: *Nisi à Rege laudetur, Episcopus à nemine consecretur. Nemo deinceps quemcumque Episcopum ordinandi habeant facultatem absque consensu Imperatoris.* Si illi verè credunt hos Canones, eorumque rationem etiamnum obtinere, ut quid non proficiscuntur Viennam Austriæ, & ab Augustissimo Imperatore Carolo VI. Episcopum sibi dari petunt Ultrajectinum? Non possunt illi, Regis aut Imperatoris nomine intelligere Præpotentes Hollandiæ Ordines qui aliam profitentur Religionem. Sed illorum insaniâ valere jussâ, videamus quid objecerint.

Verissimum quidem est, ADRIANUM I. CAROLO Magno ob benè merita, liberatamque Italiam, tradidisse *jus & potestatem eligendi Pontificem & ordinandi Apostolicam Sedem.* Simile privilegium OTTONI I. Regi Teutonicorum, ejusque Successoribus Regni Italiæ concessit LEO VIII. Sed res hæc in desuetudinem abiit, prout patet ex præallegato Cap. 28. ubi solùm hoc statutum est, ut *cum instituendus est Pontifex convenientibus Episcopis & universo Clero, eligatur præsente Senatu & populo qui ordinandus est: & sic ab omnibus electus, præsentibus Legatis Imperialibus consecretur.*

Subjungit Glossator hæc verba planè notatu digna. *Verùm, quia Imperatores quandoque modum suum ignorantes, non in numero consentientium, sed primi distribuentium, imò exterminantium esse voluerunt, frequenter etiam in hæreticorum perfidiam prolapsi, Catholicæ Matris Ecclesiæ unitatem impugnare conati sunt, ideo Sanctorum Patrum Statuta adversus eos prodierunt, ut semet electioni non insererent & quisquis eorum suffragio Ecclesiam obtineret, anathematis vinculo innodaretur.*

Unde ADRIANUS II. ad Pontificatum evectus est inconsultis Nuntiis Ludovici Imperatoris, *indignantibus, quod dum præsentes essent, non fuerunt invitati, nec optatæ à se futuri præsulis electioni interesse meruerunt, qui acceptâ ratione, quod non causâ contemptûs Augusti, sed futuri temporis prospectu omissum hoc fuerit (ne videlicet Legatos Principum in electione Romanorum Præsulum expectando mos per hujusmodi fomitem inolesceret) omnem indignationem medullitus sedaverunt, & ad salutandum electum etiam ipsi humiliter accesserunt.* d. Dist. 63. cap. 29.

Ille ipse Ludovicus Imperator PASCHALI, & Otto JOANNI Pontificibus retrocesserunt omne jus, omnemque auctoritatem quoad electionem Summi Pontificis *Cap.* 30. & 33. *Ibid. Quando*, inquit primus, *divinâ vocatione hujus Sacratissimæ Sedis Pontifex de hoc mundo migraverit, nullus ex regno nostro aut Francus aut Longobardus aut de qualibet gente homo sub nostra potestate constitutus licentiam habeat .... electionis faciendi .... Sed liceat Romanis — eum quem divina inspiratione & B. Petri intercessione .... ad Pontificatus ordinem elegerint .... sine ulla ambiguitate vel contradictione more Canonico consecrare.* Consule Barbosa *in Tract. Juris Eccles. Univ. Lib. 1. Cap. 1. n. 50. & seqq.* Sive enim fictitios existimaveris textus aut concessiones à duobus illis Pontificibus ADRIANO & LEONE VIII. factas Carolo Magno & Ottoni, sive arbitreris textus esse authenticos, res eòdem recidit, scilicet; in electione Romani Pontificis nullam omnino partem habere Principes seculares. Quod attinet ad Episcoporum electionem *Idem Barbos. Cap. 8. n. 66. & seqq.* hac in re variasse antiquitatem; sed certum est electionem tandem ad ipsam Ecclesiam esse reversam, & Principibus secularibus Privilegium omne Privilegium ademptum, *vel quod iidem Principes sponte suâ eidem renuntiarunt, ut de Valentiniano eidem renuntiarunt, ut de Valentiniano* in *Cap. Valentinianus Dist.* 63. *probat textus; vel quod concessa sibi potestate abutentes, pro arbitrii temeritate indignos promoverent, dignosque vexare & ejicere cœperunt, atque ita privilegium amittere meruerint, juxta textus in Cap. privilegium 11. q. 3. Cap. tuarum 11. vers. verum de privileg. cum similibus.* Barbos. ibid. n. 67.

Sed historicè de his Cabassutius, qui *Dissert. 2. de Elect. Summ. Pontific.* optima fide contendit, Gratianum nimia credendi facilitate adductum, commentitium illud * Synodi Romanæ * 53. Episcoporum Decretum suæ Canonum collectioni consarcinasse. Imò rectissimè contendit Romanis liberas fuisse Summorum Pontificum Electiones ex quo tempore Carolus Magnus Francorum Rex suis armis, Rege Longobardorum Desiderio profligato, Romanam Ecclesiam in libertatem vindicavit. Hæc omnia auctor ille PROTESTATIONIS ignoravit, scilicet! Et tamen ubicumque vel particulam potest abradere ex libris etiam abstrusioribus, statim hic est ipsi clypeus ad manum. Non potest ille alium sibi proposuisse scopum, quàm ut falleret turbam. Quotus quisque enim est, cui otium sit, facultas, aut scientia errores ut detegat, in citationibus truncis & mancis, & pessimâ fide productis?

Passim queruntur se non fuisse auditos, imò hodie audiri petunt *Protest. pag.* 2. 11. *& alibi.* Oratione tam verbosâ, ut facilè quivis nimiùm credulus Lector persuasum habeat, ipsorum querelas omni jure esse probè fundatas. Atqui sæpe per suos ablegatos auditi fuerunt ab Internuntio tum Coloniæ, tum in ipso Belgio Fœderato, ut suprà ostendimus. Verum quidem est, non admissum esse quod petebant. De ratione illi silent

silent cùm tamen probè noverint primam, imò totam caussam ab ipsis solis proficisci. Subjiciunt hæc Adriani I. auctoritatem ad Berterium Viennensem Episcopum, sed jam in Diss. VII. responsum est.

Obedientiam & submissionem spondent (*u*) Romanæ Sedi, parem atque eamdem, quam exhibent Germania, Gallia, Hispania, Belgium Austriacum, aliaque Regna atque Provinciæ, quamque olim Trajectenses ipsi exhibuerunt. Atqui omnia Regna, Provinciæque orbis Christiani cum veneratione susceperunt, suscipiuntque omnes eas Constitutiones quas evulgavit S. Sedes Adversùs Jansenium, Quesnellum, similesque. Nolumus loqui de paucissimis in Gallia Episcopis, qui cum Auctore Protestationis, aliisque quibusdam in Belgio Fœderato sunt in numero appellantium. Nulla omnino Ecclesia, in Germania, in Hispania, in Belgio, in Polonia, in Hungaria &c. umquam appellavit, nulla quæ non susceperit V. G. Constitutionem *Unigenitus*. Liberet ergo fidem Auctor *Protestationis*, patique suscipiat reverentia cum suis, Constitutiones Apostolicas, & nihil denegabitur quod cum ratione possit consistere. Sed profiteri obedientiam verbis, & omne jugum excutere rebus ipsis & factis, has sibi assumpserunt artes pro aris & focis tuendas.

Interim juvat ob oculos ponere, quod ille *pag.* 19. adducit, ut quasi protectus auctoritate D. Gregorii omnes à se removeat Delegatos Apostolicos. Hic, prout ipsis est mos, abrasit particulam ex Pastorali, aliòque planè detorquet. An ille textum viderit in fonte, nescimus; saniùs duxit malè collectum à Gratiano textum in Belgicum vertere idioma. *Elati*, inquit Gregorius, *admonendi sunt, ne plusquam decet sint liberi, & humiles admonendi sunt, ne plusquam expedit sint subjecti: ne aut illi defensionem justitiæ vertant in exercitationem superbiæ, aut isti, cùm student pluquam necesse est hominibus subjici, compellantur eorum etiam vitia venerari.* Hic Pastor sanctissimus & doctissimus, modum omnibus Pastoribus tradit, quo medicam manum vitiis admoveant. Auctor ille, vim textui & menti Pontificis inferendo, detorquet Pastoralem in ipsius Summæ Sedis evidentem contemptum. Estne ille, plusquam expedit, subjectus qui vocem primi Pastoris, imò & Ecclesiæ audit, sequitur, veneratur? Nobis videtur elatus, qui Pastoris voci aures occludit, atque talis est Auctor illius Libelli cum omnibus asseclis.

Mox hortatur seditiosè populum Christianum, ut induci se non sinat vago rumore falsæ doctrinæ, vel Excommunicationis, ut malè sentiat de legitimis & innocentibus suis Pastoribus. Hic vides Lector viam sternere rebellioni, seditioni, schismati. Res eò magis est periculi plena, quòd exhortationes suas, legitimorum Pastorum exornet Auctoritate. Censuræ omnes, etiam ipsa Excommunicatio ipsi sunt pro vili, atque ipsi sub pedibus jacent, nec Romanæ Sedis Delegatos vult audiri à populo. Sed à quo illi sibi arrogant jus & jurisdictionem legitimam & Pastoralem? Nonne à S. Sede mediantibus hactenus Vicariis Apostolicis? Videntur velle erigere novum in Ecclesia tribunal in quo ipsi de se judicent, in quo verum à falso, sanam doctrinam ab impia, fictam obedientiam à vera secernent suo judicio. Si & in hac parte malè se existiment accusatos, subscribant illi doctrinæ, quam Sedes Romana docuit, quamque amplectitur Christianus Orbis, & mox ab omni accusatione desistetur. Immo quidquid actum aut peractum est, involvet lethes & oblivio. Hoc si præstiterint, existimamus Sedem Romanam ultro adjecturam ipsorum petitionibus, id est, concessuram quid ampliùs, benigno favore, quàm expetunt ipsi. Si porro iis pertinacia pergant sordescere, jam suo se facto condemnant.

> Dissert. XVII. De Ultrajectinorum Sacerdotum cavillationibus, quibus præjudicatas opiniones suas indoctæ plebi instillant.

Quod superiùs diximus de discretione veræ obedientiæ à ficta, non sine ratione dictum est, cùm oculum admovemus paginæ 21. ubi ille terminis suo arbitrio constitutis, circumscribit debitam primæ Sedi obedientiam. Commendat quidem obedientiam erga Pontificem, sed legem adjicit & modum, in quo seipsum & Ecclesiam Ultrajectinam in eodem collocat gradu cum Altissimo, cum Imperatore, & cum innocentia. Referimus verba: *Eert en gehoorsaemt den Paus van Romen; maer in dier voegen dat ge aen Godt, aen den Keyser, aen uwe Herders, aen de onnozelheidt, aen uwe Kerck niet ontreckt het geene haer toebehoort. Honorem & obedientiam præsta Pontifici Romano, ita tamen ut Deo, Imperatori, Pastoribus tuis, innocentia, tuæ Ecclesia nihil detrahas, quod ad ipsos spectet.* Nonne hæc seculis omnibus fuit hæresim jam conceptam parturientium phrasis, & elocutio?

Ille igitur pro tribunali sedens Prætor dirimet litem, sibique vindicias dicet secundùm innocentiam & plenissimam libertatem. Jam enim eodem loco, præconcepta opinione, nihil aliud expectandum pronuntiat, quàm servitutem & gemitus, si Romano Pontifici populus Belgii Fœderati adhæreat. Si enim clarè, distinctèque suam velit proferre sententiam, sine ambagibus & verborum involucris, illa sententia erit illud ipsum quod dicimus: scilicet, verum divortium à Pontifice & à reliqua Ecclesia, atque adhæsio solis appellantibus.

(*u*) Protest. Belg. pag. 12.

Dissert. XVIII. De objectis auctoritatibus S. Thomæ Cantuariensis, Francisci Zarabellæ, & Roberti Bellarmini, Cardinalium.

DISSERTATIO XVIII.

De objectis Auctoritatibus S. Thomæ Cantuariensis, Francisci Zarabellæ, & Roberti Bellarmini, Cardinalium.

EX toto Historiæ nostræ cursu, & ex iis quæ superioribus Dissertationibus tractavimus, unusquisque facilè notaverit, Ultrajectinis Sacerdotibus defuisse debitam illam, necessariamque veris Fidelibus observantiam erga primam Sedem, & Christi Vicarios, Summos Pontifices; quorum tamen summa erga Missionem Hollandicam benevolentia numquam defuit. Sed hactenus non patuit, quo spiritu, qua intentione, & quo prætextu ad tantam prolapsi fuerint fœditatem, ut maledicta congererent in Matrem suam, Sedem Apostolicam. Aperit hæc auctor Memorialis Gallici, toties ab ipsis adoptati, laudatique, qui in præfixa, operi suo, Monitione ad Lectorem (*Avertissement*) sic loquitur: (a) „ De cætero si facta quædam Romanæ Curiæ minùs faventia, in hoc Memoriali exposita fuerint, si quæ mota querela de iniquo ejus procedendi modo, & de odiosis actibus quibus Ultrajectinam Ecclesiam tractavit; id non nisi animo invito, & ex justæ defensionis necessitate accidit. „

Magna enimvero licentia, quæ privato cuilibet à legitimo Superiore correpto, aut repulsam passo, licitam facit inobedientiam & contumaciam, ac justam dicit defensionem, quæ per publicas contumelias & seditiosas querelas sub scandaloso fuerit necessitatis prætextu attentata. Scelerata necessitas, qua palliatur iniquitas!

Sed pergit ille: (b) „ Maximi quoque „ Sancti non censuerunt sese per similia recedere à reverentia Sedi Apostolicæ debita. Et illustris ille Prælatus S. Thomas Cantuariensis, qui tantopere zelatus est jurisdictionem Ecclesiasticam, non dubitavit, quantumvis aliàs patientissimus esset, validissimis verbis conqueri de injuriis à dicta Curia sibi illatis. *Nescio quo pacto* inquit S. Martyr, *pars Domini semper mactatur in* C*uria, ut Barab*[illegible] *dat & Christus* [illegible] *occiditur. Auctor*[illegible] *ria jam in finem* [illegible] *sexti anni pr*[illegible] *nostra & Ecclesiæ calamitas* [illegible] „ S. Tho. apud Baron. ad Ann. [illegible] „ in Collect. Lupi. „

Verùm, quisquis tu es, obtrect[illegible] nyme, dic mihi: maximorumne in Sanctorum censes esse illum, [illegible] scriptis æquivoca quærens, ex [illegible] ex integro volumine lineolis, ex [illegible] Archi-præsulem & fortissimum [illegible] tyrem, toti Ecclesiæ denuntia[illegible] Sanctæ Sedis Apostolicæ contra[illegible] Testabitur Orbis universus, te [illegible] to, quod Thomæ Cantuariensis [illegible] à sincera sua erga S. Sedem reve[illegible] cipuè fuerit commendata. A [illegible] si pervolvisset ille (sed animo [illegible] ni invidiâ vacuo) intellexisset [illegible] quentiùs S. Martyri usurpatam [illegible] bis & factis Apostolicæ Sedi [illegible] servantiam. Vidisset etiam, [illegible] *tem Curia*, nec Summum [illegible] S. Sedis Decreta intelligi; [illegible] vel minima in parte, tribui, [illegible] *tio* ejus & Cantuariensis *Eccles*[illegible] *ad finem sexti anni protracta* [illegible] si vera sint, quâ fide asperiora [illegible] tyris verba excerpsit, ut S. Sedi [illegible] licam odibilem redderet apud [illegible] rùm, qui omnem jam devotio[illegible] runt, sed etiam apud Acatholi[illegible] rum ditione dira omnia evom[illegible] nè, & exulcerato plerumque [illegible] Hic rursus evenit, quod jam [illegible] vimus Adversariis: taceri nem[illegible] ciem.

S. Thomas exilium non tar[illegible] norum direptionem, sed innum[illegible] ærumnas, vexas, molestias [illegible] postolicæ Sedis Legatis, [illegible] egressis, malè habitus; ab [illegible]

(a) *Au reste si on a relevé dans ce Mémoire des Faits peu avantageux* [illegible] *Rome; si on s'est plaint de son injuste procedé, & la conduite odieuse qu*[illegible] *l'égard de l'Eglise d'Utrecht, on ne l'a fait qu'à regret, & par la nécess*[illegible] *defense.*

(b) *Les plus grands Saints n'ont pas cru manquer au respect qui est d*[illegible] *ge, d'en user de la sorte. Et Saint Thomas de Cantorbery, ce Prélat si z*[illegible] *pour les droits de l'Eglise, & si patient d'ailleurs, n'a point fait de difficul*[illegible] *dre dans les termes les plus forts, des mauvais traitemens qu'il avoit reçeu*[illegible] Je ne sçais, *dit ce Saint Martyr.* &c.

Digitized by Google

gliæ, quos Excommunicationis vinculo obstrinxerat, illustius, qui à sententia sua frustratoriè appellantes, à Legatis Pontificiis fuerant admissi; intellectis quoque ipsorum Legatorum cum Rege Angliæ collusionibus, quibus S. Thomæ restitutio malâ fide procrastinabatur; audita tandem aliorum Legatorum præproperâ festinatione, quâ ad impertiendam Londinensi, & Saresberiensi Episcopis absolutionem processerant, in asperiores illas voces ad Cardinalem Albertum scribens, erupit: *Nescio quo pacto pars Domini semper tractatur in Curia, ut Barabbas evadat, & Christus occidatur. Auctoritate Curiæ jam ad finem sexti anni proscriptio nostra & Ecclesiæ calamitas protracta est. &c.*

Si hæc è Baronio ad Annum 1170. exscripsit Anonymus, quare dissimulavit, Eminentissimum Annalium Scriptorem statim subjicere, & porro probare, quod hæc INJUSTE, licet à Sancto Viro, prolata sint? Vehementior erat natura sua S. Thomas, adeò ut à Joanne Saresberiensi Diacono, amico inprimis fideli & co-exule, corripi debuerit in similibus, ob amaritudinem quamdam & rancorem animi, quem præcipitanter ostenderat; sed tamen, ut per meliorem cognovit, mutato consilio, deposuit statim, ut Sanctorum virorum mos est. Factum narrat idem Baron. ad Annum 1168. subdens: *Reprehensione indigent etiam Viri Sancti, præsertim in causa propria, in qua tractanda, ex eo quod omnes proprii affectus debeant nobis esse suspecti, monemur nos exemplo Sancti Thomæ, consulere sapientes, nec propriæ pertinaciter inhærere sententiæ, sed alienæ potius consentire; quod fecit ipse Thomas &c.*

Legat autem Anonymus Baronium, *Alfordum, Fleury*, aliosque, & veritas hæc in propatulo erit, scilicet: per Auctoritatem Curiæ, non Sedem Apostolicam, aut ALEXANDRUM III. intelligi, sed Wilhelmum Papiensem Cardinalem S. Petri ad vincula, qui unà cum Oddone S. Nicolai in Carcere Tulliano Diacono Cardinale, legatus ad Regem Angliæ missus erat ad componendam controversiam inter Regem & S. Thomam. De Wilhelmo illo S. Thomas ad ALEXANDRUM III. scripsit: (c) *Quærit commercium sibi facere de sanguine nostro. De pretio, utinam non iniquitatis, quærat sibi nomen & gloriam.* Et ad Oddonem Cardinalem dicit: *[illegible]letis suspectum esse Collegam suum, dicentibus quod acceptor sit personarum & munerum, Domini Regis intimus fautor & ei velit in omnibus patrocinari, & nos, imò Ecclesiam Dei confodere & jugulare spoliis nostris.* Et infra: *Rectè contra nos missum dicerent Cardinalem Sancti Petri ad vincula, ut Ministerio ejus Petrus denuo vinculetur.* ALEXANDER III. de hac Wilhelmi prævaricatione instructus, eum graviter admonuit, in multis restrinxit, ejusque potestatem adnotavit Baronius; sed, ut disertis verbis: *non cessabat tamen omnem volvere lapidem ut Rex Anglorum in omnibus fieret votis compos, & Thomas causâ penitus caderet.* Quare Pontifex Legatos revocavit non sine confusione, pœnitentes tunc, & serò dolentes, quod ad Regis voluntatem causam Ecclesiæ nimis depressissent. *Alter enim eorum, videlicet Papiensis, ei* (Regi Anglorum) *in omnibus adstitit, altero quoque remissius agente, quàm tantæ expectationis & spei hominem decuisset.* Apud Baron. d. l. Atque hæc est auctoritas Curiæ, quæ protrahebat S. Thomæ proscriptionem, & longè abest, ut S. Sedi, aut Summo Pontifici id crimini possit dari, cùm è contrario ostensum sit, ALEXANDRUM III. ad querelas S. Thomæ, primò increpasse Legatos, postea cum confusione revocasse.

Dissert. XVIII De objectis auctoritatibus S. Thomæ Cantuariensis, Francisci Zabarellæ, & Roberti Bellarmini, Cardinalium.

Et verò ostendit Baronius, S. Thomam à Papa semper *in omnibus exauditum fuisse*, cujus etiam prudentiam extollit, cum fiducia justitiæ; nihil ei imputans injuriarum, sed totum adscribens Papiensi sibi semper infenso, & Henrico Regi turpiter adulanti. Et restitutionem suam, deinde secutam, S. Sedis auctoritati attribuit, his verbis ad ALEXANDRUM Papam. (d) *Ex quo, Pater, in auribus Regis Anglorum* COMMINATIONIS APOSTOLICÆ *tuba personuit, & tam sibi quàm terræ suæ severitatem Ecclesiæ credidit imminere, nobiscum pacem fecit &c.* Patet jam, ut opinor, de auctoritate Sedis Apostolicæ motam non fuisse à S. Thoma querelam. Fateor quod ægrè tulerit, absolutos fuisse Londinensem & Saresberiensem Episcopos, sed hanc culpam S. Sedi, aut ALEXANDRO Pontifici adscribere, ineptum erit & stultum. Ex hujus porro facti elucidatione, tota hæc, ab Anonymo Ultrajectensium Succenturiatore excitata invidiæ tempestas, suâ sponte sedatur.

Sed ante omnia præmittenda sunt duo. Primum: in causa S. Thomæ tunc fuisse S. Sedis Apostolicæ Legatos tres, nimirum: (e), Rotrochum Archiepiscopum Rothomagensem, Bernardum Episcopum Nivernensem, & Wilhelmum Episcopum Senonensem. Secundum; Legatos illos inter cætera habuisse in mandatis: *Quod si spes sit pacis, absolvant Excommunicatos eâ conditione, ut si pax secuta non fuerit, in eamdem reincidant Excommunicationem, absque aliqua appellatione.* Conditiones verò pacis præscripserat ALEXANDER III. nimirum: ut S. Thomas ad suam rediret Ecclesiam; ut omnes possessiones Ecclesiæ ablatas reciperet;

Hhhh ut

(c) Baron. ad Ann. 1168. (d) Baron. ad Ann. 1170. (e) Baron. ad Ann. 1170. in initio.

Digitized by Google

Dissert. XVIII. De objectis auctoritatibus S. Thomæ Cantuariensis, Francisci Zabarellæ, & Roberti Bellarmini, Cardinalium.

ut exules alii, singuli sua recuperarent; ut Rex S. Thomam admitteret in osculo sancto; ut si id recusaret, quia juraverat se numquam facturum, per filium suum præstaret; ut consuetudines pravas contra Ecclesiasticam libertatem, aboleret; & ut Legati, Episcopos qui promiserant illas servare, à juramento absolverent.

Nihil horum etiamnum præstitum erat, cùm vario rumore ad S. Thomam, & ad Legatorum unum Wilhelmum Episcopum Senonensem perfertur, Londinensem & Saresberiensem Episcopos à Sede Apostolica absolutos. Hâc super re S. Thomas ad Albertum Cardinalem scribit his verbis: (f) „ Utinam, Dilecte mi, aures vestræ sint ad „ ora Nostratum, & audiant illa, quæ in „ ignominiam Ecclesiæ Romanæ cantitan„ tur in compitis Ascalonis. Aliquid conso„ lationis novissimi Nuntii nostri videban„ tur à Sede Apostolica retulisse in Litteris „ Domini Papæ, sed earum auctoritas eva„ cuata est, missis à latere Litteris, ut in „ perniciem Ecclesiæ Sathanas absolveretur. „ Soluti sunt enim Apostolico Mandato Lon„ doniensis & Saresberiensis Episcopi, quo„ rum alter incentor schismatis & totius „ malitiæ artifex ab initio dignoscitur exsti„ tisse, & tum Saresberiensem, quàm om„ nes quos potuit, in crimen inobedientiæ „ impegisse. Nescio quo pacto pars Domini „ semper mactatur in Curia, ut Barabbas „ evadat & Christus occidatur &c. *quæ se„ quuntur.* „

Magis impotenter dolet Senonensis Episcopus, sine cujus participatione, quamvis esset Legatus, fuerant hæc omnia peracta, qui scribit ad ALEXANDRUM his verbis. (g) „ Audiat, Sanctissime Pater, Excel„ lentia Vestra patienter quod loquimur, „ quia in amaritudine moratur anima no„ stra . . . . à scandalis quæ in diebus Apo„ stolatûs vestri manant ab Apostolica Sede. „ Si quidem (ut Nostrates aiunt) ibi solvi„ tur Sathanas in perniciem totius Ecclesiæ, „ iteratò crucifigitur Christus, & qui ma„ nifestus Sacrilegus est & homicida dimit„ titur. Procuravimus apud vos causam Ec„ clesiæ Anglicanæ, & in discessu nostro ei „ credebamus aliquatenus esse subventum. „ Verùm ubi Londoniensem Episcopum no„ bis ignorantibus fecistis absolvi, res in con„ trarium lapsa est, & cornua data sunt „ peccatori. „

Eodem illo rumore, qui *cantabatur in compitis Ascalonis*, ut S. Thomas loquitur, perlatum quoque fuerat, Archiepiscopum Eboracensem ex auctoritate ALEXANDRI III. in injuriam Cantuariensis Ecclesiæ, consecrasse filium Henrici Regis, super quo etiam graviter irascitur Senonensis Episcopus in eadem Epistola ad Papam. erat rumor uterque, sed falso rumo celebatus S. Thomas, causa Litteras scripsit amaras pro se, Interim Sedes Apostolica; amariores nam nec Mandato Apostolica extra culp rant Episcopi, nec Apostolico absol consecratio peracta ex auctoritate *scias ista omnia calumniæ confecta* Sed, inquit

Hæc postea cognovit S. Thomas, chiepiscopus Rothomagensis & Nivernensis duo Legati, præcipitan ne Episcopi Senonensis participat liter datam à se absolutionem eide carunt. Priori respondet in hæc ve „ Gratias agimus Dilectioni vestræ „ stri curam gerit, sed utinam v „ crudo in illa, quam dicitis, Epi „ dinensis absolutione *Mandatum* „ *Papa non excessisset!* Scitis enim „ bis in communi negotio, sine „ cuerit. „ Tum exprobrat suam. „ Vos scitis quid egeritis, „ Authore, quid vobis competa „ noramus. „

Interim molestæ acciderant Pontifici querelæ tum S. Thomæ nonensis Episcopi, utpote i tardavit se purgare; quare scribit, Londoniensem Episcopum quaquam accessisse, & *nihil statuisse*, subdens: (i) „ E „ Archiepiscopi (Cantuar „ nostram & Ecclesiæ reputa „ mitati tuæ per Apostolica „ mus, quatenus Venerabiles „ stros, Rothomagensem Arc „ & Nivernensem Episcopum „ geos & festinanter executio „ nostri studiosè commoneas, „ vel Litteris, si utrumque „ præsentem habere, instan „ Quod si adhuc in negotio „ processerunt, Tu ipsos ex „ durius increpes, & gravi „ non omittas. „ Ad S. Thom pondet Pontifex, (l) Legat absolvendi non habuisse, nis DE PACE *inter Te, Frater & Charissimum in Christo Fili, Illustrem Anglorum Regem re* TI EXISTERENT. Et cùm ill illi Excommunicati secundum formam satisfecissent, eosde mam remittit pro satisfactione

Nihil igitur hic peccatum postolica, neque de ejus inj est Thomas, sed de duorum stinatione duntaxat. Imò cum Rege concordiam, Jai semper fecerat, ALEXANDR

(f) In Collect. Lupi Lib. 5. Epist. 20. (g) Baron. sup. & in Collect. Lupi Li
(h) Lib. 5. Ep. 19. (i) Lib. 5. Ep. 26. (l) Ep. 28.

„ *Misit nobis*, inquit, (*m*) *Clementia ve-*
„ *stra Litteras*, quas ad correptionem & correctionem tam Eboracensis Archie-
„ piscopi, quam Co-episcoporum nostro-
„ rum certum est *dictatas & conceptas à Spiritu Sancto*, *& quæ Regis excessus, au-*
„ *ctoritate quæ Successorem Petri & Vica-*
„ *rium Christi decet, redarguunt.*„ Quia verò nondum absoluti erant Excommuni-
cati, & verebatur S Thomas, ne ideo impe-
diretur aut turbaretur recens nata pax & concordia, *rogat* ALEXANDRUM, *ut*, re-
servato sibi suoque judicio Archiepiscopo Eboracensi, qui Regis Filium temerariè con-
secrarat, *sibi liceat misereri tam Londonien-*
si, quam Saresberiensi Episcopis, si sine Schismatis instauratione juxta Mandatum vestrum puniri non possunt. Et concludit hisce verbis, quæ Anonymo nostro pensanda præscribimus: „ Credimus nos in Angliam
„ profecturos, ad pacem, an ad pœnam, no-
„ bis incertum est, sed divinitùs ordinatum
„ quæ fors nos exceptura sit. Ideoque Pater-
„ nitati vestræ commendamus animas nostras,
„ Gratias agentes vobis & Aposto-
„ licæ Sedi super omnibus consola-
„ tionibus, quas nobis & nostris in
„ tanto necessitatis articulo ministra-
„ vit. „

Hæc leget Anonymus cum suis, nec tamen credent, S. Thomam observantiorem ipsis fuisse S. Sedis Apostolicæ. Dicent, nondum sibi intelligi objecta nobis terrifica verba. Habeant igitur Paraphrasim si fortè proficiat ad veritatis agnitionem & salutem.

Promiserat ALEXANDER absolvendos non esse Excommunicatos, nisi Thomâ in Sedem suam restituto, nisi redditis bonis Ecclesiasticis, nisi exulibus revocatis, nisi pace à Rege datâ. Horum nihil cùm impletum esset, & interim duo Episcopi perhiberentur absoluti, exclamat; *nescire se quo pacto* quâ ratione, quo consilio, quâ fide, *pars*, sive causa *Domini semper tractetur* (sic enim habet Baronius, *non mactetur*) *in Curia*, id est à Curiæ Ministris, *ut Barabbas* Londinensis Episcopus *evadat*, *& Christus* sive Christi causæ procceletur, adeoque *mactetur.* Auctoritate Curiæ, id est Ministrorum ejus potestate sibi datâ abutentium, *jam in finem sexti anni proscriptio nostra & Ecclesiæ calamitas protracta est.* Scribit enim S. Thomas ad Gratianum Subdiaconum (*n*) qui ALEXANDRI Papæ Nuntius in causa sua fuerat Anno 1169. „ Nullus
„ præter vos ab Ecclesia Romana pro cau-
„ sa Ecclesiæ missus est ad Regem Anglo-
„ rum, qui eum non læserit, & cornua
„ non dederit peccatori. „ Atque hoc erat protrahere proscriptionem suam, & Ecclesiæ calamitatem.

Eodem spiritu, id est odio, adducunt Ultrajectenses in suo Appellationis instrumento verba Cardinalis Zabarellæ; quæ in Editione vernacula Anni 1724. Majusculis expresserunt, exultantes hoc modo in omnium Catholicorum gemitu, & quasi ex Apostolica Sede triumphantes. Verba Cardinalis apud ipsos ita sonant: *Mos antiquus habuit, quod omnia negotia difficilia terminarentur per Concilium; & crebro fiebant. Postea verò quidam Summi Pontifices, qui magis ad modum terrenorum Principum quam Apostolorum Ecclesiam rexerunt, non curarunt facere Concilium; ex qua omissione prodierunt multa mala ..... Assentatores, qui voluerunt placere Summis Pontificibus, per multa retro tempora, & usque hodierna suaserunt eis quod omnia possent, & sic quod facerent quidquid liberet, etiam illicita; & sic plusquam Deus. Ex hoc enim infiniti secuti sunt errores, quia Papa occupavit omnia jura inferiorum Ecclesiarum; ita quod inferiores Prælati sunt pro nihilo. Et nisi Deus accurrat Statui Ecclesiæ, Ecclesia periclitatur.* Et citant in margine *Tractatum de Schismate pag.* 703.

Dissert. XVIII. De object. auctoritatibus S. Thomæ Cantuariensis, Francisci Zabarellæ, & Roberti Bellarmini, Cardinalium.

Tractatus ille inter Opera Cardinalis Zabarellæ nusquam comparet. Extat autem in Collectione Simonis Schardii, quæ hunc titulum præfert: *De jurisdictione, auctoritate, & Præminentia Imperiali, ac potestate Ecclesiastica, deque juribus Regni & Imperii, Variorum Auctorum, qui ante hæc tempora vixerunt, Scripta: collecta & redacta in unum à Simone Schardio.* In Folio, *Basileæ* 1566. Item sub hoc titulo: *Syntagma Tractatuum de Imperiali jurisdictione, auctoritate & præeminentia ac potestate Ecclesiastica &c.* In Folio, *Argentorati* 1609. GUILELMUS CAVE, in *Seculo Wicklevitano*, verbo *Franciscus Zabarella*, hunc de Schismate Tractatum editum dicit Basileæ Anno tantùm 1587. & Argentorati Annis 1609. & 1618. Cæterùm extra has collectiones, Zabarellæ Tractatum existere non arbitror. Prodiit igitur centum ferè & quinquaginta annis, post obitum Zabarellæ, (qui Constantiæ vitam finivit Anno 1417) accurantibus Lutheranis; quare etiam *in Indice Librorum prohibitorum*, *Liber ejus de Schismate cum præfationibus, Argentinæ impressus ab hæreticis, prohibitus est donec corrigatur. Bellarm. de Scriptorib. Eccles. ad Sec. XV.*

Tractatus ille apud Auctores, qui illius meminerunt, ubique præfert Titulum DE SCHISMATE. Ut supra apud Bellarminum. Item apud (*o*) Ciaconium ex recensione Oldoini, (*p*) Antonium Auberium (*q*) Ludo-

(*m*) Ibid. Ep. 52. (*n*) Lib. 5. Ep. 25. (*o*) Tom. 2. col. 806. (*p*) Hist. Gen. Card. Tom. 2. pag. 87.
(*q*) Bibl. Pont. lib. 2. pag. 326.

Dissert. XVIII. De objectis auctoritatibus S. Thomæ Cantuariensis, Francisci Zabarellæ, & Roberti Bellarmini Cardinalium.

Ludovicum Jacob &c. Et videtur ipsi manuscripto hic fuisse Titulus: FRANCISCI DE ZABARELLIS CARDINALIS FLORENTINI, DE SCHISMATIBUS AUTHORITATE IMPERATORIS TOLLENDIS. Editores tamen Argentoratenses in supradicto SYNTAGMATE Fol. 235. huic, sex nondum foliorum Tractatulo, pomposam, mordacemque præfigunt Inscriptionem: „ Francisci de Zabarellis Cardinalis Florentini, „ ac acutissimi Jurisconsulti, qui vixit cir„ ca Annum Domini 1406. de ejus tem„ poris schismate Tractatus longè apposi„ tissimus: ex quo obiter eùm de congre„ gandis Synodis, Cæsarisne eæ hodie par„ tes esse debeant, tum de plerisque aliis, „ quæ à Pontificiis hucusque damnantur, „ pia ejus seculi judicia prudens Lector de„ prehendet." Habemus igitur Zabarellæ Tractatum, Lutheranorum nobis manibus porrectum. An genuinus sit, judicent Eruditi, qui turbulenti temporis illius Historiam tenent.

Non levem certè suspicionem facit Collectoris *Simonis Schardii* Epistola Dedicatoria, MAXIMILIANO II. Anno 1566. inscripta. In qua vituperator ille dicit „ gra„ vi scelere sese implicasse Episcopos Ro„ manos, qui eò audaciæ progressi fuissent, „ ut non solùm legibus contra munus ipsis „ demandatum Ecclesiam gravassent, & „ varios conscientiis laqueos injecissent; „ verùm etiam novos Fidei articulos condi„ dissent: Sacramenta à Christo instituta mu„ tassent ac mutilassent; novos cultus effin„ xissent, nova numina sculpsissent, atque „ ita universam Religionem ex fundamento „ evertissent." Et postea particularium aliquot Pontificum gesta pro ingenio suo petulanter excutiens, nec ferens BONIFACII VIII. Constitutionem *in Cap. Clericis 3. de Immun. Eccl in 6.* eumdem, insulsâ sanè ludificatione, MALEFACIUM OCTAVUM vocat.

Similesne Doctores maledicos sibi imitandos censent Adversarii? Sic ferè videtur. An injuriæ postulari queam, aut calumniæ, Tu Lector æstimato, ex insigni & recentissimo facinore. Viderant Ultrajectenses (r) Archiepiscopi Panormitani testimonium de acceptatione Constitutionis Apostolicæ *Unigenitus*, per omnes Episcopos, & omnes Universitates Regni Siciliæ, qui in sua, hac de re ad Episcopum Nemausensem Epistola, sic ait. „ Non itaque „ opinione ducti, ut Novatores blaterant, „ sed compulsi veritate è paginis Utriusque „ Testamenti, clarâ, in Conciliis plu„ testatâ, clarisque Patrum testimo„ comprobatâ, tenemus, Universalis Ec„ clesiæ Magistrum non posse nisi vera „ cere, Sancta præcipere." Hæc ubi verba digerere non potuerunt Quesnell. Ultrajectenses; donec tenebrio quidam præfatione vernacula novæ Editionis Instrumenti Appellationis, ampliùs etiam d... rans quàm ipse Schardius, hanc prad... verbis subjicit Glossam: (s) *Per universalem hanc & indeterminatam propositionem (quæ acceptationis suæ fundamentum sit) Deo sufferatur ... essentiam suam, eaque blasphemè attribuens homini peccatori eumdem erigit in Idolum.* Numquid vinc... lis illum retinendum censes, qui effera adeo & impotenti furore accenditur? quid mirum, si ex hæreticis, & cum hæreticis oppugnant meliorem causam?

Sed ad Zabarellam redeamus, & an ipsius verè sint objecta nobis verba, studiosiùs inquiramus.

Ducimus imprimis *Ultrajectenses nostri* ad illos Auctores, qui de *Zabarellæ gestis* actionibusque, nec non de *scriptis ejus* nihil ignorantes, avidissimè arripuissent, tum adeò absurdum, si ejus esse credidissent. Inter vehementiores Scriptores contra Romanorum Pontificum auctoritatem, sine scrupulo numerandus est, EDMUNDUS RICHERIUS, qui hausit ex omni cœno & lacunâ, nec prætensi Zabarellani Tractatûs meminit, qui tamen ex re sua fuisset quàm maximè. PETRUS DE MARCA in Concordia Sacerdotii & Imperii multa congessit, quibus hic Zabarellæ stomachus adjici potuisset. MAIMBOURG omnes ingenii sui vires collegit contra prærogativas Ecclesiæ Romanæ, & tamen Zabarellæ auctoritate nusquam nititur, vel in famoso Opere suo, vel in Historia Magni Schismatis. Et Cardinalis SFONDRATI, sive in *Gallia vindicata*, sive in *Regali Sacerdotio* nec refert, nec refutat quidquam quod huc accedat: neque etiam ANTONIUS CHARLAS, *de libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ* ELIAS DU PIN tam jejunè loquitur de Zabarella Cardinali, ac si inter homines nullum nomen, nullumve fastigium tenuisset. Nec etiam hujus rei meminit ARNALDUS in sua Defensione Concilii Constantiensis contra *Emmanuelem Schelstraete*; ubi tamen citat eumdem illum *Tractatum de*

(r) Refutation du Memoire publié en faveur de l'appel des quatre Evêques &c Tom. 2. pag. 58.

(s) *Door welke algemeine en onbepaalde veronderstellinge (die de grond is van syn aanneminge) hy God syn eygendom ontrooft; en de zelve God-lasterlyck aan een zondig mensch toepassende hem stelt tot een af-god.* Appel of Beroep van den Deken en het Capittel van d'Aards-Bisschoplyke Katholycke Kerke van Utrecht &c. In den Jaere 1719. in de Latynse Taele uitgegeven, en alsou in de Nederduitse overgebragt. Tot Amsterdam by Nicolaas Potgieter, Boeckverkooper. 1724.

Digitized by Google

Et Jacobus Lenfant, in *de Schismate.* *Historia Concilii Constantiensis*, ubi ei mul- *Historia Concilii* cum Zabarella, hujus probi tùm rei est cum meminit, quamvis alia nonnulla nusquam meminit, objiciat. Denique Her- Cardinali fortiter Hardt in operibus vo- mannus Von der Hardt, quibus Acta Constantiensis luminibus suis quibus, nusquam adducit absur- Concilii publicavit, enim Scriptum (veluti da verba. Quod Tom. 1. Par. IX. dedit, Zabarellæ esset) ab objecto Tractatu; qui diversissimum est incognitus esse Jacobo videtur hactenus in *Historia Concilii Pisani* Lenfant, cùm meminit Libri de Schismate, fol. 58. & 59 meminit prohibitum dixit, & ab hæ- quem Bellarminus prohibitum & ille putet eumdem reticis corruptum, & Collectioni Hermanni Vonder Hardt insertum esse loco jam citato. Sed aliud in- telliget, si *Schardii* Collectanea inspiciat, & *Syntagma* citatum. Dicant jam Adver- sarii, quid moverit Scriptores Catholicos & Acatholicos, ut à simili Auctoritate vel re- ferenda, vel refutanda abstinuerint: nisi quod judicarint esse plusquam dubiam, exoletam, & omni ex parte despiciendam?

Et verò cùm inspicitur textus ipse, & cum luctuosi Schismatis Historia compo- nitur, verba Zabarellæ, si tamen ejus sunt, non habent tantùm terroris, quantùm Ad- versarii conantur incutere. Etenim, quinam sunt Summi Pontifices illi quibus ille ob- jicit, Ecclesiæ regimen habitum ad modum terrenorum principum potiùs, quàm Apo- stolorum? Nonne Urbanum VI. indigitat, qui severitate, fortasse nimiâ, procedens occasionem, (causam non ausim dicere) præbuit secuto Schismati? Nonne Gre- gorium XII. & Petrum de Luna seu Be- nedictum XIII. Antipapam, notatos vult, qui distulerant adimplere promissa de ab- dicando Pontificatu pro bono pacis & uni- onis; ille quidem justis de causis, hic au- tem ex pertinacia, quâ ad extremum usque in Schismate permansit ab omnibus licet desertus? Numquid Innocentio VII. cri- mini datum quod distulisset facere Conci- lium ad extinguendum Schisma? Hæc lo- quuntur omnes Historici. De his etiam lo- quitur Zabarella qui Tractatum hunc scri- bens circa Annum 1408. & Schisma trigin- ta annis durasse querens, luctuosum Ec- clesiæ statum repeti vult ab Anno 1378. Tractatus porro ille si legatur, id solùm statuit & concludit, ut Concilii Generalis aucto- ritate finiatur Schisma, & pax detur Ec- clesiæ. Sed quid prodest Adversariorum Causæ, inventum fuisse Auctorem seculi de- cimi quinti, qui de Romanis Pontificibus malè sensisset in puncto Disciplinæ? Quid scriptor unus, maximè illius temporis, fa- ciat contra torrentem Catholicorum Do- ctorum & Patrum per septemdecim secula? Et certè Zabarellæ verba nudè accepta, & prout jacent, falsa sunt, & absurda, si aliò referantur quàm ad miserandum Schis- ma, quod Ecclesiam deturpavit vehemen- ter. Putantne, observatum non esse, quod Tractatum de Schismate scripserit Zabarel- la antequam esset Cardinalis, & postquam à Bonifacio IX. circa finem seculi de- cimi quarti, constrictâ fronte fuisset excep- tus? Dicendumne est, ipsum malè volu- isse Romanis Pontificibus quia ab Episcopatu Florentino aliàs fuit exclusus?

Dissert. XVIII De objectis auctoritatibus S. Thomæ Cantuariensis, Francisci Zabarellæ, & Roberti Bellarmini Cardinalium.

Sed ne causas odii quæram in tanto Viro, homine tamen, qui humani nihil à se alie- num habuit: docebuntne Adversarii, Tra- ctatum istum vivente Cardinali, vigente schismate, & durante Concilio Constantien- si impressum nunquam; post centum de- mum & quinquaginta annos ab Acatholicis inventum, ab Acatholicis impressum, divul- gatumque, adulterari non potuisse, nec por- ro depravatum fuisse? Legat Tractatum qui volet, & si possit quis, neget nobis, eum- dem constare & mediis & fine & scopo, demptis licet, & justissimâ litura deletis in- eptissimis verbis, quæ dissipatam adeo sa- piunt orationem, ut nulli, nisi commotæ mentis Lectori, patenter devoranda sint. Di- cant nobis Adversarii, unde Tractatum il- lum habuerunt Basileenses & Argentoraten- ses Editores? Ex quo manu-scripto? Quàm antiquo? Ubi inveniendo? Quâ fide tran- scripto? Nihil horum quærere curarunt illi, qui in priorum temporum tenebris quærunt lucem, quam nos, veluti recens nati infan- tes, aspiciamus ad salutem, & ad veritatis agnitionem.

Sed nondum illos missos faciamus. No- tissimum est ex Dissertationibus Emmanue- lis a Schelstrate (t) quod Francis- cus Zabarella Cardinalis Florentinus, in Concilio Constantiensi fortiter se opposue- rit Decreto per Nationes fabricato *de refor- manda Ecclesia in Capite & membris*, & quod illud adeo constanter pronuntiare re- cusaverit (ad quod aliàs tenebatur, ut ju- nior Cardinalium) ut à Concilio deputari debuerit (u) Electus Poznaniensis ad De- creta Sessionis IV. prælegenda. Similiter norunt omnes, quod Zabarella, *omnium Canonistarum sui temporis facilè Princeps*, inquit Schelstrate; in illa ipsa Syno- do Constantiensi constanter propugnaverit hanc sententiam: quod *auctoritas Concilii, etiam* tempore Schismatis *sese non extenderet ad reformationem Ecclesiæ, ut- pote quæ non nisi post electionem Pontificis,* eodem consentiente, *fieri posset.* Ad- ducit etiam idem Auctor ex Gestis manu- scriptis Constantiensis Synodi rationem, ob

Iiii quam

(t) Vid. Diss. 1. Edit. Antv. Anni 1683. pag. 44 & 56. Tract. de sensu & auct. Decr. Conc. Const. In comp. Chronolog. pag. 39. (u) Diss. 3. cap. 1. & alibi.

Dissert. XVIII. De objectis auctoritatibus S. Thomæ Cantuariensis, Francisci Zabarellæ, & Roberti Bellarmini, Cardinalium.

quam Zabarella cum suis sequacibus noluerit admittere articulum de Reformatione, scilicet: QUIA NON ERAT VERUS DE JURE. Scio quidem, nec dissimulo, ANTONIUM ARNALDUM (v) in sua Concilii Constantiensis contra SCHELSTRATIUM Defensione, hanc Cardinalis Zabarellæ oppositionem ad fabulas amandasse: sed hic contradictorem habet ipsummet JACOBUM LENFANT in novissima Historia Concilii Constantiensis Gallicè scripta & impressâ Amstelodami Anno 1714. qui tam in Præfatione, quàm in decursu Operis contra ARNALDUM & MAIMBOURG docet & demonstrat Schelstratianæ Historiæ veritatem; & Zabarellam non prælegisse Decretum de reformanda Ecclesia Dei in Capite & membris. *Il est certain*, ait Lenfant (x) *que Zabarelle ne lut point ces paroles la Reformation de l'Eglise* DANS SON CHEF ET DANS SES MEMBRES. Quare alibi ei (y) crimini dat, quod *mutilarit* Decreta Concilii.

Jam ego Ultrajectenses appello, eosque tantisper judices constituo, ut de Cardinalis Zabarellæ Sententia ac doctrina pronuntient ipsi. In Concilio Constantiensi, nondum quidem Generali, sed quod pro tali se gerebat; in conspectu totius Orbis, quem totum suspensum detinebat; in præsentia Regum & Principum; pro exstinguendo horrendo & longissimo Schismate, & pro reformandis in Ecclesia abusibus sententiam dicturus Zabarella, immò pronuntiaturus, rejicit tumultuosum omnium Nationum consilium, quod à judicando Pontifice Romano initium capere debuisset; idque tanto cum successu, ut postmodum illæ ipsæ Nationes cœpto destiterint. Propugnat coram universo Concilio, Papam Romanum judicari non posse etiam *tempore Schismatis*, & contrarium sustentum *verum non esse de jure*. Hæc Anno 1417. & Anno 1408. edidisset ille *Tractatum de Schismate* talem, qualem objiciunt Adversarii. Quo pacto factum est, ut de omnibus Nationibus inventus fuerit nemo, qui Zabarellam ex prætenso *Tractatu de Shismate* confutaverit, si insulsa illa scripserit quæ ediderunt Basileenses, & Argentoratenses? An omnibus in Concilio congregatis Nationibus ignorabantur ea, quæ ante annos novem ediderat Zabarella? Ex hæc invenerint Lutherani post centum & quinquaginta Annos? Sat, superque de hoc paradoxo.

Restat ultimum argumentum ab auctoritate petitum, sed debile etiam, & inefficax. Objiciunt Bellarminum, docentem: (z) „ Non debet Pontifex in controversiis Fi„ dei dijudicandis, aut solo suo judicio fi„ dere, aut expectare divinam revel„ nem; sed adhibere diligentiam, que „ res tanta postulat, & ordinaria medi„ tum demum expectare assistentiam S„ tûs Sancti, & directionem divinam. „ ro medium ordinarium ac prom... „ cessarium, esse Concilium, magnum „ parvum, unum vel plura, prout ipse „ dicaverit, facilè probari potest ex con„ tudine totius Ecclesiæ & omnium S„ lorum: semper enim fuit in Ecclesia „ consuetudo ut ad res dubias explica„ Concilia Episcoporum haberentur. E„ etiam Romani Pontificos nullam umq„ hæresim novam sine novo Concilio d„ naverunt .... Quod autem semper „ ab omnibus factum est, quis negare „ debit Ordinarium dici posse, & ne„ cesse? „

Hic rursus accusare debeo antiquas Adversariorum artes, semper & ubique tac... tium veram mentem, verumque consili... Auctorum quos objiciunt, quantumcum etiam ipsi dilucidè exprimant sensus su... animumque. Disputat Bellarminus con... hæreticos illius temporis, qui à Romanis Pontificibus damnati, nec acquiescentes Catholicis urgebantur, ut saltem starent ... cisioni Concilii. Verùm cum à Conci... quoque damnati essent, & à Synodi Tri... dentinæ Sententia etiam se vellent exim... re, omnium Conciliorum auctoritatem ... sufflarunt, quia scilicet, nolebant judica... nec errores deponere, nec obedire; qu... præmittit Bellarminus (a) quod *fingere novam formam Conciliorum & iis nulla fere tribuerent auctoritatem*. Ob hanc r... tionem cogebatur contra hæreticos Conc... liorum auctoritatem adstruere, ut qui Po... tifici, controversias Fidei dijudicanti obe... dire detrectaverant, Concilii saltem Gene... ralis definitioni agnoscerent *se debere sub... jacere*. Hinc multa ille proponit de util... tate Conciliorum, & de illorum necessita... te, non *absoluta & simplici*, sed quæ i... similibus circumstantiis *quodammodo* ex... steret; Hinc dixit, *Concilium esse ordinarium medium* convincendi errores, & contumaces deinde ac rebelles ejiciendi extr. Ecclesiam Dei.

Quid hæc ad casum Ecclesiæ Ultrajectinæ? Probandumne est Adversariis, Concilia Generalia legitimè convocata, & Præsidente in iis Romano Pontifice per se vel per Legatos suos celebrata, & ab ipso tandem ex Apostolicæ potestatis plenitudine confirmata, Auctoritatem obtinere in Ecclesia Dei? Hoc totum est quod Bellarminus voluit; sed non credimus Adversarios eò jam nunc processisse, ut Concilio-

rum

(v) Eclaircissemens sur l'autorité des Conciles Generaux & des Papes &c. contre M. Schelstrate 1711. (x) Lib. 1. n. 16. pag. mihi 105. (y) Lib. 5. n. 70. pag. 522. (z) Tom. 2. Controv. lib. 1. de Conc. & Eccles. cap. 11. (a) Sup. Cap. 1.

rum quoque auctoritatem in dubium vocent; neque animus est, vel suspicari quod Concilii Generalis Sententiæ, Lutheranorum & Calvinistarum exemplo, stasc noaliud nempe imprætentialint aliquando, scilicet: absolutè necessarium rum volunt, ad finiendas illas controveresse Concilium appellarunt ipsi à Summo sias pro quibus Concilium Generale. Pontifice adductrum non docuit Bellarminus, qui

Sed hoc vos non à vobis citato, & immillo ipso Capite XI. excerpta à vobis verba, tradit mediatè ante exc doctrinam, vobis solis dishunc Catholicam doctrinam: nimirum, quod Summum Pontificem & hæreticis: Judex est, vice Christi omnium Pontifex Judex controversiarum, eique obtemperare debeat fraternitas universa ut Cyprianus loquitur; & ipse in Libris de Pontifice magnis argumentorum generibus demonstravit. Tum, ut hæretici, contra quos agit, aliique qui durè audiunt, hujus loquelam doctrinæ non abjicerent, exponit formam, modumque judicii Pontificii. Et hic visi estis reperisse quod vobis, vestræque faveat rebellioni. Sed injustià. Quid enim? Numquid Bellarminus Romani Pontificis judicio relinquit & discretioni, ut ad terminandas controversias, Concilium cogat magnum aut parvum, unum vel plura? Jam in causa vestra judicavit Pontifex, nec magnum nec parvum, nec unum nec plura, cogenda esse Concilia; idcirco vobis licet esse rebellibus, & Pontificis Romani, vice Christi pronuntiantis, Sententiam temerè contemnere? Hoc vos Bellarminus non docuit. Vos, & à Constitutione Unigenitus, & à Decretis omnibus in causa Ecclesiæ vestræ latis, à Romano appellastis Pontifice, non ad tale Concilium, quale ejus judicio relinquit Bellarminus, sed ad Generale, tamquam absolutè necessarium, & ideo arrisit vobis, quod Pontifex debeat *adhibere diligentiam quantam res postulat*. Sed ipsa illa diligentia, ejus est arbitrio commissa, & quia censuit Pontifex Causam vestram, nec Concilii Generalis, nec alterius cujuscumque deliberationem mereri, ideo cum privato S. R. E. Cardinalium, aliorumque Romæ existentium consilio, cum *assistentia Spiritûs Sancti, & directione divina*, damnati estis. Jam verò Summo Pontifici *obtemperare debet fraternitas universa*, & vos inprimis, fratrum minimi.

Dissert. XVIII. De objectis auctoritatibus S. Thomæ Cantuariensis, Francisci Zabarellæ, & Roberti Bellarmini Cardinalium.

Multum vobiscum, & de multis disputavimus; & quantùm quidem ad causam Ecclesiæ Ultrajectinæ spectat, Summa, omnium à nobis dictorum, hæc est: Quod, licet Episcopatus & Capitula quæ *paganorum incredulorumve furore*, ut Pontifex loquitur, aut Acatholicorum armis atque imperio destruuntur, ut in casu vestro; non statim quidem, si ita velitis, aut ipso facto amittant omnem suam dignitatem, auctoritatem ac jurisdictionem, illam tamen lapsu temporis perdant. Sic, ut illud ipsum juris sui conservandi studium, quod sub initium captivitatis aut eversionis, & in casu vestro, sub Acatholici Imperii initium, pium erat atque laudabile, postea tamen, cùm è calamitatibus emergendi spes evanuit, & similium Episcopatuum atque Capitulorum Status, seu potiùs interitus, ad potestatem S. Sedis Apostolicæ deducendus est, fiat illicitum, & crimini obnoxium. Jam non suum quis tuetur, sed alienum usurpat. Unde tota illa prætensi Capituli Ultrajectini propagatio novella, sine lege, sine Canone facta, spuria est, damnanda est, & improbanda.

Conclusio Operis.

PROLOGUS

PROLOGUS

Ad reliquas DISSERTATIONES de novissimis ULTRAJECTINORUM Scriptis.

Finem feceram sermoni meo, cumque prelo parabam, cùm ex Hollandia adferuntur novæ merces, sed ex antiqua officina desumptæ; quæ, cùm novis ornatæ sint coloribus & victrici veluti hederâ comptæ, jam manum omninò de tabula tollere non sinunt. Etenim Sacerdotes Ultrajectini, qui nunquam finem facturi videntur, in lucem emiserunt *Collectanea* quædam, in quibus vetera sunt & nova, illisque titulum fecerunt: CAUSAM ECCLESIÆ ULTRAJECTINÆ.

Continet hæc 1. *Historiam brevem eorum quæ Ecclesiæ Ultrajectensi, præcipuè ab initio hujus seculi, ad hoc usque tempus obtigerunt.*

2. *Casûs-positionem de Jure Ecclesiæ Trajectensis.* Illam, à quinque Juris Doctoribus Lovaniensibus signatam jam olim, loco non uno impugnavimus.

3. *Dissertationem de misero Statu Ecclesiæ Ultrajectinæ.*

4. *Memoriale Breve de Statu & juribus Ecclesiæ Trajectensis.*

5. *Quinque Epistolas* prætensi *Capituli Ultrajectini ad Summum Pontificem.*

Denique *Epistolam* unam ad S. R. E. *Cardinales*, ad *Episcopos* alteram; & tertiam *Steenovii* audaciorem *ad Summum Pontificem.*

In his omnibus multa narrant & varia tractant; sed quæ narrant, & quæ tractant, non cohærent. Et quid mirum? Tanto illos ictu ferit Sacri Collegii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Declaratio, quam nos in *Appendice* dedimus, ut veluti validissimo vento è navi Catholicæ Ecclesiæ excussi, circumacti, & infesto vix non gurgite hausti, omnem, quæ se cumque obtulit, tabulam arripientes, naufragium evadere conentur, ut possunt; sed collectis, quas casus obtulit variis reliquiis, & firmo nondum gradu stantes, etiam stipulas arripiunt ac stupam, ut fundent solum. Videre enim est, illos insidentes quoque putridis & à reliqua lignorum congerie separatis ac minutis, & in cariosam terram ejectis tabulis. Nam præter relatas jam lucubrationes, tres alias etiam submittunt Scriptiones exiles.

1. *Epistolam* prætensi *Capituli Metropolitani Ultrajectini ad Illustrissimum D. Josephum Spinelli S. Catharinæ Abbatem & Pontificium apud Aulam Bruxellensem Internuntium, occasione Epistolæ quam ipse 4. Maii 1724. scribendam censuit, & Latinâ ac Belgicâ linguâ tum intra, tum extra Fœderatas Provincias quaquaversum disseminari curavit.* Quam Delphis signarunt 26. Junii 1724. JOANNES CHRISTIANUS ERCKELIUS, prætensè Decanus, & MATTHIAS OOSTERLING, Canonicum se dicens & Secretarium.

2. *Epistolam* prætensi *Capituli Ultrajectensis Romano-Catholici ad Perillustres & Amplissimos Dominos, Cathedralium Ecclesiarum, præcipuè per Germaniam, Decanos atque Canonicos.* Hanc 1. Junii 1724. signarunt iidem.

3. *Responsum ad Epistolam sub nomine Illustrissimi Domini D. Josephi Spi-*

nelli

nelli Pontificii in Belgio Internuntii 4. Maii evulgatam. Hoc Responsum signant LUCAS AHUYS & JACOBUS KRYS Sacerdotes Amstelodamenses Refractarii. Postremus rebellioni suæ immortuus est.

Et, ne quid dissimulem, emiserunt etiam foliolum unum cum hoc rursum titulo: *Epistola laici provectæ ætatis ad Clarissimum D. NN. *** succinctas continens notas in Epistolam Illustrissimi DD. Spinelli S. Catharinæ Abbatis & Pontificii Bruxellis Internuntii, datam 4. Maii 1724. & quaquaversum tam Latinè quàm Flandricè disseminatam.* Hanc signat, nescio quis, IGNATIUS DORENHAGE.

Denique Belgico Idiomate foliolum aliud dederunt cum hac inscriptione: (b) *Salutaris & necessaria Admonitio ad cordatos omnes probosque Catholicos contra Epistolam Abbatis Spinelli, Pontificii Internuntii Bruxellis, quæ sapit contumeliosum animum in perniciem animarum, & in tranquillitatis perturbationem variis per has Regiones Sacerdotibus submissam, & Idiomate Belgico divulgatum*, Hoc scriptum est anonymum.

Atque hæc omnia protruserunt illi in lucem à Mense Junio usque ad Septembrem Anni 1724. plura fortè daturi, antequam nostra protulerimus. Evolvi omnia & singula, nec occurrit aliquid unde quidquam sive in HISTORIA nostra, sive in superioribus DISSERTATIONIBUS deterendum sit, aut mutandum. Judicet Lector partium studio liber, & veritatis amans. Ipsi verò varia adferunt, quæ harum rerum imperitis dubitationem injicere nata sunt; ideòque tum ad Instructionem videntur examinanda, tum ad retegendam veritatem, magis magisque aperienda.

Nequaquam tamen volumus, ut harum Scriptionum Auctores arbitrentur, quòd ipsorum sive nugis sive furiis tantùm daturi simus, ut illis sollitè excutiendis, & tempus & operam perdamus. Monitos illos volumus, quod nullum à Nobis responsum ferent, quamdiu nugantur, & universo Orbi ludos præbent hi, & inepta atque absurda loquuntur alii, solà ubique certantes improbitate. Quid enim illi aliud agunt?

Unus, convicium facturus Internuntio Apostolico, eumdem dicit, (c) *in Romana accusationis & criminationis schola egregiè eruditum*, & *Abbatem* SPINELLI *ad virgam calumniæ addidisse coronam, nominis sui significato, id est* SPINIS, *intertextam.* Ita homo miserè facetus. Tum Ministrum Apostolicum calumniæ postulat, quod, in Epistola sua meminerit, *noxiæ, venenatæque herbæ ab inimico homine in spirituali Hollandicarum Missionum agro seminatæ*; quod dixerit, ab Ultrajectensibus *sparsum damnatarum Doctrinarum venenum*; quòd commemorarit *Sacrilegos, nefariosque ausus*; quod locutus fuerit: *Romanorum Pontificum famam, quâ concionibus ad populum,* quâ

(b) *Heilzame en noodwendige waerschouwinge aan alle verstandige en vroome Katolyken tegens zekere laster-zugtige, ziel verderfelyke en rust-stoorende Brief van den Abt* SPINELLI *Pauselyke Internuntius te Brussel aan verscheide Priesters hier te Lande toegezonden, en in de Neederduytse Taele verspreid.*

(c) *Den Abt* SPINELLI *Pauselyke Internuntius in het Katholyk Nederland, in de Roomsche School van betigtingen en bekladdingen, wonder afgeregt, betreed in syn Brief het zelve spoor, en voegt tot de roede van lasteringen (waer mede de Clerefie tot beswykens toe onschuldig is gegeesselt geweest) een kroon met de beduiding van syn naem, dat is met de volgende* DOORN'EN *doorvlogten.* Heilzame en noodwendige waerschouwinge &c. Blad 2.

quâ libellis in vulgus sparsis professam &c. Hæc omnia, justissimè prolata & porrò notoria, adnumerat ille calumniis; nil quidquam solicitus, ut se, suosque hac culpâ eximat, imò ne verbulum quidem proferens, quo Ultrajectinos de tantis criminibus purget; sed insulsè subjungit: *Ministrum Apostolicum* (*d*) *nisi apertè calumniam revocet, ne Pontificiâ quidem potestate absolvi posse.* Quid hoc est aliud, quàm Religionem jocum & risum facere, & semetipsum damnare insanissimæ impudentiæ? Si seriò ille existimet, Internuntium Apostolicum admisisse peccatum irremissibile, vereor, ne etiamnum illis stet fanatica sententia, quam Anno 1709. cùm maximè furerent, palam professi sunt; (*e*) nimirum: *nullos toto Orbe Christiano magis vinculis Excommunicationum irretitos esse, quàm Romanos ipsos Pontifices, & eorum Ministros.* Hæc si etiamnum existiment, quid nos ab illis sana verba expectemus? Proferunt loca aliquot è Sanctis Patribus desumpta, quæ primâ fronte in sententiam suam detorquere possint: quæ verò plurima & irrefragabilia à Nobis, aliisque ante nos, afferuntur, nihil ad se pertinere putant. Tandem invadit Anonymus ille, Epistolam Sacri Collegii S. R. E. Cardinalium; cùmque illa è Conclavi Apostolico scripta esset, cogi se dicit, ut adducat locum ex Libello: NEPOTISMUS THEOLOGICE EXPENSUS, quem tribuit Cardinali Sfondrato. Quid hæc ad rem præsentem faciant, nemo ut arbitror, intelliget. Hunc igitur hominem missum facio.

Alter, ficto nomine IGNATIUS DORENHAGE, in *Epistolâ Laici provectæ ætatis ad Clarissimum D. N. N.* etiam præludendum sibi putavit ad pugnam. Offendit illum, quod Internuntius Apostolicus dixerit: Majores suos *pro amissis Episcopis, Summos ipsos Pontifices animarum suarum Pastores, optimosque Patres accepisse.* Ex hoc capite, Internuntium reum statuit læsæ Majestatis Præpotentium Fœderati Belgii Ordinum; quia scilicet illi sæpissimè edixerint, ne quisquam spiritualem in Catholicos Hollandos Jurisdictionem exercere præsumeret, nisi priùs à Clero electus & ab Ordinum Deputatis admissus esset. Scilicet Romanus Pontifex fidelium Hollandiæ populorum, citra præpotentium Ordinum assensum, nequit esse Pastor aut Rector, quantumvis sit universalis Ecclesiæ. Alia etiam ex causa Internuntium damnat ejusdem criminis, nempe quia contra eorumdem Ordinum prohibitionem Epistolam suam quaquaversum per Hollandiam destinare curasset; qui actus est ipso judice, AUSUS TEMERARIUS, *ne vel ipsis Principibus Catholicis tolerandus.* Erit igitur etiam hìc peccatum, à quo *ne Pontificiâ quidem potestate valeat absolvi.* Sed an ipsimet prudentissimi Ordines hìc continebunt risum? Sint hæc contemtissima licet, & omni responso indigna; dicat tamen IGNATIUS ille, quo scelere macularint sese Sasboldus, Roveniusque, dum post exilia & proscriptiones, spiritualem non tantùm in Catholicos Hollandos Jurisdictionem exercere perrexerunt, sed intra limites etiam Fœderati Belgii subsistere ausi sunt (& Rovenius quidem usque ad mortem) ut gregem sibi Apostolicâ auctoritate com-

(d) *Want ten zy hy oopentlyk de zelve herroept, kan hem geen Pauselyke maght zelf ontbinden.* Ibid.

(e) Depulsio Excommunicationis pag. 8.

commissum deserent numquam, quamdiu vita, viresque sinebant? Et quò vergit isthæc exprobratio, nisi ut præpotentes Ordines, à moderatione & conniventia commendabiles, contra nostrorum exercitia sacrorum excitentur, & ipsi redire faciant tempora, quorum postea nullos pœniteat magis, quàm ipsosmet inconsideratos Epistolarum Scriptores. Post hanc fatuitatem ad particularia descendit, & conqueritur Ecclesias Batavicas Missionis titulo designari; sed hac de re videre potest Dissertationem IV. De *Casus-positione*, quinque Doctorum Lovaniensium Responso firmatâ, consulere potest Dissertationes IV. VII. & XI. An Rovenius fuerit Archiepiscopus Ultrajectinus, discere poterit ex Dissertatione II. An ipse, & reliqui Vicarii Apostolici fuerint veri nominis Ordinarii Dissertatione VIII. Inclamat *Apologetica Scripta*, *quæ pro defensione* prætensi *Capituli exarata sunt*. Hæc sparsim, & prout se ferebat occasio, discussa sunt. De pseudo-electione Episcopi, diximus Dissertatione XV. & infrà latiùs. De reliquis omnibus quæ feroculus ille adfert, redibit sermo, & sic integrè cum illo defungemur certamine.

Minorem adferunt curam Lucas Ahuys & Jacobus Krys *in Responso ad Epistolam* Internuntii Apostolici. Illi, nescio quâ Majestate territi, & sacra veluti religione tacti, Epistolam adscribere nolunt Ministro Apostolico, sed *impudenti* cuidam *criminatori*, & *vagarum atque detritarum criminationum compilatori*. Et huic, scilicet; non Internuntio Belgico, respondent illi, raræ modestiæ viri. Sed quid adferunt? Epistolam Internuntii, ingeniosâ partitione dividunt in triginta & ampliùs capita, & summo labore, ac studio contendunt (&, si ipsis auscultes, demonstrant) omnia & singula, quæ Illustrissimus Spinellus in Ultrajectenses dixit, quadrare in Jesuitas. An interim eadem illa cadant quoque in Ultrajectenses Sacerdotes Refractarios, id ipsos nihil sollicitat. Argumentantur in hunc modum: Jesuitæ veteres & moderni, Belgæ & exteri, Europæi & Americani faciunt & docent impia, blasphema, hæretica: Ergo Sacerdotibus Ultrajectensibus licet esse rebellibus S. Sedi Apostolicæ; ergo Jurisdictionem licet arripere Ecclesiasticam, Censuras contemnere, Capituli Cathedralis jura usurpare, quasi Sede vacante; Episcopum eligere, & Pontificem Romanum cum S. Sede Apostolica strenuè jubere valere. Adeò tamen, famosi illi viri duo, sibi plaudunt ex hoc argumento, ut dissuadeant Internuntio, ne alteram sub nomine suo Epistolam similem edi, divulgarique permittat. Quidquid enim vel Summus Pontifex, vel Sacrum Cardinalium Collegium, vel Apostolici per Orbem Christianum Ministri dicent, declarabunt, jubebunt, id omne à Jesuitis profectum calumniabuntur, & fortiter contemnent. Sic statuerunt olim, cùm illorum unus eleganter pronuntiaret in hæc verba: (*f*) *Ejiciat ex animo suo qui potest, ego ex meo ejicere nullâ ratione possum, quin* Clemens *noster* (iracundia prohibuit, ne diceret: Sanctissimus Dominus Clemens XI. Pontifex Maximus) *per Jesuitas, ut audio, à puero institutus, Societati Jesuiticæ cum familia sua addictus, per Jesuitas elevatus, per Jesuitas in hocce exstirpandi Jansenismi negotio suffultus ac ductus, Jesuiticis*

(*f*) Depulsio Excommunicationis &c. pag. 15.

Digitized by Google

tiis etiam, hoc est semipelagianis, erroribus afflatus sit. Superiùs habes Summum Pontificem excommunicatum; hic verò hæreticum. Quis audeat suadere, ut similes homines ampliùs morer?

Jam succedit examen *Epistolæ* prætensi *Capituli Ultrajectensis, ad Cathedralium Ecclesiarum, præcipuè per Germaniam, Decanos atque Canonicos.* Sed cùm hic nos remittant ad *Collectanea* sua, seu CAUSAM ECCLESIÆ ULTRAJECTINÆ, inferiùs etiam huic Epistolæ operam dabimus.

Superest alia *Epistola* prætensi *Capituli Ultrajectensis, ad Illustrissimum Dominum Josephum Spinelli Internuntium Belgicum,* data 26. *Junii* 1714. Hic varia proferunt, quæ faciunt ad certamen quod Nos inter & illos est, sed omnibus plenissimè occurrimus tam in HISTORIA nostra, quàm in DISSERTATIONIBUS. Epistolam hanc nec levi oculo percurrimus, nec præterit nos inconsideratissima temeritas; quâ expertæ audaciæ Viri ausi sunt violare Majestatem non tantùm Pontificiam, quam jam olim susdeque habent, sed simul etiam Regiam, à qua certè passi sunt nihil. Pontificem accusant *violentiæ* & *tyrannidis*, ejusque *mandata rectæ rationi contraria* esse calumniantur. De Rege autem Philippo II. Hispaniarum Monarcha Catholico, petulantissimè *notari* jubent, quod *nec suaviter, nec humaniter* Belgas tractaverit, & *ideo* supremam in Batavos *potestatem* amiserit. Nemo hic mihi fidat, en verba furiatâ mente conscripta: (g) *Belgas Historiographi laudant ut populum ingenuum, libertatis amantissimum, & servitutem cane pejus & angue odio habentem. Hac autem in parte minimè Belgarum postremi sunt Batavi: à quibus æquitate & humanitate quidvis obtineas, per* VIOLENTIAM *&* TYRANNIDEM *nihil. Et hæc comperta habens Carolus Cæsar in abdicatione supremi Dominii, Philippum Filium de Belgis suaviter, humaniterque tractandis commonuit. Ac* NOTANDUM *quod* PER ISTIUS MONITI NEGLECTUM *Philippus, tametsi potentissimus,* SUPREMAM IN BATAVOS POTESTATEM AMISERIT. *Expende igitur Illustrissime Domine, an Batavis lucrandis conducat, jura eorum per* RECTÆ RATIONI CONTRARIA MANDATA *convellere, Ecclesiam illic omnibus privilegiis spoliare &c.* Hæc graviora sunt, quàm ut à Nobis castigari aut debeant, aut possint; nam illud genus ardelionum, non verbis emendabis, imò verberibus difficulter. Lectores mei judicabunt, homines illos dimittendos esse ut infrunitos, minimèque curandum sive dicant, sive non dicant, cùm ipsis statutum sit, dicere quidlibet. Sed in *Collectaneis* suis non nihil modestiores, quia verba fortè non sua proferunt, aut ex aliorum ingenio, & studio loquuntur; necessitatem nobis injiciunt ad illustranda nonnulla controversiæ Capita ad Fidelium Hollandiæ populorum instructionem. Quare subjicimus DISSERTATIONES sequentes, rogantes Lectorem, ut cùm aliqua jam dicta iterari conspiciet, ignoscat repetitionibus, quas extorserunt angusta Adversariorum argumenta. Et cùm in iisdem illis *Collectaneis* operam impenderint & perdiderint, ut Schismatis invidiam à se amolirentur, judicavimus nonnulla adjicienda esse *Dissertationi* nostræ XIV. quæ seriùs scripta esse, Tu Lector observa.

DISSER-

(g) *Epistola Capituli Metropolitani Ultrajectini ad Illustrissimum Dominum Josephum Spinelli &c. Ca-tharinæ Abbatem &c. Pag.* 10.

DISSERTATIO XIX.

An veteris Capituli Ultrajectini *Jus eligendi Episcopi*, transmissum sit ad modernos Missionarios Ultrajectenses?

Dissert. XIX. An veteris Capituli Ultrajectini *Jus eligendi Episcopi*, transmissum sit ad modernos Missionarios Ultrajectenses?

IN DISSERTATIONE I. ostendimus, antiquum jus Electionis, ab Ultrajectensibus cessum fuisse Carolo V. reservatâ Capitulo electione quâdam secundariâ, cujus jus pariter interiit, cùm eversus est Episcopatus. Probavimus, non esse postliminio locum, & ut esset, illud ipsum nihil utilitatis allaturum Missionariis Ultrajectensibus, utpote qui amissi juris non exstiterunt priores Domini. Et hoc contra Anonymum Auctorem Memorialis Gallici, qui dixerat, *clarum esse*, quod Ultrajectenses antiquum jus recuperassent.

De hac rei claritate videntur interim dubitasse; quare alia induunt arma, & provocant (*h*) ad Concordata Germaniæ de Anno 1447. per quæ Ecclesiarum Cathedralium Capitulis confirmatur jus liberæ electionis. Sub hoc tempus, inquiunt, *Ultrajectum sub natione Germanica censebatur*, adeoque *jus liberum eligendi Episcopi, penes Cathedrale Capitulum Ecclesiæ Trajectensis mansit*. Tum addunt Caroli V. Edictum integro seculo posterius, Anni scilicet 1548. qui Imperator, Ultrajectensibus nostris sua jura servaverit. Assurgunt enim illi hoc modo: (*i*) „ *In isto Diplomate pro* „ *fundamento ponit Conventiones vulgò* „ *Concordata* Inclytæ Nationis Germanicæ, „ cum Apostolica Sede pridem inita: *de-* „ *claratque*, ex Concordatorum istorum „ pacto ......, neminem circa jura sua „ ex causa, aut vi quorumvis Rescripto- „ rum, gratiarum, aut Bullarum Aposto- „ licarum turbari aut impediri posse, vel de- „ bere. *Ne quis autem opponeret, quod* „ *Apostolica Sedes mutare hujusmodi jura,* „ *& prolubitu eripere posset; addit Impe-* „ *rator, quod* „ Apostolica Sedes eadem „ Concordata rescindere, infringere, aut „ revocare minimè valeat, nisi cum expres- „ so consensu dictæ Nationis, & ex deli- „ beratione Concilii Generalis.„ *Et alibi di-* *cunt:* (*l*) „ In *Germanicæ Nationis cum Sum-* „ *mo Pontifice conventis .... non rarò hæc* „ *verba occurrunt: Durabit (Ordinatio) de-* „ *inceps nisi in futuro Concilio de consen-* „ *su dictæ nationis aliter fuerit ordinatum.*„

Hæc illi, ooo Germanis moribus, de Concordatis Germaniæ. Quid per Deum immortalem hæc faciunt, conducunt, juvant, ad præsentem statum Ecclesiæ Ultrajectinæ, quæ per Acatholicorum Dominationem ad illum redacta est situm, ut citiùs inter segetes ubi Troja fuit, reperias Priami arcem, quàm Ultrajecti Capitulum Cathedrale? Igitur ipsis consilium est ut fallant, & populo fabellas venditent, videanturque aliquid dicere cùm magnifica loquuntur, & rudi vulgo ignota. Sprevisse poteram hæc somnia & evanidæ mentis excogitationes; sed quia hæc *Collectanea*, & hæ *Epistolæ*, Belgico sermone ignaræ plebi obtrusa sunt, muniendi sunt Fideles adversùs laqueos venantium.

Intelligant igitur primò; nec Ultrajecti superesse Capitulum, nec Canonicos, nec Sedem Episcopalem, ut invictè demonstravimus in superioribus *Dissertationibus* nostris; proinde locum non esse Electioni, multò minùs electioni liberæ, nec Concordatis Germaniæ. Deinde audiant illud: Si dictis Concordatis etiamnum locus esset & occasio, jam Sacerdotes Ultrajectenses à S. Sedis Apostolicæ auctoritate, potestate, atque Imperio (quod jam horrent, & abominantur omnium hæreticorum more) magis, magisque dependerent, quàm ullæ per Orbem Ecclesiæ particulares, quibus sine talibus Concordatis, libera umquam fuit Episcopi electio. Hoc ex ipso Concordato discere poterant, nisi excæcasset ipsos præcox ambitio. Quid enim? Nonne NICOLAUS V. Concordatorum conditor, sibi, & Romanis Pontificibus successoribus suis reservat facultatem, ut possit electionem, vel maximè Canonicam, non confirmare, & ipsemet Ecclesiæ dare Præsulem quem judicaverit Electo præstantiorem? Verbis conceptis id statuunt Concordata. *Si Canonicæ fuerint electiones, eas confirmabimus, nisi ex rationabili & evidenti causa de dictorum fratrum* (S. R. E. Cardinalium) *consilio, de digniori & utiliori persona duxerimus providendum.* Fingamus igitur exstare etiamnum Capitulum Ultrajectense, & celebratam esse canonicè electionem de persona digna: nondum habebunt Episcopum quem elegerint. Poterit enim Pontifex ex justa & evidenti causa, pro majore Ecclesiæ utilitate

(*h*) Historia brevis, Præfatione loco præmissa pag. 3. Ep. Cap. Ultraj. ad Capitula Germaniæ pag. 3.
(*i*) Hist. brevis pag. 4. (*l*) Epist. ad Cap. Germaniæ p. 3.

Dissert. XIX. An veteris Capituli Ultrajectini jus eligendi Episcopi, transfusum sit ad modernos Missionarios Ultrajectenses.

litate & de Fratrum consilio, Electum præterire, & digniorem sua sola auctoritate Ecclesiæ Ultrajectinæ præficere. Ideòne igitur curiosiùs, quàm utiliùs, scrutanda erant Germaniæ Concordata, ipsis minimè intellecta, ut hodie doceremus Ultrajectenses, arctiùs ipsos etiam Sedi Apostolicæ subesse & subjici, quàm reliquas Ecclesias, quæ liberæ electionis jure gaudentes, à Pontificibus Romanis impetrabant confirmationem Electi simpliciter digni? Neque Canonistæ Germani id ignorant, aut tacent. Vide *Pishing. de Elect. & Elect. pot. Sect.* 7. §. 3. *n.* 304. Ad hanc admirabilem reservationem obstupendum non esse, ostendit Thomassinus (*m*) diligentissimus ille Antiquitatum Sacrarum indagator; quamvis adnotet, Calixtum III. declarasse, se usum non fuisse, nec uti velle eâ potestate, *nisi ex magna & urgentissima causa*, quamvis eamdem obtineret & *divino & humano Jure, simulque Concordatis*. Malè igitur cedit Ultrajectensibus, quod ad Concordata Germaniæ provocaverint. Sed quid prosperè eveniat illis, qui desperatam tuentur causam, & ponunt in cœlum os suum?

Vin' scire, quomodo ad hanc levitatem processerint? Videbant *Concilii Generalis* mentionem injici; quare statim arripiendus erat hic cuneus. Sed & hic nihil proficiunt. Neque enim Historiam tenent festini homines. Concilium Basileense varia ediderat Decreta pro Germanicarum Ecclesiarum prærogativis, quæ Germani prorsus tenenda dicebant, Apostolica verò Sedes omnia rejiciebat. Et hæc Decreta fuerunt causa dissidii, locumque dederunt Concordatis; adeo ut hic de Concilii Generalis supra Romanum Pontificem auctoritate, non agatur vel per speciem; & Nicolaus V. Concilio, & Nationis Germanicæ consensu nihil tribuit aliud, quàm quod circa Mensium Apostolicorum & Ordinariorum divisionem, atque circa Annatarum solutionem nihil immutaretur.

Edictum Caroli V. non respicit Episcopi Ultrajectini electionem, sed inferiorum Beneficiorum Collationes, quæ etiam in Mensibus Ordinariis impetrabantur Romæ, in præjudicium *Turnarii*, ut loquimur, quas provisiones valere non vult Cæsar contra Concordata Germaniæ. Hoc ipsum adnotavit Heussenius *in Batavia Sacro* unde illi hoc Edictum numquam visum, nulli Auctori cognitum, & ab Heussenio ex patrio idiomate Latinè redditum, desumpserunt. Loquitur his verbis: (*n*) *Ad Georgii Egmondani & Cleri Diœcesis Ultraj. supplicationem Carolus Cæsar* 1548. *IV. Kal. Augusti Diploma sequens edidit, quo sanxit nulla Rescripta, etiam Apostolica per Diœcesim illam, citra* Turnum, *ut vocant, Collatorum Ordinariorum, robur habitura contra Concordata Germaniæ, neque Placito Cæsareo munienda esse*. Qua probitate igitur, Caroli Cæsaris Edicto utuntur illi in casu planè dispari?

Non majoris est pretii aliud argumentum, noviter excogitatum ad asserendum ipsis jus liberæ electionis. Pugnant exemplo Schenckii, quem à Philippo II. ad Ecclesiæ Ultrajectinæ Sedem Archiepiscopalem dicunt nominatum; sed non Pontifici Romano, verùm ipsi Capitulo Ultrajectino; quod eumdem deinde elegisset in Archiepiscopum. Et remittunt nos rursus ad Bataviam *Sacram* (*o*) ubi Auctor intentionem dirigens ad asserendam Capitulo electionem, hunc ponit titulum: Electio Archiepiscopi Ultrajectensis, quam ille narrat verbis sequentibus: „Inter Romanum Pontificem & Hispaniarum Regem, ut ex Diplomatibus aliis „disertè constat, conventum erat, ut Rex „ad Cathedras implendas ac deinceps vacaturas idoneos *viros nominaret*, Pontifex verò electos *probaret, confirmaret*„que. Cùmque Ultrajectina, *confirmaret*„ita pridem in Metropolitanam Sedem haud „dudum vacaret per obitum Georgii Egmondani, Philippus quidem Hispaniarum „Rex, ut Comes Hollandiæ & Civitatis „atque Provinciæ Trajectensis Dominus, „ad eamdem delegit Reverendum Patrem „Dominum Fredericum Schenckum, juxta hoc Regiæ ipsius Majestatis, 22. *Mensis Septembris Anni* 1560. *Bruxellis* ad „eum missum Diploma, *desumptum ex* „authentico transumpto *Ecclesiæ Trajectensis*.„ Tum subjicit *Diploma* inscriptum non Summo Pontifici, sed *Rectoribus, Præpositis, Decanis & Capitulis Majoris & aliarum quatuor Ecclesiarum Civitatis nostræ Trajectensis*. In quo Rex dicit: „Reverendum Patrem Dominum Fredericum Schenck ex Baronibus de Toutenburch *vobis tenore præsentium nominamus & insinuamus*. Cupientes, ut eumdem in Archiepiscopum .... *debitè eligatis*, assumatis, & præficiatis &c. Datum „in Oppido nostro Bruxella, *die vigesima* „*Mensis Septembris Anno* 1561. Ita sub„scriptum per Regem, J. Vanen Asu &c.„ Subjicit deinde Bullam Pii IV. ipsi Schenckio inscriptam, quâ eumdem præficit Ecclesiæ Ultrajectinæ, sub data 28. *Maii* 1561. Denique affert Protestationem Prælatorum, ac quinque Capitulorum Trajectensium contra novarum Sedium in Belgio Erectionem; & fabulam concludit his verbis: *Interpositâ hâc contestatione, convenientes in diem Jovis indictum, Cleri Trajectensis primores, die* 13. *Nov. anni ejusdem eligitur Schenckus, Sedemque adit Ultrajecti-*

(*m*) Par. 2. Lib. 2. Cap. 38. n. 11. (*n*) Par. 1. fol. 249. col. 1. (*o*) Par. 2. fol. 10.

Hactenus Heussenius in *Bata-*
trajectinam. At in *Historia Brevi* (p) inter
via Sacra. addunt: „ Liquere, Regem Phi-
Collectanea, existimasse in præficiendo Eccle-
„ lippum existensi Archiepiscopo, nihilo plus
„ siæ Trajectensi habere, quàm ut aliquem no-
„ se juris habere, Canonicis si idoneus foret eli-
„ minaret; à Eadem repetuntur in DISSER-
„ gendum. „ TATIONE *de Misero Statu Ecclesiæ Ultra-*
jectinæ. pag. 21.

Hæc omnia plusquam suspecta sunt, cùm
nec temporum ratione consistant, nec rei
proprietate. Et quod ordinem temporum
spectat, observo 1. Quod Heussenius, præ-
tensis Litteris Philippi Regis ad Capitula da-
tis, assignet Annum 1560. non curando,
quod columnâ statim sequenti sibi contra-
dicet, dum ipsi Diplomati, prætensè Regio,
adjicit Annum 1561. 2.o Quod Rex nomi-
nasset Schenckium ad Archiepiscopatum Ul-
trajectinum 20. Septembris 1561. & per Bul-
lam, quam incautus homo immediatè sub-
jicit, Pius IV. illum jam præfecisset Ec-
clesiæ Ultrajectinæ 28. Maii ejusdem Anni
1561. 3.o Quod Rex Philippus Diploma No-
minationis dedisset Bruxellis 20. Septembris
1561. qui in Hispanias profectus fuerat Men-
se Augusto 1559. & numquam ampliùs in
Belgium rediit. Sic omnia miscet ille indili-
gentia veri, qui tamen vult universo Orbi
legem scribere. Si ipsius Chronologiâ stan-
dum sit, jam Fredericus Schenckius ad *Ar-*
chiepiscopatum nominatus, promotus, quin
& in possessionem introductus fuerit, qua-
tuor integris annis antequam Pontifex Ec-
clesiam Ultrajectinam erigeret in *Archie-*
piscopalem. Nam fol. 9. Bullæ Erectionis
hanc datam adscribit: *Anno Incarnationis*
Dominicæ millesimo, quingentesimo, sexage-
simo quinto, Iduum Martii. Scribendum
fuerat: *Anno millesimo, quingentesimo, sexa-*
gesimo, quinto Iduum Martii. Miserum est
cum dormitatoribus illis rem habere, qui
interim non nisi suas leges crepant.

Videamus, an illa quæ narrat, cum rei
proprietate consistant. Carolus V. jure ces-
sionis, ut in HISTORIA documus, & vi-
deri potest in *Appendice* N. II. habuit Jus
Nominationis ad Episcopatum Ultrajecten-
sem, reservatâ Capitulo electione non libe-
râ, sed secundaria (quæ propriè electio non
est) ejus scilicet, quem Cæsar nominasset.
At Philippus II. qui de plurium novarum
Sedium Episcopalium dote providere tene-
batur, ut in Bulla PAULI IV. aliud, & lon-
gè copiosius jus acquisivit; nam ex hoc ti-
tulo meritus est, & à Romano Pontifice sibi
& Successoribus suis obtinuit, omnium per
septemdecim Provincias Sedium Episcopa-
lium Jus Patronatûs; quo jure, & titulo
ad vacantes Sedes præsentare tenebatur (q)
Romano Pontifici, non Capitulo; neque re-

servata manente ullâ electione secundariâ.
Sic in Pii IV. Bulla Erectionis Archiepis-
copatûs Ultrajectini, in verbis: *Philippo*
Regi ejusque Successoribus, qui pro tempore
ipsius regionis (Trajectensis) *in tempora-*
libus Domini essent, JUS NOMINANDI RO-
MANO PONTIFICI *pro tempore existenti*
personas idoneas, *ac alias, certis tunc ex-*
pressis modo & formâ, qualificatas ad TRA-
JECTENSEM *& alias Ecclesias erectas &c.*
Igitur Rex Philippus in præficiendo Eccle-
siæ Trajectensi Archiepiscopo aliquid plus
juris habuit, quàm ut nominaret aliquem
à Canonicis deinde eligendum. Abrogata
namque fuit electio secundaria Capitulo
reservata per Cessionem Carolo Patri fa-
ctam. Pontifex novum jus concessit, Rex
admisit, & Successores ejus. Sic in reliquo
Belgio Catholico ad vacantes in Provinciis
Sedes, Augustissimus Imperator Carolus
VI. Belgii Princeps, hujus virtute indulti,
nominat Pontifici Romano; nec ullum dat,
aut dare debet Diploma ad vacantium Ec-
clesiarum Capitula: sed his Capitulis per
Bullam Apostolicam præcipit & mandat ip-
se Pontifex, ut Episcopo, sibi per Cæsarem
nominato, & à se Ecclesiæ vacanti præfe-
cto obediant, & reverentiam, atque obe-
dientiam exhibeant. Hæc scirens illi, si per
temporum conditiones licuisset Summo Pon-
tifici, ad ejusmodi nominationem, Eccle-
siæ Ultrajectensi proprium Archiepiscopum
dare. Scirent etiam, Capitula Cathedralia
in Belgio Catholico nullam celebrare Epis-
copi per Cæsarem nominati electionem;
quamvis iisdem cum Ultrajectina Ecclesia
legibus teneantur & privilegiis, ab erectio-
ne novarum Sedium. Scirent & illud, quod
Episcopo ad vacantem Sedem promoto,
plures & variæ à S. Sede Apostolica mittan-
tur Litteræ, sive *Bullæ*. Una scilicet, per
quam Electus absolvitur ab omnibus Ec-
clesiasticis sententiis, Censuris, & pœnis,
ut Ecclesiæ suæ provisionem acquirere pos-
sit. Altera, quâ Electo committitur Cura,
& administratio Ecclesiæ suæ in tempora-
libus & spiritualibus. Tertia, quâ ei datur
licentia suscipiendi Munus Consecrationis.
Quarta, per quam Imperatoris vel Princi-
pis, jus Patronatûs habentis, patrocinio &
favori commendantur Electus, ejusque Ec-
clesia. Quinta, (si Electus est Archiepis-
copus) quâ universis Suffraganeis Ecclesiæ
suæ mandatur, ut tamquam membra capiti
obsequentes, exhibeant eidem Electo Ar-
chiepiscopo fidelitatem & reverentiam de-
bitas. Sexta, ad Capitulum Ecclesiæ va-
cantis, ut superiùs diximus. Septima ad
Clerum, ut eumdem Electum tamquam Pa-
trem & Pastorem animarum suarum debi-
tâ obedientia admittant, ejusque mandatis
pareant. Octava, ad Populum Civitatis &
Diœcesis,

DISSERT. XIX. An veteris Capituli Ultrajectini Jus eligendi Episcopi, transmissum sit ad modernos Missionarios Ultrajectenses?

(p) Pag. 7. (q) Vid. Append. N. IV.

> Dissert. XIX. An veteris Capituli Ultrajectini Jus eligendi Episcopi, transmissum sit ad modernos Missionarios Ultrajectenses?

Diœcesis. Nona, ad Universos Vasallos Ecclesiæ. Decima denique, (si Electus, sit Archiepiscopus,) ut Pallium suscipere possit ab illis, quos Pontifex ad id officii committit. En modum, formamque, quibus, cum admirabili Sedis Apostolicæ sollicitudine, ad Episcopatum quis promovetur in Sancta Romana Catholica Ecclesia, extra quam provisionem, nullus id fastigii ascendit, nisi qui extra Ecclesiam est. Hujus rei exempla haberent in scriniis suis, si pronos Episcopos habuissent à tempore mutatæ Religionis in Fœderato Belgio. Similem provisionem habuit Schenckius, & si literas Apostolicas proferre valent, & volent, patebit 1. de Nominatione Regia Pontifici facta. 2. de imperata Capitulo Ultrajectino obedientia. De celebrata à Capitulo electione, apparebit nihil. Igitur petimus, ut Adversarii probent duo: primum quod adductum Diploma Regis Philippi genuinum sit, cùm tempori repugnet, & juris patronatus proprietati. Secundum, quod Capitulum Ultrajectinum reipsâ Schenkium elegerit, cùm id nullo probetur documento, & Heussenius id addiderit de suo; videaturque indicto die 13. Novembris 1561. non electio celebrata, sed possessio data, maximè cùm intervenerint Ministri Regii, qui Electioni canonicæ adesse non possunt.

Sed nondum dimittendi sunt, est enim admiratio multa in festivis illis hominibus. Dicant, amabo, quo jure hodie uti velint, ut consequantur Episcopum. Damus electionem, ut agant, aut ex Concordatis Germaniæ, aut ex pactione cum Carolo V. aut ex statuto per novarum Sedium erectionem inducto. Si eligant Concordata Germaniæ, nondum habebunt Episcopum. Quæro enim, an ita sint animo comparati, ut postquam elegerint dignum, idque ritè atque Canonicè, & Pontifex Romanus ex *Divino & humano jure, simulque Concordatis*, ob justam, rationabilem, & evidentem causam, pro majore Ecclesiæ Ultrajectensis utilitate, atque de S. R. E. Cardinalium consilio, alium digniorem Ecclesiæ præficere volet, an, inquam, humiliter ipsi obsequi velint Pontificiæ dispositioni? Obsequendum esse præcipiunt Concordata.

Atqui Sedes Apostolica aliud nihil intendit, aut egit à viginti retrò annis, quàm Ecclesiarum Batavicarum utilitatem spectare, & Missionibus dare Vicarios consecrandos; non quidem ex Concordatis, sed et divino & humano Jure. Ipsis verò humilis illa obsequentia defuit, & deesse pergit. Sequitur igitur, quod quamdiu illa deest, etiamsi etiam electionis liberæ jus ex Concordatis haberent, dari non posset ipsis Episcopus quem elegissent. Jam verò, nec Capitulum habent, nec jus electionis, & tamen tumultuoso ausu, & inaudito exemplo eligunt, non dignum, sed indignissimum; hominem excommunicatum, irregularem, & Ecclesiasticis Censuris & pœnis irretitum, & tamen audent Pontificiæ Confirmationis beneficium non tam implorare, quam spuere in os Vicarii Christi per horrendam hanc impudentiam. Ulteriùs, ex ipsis Concordatis Germaniæ, si Electiones non fuerint canonicæ, Pontifex providet Ecclesiis jure suo, in verbis: *si electiones elapso dicto tempore non præsentatæ, vel si præsentatæ* MINUS CANONICÆ *fuerint, providebimus.* Ex Concordatis igitur non nisi à Pontifice Romano Episcopum possunt accipere.

Si possent uti jure ex pactione cum Carolo V. Anni 1528. præhabenda foret Nominatio Principis, ut secundariæ Electioni, minimèque liberæ, locus esset. Sic enim ingitur: (r) *Electiones per Capitula ipsa in Episcopum Trajectensem, absque ipsius Caroli Regis & Successorum suorum Ducum Brabantiæ & Comitum Hollandiæ prædictorum nominatione .... factas, nullas, nulliusque roboris vel momenti existere eâdem* (Apostolicâ) *auctoritate decernimus.*

Denique, si novum Jus in Erectione Episcopatuum Belgii conditum amplectantur, jam nullam, ne minimam quidem, in Episcopi institutione partem habebunt Ultrajectenses, & res peragenda erit per Principem nominantem Pontifici Romano, & per ipsum Pontificem confirmantem; adeoque necesse erit & hic, ut convertant sese ad Sedem Apostolicam.

Futilia sunt reliqua, quæ in *Dissertatione de misero Statu Ecclesiæ Ultrajectinæ* objiciunt à pag. 19. & in anterioribus DISSERTATIONIBUS nostris plenè convicta. Pergimus igitur ad alia.

(r) Append. N. II.

DE

DISSERTATIO XX.

An posteriores quatuor Vicarii Apostolici peregrino titulo *in partibus* consecrati, Jacobus de La Torre, Balduinus Catzius, Joannes Neercasselius & Petrus Coddæus, fuerint Archiepiscopi Ultrajectini?

Diss. XX. An posteriores quatuor Vicarii Apostolici peregrino titulo *in partibus* consecrati, fuerint Archiepiscopi Ultrajectini?

IN DISSERTATIONE secunda examinavimus, an Sasboldus Vosmerus, & Philippus Rovenius fuerint Archiepiscopi Ultrajectini: neque enim de reliquis Vicariis Apostolicis movebatur quæstio, & Adversariorum nullus, hos quatuor, de quibus jam quæritur, aut eorum aliquem, umquam dixit Archiepiscopos Ultrajectenses. Appello Erckelium, qui Anno 1702. in aculeato scripto cui Titulus: APOLOGIA PRO CLERO, fatetur (s) *septem ordine Batavorum* VICARIOS *ab Apostolica Sede* *Batavorum Missionis Ecclesiis vel ut subinde loquuntur Missionibus fuisse præfectos*. Item: (t) *Passim Cleri* VICARIOS, *ab Apostolica Sede obtinuit*, *ut, Archiepiscopi Sebasteni & Episcopi Castoriensis, petierat & proposuerat*, *ne omnes recenseam, exempla declarant*. *Hi septem ordine* VICARII *ab Apostolica Sede Batavorum Ecclesiis præfecti*, sunt sequentes: Sasboldus Vosmerus, Philippus Rovenius, Jacobus de La Torre, Zacharias de Mez, Balduinus Catzius, Joannes Neercasselius, Petrus Coddæus.

Hos igitur septem, non *Archiepiscopos Ultrajectinos*, sed Vicarios Apostolicos fuisse, agnoscebat ille Anno 1702. Anno sequenti in alio Scripto suo: ASSERTIO JURIS &c. §. 5. quærit: *An post introductam Reformationem, Roma pro arbitrio* VICARIOS APOSTOLICOS *dederit Fœderato Belgio?* De acceptis à S. Sede Apostolica *Archiepiscopis Ultrajectinis*, ne quidem somniabat illo tempore. Heussenius in *Batavia Sacra* edita Anno 1714. nullum Vicariorum Apostolicorum, præter priores duos, Sasboldum atque Rovenium, *Archiepiscopos Ultrajectinos* dixit. Provoco ad librum.

Ecce autem Anno 1724. in *Historia Brevi* (u) la Torrium, Catzium, Neercasselium, quin imò Coddæum *Archiepiscopos Ultrajectenses* dicunt. Quibus argumentis? Nullis omnino, ast sola rerum suarum angustiâ ad hæc commenta redacti. Vin' scire consilium? Post Archiepiscopi Sebasteni suspensionem, cui numquam acquiescere statuerant, finxerunt existentiam Capitulorum Cathedralium, sine quorum (v) *consensu* non liceret alium ipsis dare Vicarium. Cùm idem ille Sebastenus ab Officio Vicarii Apostolici penitus removeretur, & Provicariis ab illo constitutis omnis Jurisdictio spiritualis adimeretur, commenti sunt Jura Capitulorum Cathedralium, ad quæ, vel vacante Sede, vel ab Officio suspenso Episcopo, Jurisdictio devolveretur. Cùm Pontifex declarasset, prætensa Capitula Jurisdictionem Ecclesiasticam nullam habere, & jam nulla data porta possent evadere, passi sunt dari sibi Vicarium à S. Sede, Gerardum Potcamp, nec ipsis invisum, nec ab eorum placitis abhorrentem. Hunc Deus sustulit de hoc mundo. Pontifex alium dedit Vicarium, verùm minimè futurum Potcampio similem. Sed illum regnare noluerunt ipsi, & tantis affecêre tædiis, ut officio renuntiare compulerint. Constituitur à Pontifice tertius, hunc exulem esse curarunt; & crescente, tantis ex successibus audacia, Vicarium ipsimet sibi elegerunt Heussenium primò, deinde Steenovium. Hic cùm non esset consecratus, & laceræ ipsorum copiæ, atque res accisæ, Episcopum poscerent, etiam inausa ausi sunt, & (x) die 27. Aprilis 1723. Steenovium elegerunt in Episcopum. Ne monstrum illud nasciturus Ecclesiæ Metropolitanæ confingunt. Episcopum putares, Præsulem Schencfiæ Ultrajectensis post mortem centum quaVerùm ne objicias, Ecclesiam Ultrajectinam caruisse Ekii, dragintà quatuor annis proprio (ut hactenus piscopo; aut, si Rovenius contenderunt) unicè, quamvis perperam Archiepiscopus, ultimus fuerit dictæ Sedis Antistite projam septuaginta tribus annis Anno etiam ilprio orbati exstiterint; audent 1724. omnes lud dixerunt, ut tandem Anno Zacharia ordine Vicarios Apostolicos, solo Philippo de Mez excepto, subitâ metamorphosi facerent, constituerent, prædicarent Archiepiscopos Ultrajectinos; ut horum Successor esset Cornelius Steenovius. Speciosiùs hæc narra-

(s) Pag. 25. (t) Pag. 26. (u) Pag. 24. 26. 27. & 28. (v) Apol. pro Clero. Pag. 26.
(x) Epist. ad Capitula Germaniæ Pag. 10.

Mmmm

Diss. XX. An posteriores quatuor Vicarii Apostolici peregrino titulo in partibus consecrati, fuerunt Archiepiscopi Ultrajectini?

narrarent apud Garamantas & Indos, quibus de rebus nostratibus compertum est nihil.

Diximus in Historia nostra, diximus in Dissertationibus, dicimus tertiò, ut adferant Literas Apostolicas, quibus La Torrius, Catzius, Neercasselius & Coddæus Ecclesiæ Ultrajectinæ præfecti sint, & tales Litteras, quales Dissertatione immediatè præcedenti enarravimus. Docuit ipsos Sasboldus (y) *quod expressè habetur in ordinationibus Papæ & Principum quod Episcopus debeat ostendere Promotionem suam.* Ostendant igitur, quatuor Vicariorum Apostolicorum promotionem ad Archiepiscopatum Ultrajectensem. Provocavimus illos, & provocamus denuò, ut probent, Neercasselium V. G. umquam usurpasse titulum *Archiepiscopi Ultrajectini*, imò vel per mendacium illi datum fuisse. Donec id præstent, haud alio nomine compellabo putidum figmentum hujus Anni, & falsam illam assertionem: quod postremi quatuor Vicarii Apostolici (z) *tum ab exteris, tum ab incolis habiti fint* Ecclesiæ Ultrajectinæ Episcopi. Docui, ni fallor, Dissert. VIII. quòd Vicarii Apostolici, *Ordinarii* non extiterint Ecclesiæ Ultrajectinæ, sed *Ordinariorum* gesserint vices dumtaxat. Id probatum dedi, & juris ratione & confessione partium; & monui, *Ordinarii* dignitatem nullatenus dependere ab usurpatione tituli, nec provenire ab opinione propria, aut ab adulatione alloquentium, aut scribentium. Sed hic provoco vanos illos in deceptione illusores, ut probatum dent, postremos quatuor à Rovenio Vicarios, aut usurpasse titulum, aut opinione ductos, alloquentium & scribentium salutationes, ut *Archiepiscopos Ultrajectinos* admisisse.

Destruant si possint clarissimum testimonium La Torrii, conceptis verbis de promotione sua testantis, his apicibus: (a) Rovenio, *indignus ego ..... succedo in præfatum Vicariatum Apostolicum.* Et aliud non minùs magnificum, in jactata illa Erectione Vicariatûs Ultrajectini, (b) ubi eumdem Rovenium dicit, suum *dudum in Vicariatu Apostolico Prædecessorem.*

Tribuunt ipsi multùm Epitaphiis & inscriptionibus sepulchralibus. Ecce autem illud quod Catzio positum est Lovanii in Sacello PP. Congregationis Oratorii D. Jesu. (c) *Illustriss. & Rever. D. Balduinus Catzius, Archiep. Philippens. & per unitum Belgium Vicar. Apost. obiit* XV. *kal. Jun. Anno* M. D. C. LXIII.

Quid laborem de Joanno Neercasselio Castoriensi Episcopo, qui prolixam Constitutionem, quam pro Missione dedit 17. Maii 1668. inchoat his verbis: (d) *Quia Constitutiones, quas Archiepiscopus Philippensis Philippus Rovenius bonæ memoriæ in* officio Vicariatus Apostolici Prædecessor noster &c. Et qui Anno 1683. cùm evulgaret Dissertationem suam contra Nobiles Toparchas prætendentes in Hollandia Jus Patronatûs, in *Præmonitu Canonicæ animadversionis in Dissertationem Canonicum Nicolai du Bois*, se ipsum nominat, aut saltem nominari patitur: *Reverendissimum Sedis Apostolicæ in Belgio Fœderato Vicarium?* Id quod occurrit promiscuè per totam Scriptionem, præcipuè verò pag. 27.

Sed propriis armis debellandi sunt Adversarii, uti jam sæpe sæpissime fieri contigit. Anno 1662. defunctis La Torrio, Mezioque, supplicarunt Ultrajectenses S. Sedi pro novo Vicario Apostolico, & in *Statu rerum Ecclesiæ Batavæ*, ex *Mandato Vicariatus Ultrajectensis* (dd) ad Sacram Congregationem misso, testantur Majores sui: quod Episcopatus Ultrajectensis, & Harlemensis cum reliquis quatuor, *gubernati* semper *fuerint à Vicariis Apostolicis.* Igitur, teste Vicariatu Ultrajectino, Sasboldus, Rovenius, & La Torrius Vicarii Apostolici fuerunt, non *Archiepiscopi Ultrajectini.* Iterum in dicto *Statu* proferunt hæc verba: *Nunc placuit Sanctissimo Domino nostro binos Viros* (Catzium & Neercasselium) *designare examinandos* ad vacantem dignitatem Vicariatus Apostolici *super dictis duobus, ac quatuor aliis prænominatis Episcopatibus.* Vides vacare dignitatem *Vicariatûs Apostolici*, non *Archiepiscopatûs Ultrajectini.* Denique addunt, *ex duorum* Apostolicorum Vicariorum *constitutione non plus incommodi timendum videri, quam ex uno Vicario Apostolico, & altero Coadjutore.* Non somniarunt quidem Majores sui de Archiepiscopo Ultrajectino, & Catzius factus est Vicarius Apostolicus ac Archiepiscopus Philippensis, Neercasselius verò Catzii Coadjutor, ac Episcopus Castoriensis. Ad hæc conticescant necesse est, si locum dent veritati, & veritati apertissimæ. Legat, qui volet, *Statum* illum à Presbyteris Ultrajectensibus confectum, à Vicariatûs Ultrajectensis Secretario subscriptum, Romam missum, & in Sacra Congregatione expensum, patebitque religiosos Sacerdotes illos ab Erckelii commentis remotissimos esse. Ne multa accumulem, ecce schedulam mortuariam, quam ipsimet Ultrajectini ediderunt post mortem Neercasselii, sub specie Epistolæ Zwollis datæ 7. Junii 1686. (e *Hestern.*

(y) Bat. Sac. Par. 1. fol. 49. (z) Historia brevis pag. 18. (a) Append. N. XI. Litt. L. (b) Ib... N. XVI. (c) Bat. Sac. Par. 2. fol. 475. (d) Ibid. fol. 495. (dd) Append. N. XLII. Litt. B.

(e) *Op gisteren tusschen 4. en 5. uren des morgens is alhier overleden de Doorluchtig...*

Hesternâ die inter horas quartam & quintam matutinas hic obiit Illustrissimus & Reverendissimus D. Joannes Neercasselius, Episcopus Castoriensis, & Vicarius Sedis Romanæ Per Fœderatum Belgium.

De Coddæo non est operæ pretium inquirere, nam ut ut audaces sunt Adversarii, negare non poterunt, nec audebunt, quod ille quoad vixit, sese scripserit, *per Fœderatum Belgium Vicarium Apostolicum*. Jam ego cordatos omnes appello, an ita fuissent locuti quatuor illi Præsules, si fuissent *Archiepiscopi Ultrajectini*? Quid igitur censendum est, de prostituta illa Adversariorum audacia, qui illos hodie *Archiepiscopos Ultrajectinos* comminiscuntur? Mecum lugebunt boni omnes, non jam cæcitatem aut somnia Ultrajectensium Sacerdotum, sed profligatum ad commenta animum, illumque, rebellionis infelicitate proclivem ad imposturas. Non irascantur mihi, qui hic acerbiùs loquor, sed sibimetipsis, qui ita cogunt. Probos ipsos Viros habebo, cùm probè loquentur, sed quamdiu malis artibus causam tuebuntur suam, ligonem dicam ligonem, & scapham vocabo scapham. Neque timeo, ne malignis verbis insurgant in me, & diris devoveant, aut congregent quidquid ubique est flammarum & fulminum; neque enim, si totus illabatur Orbis, tacebo imposturas.

Non latet me, quid his omnibus responsuri sint: nempe (*f*) *posteriores Episcopos*, sive Vicarios quatuor, *cautiùs & majori sollicitudine quàm priores, à titulo Ultrajectensis Ecclesiæ abstinuisse; nempe ut Acatholicorum vitarent offensionem, qui Sasboldo atque Rovenio, crimini verterant, quod istum titulum gessissent. Nihilo tamen secius posteriores æquè ac priores ad Ministerium Ecclesiæ Trajectensis electos & consecratos fuisse.* Narrent hæc Pueris & muliercubis, & si possint, persuadeant. Falsum est, priores Vicarios, & multò minùs posteriores, consecratos fuisse *Archiepiscopos Ultrajectenses*. Probent si possint. Sed quare meditata loquuntur obscuritate, dum nos & illos *ad Ministerium Ecclesiæ Trajectensis* dicunt electos? Fueruntne electi, ut illius Ecclesiæ essent sponsi, & Episcopi proprii; an verò, ut ex Delegatione Apostolica Ecclesiam administrarent? Hoc clarè & distinctè explicant illi, qui nolunt fucum facere. Solus Sasboldus ad Ultrajectinam Cathedram *nominatus* fuit, *consecratus* numquam. Reliqui ne *nominati* quidem.

Diss. XX. An posteriores quatuor Vicarii Apostolici peregrino titulo in partibus consecrati fuerint Archiepiscopi Ultrajectini?

Quàm futile est, quod addunt de vitanda Acatholicorum offensione? Sasboldo atque Rovenio non tantùm crimini datum fuit, quod conati sint Sedem Archiepiscopalem apprehendere, quam apprehenderunt numquam; sed vel maximè, quod uti Vicarii Pontificis, Jurisdictionem exercere ausi sunt spiritualem. Et his non obstantibus, La Torrius, Neercasseliusque *Successores* se dixerunt, & scripserunt Rovenii in *Vicariatum Apostolicum*, nihil inde sibi metuentes ab Acatholicis. Sed hic monere debeo, nihil juvare, quod se Rovenii Successores dixerint. Ut aliquid conficerent Adversarii, probare deberent illud, quod Vicarii Apostolici omnes reipsa fuerint & sese dixerint SCHENCKII SUCCESSORES. Sed hic opus, hic labor; hic sudabunt, sed probabunt numquam. Ego multùm delector provocationibus honestis in re litteraria: quare ad nobilem illos pugnam evoco, ut doceant, sed documentis indubitatis & quæ à nobis inspici possint, quod Sasboldus, Rovenius, La Torrius, Catzius, Neercasselius, Coddæus se dixerint aut scripserint SUCCESSORES SCHENCKII IN SEDEM ULTRAJECTINAM. De appellatione tantùm quæro, non de re ipsa; Schenckius enim Successores habuit nullos.

DISSERTATIO XXI.

An prætensum Capitulum Cathedrale Ultrajectense hodiernum, haud interrupto ordine propagatum sit à vero Capitulo veteri?

IN *Collectaneis* Sacerdotum Ultrajectensium, tertio loco datur nobis: DISSERTATIO DE MISERO STATU ECCLESIÆ ULTRAJECTINÆ, MEDIISQUE QUIBUS ILLI SUCCURRENDUM SIT. Hanc illi dividunt in quinque Capita. Non observabo hic, quod Sacerdotes Ultrajectini multis peccatis suis, in hanc, de qua queruntur, ærumnam inciderint, & quod Media, quibus illis succurendum sit, non nisi à S. Sede Apostolica sint quærenda. Animus enim est, illos novissimè causam dicentes admittere.

tigste en Hoogwaardige Heer Joannes Neercassel Bisschop van Castorien en Stedehouder van den Roomschen Stoel door hee Vereenigde Nederland.

(*f*) Historia brevis. pag. 18.

Dissert. XXI An præsensū Capitulū Cathedrale Ultrajectense hodiernū, haud interrupto ordine propagatum sit à vero Capitulo veteri?

tere. In primo Capite ostendere conantur, „ necessarium esse Ecclesiæ Ultrajectinæ „ Episcopum tum Divino, tum Canonico „ Jure, eamque necessitatem omnino esse „ extraordinariam.„ Poterant huic labori pepercisse; nam quæ Ultrajecti, & per reliquas Fœderati Belgii Provincias existit Episcopi necessitas, sive extraordinaria illa sit, sive ordinaria, tota pendet ab arbitrio Summi Romani Pontificis, ut Ecclesiæ Catholicæ Pastoris, & Rectoris universalis, prout alibi monuimus. Pontifex autem, Episcopos Ecclesiis Hollandicis negavit numquam. Priores septem Vicarii Apostolici, si Zachariam de Mez adnumeres, fuerunt omnes Episcopi; inter posteriores quatuor, Episcopus fuit Adamus Daemen consecratus Anno 1707. & consecrandi fuissent reliqui, si per tempora licuisset, & præsertim per Sacerdotes Ultrajectinos.

Capite secundo multa congerunt de Jure Electionis, quod competeret Ecclesiæ Ultrajectensi; sed his omnibus integrè satisfactum est in Dissertatione I. & jam in XIX. Adferunt tamen argumentum sola sui formà novum, quo se finem Controversiæ imposuisse putant, & loquuntur his verbis: (g)

Capitulum vetus Cathedrale Ultrajectense habuit jus eligendi Episcopi.

Atqui Capitulum Cathedrale Ultrajectense hodiernum haud interrupto ordine propagatum est à Capitulo veteri.

Ergo Capitulum Cathedrale Ultrajectinum hodiernum jus habet eligendi Episcopi.

De forma Syllogismi dicere non est animus, materiam arripere suffecerit. Illi putant se totum conficere, si probent Minorem positi Syllogismi propositionem; & vellent nobis excidisse, quod veteris Capituli jus eligendi Episcopi, aliud atque aliud fuerit, diversis nempè temporibus; optantes etiam tantam in nobis oscitantiam, ut non adverteremus, modernos Sacerdotes Ultrajectinos, si veterum Canonicorum Successores existerent, (quales non existunt) non aliam accepisse, aut accipere potuisse hæreditatem Juris, quàm ejus, quod novissimis temporibus tenuerunt veteres. Sed oportet nos esse liberales, quare dabimus Adversariis, laborandum hic non esse, nisi *ut solidè probetur Minor*. Et hic ipsos expecto, sed memores esse volo, quod *solidam probationem* promiserint.

Dicunt primò, præter Canonicorum propagationem, (de qua mox) etiam Capituli Metropolitani Dignitates, ut loquimur, solito modo conservatas esse; & ex Libello (nescio quo) Philippi Rovenii, proferunt unum exemplum; quod quia antiquum, sine dubio valere volunt; parum solliciti, quod à centum annis non sit reperire secundum. Ponunt autem, N. Renesse Canonicum Ecclesiæ Metropolitanæ S. Martini electum fuisse Decanum Anno 1617. Hic certè *solidi* adferunt omnino nihil, & quod sæpè sæpiùs ipsis contigit, loquuntur quod non intelligunt. Decanus, de quo hic, est Joannes a Renesse, idem ille quem Heussenius finxit Vicarium Generalem Sedis Ultrajectensis post Schenckii obitum vacantis, quod confutavimus in Dissertatione V. Et hic de Dignitate ejus Decanali omnia sunt tam certa, (id est incertissima) quàm ibidem de ejusdem Officio Vicarii Generalis. Secundùm Epitaphium ejus, electus fuisset Decanus Anno ætatis suæ 59. Atqui ex eodem Epitaphio, & ex ipsa adnotatione Heussenii (h) Joannes ille natus erat Anno 1540. Igitur si addas annos 59. subduces Annum vulgarem 1599. quo electus fuisset Decanus, non autem Annum 1617. uti hodie volunt. Sed ignoscamus infirmæ semper & ubique Ultrajectensium Chronologiæ, & demus tantisper, Joannem à Renesse electum fuisse Decanum Anno 1617. Quid tum postea? Ideone Ecclesiæ Metropolitanæ Dignitates solito modo conservatæ fuerunt? Imo verò perierunt. Joannes à Renesse obiit Anno *1619*. Doceant itaque Ultrajectenses, post ejus obitum celebratam fuisse electionem alterius in ejus locum, Decani; id si fecerint, simul probatum dabunt hoc, quod rebus ipsorum obest, quàm quod maximè: scilicet, electum fuisse Decanum per Canonicos Catholicos simul & Acatholicos, qui tum temporis permixti erant in Capitulo; & eàdem opera necessitatem sibi ipsis facient probandi aliud quoque paradoxum, nempe, Acatholicos illos Canonicos passos esse, sibi dari Decanum Catholicum. Et præterea, doceri vehementer cupio, à quo Decanus ille electus, fuerit confirmatus, & à quo habuerit jurisdictionem in Canonicos, aliosque præbendatos Ecclesiæ Metropolitanæ? Anno 1619. Philippus Rovenius auctoritate Apostolicâ & Delegatione extraordinariâ præerat, non soli Ecclesiæ Ultrajectinæ, sed toti Fœderato Belgio. Ab illo igitur necesse habuit Decanus ille Confirmationis tabulas accipere. Has cupimu[s] nobis exhiberi, ut discamus, qua discret[ione] verborum claritate distinxerit Rovenius Catholicarum & Acatholicarum animaru[m] curam, & regimen. Si dicant, in solos Ca[-] nonicos Catholicos datum à Rovenio ju[s] & imperium, jam Electus ille non fuer[it] Decanus Capituli, sed aliquot dumtax[at] Canonicorum; imò ne Decanus quiden, sed Curator Spiritualis residuorum, nulli[us] ferè juris, Canonicorum. Igitur Deca[nus] ille, quem obtrudunt, & Capitulum

(g) Pag. 11. (h) Bat. Sac. Par. 2. fol. 45.

cet interiisse, & Sedem Episcopale Salem ever-
sam. Quod addunt de Carolo de Trognei
qui Archidiaconalis Dignitatis institutionem
accepisset Anno 1619. & de testimonio
Rovenii, id omne inane esse, discere pos-
sunt ex DISSERTATIONE VI.

Secundò, toti sunt in eo (i) ut Cano-
nicorum Ultrajectensium propagationem ad-
struant, sed hic tam obscura utuntur ora-
tione, tantàque in anxiis rebus enuntiandis
contrarietate, ut difficulter, quid velint as-
sequi possimus. Consentiunt nobis, quod
Anno 1622. Catholicis præclusus fuerit adi-
tus ad Capitulum, Præbendasque Ultraje-
ctenses; & quod defunctorum loca impleve-
rint Canonici Acatholici; quæ duo Nobis cer-
tè sufficere videntur, ut Capitulum Ultra-
jectinum pronuntiemus destructum. Id cùm
non ferant ipsi, miseris adeò subtilitatibus
se implicant & compungunt, ut & Capitu-
lum, manifestissimam subiisse ruinam, & Vi-
cariatum Rovenii, inane sine auctoritate
Collegium esse, invictè demonstrent, quan-
tumvis inviti.

Aiunt primò, *Canonicorum Catholico-
rum loca impleta fuisse à novis Canonicis,
quamvis Acatholicis, eo potissimum fine, ut
fructibus potirentur, & hac ratione Colle-
gium istud ex parte Acatholicorum usque
in hunc diem propagatum esse; ex parte
Catholicorum etiam ut propagaretur cura-
tum esse, eo præcipuè fine, ut jura &
jurisdictio in spiritualibus conservarentur.*
Verba isthæc sunt, sed minimè *solida.*
Quomodo Acatholicos illos, vocant ipsi
Canonicos? Erantne præbendæ Ecclesiasti-
cæ, & Juris Canonicalis capaces? Sed si
Acatholici illi, Capitulum Ultrajectense
usque in hunc diem propagarent, quid Sa-
cerdotibus Ultrajectensibus reliquum fuit?
Quo jure dividunt illi Capitulum Cathe-
drale, & uni parti concedunt *jura & fructus* tem-
porales, sibi ipsis verò *jura & jurisdictio-
nem in spiritualibus*? Nonne ex uno Ca-
pitulo, constant illi duo Capitula distin-
cta, quorum unum comedat pinguedinem
terræ, alterum rore Cœli victitet? An for-
tè Acatholici fructibus præbendarum con-
tenti, Catholicis cesserunt jus & jurisdi-
ctionem spiritualem? Puerilia sunt hæc, &
ex argumentorum inopia prolata. Acatholi-
ci illi, nec Canonici sunt, nec Capitulum,
& nihil ad rem facit præpositus *ipsis finis,*
ut fructibus potirentur. Catholici verò, jam
præbendis privati, & functionibus Canoni-
calibus, ac jurisdictione Ecclesiastica, imò
Religionis Catholicæ exercitio interdicti,
nec ipsi sunt Canonici, aut Capitulum;
adeoque ex hac ipsa subtili, sed miserrima
distinctione, apparet clarissimè, vetus Ca-
pitulum Ultrajectense interiisse omne; nec

quidquam facit, quod animo intenderint *Jura & Jurisdictionem in spiritualibus con-
servare.* Hæc jura non aliter conservantur,
nec conservari possunt, quàm per Cano-
nicos & Capitulum, qui Canonicale Offi-
cium & Capitularem Jurisdictionem in actum
deducere valent, in illa ipsa Ecclesia, cu-
jus dicuntur & sunt Capitulum & Canoni-
ci. Atqui, ut documus in HISTORIA no-
stra (l) jam à die 23. Martii 1580. Ec-
clesia Metropolitana Ultrajectina Canoni-
cis Catholicis erepta fuit, interdictâ iisdem
omni intra illam non tantùm Jurisdictione
Ecclesiasticâ, sed quin etiam omni exer-
citio Sanctæ Religionis Catholicæ; quomo-
do igitur Jura ac jurisdictio conservata sunt,
aut conservari potuêre? Si istud illi non
intelligant, respondeant ad hoc. Vel Aca-
tholici occuparunt Catholicorum loca unà
cum juribus & Jurisdictione Canonicorum
atque Capituli, vel occuparunt sine illis. Si
primum; jam loca, & præbendæ & jura
transierunt ad Acatholicos. Si secundum,
jam jura sunt deperdita, amissa, exstincta,
cùm pertinerent ad illos qui intra Eccle-
siam Ultrajectinam Præbendati existentes,
loca habebant in Choro, vocem in Capi-
tulo, regimen in Ecclesia, & Jurisdictio-
nem in Diœcesi Ultrajectina secundùm Sa-
crorum Statuta Canonum. Tales Canonicos
Ultrajecti existere, probandum ipsis maxi-
mè est, ut aliquid adferre dicantur.

Philippus Rovenius, inquiunt, tum or-
dinariâ suâ potestate, tum extraordinariâ à
Pontifice acceptâ plures creavit Canonicos.
Ordinariam jurisdictionem in Rovenio non
agnosco, est enim illa quæ à lege datur,
& descendit; atqui in universo Juris Cano-
nici aut Civilis Corpore, nulla extat lex
aut constitutio, quæ Vicariis Apostolicis ju-
risdictionem tribuat. Quod crearit Cano-
nicos, etiam non subsistit, ut in DISSER-
TATIONE VI. ostendi. Quos enim illi ven-
ditant pro Canonicis, creati sunt illo tem-
pore, quo ad Præbendas Ultrajectenses Ca-
tholicis præclusus erat aditus; & de simili
Canonicatu sibi collato adeò erubuit Jaco-
bus de La Torre, ut apud S. Sedem Cano-
(m) nicos Ultrajectenses enumerans, no-
men inter illos suum apponere non volue-
rit. Quare, ferendum non est, quod in re-
centiori hocce opusculo (n) inter VETE-
RES *Metropolitanæ Ecclesiæ Canonicos* nu-
merent hos quinque: LAMBERTUM FEY-
TIUM, GERARDUM PELTIUM, ENGEL-
BERTUM KENNIPHOVIUM, RUMOLDUM
MEDENBLEKKIUM, ET PETRUM PURME-
RENTIUM. Nam hi omnes à Rovenio Ca-
nonici creati sunt, ipsis docentibus Adver-
sariis, (o) sed jam, ut videntur, memoriâ
lapsis. Illi semper dicunt eadem, & repetunt

Disser: XXI. An p. xx... Capitulū Cathedrale Ultrajectense hodiernum, haud interrupto ordine propagatum sit à Capitulo veteri?

Nnnn

(i) Pag. 12. (l) Art. IV. fol. 8. (m) Vide Diss. X. fol. 257. (n) Dissertatio de Missione, &c. pag. 12. (o) Ass. Juris. pag. 33. Bat. Sac. fol. 183. 239. 263. & alibi.

Dissert. XXI. An prætensū Capitulū Cathedrale Ultrajectense hodiernum, haud interrupto ordine, propagatum sit à vero Capitulo veteri?

repetunt quæ ad desperatum Capitulum faciunt, nihil curantes, quod alibi docuerint oppositum, modò incautis, vel ad unum solum diem persuadere possint, hos fuisse Canonicos, per quos vetus Capitulum propagatum sit.

Ipsa porro propagatio veteris Capituli, prout ipsi illam adstruunt, apertè demonstrat id quod diximus, tam de jurisdictione, quàm de amissis Canonicis. Mussitant his verbis, cùm non audeant clarè eloqui quod sentiunt: „ Verùm etsi ad Collegii istius „ (*veteris Capituli*) conservationem satis „ esset, novos identidem Canonicos in de„ mortuorum loca sufficere: *istud tamen* „ *haud æquè* ad consilia in Ecclesiastici re„ giminis utilitatem, & ubi res poscebat, „ conferenda, & *ad exercendam jurisdi*„ *ctionem, juraque conservanda valebat.*„ Hic profectò loquuntur ænigmata somniorum, quibus intelligendis explanatore opus est, & interprete. Non capio, quomodo ad *conservationem Capituli* satis esset novos, (sed veros) instituere Canonicos, & hoc ipsum non sufficerit *ad conservanda Jura Capituli*. Conservato ritè Capitulo, jura quoque servata esse, loquentur Canones & Canonistæ. Sed cùm ipsi hanc consequentiam non admittant, & fateantur per institutos à Rovenio Canonicos conservata non esse *jura Capituli*, dicant undenam modernis Sacerdotibus illa *jura* venerint? Hic nobis adsunt & respondent: *Archiepiscopus Rovenius expedire judicavit* COLLEGIUM QUODDAM *institui, quod Ecclesiæ* PRO CAPITULO *esset*. Bene habet! Atqui ostendimus in DISSERTATIONE X. Rovenium nec *potuisse*, nec *voluisse* veri nominis Capitulum Cathedrale erigere; ergo illi nulla jura Cathedralia habent, jurisdictionem Ecclesiasticam nullam, adeòque totum quod exercent jus, sine lege, sine Canone usurpant. Quàm illi rectiùs argumentarentur, si ex positis per ipsosmet principiis concluderent, Capitulum vetus interiisse, propagatum non esse, amissamque esse per omnia jurisdictionem capitularem?

At longè sunt ab eo; statim enim pergunt in hæc verba de Vicariatu Rovenii. „ Hoc Collegium reipsâ nullatenus diver„ sum erat à Capitulo, & eadem omnia „ præstabat: Membra illius statutis tempo„ ribus conveniebant, & de administratio„ ne Ecclesiæ conferebant.„ Sic luctantur illi cum veritate, imò veritatem obscurant. Quid significant negatoria illa verba, quod *Collegium* Rovenii *reipsâ nullatenus diversum erat à Capitulo?* Collegium Rovenii, & Ecclesiæ Metropolitanæ Ultrajectinæ Capitulum erat-ne idem cœtus? Quare ergo statim dixerunt, à Rovenio institutum *Collegium quoddam* quod *Ecclesiæ pro Capitulo esset*? Si Collegium istud nullatenus diversum erat à Capitulo, & Capitulum ab Acatholicis occupatum fuerit, ut docuerunt ipsimet, ergo Rovenii Collegium etiam cessit Acatholicis. Quid juvat loqui, garrire, dicere ineptias in re seria?

Adducunt rursus Roveniani Collegii Congregationem Anni 1637. in qua deliberatum fuit de proponendo S. Sedi Sacerdote inter suos aliquo, qui ipsiusmet Rovenii, viribus fracti, Coadjutor esset in Vicariatu Apostolico. Sed hanc Congregationem excussimus in DISSERTATIONE XIII. Subdunt deinde: „ Haud multo post tempore, nempe An„ no 1640. Illust. Rovenius exilio mulcta„ tus est; uti etiam aliquot post annis ejus „ Coadjutor. Cùmque perillustres hi Præ„ sules vel à grege suo abesse, vel latitare „ cogerentur; prædictum Collegium, *pe*„ *ne totum* Ecclesiæ Ultrajectensis *regimen* „ suscepit, & præclarioribus suis membris, „ Petro & Suitberto Purmerentiis, Joanni „ Schadé, Abrahamo Brienen, Joanni Neer„ cassello &c. administrandum tradidit.„ Quis contineat animum, cùm ab Impostorum insolentiis premitur, & calcatur, maximè cùm illi veritatis conscii sibi sint? Habent, & sæpissimè citarunt operosam illam & prolixam *Relationem* La Torrii de Anno 1656. cujus nos Extractum dedimus inter Monumenta. (*p*) Testatur autem La Torrius clarissimis verbis, in Missionis regimine usum se fuisse operâ Joannis Wagtelarii ut Vicarii Generalis, cujus socios seu Assessores dicit Joannem Putcamerum, Abrahamum Brienen & Joannem Schadeum à Rovenio constitutos, *& à se mox confirmatos*. Defuncto autem Wagtelario, divisum à se Vicariatum, & *majori parti Diœcesis Ultrajectensis* à se rursus præpositum *Joannem Neercasselium; eidem præfatus Putcamerum & Brienen in Assessores adjungendo. Hollandiæ verò Australi*, quæ etiam est pars Diœcesis Ultrajectinæ, *prædictum Schadaum; & Cliviæ parti*, ejusdem rursus Diœcesis, *Ludolphum Brunesium* à se denuò fuisse præpositos. Igitur omnes illi Sacerdotes, ex potestate La Torrii Vicarii Apostolici, Diœcesis Ultrajectensis regimini admoti sunt: & adhuc audebunt Adversarii dicere, quod *prædictum Collegium, pene totum Ecclesiæ Ultrajectensis regimen susceperit, & præclarioribus suis membris Petro & Suitberto Purmerentiis* (quos tamen duos La Torrius non adnumerat subdelegatis suis pp) *Joanni Schadé, Abrahamo Brienen, Joanni Neercassello &c. administrandum tradiderit?* Nisi hic levitatem retractent, dicam illos homines præmortui pudoris.

Miseret me tamen imprudentiæ. Quid sibi vult, quod prædictum Collegium *pene totum* Diœcesis Ultrajectensis *regimen* suscepisset?

(*p*) Append. N. XI. Litt. N. (*pp*) Vide infra: *Seriem Chronologicam &c.* post Dissertationes.

cepisset? Quis administravit & rexit reliquum? Nonne, si vanissimum istud Collegium fuisset Capitulum Cathedrale cui, mortuo, vel per omnia impedito Episcopo, jurisdictio competiisset Ecclesiastica, TOTUM omnino Diœcesis Ultrajectinæ REGIMEN suscipere debuisset? Sed nudi illi Presbyteri, ambientes principatum quemdam in Ecclesia Dei, ne quidem norunt concupitæ auctoritatis latitudinem.

Nondum tamen abstinent ab insidiis, & ut assolent, obscurâ atque ambiguâ utuntur oratione, ut securiùs fallant. Narrant autem, Neercasselium jam Vicarium Apostolicum & Episcopum Castoriensem, *cum prædicti Collegii Assessoribus Ecclesiastica negotia curasse.* Explicent si audeant, sensus suos. Assessoresne illi, jure proprio & ex auctoritate prætensi Capituli, an verò ex Neercasselii certissimâ, nominatissimaque Delegatione negotia curarunt Ecclesiastica? Sub Neercasselio in Missione Hollandica administranda partem habuit Abrahamus Brienen *Joannis Neercasselii Castoriensis Episcopi Vicarii Apostolici, Pro-Vicarius.* Ita Heussenius. (q) De Petro Coddæo & Josepho Caosebant, qui certò certiùs Neercasselii quoque Pro-Vicarii fuerunt; *Vide Articulum XIII.* & inf. *Seriem Chronologicam* &c. Ferendumne igitur est, ut illi semper & ubique, etiam meliora docti, imaginario Capitulo attribuant Jurisdictionales actus, qui à Vicariis Apostolicis aut ab eorum subdelegatis, Auctoritate Apostolicâ emanarunt?

Sed omnem excedit modum, quod sequitur. „ Cùm egregius hic Præsul (*Neercasselius*) vitâ defunctus esset, Assessores „ memorati Collegii non tantùm instituerunt *Vicarios Generales*, qui Collegii nomine quas vocant Dimissorias concederent; sed Capituli ritu congregati *D. Heussenium sibi* EPISCOPUM *elegerunt:* „ quam electionem in Epistola quadam ad „ Cardinalem N. his verbis describit Theodorus Cockius: *Universus Clerus tum* „ *Ultrajectinæ tum Harlemensis Ecclesiæ* „ *in utroque Capitulo conveniens, Dominum Hugonem Heussenium S. Congregationi concordibus suffragiis proposuit, &* „ *defuncti Præsulis successorem expetivit.* „ *Vide* MEMOIRE POUR L'EGLISE D'UTRECHT *P.* 130. „ Falsum est, hos *Vicarios* à Vicariatu Ultrajectino seu Collegio Roveniano institutos fuisse. Rexerunt enim potestate acceptâ à Neercasselio defuncto, illâque expirante, ab Internuntio Apostolico. *v. Articulum XIII. & Dissertationem XII.* ubi, quid illi affectarint post mortem Neercasselii, latiùs explicatur. Quod addunt, se Capituli ritu congregatos *Heussenium sibi* EPISCOPUM *elegisse*, id verò falsissimum est, & ex hodierna rerum suarum angustia, cum superioris anni somniis excogitatum. Quamdiu Vicarios Apostolicos qui suarum partium essent, pro Missione Hollandica extorquere conati sunt, ad se pertinere dixerunt Vicarii Electionem; & priores omnes usque ad Sebastenum Vicarios, à Roveniano Collegio finxerunt reipsâ *electos*; quod nos multis confutavimus in *Dissertatione XIII.* Nunc, cùm sibi Episcopos dari volunt invitâ S. Sede, electos non tantùm ab eodem Collegio, dicunt Episcopos, sed eosdem illos Vicarios Apostolicos omnes, comminiscuntur Episcopos Ultrajectinos. At at, modernorum ingeniosæ adinventiones immutare nequidquam valent facta genuina, verissima, & constantissima superioris temporis.

Disserta. XXI. An prætensū Capitulū Cathedrale Ultrajectense hodiernū, haud interrupto ordine propagatum sit à vero Capitulo veteri?

Circa Heussenium igitur, qui numquam exstitit Episcopus aut Vicarius Apostolicus, res ita se habet. Fuerat Neercasselio à secretis, à consiliis; in convictu domestico socius, in laboribus comes, in studiis sectator, undique in amoribus; adeò ut multis ante mortem annis eumdem optarit sibi dari Coadjutorem. Usus obtinebat, ut mortuo Vicario Apostolico, Sacerdotes Hollandi ad S. Sedem preces dirigerent & vota pro habendo Successore. Intellectâ itaque morte Neercasselii, Sacerdotes Ultrajectini & Harlemenses conveniunt in oppido Gaudano, consilia collaturi quem potissimùm inter suos à Summo Pontifice poscerent Vicarium Missionis Hollandicæ. Neercasselii judicium de Heussenio, tanti valuit, ut unanimiter censerent eumdem à S. Sede unicè poscendum esse. Et hoc vocant ipsi, *Episcopum eligere!* Frustra fatigabo Lectorem, si demonstrare aggrediar, quàm hic nihil intervenerit, quod ad Canonicam spectat Electionem. Dico ego, Ultrajectinos illos & Harlemenses Sacerdotes in Oppido Gaudano Anno 1686. congregatos, non nisi de *Vicario Apostolico* à S. Sede petendo deliberasse, & ne cogitasse quidem de *eligendo Episcopo*, multò minùs de *Episcopo Ultrajectensi*, ut jam fabulantur. En asserti mei probationes minimè dubias:

1. Cockius *in Præfatione Ablegationis ad Aulam Romanam* (quâ Relatione ipsi nituntur) refert: (r) „Clerum de condigno Successore sollicitum, mox in Urbe Goudensi „ congregatum fuisse, unanimique voce ac „ scripto ab omnibus utriusque Capituli, „ Harlemensis scilicet & Ultrajectini, Ca„ nonicis seu Sacerdotibus, dictis Capitu„ laribus subsignando, ac ad Summum Pon„ tificem, nec non Sacram Congregatio„ nem de Propaganda Fide dato proposuis„ se AD VICARIATUS APOSTOLICI MU„ NUS OBEUNDUM, ac unicè *postulasse*, Am„ plissimum ac admodum Reverendum Do„ minum Hugonem Franciscum van Heus„ seni

(q) Bat. Sac. Par. 2. fol. 158. (r) Bat. Sac. Fol. 504.

Dissert. XXI. An prætensū Capitulū Cathedrale Ultrajectense hodiernū, haud interrupto ordine propagatum sit à vero Capitulo veteri?

„ seu ejusdem Capituli Ultrajectini Assessorem.„ Non curo, quod Cockius hic loquatur *Capitula*, & *Capitulares*, & *Canonicos*, quamvis eum quadam verecundia; dum dicit, *Canonicos seu Sacerdotes, dictos Capitulares*. Etenim credident hoc ipse illo tempore, parum id refert, nec rem conficit. Postea aliter edoctus est, ut licet videre in Libro quem de Petro Coddæo edidit Anno 1715. Sed hic adnoto, non solos Ultrajectenses convenisse, sed & Harlemenses; & quale obsecro illi insimul Capitulum constituunt? Conspicio Sacerdotes illos *proponere* & *postulare*, non *eligere*; & de Vicario Apostolico agi, non de Episcopo. Quâ fronte igitur dicunt, se *Heussenium sibi* EPISCOPUM *elegisse*?

2. In scripto, dequo Cockius, ad Summum Pontificem ita verba faciunt: „ Nos „ præ aliis hac morte (*Neercasselii*) affli„ gimur, qui peculiariùs novimus, quanti „ hisce in Provinciis Fidei Catholicæ, pu„ blicæque tranquillitatis intersit *Vicarium* „ *habere Apostolicum* ..... Clerus noster, „ Laus Deo, tam indocilis sub tanto Epis„ copo non fuit, quin tales modò Prebyteros in gremio suo concludat, qui illa, „ quæ ipse laudabiliter admodum plantavit, „ fructuosè valeant irrigare. Inter ipsos par„ ticulatiter *nominandus* est Hugo Francis„ cus van Heussen qui pluribus annis de„ functo Antistiti cohabitavit, consiliorum „ ejus particeps, atque laborum Socius, „ & quem ipsemet sibi Coadjutorem *Sanctitatis Tuæ dispositione* adjungi, multo „ tempore adoptavit ...... *Mentem igitur* „ *Præsulis nostri* .... ore nostro, Beatissi„ me Pater, depromimus dum ad sacros „ pedes tuos provoluti, prædictum Hugo„ nem Franciscum van Heussen in Episco„ pi Castoriensis locum surrogari *humilli*„ *mè supplicamus*.„ Hic rursus liquet, agi de *Vicario Apostolico*, non de *Episcopo* Ultrajectino; à *Pontificis dispositione* rem pendere, non à prætensis *Capitulis*; *Mentem* Castoriensis S. Sedi exponi, non *Electionem* Ultrajectensium; denique *humillimâ supplicatione* apud Pontificem agi, non *Jure*.

3. Iidem illi Sacerdotes ad Sac. Congregationem de Prop. Fide utuntur his verbis: (*t*) „ Antistitis nostri (*Neercasselii*) „ judicio hac in parte unanimiter hærentes, „ Eminentias Vestras, quàm possumus eni„ xissimè rogamus, ut afflictæ Ecclesiæ no„ stræ dictum D. Hugonem Franciscum van „ Heussen *Vicarium Apostolicum* præficere „ non dedignentur ..... si tamen Eminen„ tiæ Vestræ alium Ecclesiæ nostræ præfi„ ciendum duxerint, *alios* è Clero nostro „ Eminentiis Vestris *Viros*, si libuerit, *pro*„ *ponemus*.„ Et hoc ipsis est *Episcopum eligere*. Apage has ineptias.

4. Cùm iidem rursus Sacerdotes Ultrajectenses, Harlemensesque, ad Internuntium Bruxellensem, postea S. R. E. Cardinalem Tanarium, ablegandos censuissent Pro-Vicarios Josephum Causebant & Petrum Codde, scriptis tabulis hos ita instruxerunt, „ ut „ suo, totiusque Cleri nomine cum eodem „ agerent de surrogando novo in defuncti „ Castoriensis Episcopi locum *Vicario A*„ *postolico*.„ Rectè proinde diximus, illos ne cogitasse quidem de *eligendo Episcopo*.

5. Septem menses à prima Summo Pontifici & Sac. Congregationi factâ supplicatione effluxerant, cùm novas dederunt ad INNOCENTIUM XI. Litteras die 28. Januarii 1687. In quibus: (*t*) „ *Supplices suas* „ *preces*, quas universæ *Missionis istius* nomine exposuerant, benignè exaudiendas. „ confidentes, *aiunt*, Summum Pontificem „ *solum sufficere* pro sua benignitate levare „ Ecclesiarum Batavicarum viduitatem.„ Et 15. Aprilis ejusdem Anni ad eundem Pontificem jam tertiò scribentes, queruntur „ Viros quosdam in rebus *Missionis* istius „ minùs exercitatos, instigantibus nonnul„ lis opponere se, *suis apud Apostolicam* „ *Sedem de Vicario Ecclesiæ suæ præficien*„ *do postulatis*; humillimè petentes, ut Do„ minum Hugonem Franciscum van Heus„ sen, Catholico illis in partibus gregi præ„ fectum tandem *auctoritate suâ* videre ip„ sis liceat *Vicarium*.„ Quid hic vel per umbram de *electione Episcopi*?

6. Ipsemet Heussenius nec cogitavit, nec dixit, se *in Episcopum fuisse electum*; etenim, damnato Romæ Libellulo suo de *Indulgentiis ac Jubilæo*, & ipso jam inidoneo effecto ad munus Ecclesiasticum in partibus Hollandiæ cum fructu gerendum, querelas suas ad INNOCENTIUM XI. ipsemet inchoat his verbis: (*u*) „ Mox ut Clerus, „ succinens laudabilissimi Antistitis sui vo„ tis, me præter meritum meum ac vo„ tum regimini Ecclesiæ hujus, Sanctitatis „ Tuæ jussu ac benignitate *concupivit* &c.„ Suis igitur testibus convincuntur Adversarii, quod Heussenium numquam sibi elegerint EPISCOPUM. Parum est ipsos in tota Causa sua miserè semper ineptire; imposturis prætereà agendum erat, & cognitis falsitatibus, ut populo imponerent, & eruditum Orbem, (sed de rebus nostris non satis instructum) cum scrupulo dimitterent. Cùm rectiùs egerint illi, nos aliter loquemur. Interim donec sapiant, ferendi sunt.

Objiciunt sibi ipsis (*v*) quod „ non videa„ tur in hoc consessu (*Roveniano*) pro„ pagatum Capitulum; quia non omnes „ Canonici Catholici, qui de Capitulo Me„ tropolitano supererant, in consessum illum „ adsciti fuerunt. Et putant se evadere di„ cendo

(*t*) Bat. Sac. fol. 505. (*t*) Ibid. fol. 506. (*u*) Ibid. fol. 507. (*v*) Dissert. de Misero statu pag. 16.

„ tendo „ quod ad conservationem atque „ propagationem Capituli vel unus sufficiat Canonicus, qui jus alios eligendi „ habeat; quemadmodum habent Canonici nostri Cathedrales. Adeoque ad conservationem atque propagationem Capituli, circa quod quæstio versatur, non „ fuerit necesse colligere omnes, sed satis „ fuerit colligere quinque. „ Hic totâ errant viâ, & juris, & Historiæ. Capituli Jus conservari potest in uno, reliquis mortuis vel jure suo privatis; cùm autem supersunt plures Canonici, illè unus quem statuunt ipsi, nihil potest solus, & ad electionem ab illo peragendam vocandi omnino sunt reliqui; adeo ut, illis non vocatis, nihil agatur. Hæc scirent, si vel à limine Jus Canonicum salutassent. Igitur ad consequendam propagationem Capituli per novorum Canonicorum electionem, omnino necesse erat colligere omnes, nec satis erat *uni* soli commendare diligentiam, electionemque, imò nec sufficiebat colligere quinque, si plures supererant quam quinque. Illos autem quinque quos supponunt, docui supra non fuisse veteris Capituli Canonicos, sed à Rovenio sine assecutione Præbendæ & Juris Canonicalis ac Jurisdictionis Ecclesiasticæ creatos. In *Dissertatione* X. ex La Torrii *Relatione* docui etiam, quod Anno 1656. superfuerint undecim Canonici Veteres, quorum nullum Collegio suo adlegit Rovenius Anno 1633. Unam igitur inveniunt ipsi illum *unum* Canonicum in quo Jus Capituli salvaretur?

„ Non expediebat, *inquiunt*, Ecclesiæ „ atque Religioni, ut omnes Canonici, „ quotquot supererant Religionis Catholicæ, colligerentur in unum corpus. Facilè enim suspicati fuissent Acatholici, „ collectionem illam tendere in suum detrimentum, & rebellionem tumultusque spectare. „ Hic mihi risum movent. Supererant *Canonici* Religionis Catholicæ omnino *undecim*, & horum adunatio *rebellionem tumultusque spectasset!* Ecce autem Rovenius (x) *undecim Sacerdotes*, nec plures, nec pauciores, Collegio suo adlegit. Ideone ille *rebellionem, tumultusque* excitavit?

Sed nondum se victos dant quantumvis victi. „ Verisimile est, „ *aiunt illi*, „ complures Metropolitani Capituli Canonicos, „ exceptis quinque supra memoratis, noluisse sese immiscere Regimini. „ Quid tum postea? Doceant, illos Metropolitani Capituli Canonicos vocatos fuisse ad electionem, propagationemque Capituli. Id nisi factum sit, irritum & inane est quidquid exstitit factum.

Adhuc mussitant: „ Saltem, non constat „ ullum de læsione Juris sui protestatum „ fuisse: quod tamen si ita vellent de Jure „ suo præstare potuissent. „ Jus ipsorum læsum fuit per Acatholicos, Canonicorum Catholicorum morientium loca occupantes, & contra hanc læsionem frustra protestati fuissent. Per Sacerdotes Rovenianos nihil ipsis detractum est Juris, adeoque hic protestandum non fuit. Et quomodo protestari potuissent contra rem ipsis insciis, non vocatis, & in tenebris actam?

Dissert. XXI. An prætensũ Capitulũ Cathedrale Ultrajectense hodiernũ, haud interrupto ordine propagatum sit à vero Capitulo veteri?

Dum vident se speciosis hisce argutiis nihil proficere, tandem animo cadentes utuntur verbis, quorum nobis pœnas dabunt (y) „ Quidquid sit, *inquiunt*, si quid „ cum illis Juris habuerunt, id omne QUIA „ SUCCESSORES NON HABUERUNT, ex„ tinctum est. „ Bene habet! Hic consentiunt veritati, & rationi, & juri, & nobis per omnia. *Ideo* veterum Canonicorum *Jus extinctum est*, quia illi *Successores non habuerunt*; atqui jus Canonicorum est jus Capituli, ipsique Canonici sunt Capitulum: ergo, Adversariis consentientibus, Capitulum extinctum est, jusque Capituli. Rursus: Anno 1656. testante La Torrio (z) Veteris Capituli Canonici supererant undecim numero, nec plures, nec pauciores: Adversariis tandem largientibus, undecim illi Canonici *Successores non habuerunt*, ergo nulli de facto supersunt Canonici Ultrajectini, & omnis illa Capituli propagatio fictitia est. Quid ergo illi Canonicos se dicunt & Capitulum; & unde habent Jura Capituli Cathedralis? Sic proprio se mucrone perimunt incauti, qui tamen post omnes has cavillationes subjiciunt: *hoc argumentum bene demonstrare, Capitulum Metropolitanum, per Concilium à Rovenio institutum, ritè propagatum esse.* Hoc intelligent illi soli, qui nihil intelligunt. Judicet Lector.

Ex hactenus dictis, unicuique perspicuum erit & manifestum, modernum Missionariorum Ultrajectensium Collegium propagatum non esse à veteri Capitulo, illosque speciosam lusisse fabulam, sine pondere & arte, & quæ non nisi ignarum oblectavit populum. Sed dicent fortassis; silere sine fabulis hilaritatem. Ita quidem est, sed oportet etiam fabulam sibi constare; & non quomodo, sed quàm bene acta sit, refert. Cùm secum pugnat, cùm sibimet adversatur, omnis facetiarum lepos interit. Quare auctor ipsis sum, ut sequentium dictorum pugnantiam tollant, si plausum potant.

(x) Append. N. XVI. & Differt. X. sup. fol. 257. (y) Differt. de Misero Statu &c. pag. 57.
(z) Append. N. XVI.

Dissert. XXI. An prætensû Capitulû Cathedrale Ultrajectense hodiernû haud interrupto ordine propagatum sit à vero Capitulo veteri?

Prima.

(*a*) Ad Capituli conservationem satis erat novos identidem Canonicos in demortuorum loca sufficere. Pag. 12.	Ad exercendam Jurisdictionem, conservanda non satis valebat novos juraque dem Canonicos in demortuorum loca sufficere. Ibid.

Secunda.

Collegium Rovenianum nullatenus diversum erat à Capitulo. Pag. 13.	Rovenius expedire judicavit Collegium quoddam institui quod Ecclesiæ pro Capitulo esset. Pag. 12.

Tertia.

Negari non potest legitimos Capituli Cathedralis Canonicos fuisse illos, qui ab Episcopo (*Rovenio, Vicario Apostolico*) & quinque superstitibus subrogati fuerunt in loca demortuorum. Pag. 26.	Canonici Catholici qui de Capitulo Metropolitano supererant, Successores non habuerunt. Pag. 17.

Abstineo à reliquis quæ exeuti non merentur, & anilem sapiunt garrulitatem. Dicam semel & in perpetuum. Capitulum Metropolitanum Ultrajectense, & Præbendis, & Honoribus, & Officio, & Jurisdictione, & loco, & nomine privatum erat, cùm Rovenius (quinquaginta quatuor annis ab eversione Reip. Catholicæ) Collegium illud Pastorale erexit. Animabatur vir Apostolicus ex *crescente, per Dei gratiam, Catholicorum numero*; & magnas inde spes sinu fovens, ut fortibus, & infracti animi Viris assolet, ordinem aliquem in florentissima olim Ecclesia Ultrajectina restituere cupiens, *Collegium quoddam, Vicariatum quemdam* erigendum censuit; eumque composuit *ex præcipuis Diœcesis Sacerdotibus* quos in *Cooperatores* sibi assumpsit, nec valens nec volens Canonicos creare, aut Capitulum instituere. Hoc planum nudum, apertum erit oculis omnium qui *Historiam* nostram & *Dissertationes* superiores paullò attentiùs legerint. Et ita se res habet undique, velint, nolint Adversarii; & sive reluctentur illi, sive contradicant, sive clamitent, numquam ex Roveniano Collegio extrudent Capitulum Cathedrale.

Hodie habemus octo Missionarios, octo nudos Sacerdotes; habemus Collegium, quod ante hujus seculi initium vix cognitum erat; quod Neercasselius voluit esse ignoratum, occultatum, furtivum, ne aliquando in ipsorummet Sacerdotum ruinam cederet & in generalem direptionem Ecclesiarum; habemus, inquam, cœtum Sacerdotum in medio aliter sententium latentem, ubi nec Canonici officium habent, nec Capitulum; & ubi ne Canonici quidem nomen usurpare audeant, ne, ut Erckelius ipse ante hos viginti annos rectè monuit, (*b*) *supremæ Potestatis gravissimam iram provocare, & se legum pœnis velint objicere*: & tamen illud Collegium, id est, nudi Sacerdotes Missionarii, jam propriâ voluntate, & ex octo privatorum hominum ingenio, subito transformatum sit in Capitulum Metropolitanum Ecclesiæ Ultrajectinæ! Atque hoc ita credere jubebunt Orbem Universum! Ipsi profectò *Delphinum sylvis appingent, fluctibus aprum.* Illud unum dolendum maximè, quod hæ nugæ, in seria ipsos duxerint mala.

Quæ deinde subjiciunt illi, refutata sunt supra DISSERTATIONE XIX. & alibi sæpius. Juvat tamen addere nonnulla circa Clementinam IN PLERISQUE *de Elect. & Elect. potest.* quâ illi rursus (*c*) nituntur, & quâ, si saperent, omnino abstinerent. In DISSERTATIONE IV. dedimus ipsis liberaliter, quod Clementina illa Constitutio casum respiciat à nostro alienum, adnotasse contenti, quod in casu Pontificiæ Constitutionis essent, ad quos spectabat *quovis jure proviso, maximè quatuor principales Patriarchæ & quidam Archiepiscopi*, ut ait Glossa; In casu verò Ecclesiæ Ultrajectinæ, nullius inferioris Prælati jus adsit, sed Romani Pontificis solius, qui proinde Ecclesiæ illi providet eo quo videtur modo. Quia verò Clementina dispositio agit de Ecclesiis *Clero carentibus & populo*, Ultrajecti autem adsit populus Catholicus multus, (quamvis Clerus Cardinalis nullus) ideo illi hanc Clementinam Constitutionem sibi, suæque causæ favere arbitrantur.

Sed observo primò, Pontificem agere de Ecclesiis non tantùm *Clero carentibus & populo*, sed etiam vel maximè de Ecclesiis *præsidio facultatum privatis*. Secundò, posterioris ordinis Ecclesiis *multò minùs* licere Episcopos præfici, quàm prioris. Patet id clarissimè ex dictione NEDUM, quæ orationi

(*a*) Dissert. de Misero Statu &c. (*b*) Ass. Juris. pag. 48. (*c*) Dissert. de misero Statu &c. Pag. 229

tioni *plerumque subjicitur, & servit parti deteriori*. Barbos. de Dict. usu freq. Dict. 207. n. 6. Adeò ut CLEMENS Papa, dolens *per improvidam Superiorum provisionem* Episcopos ordinari *in plerisque Ecclesiis*, NEDUM *præsidio facultatum privatis*, *sed & Clero carentibus & populo*; Papa, inquam, in rectâ constructione utatur his verbis: *Nolumus, citra Sedis Apostolicæ auctoritatem, Episcopos ordinari in Ecclesiis Clero carentibus & populo, &* MULTÒ MINÙS *in Ecclesiis præsidio facultatum privatis*. Hunc esse intellectum dictionis NEDUM, & hanc ejus veram esse significationem, apud Auctores Latinos compertum est. Exempla subjicit Barbosa ex Cicerone, ut est illud: *Optimis temporibus non potuerunt*, NEDUM *his temporibus*. &c. Et aliud quod nobis ex eodem Cicerone occurrit: *Se ipse servare non potest*, NEDUM *amicos juvare*. Igitur, cùm ex Clementina: *In plerisque*; Ecclesiis Clero carentibus & populo Episcopi præfici non possint, multò minùs id permittitur in Ecclesiis præsidio facultatum privatis. Rationem addit Glossa, argumento Canonis *si quis objecerit*. *Caus. 1. q. 3.* scilicet, quod sine temporalibus spiritualia diu esse non possunt. Nam adesse saltem debet spes fundata, ut facultates illæ, & subsidia temporalia Episcopo ordinando adfutura sint. Sic priscis etiam, mediisque seculis, Episcopi ordinabantur ad Ecclesias sub hostium potestate constitutas; sed id factum est, quod spes recuperandarum Urbium & Ecclesiarum permagna esset; nec vanas irritasque fuisse plerumque has spes, eventus docuit, cùm devictis paganis, Mauris, aliisque Fidei hostibus, Civitates Episcopales receptæ sunt. Similem spem ipsis superesse Ultrajectinis, idne affirmare quidem ausint. Omni occasione, & omni ævo prospectum fuit Episcopis de temporalium bonorum subsidio, quod adesse omnino debere, & usus commonstrat, & necessitas exigit.

Post hæc, relabuntur ad antiquas querelas de Mezii & Catzii institutionibus, de quibus tacerent, si rem suam salvam vellent. Quid juvabit ipsos, quod Mezius instictutus fuerit (d) *non electus*, & quod *consuetudini introducta contra ivum sit*? S. Sedes Apostolica, teste Jure scripto, & suffragante Historiâ Ecclesiasticâ universâ, unicuique jura sua servat; Sed S. Gregorio teste (e) etiam *proprium vigorem retinet*. Adeòque Mezii & Catzii institutiones ex *vigore*, id est auctoritate, & jure S. Sedis profectæ sunt. Ut quid non ostendunt Juri suo detractum? Et quæ est illa consuetudo Ecclesiæ Ultrajectinæ, cui contraventum esset, nisi obsecrationibus, votis, precibusque agendi apud Summum Pontificem pro novo Vicario obtinendo? Vide *Dissertationem* XIII. Postea (f) & Mezii, & Catzii præfecturas, quia in illis auditi ipsi non fuerunt, vocant *juris sui violationes*, sed non probant.

Dissert. XXI. An prætensū Capitulū Cathedrale Ultrajectenſe hodiernum, haud interrupto ordine propagatum sit à vero Capitulo veteri;

Ridiculi porrò sunt dum adferunt *Reg. Juris* 28. *in sexto*. „ Quæ à jure communi „ exorbitant ad consequentiam non sunt „ trahenda. *Et* 48. Locupletari non debet „ aliquis cum alterius injuria vel jactura. „ Illi attendunt corticem verborum, qui propriis facere videtur; de mente legis nihil quidquam solliciti. Consulant Auctores scribentes in Regulas Juris, imò ipsam Glossam, & tunc loquantur. Qui edere vult nucleum, frangat nucem. Ostendant si possint, quod Summi Pontifices à jure communi exorbitaverint, cùm Mezium, Catziumque Missionibus Hollandicis præfecerunt, ubi Nos probatum dedimus, omni jure ad Romanum spectare Pontificem collapsarum Ecclesiarum curam. Doceant, quomodo S. Sedes locupletior facta sit, cùm his Viris dedit Missionem Apostolicam; & quid injuriæ illatum, aut jacturæ acceptum fuerit Ultrajectensibus per hanc dispositionem; similem illis, quibus Sasboldus, Rovenius, La Torrius Ecclesiis Hollandicis dati sunt.

Falsissima porrò sunt quæ sequuntur, & non nisi ad fabulam ornandam excogitata; scilicet: Neercasselium à Clero electum fuisse Successorem La Torrii, & Coddæum electum fuisse Successorem Neercasseli. Hæc somnia, imò veriùs deliramenta, nata sunt præcedenti Anno 1724. cùm ruinosas nugas suas diutius sustinere non poterant. Videsis HISTORIÆ nostræ Articulos XI. & XIII.

DISSERTATIO XXII.

An electus in Episcopum consecrari possit sine Confirmatione Romani Pontificis?

PArtem affirmativam multis probare nituntur Adversarii toto Capite 3. *Dissertationis de Misero Statu Ecclesiæ Ultrajectinæ*.

Medium porrò quod assumunt, ad probandum, quod prætermisso Romani Pontificis consensu (quem *Confirmationem* dicimus) liceret prætensè electum Steenovium

(d) Pag. 23. (e) Lib. 2. Ep. 30. Indict. XI. (f) Diss. de Misero Statu. Pag. 24.

Digitized by Google

Dissert. XXII. An Electus in Episcopū consecrari possit sine confirmatione Romani Pontificis?

vium facrare, statuunt NECESSITATEM Ecclesiæ Ultrajectinæ, quæ jure divino & humano debeat habere Episcopum. Pontifex autem, juxta ipsos, eo ipso renuit Ecclesiæ Ultrajectinæ dare Episcopum, quò pseudo-electionem Steenovii confirmare recusat, quod Pontifex facit, (ut illi audacter ponunt) *præter rationem*. In hanc rem multa congerunt de primorum & medii ævi seculorum disciplina circa Episcoporum confirmationes. Sed quam operosa illa sunt, tam sunt inutilia.

Ut his omnibus occurratur, notandum est primò, quod Ecclesiæ Cathedrales Fœderati Belgii amiserint Episcopos proprios Ecclesiarum ipsarum Titulares, idque post eversas Sedes Episcopales; quod superiorum temporum inimicitiæ tribuendum est, non Pontifici Romano. Hinc observandum venit ulteriùs, quod Ecclesiæ Hollandicæ (seu Ecclesiarum Cathedralium reliquiæ) non existant Episcopis privatæ, sed illis hodie simpliciter careant; qui defectus non aliunde proficiscitur, quàm à modernorum Ultrajectensium Sacerdotum rebellione; atque adeo necessitatem præsentem omnem, quam tantopere lugent, sibi ipsis injecerunt per inobedientiam, & contumaciam suam. Quoties repetendum erit, quod Pontifex nec neget, nec recuset Ecclesiis Fœderati Belgii dare Rectores, imò à suspensione Sebasteni, ut in HISTORIA nostra docuimus, dederit illis quatuor omnino Vicarios Apostolicos; Cockium, Potcampium, Daemium & Bylevelrium? Neque etiam renuit Pontifex dare ipsis Episcopum, & porro dedit etiam post illa tempora, Adamum Daemen videlicet, Archiepiscopum Adrianopolitanum, & daturus fuisset plures, nisi ipsi obstitissent.

Sed notandum est secundò, quod perversum omnino sit, de statutis anteriorum seculorum judicare ex moribus seculi XVIII. Ut de disciplina atque observantia primi & medii ævi statuas rectè & judices, mentis tuæ oculis admovenda est temporis illius conditio, necessitas, calamitas, infortunium. Sed simul attendendum est, quod, ut remediis istius temporis non egeamus jam, imò illis uti non possimus, fecerit illa ipsa emendatio, correctio, & fructus, quos ejusdem temporis cautela procuravit. Id nisi admittas jam non tantùm querulus eris laudator temporis acti, sed ejus per omnia sectator esse compelleris. Quid enim? Componant nobis Adversarii, veteris aut medii ævi disciplinam cum moribus hodiernis. Vocent jam ad Episcopi electionem clerum, populumque Ultrajectensem, in tot scissum divisumque sectas, quot ibidem existunt diversæ à Fide Catholica opiniones; adesse faciant Episcopos Comprovinciales qui nulli sunt; & ad Metropolitani sui Consecrationem cogant Synodum; atque antiquatâ utentes lege, damnent imperitiæ & socordiæ Orbem Universum, qui jam non nisi à Romano Pontifice & Patriarchas accipit, & Metropolitas, & Episcopos. Quod igitur in Sacra Antiquitate inquirunt & venantur illi, faciunt, ut hujus seculi homines reddant contentionis cupidiores, quàm disciplinæ; & subjectionem, quam totius Ecclesiæ constans usus commendat, sanctamque facit, excutiant ipsi, nullius patientes jugi.

Sed importuni illi monitores, ac Disciplinæ antiquæ zelatores injusti, intelligere debent, malè Romanis Pontificibus affingi debilitationem antiquæ disciplinæ. Docebit illos Thomassinus (g) quomodo Pontifices Romani calcaria etiam admoverint Metropolitanis ad strenuè defendendam auctoritatem suam, sed quod varias ob causas illa diminuta fuerit, & ad eam redacta conditionem, quæ ex hodiernis moribus obtinet. Causas varias enumerat *Thomassinus ibid.* qui vult, quod per contagionem simoniæ quæ universum pene Clerum infecerat; per schisma Imperatorum Germanicorum adversùs Pontifices; per imperiosiorem quorumdam Metropolitanorum Dominationem, socordiam postea, & oscitantiam, aliosque defectus, auctoritas præficiendorum Episcoporum redierit ad primam Sedem, unde olim exiverat. Resedit autem semper in illa Sede, à qua omnis disciplina Ecclesiastica sumpsit exordium, modum accepit, consecuta est præsidium; à qua Ecclesiarum particularium utilitatibus prospectum est, sive dum præficiendi Episcopatibus dispensatione opus habebant; sive dum ejus solius Majestate sublati sunt obices, qui in electionibus occurrebant frequenter; sive dum hujus interventione dissidia partium sedabantur. Quâ de re vide Thomassinum alio loco. (h) Si veterum Episcoporum suorum acta scrutentur Adversarii, invenient, multoties auctoritatem Apostolicæ Sedis ipsi Ecclesiæ Ultrajectinæ saluti fuisse, & salvationi.

Notandum porrò est tertiò, quod inordinatum sit, seditiosum, & schismaticum, pertinaciter recedere velle à disciplina per universam Ecclesiam recepta, & vel ideo sacra; & quod boni omnes (ut rursus adnotavit Thomassinus (i) ipsis non excipiendus Auctor) suas semper opiniones & voluntates, linguas, pennasque aptare debeant ei disciplinæ, quæ in universali viget Ecclesia eo ævo, quo ipsos Summi Providentia Numinis collocavit. Addens, Divinam sapientiam, illâ ipsâ „ mutabili Sanctissimæ „ in Ecclesia politiæ pulcritudine, ad sempiternam & immutabilem Cœlestis Civitatis

(g) Par. 2. lib. 1. cap. 28. (h) Par. 2. lib. 2. cap. 30. (i) Par. 2. lib. 2. cap. 48. n. 17.

„ tatis pulcritudinem nos provehere. Non „ fervore tantùm charitatis, sed & lumine „ sapientiæ nos abundare necesse esse. „ *Rectissimè tamen monet* : „ Summæ Sapientiæ esse, sapere ad sobrietatem, nec „ in tantum *desipere*, ut detrectemus ei obsequi sempiternæ sapientiæ spiritui, quo „ Ecclesia Universalis vegetatur & regitur. „ *Conatus in contrarium nostros, tam irritos fore, quàm insanos.* „ Habent igitur Ultrajectenses sententiam Viri Doctissimi quem non oderunt; sed quo Judice, Spiritui Sancto resistunt, cùm Ecclesiæ Universalis disciplinæ contradicunt; &, quo pronuntiante, conatus ipsorum contrarii non tantùm sunt irriti, sed & insani.

Videamus an valeant se purgare à tam fœda & horrida labe.

Dicunt 1. (*l*) „ Tanta debet esse hominum ad Dei Statutum attentio, ut quidcumque divino jure necessariò faciendum „ esse cognoverint, sive quidcumque Deum „ perspexerint velle ut fiat, id omni posthabitâ ratione exequantur, nec ab hac „ executione ullis consuetudinibus aut institutionibus humanis deterreantur. Atqui, *subsumunt*, Ecclesiæ Ultrajectinæ „ jure divino necessarius est Episcopus, „ sive quod idem est, Deus vult Ecclesiæ „ Ultrajectinæ Episcopum præponi. At „ obstare supponitur Confirmationis Pontificiæ denegatio : Verùm ista Confirmatio „ ex consuetudine tantùm, aut humana „ institutione introducta est. Igitur si ista „ Confirmatio sine causa denegetur, haud „ ideo in Ecclesia Ultrajectina consecratio „ vel institutio Episcopi omittenda est. „

Scitè dictum est, nescire nos quid serus vesper vehat. Hæc mea est de Ultrajectensibus Sacerdotibus opinio, quod, cùm primùm cœpere cristas attollere, nolle jugum pati, esse velle quod non sunt, & usurpare jus alienum; quod, inquam, aliquem tunc servare modum voluerint, ut importunitate potiùs, quàm jure obtinerent quod vellent. Sed cùm id non succederet, tandem Schismaticæ perversitatis infelicitate venerint in profundum. Hoc namque deerat contumaciæ, ut postquam inordinati conatus omnes ceciderant irriti, tandem rebellioni suæ obtenderent etiam Divinam voluntatem, ut quidquid in Ecclesia Dei sacratum est, & sanctum, fortiter contemnere possent, & conculcare. O! vos nuper Consacerdotes mei, & Fratres in Christo antehac carissimi, jam verò præda facti illius, qui est Deus divisionis; quis vos fascinavit, ut obstinationi vestræ mantellum quæreretis per speciem cognitæ vobis solis Divinæ voluntatis; & hoc per positum à vobis sophisma quod ad horridas ducit latitates? Quin pravæ consuetudines & institutiones humanæ noxiæ & peccaminosæ, cedere debeant legi naturali & divinæ, non est qui ambigat. Sed impius sit, qui vel solâ cogitatione secum reputat, quod antiquissimæ S. Sedis Apostolicæ consuetudines, & sanctissimæ Ecclesiæ Leges pugnent, aut repugnent legi naturali, aut divinæ. Et utinam ab hoc scelere immunes sitis! Dicite proinde ad hæc : Lex humana habet & Sancta Romana Ecclesia ab antiquo custodit, quòd Electi in Episcopum confirmatio petenda sit & obtinenda à S. Sede Apostolica. Vos contenditis, Steenovii vestri consecrationem procurari & effici posse prætermisso Romani Pontificis assensu. Igitur consuetudinem hanc & institutionem de petenda & obtinenda Romanis Pontificis confirmatione, adnumeratis Institutionibus & consuetudinibus humanis noxiis, & pravis, & legi divinæ adversantibus? Quid horribiliùs dici, aut cogitari possit, non video. Olim S. Augustinus (*m*) à Januario consultus de Consuetudine Ecclesiastica servanda, adferens exemplum matris suæ, quæ illum Mediolanum secuta, invenerat Ecclesiam Sabbatho non jejunantem, cùm illa inde turbaretur & fluctuaret, re ad S. Ambrosium delatâ, & habito responso, quod; qui *ad aliam fortè Ecclesiam venit, ejus morem servare debeat, si cuiquam non velit esse scandalo, nec quemquam sibi* tanti fecit Augustinus particularis etiam Ecclesiæ Mediolanensis consuetudinem, ut S. Ambrosii de illa sententiam semper habuerit *tamquam cœlesti oraculo susceptam*. Et postea suam proferens de consuetudine Ecclesiastica Generali, & de recepto universaliter more servando sententiam, pronuntiat : *si quid* TOTA *per Orbem frequentat* ECCLESIA .... *quin ita faciendum sit disputare, insolentissimæ insaniæ esse*. Et vos, qui Ecclesiam Dei contemnitis, & facitis ea quæ patres vestri fecerunt numquam, circa sanctissimam, saluberrimam, & receptissimam Ecclesiæ consuetudinem disputabitis non tantùm, sed etiam arroganter, superbè, & ferociter eam respuëtis? Et sapientes vos esse credetis, cùm receditis ab illa, non jam consuetudine, sed Lege, quam Universus Catholicus Orbis sequitur & veneratur; & propter contentiosam obstinationem vestram, tam difformes ab omnibus Ecclesiis inducetis mores, ut nihil rectum existimetis, nisi quod vos feceritis?

Dissert. XXII. An electus in Episcopû consecrari possit sine confirmatione Romani Pontificis?

Unde habetis, *Deum velle Ecclesiæ Ultrajectinæ Episcopum præponi* in his rerum & temporum circumstantiis, in quibus nec eorum, qui vobis dominantur, Religio, nec vestra Fides Episcopum creari permittunt? Creari debere Ecclesiæ Ultrajectinæ Episcopum proprium, nec Pontifici videtur, nec

(*l*) *Dissert. de misera Statu Ecclesf. Ultraj*. Pag. 28. (*m*) Ep. ad Januar. 118.

Dissert. XXII. An Electus in Episcopū consecrari possit sine confirmatione Romani Pontificis?

vium sacrare, statuunt NECESSITATEM Ecclesiæ Ultrajectinæ, quæ jure divino & humano debeat habere Episcopum. Pontifex autem, juxta ipsos, eo ipso renuit Ecclesiæ Ultrajectinæ dare Episcopum, quò pseudo-electionem Steenovii confirmare recusat, quod Pontifex facit, (ut illi audacter ponunt) *præter rationem*. In hanc rem multa congerunt de primorum & medii ævi seculorum disciplina circa Episcoporum confirmationes. Sed quam operosa illa sunt, tam sunt inutilia.

Ut his omnibus occurratur, notandum est primò, quod Ecclesiæ Cathedrales Fœderati Belgii amiserint Episcopos proprios Ecclesiarum ipsarum Titulares, idque post eversas Sedes Episcopales; quod superiorum temporum inimicitiæ tribuendum est, non Pontifici Romano. Hinc observandum venit ulteriùs, quod Ecclesiæ Hollandicæ (seu Ecclesiarum Cathedralium reliquiæ) non existant Episcopis privatæ, sed illis hodie simpliciter careant; qui defectus non aliunde proficiscitur, quàm à modo-morum Ultrajectensium Sacerdotum rebellione; atque adeo necessitatem præsentem omnem, quam tantopere lugent, sibi ipsis injecerunt per inobedientiam, & contumaciam suam. Quoties repetendum erit, quod Pontifex nec neget, nec recuset Ecclesiis Fœderati Belgii dare Rectores, imò à suspensione Sebasteni, ut in HISTORIA nostra docuimus, dederit illis quatuor omnino Vicarios Apostolicos; Cockium, Potcampium, Daemium & Byleveldum? Neque etiam renuit Pontifex dare ipsis Episcopum, & porro dedit etiam post illa tempora, Adamum Daemen videlicet, Archiepiscopum Adrianopolitanum, & daturus fuisset plures, nisi ipsi obstitissent.

Sed notandum est secundò, quod perversum omnino sit, de statutis anteriorum seculorum judicare ex moribus seculi XVIII. Ut de disciplina atque observantia primi & medii ævi statuas rectè & judices, mentis tuæ oculis admovenda est temporis illius conditio, necessitas, calamitas, infortunium. Sed simul attendendum est, quod, ut remediis istius temporis non egeamus jam, imò illis uti non possimus, fecerit illa ipsa emendatio, correctio, & fructus, quos ejusdem temporis cautela procuravit. Id nisi admittas jam non tantùm querulus eris laudator temporis acti, sed ejus per omnia sectator esse compelleris. Quid enim? Componant nobis Adversarii, veteris aut medii ævi disciplinam cum moribus hodiernis. Vocent jam ad Episcopi electionem clerum, populumque Ultrajectensem, in tot scissum divisumque sectas, quot ibidem existunt diversæ à Fide Catholica opiniones; adesse faciant Episcopos Comprovinciales qui nulli sunt; & ad Metropolitani sui Consecrationem cogant Synodum; atque antiquatâ utentes lege, damnent stupentiæ & socordiæ Orbem Universum, qui jam non nisi à Romano Pontifice & Patriarchas accipit, & Metropolitas, & Episcopos. Quod igitur in Sacra Antiquitate inquirunt & venantur illi, faciunt, ut hujus seculi homines reddant contentionis cupidiores, quàm disciplinæ; & subjectionem, quam totius Ecclesiæ constans usus commendat, sanctamque facit, excutiant ipsi, nullius patientes jugi.

Sed importuni illi monitores, ac Disciplinæ antiquæ zelatores injussi, intelligere debent, malè Romanis Pontificibus affingi debilitationem antiquæ disciplinæ. Docebit illos Thomassinus (g) quomodo Pontifices Romani calcaria etiam admoverint Metropolitanis ad strenuè defendendam auctoritatem suam, sed quod varias ob causas illa diminuta fuerit, & ad eam redacta conditionem, quæ ex hodiernis moribus obtinet. Causas varias enumerat *Thomassinus ibid.* qui vult, quod per contagionem simoniæ quæ universum pene Clerum infecerat; per schisma Imperatorum Germanicorum adversùs Pontifices; per imperiosiorem quorumdam Metropolitanorum Dominationem, socordiam postea, & oscitantiam, aliosque defectus; auctoritas præficiendorum Episcoporum redierit ad primam Sedem, unde olim exiverat. Resedit autem semper in illa Sede, à qua omnis disciplina Ecclesiastica sumpsit exordium, modum accepit, consecuta est præsidium; à qua Ecclesiarum particularium utilitatibus prospectum est, sive dum præficiendi Episcopatibus dispensatione opus habebant; sive dum ejus solius Majestate sublati sunt obices, qui in electionibus occurrebant frequenter; sive dum hujus interventione dissidia partium sedabantur. Quâ de re vide Thomassinum alio loco. (h) Si veterum Episcoporum suorum acta scrutentur Adversarii, invenient, multoties auctoritatem Apostolicæ Sedis ipsi Ecclesiæ Ultrajectinæ saluti fuisse, & salvationi.

Notandum porrò est tertiò, quod inordinatum sit, seditiosum, & schismaticum, pertinaciter recedere velle à disciplina per universam Ecclesiam recepta, & vel ideo sacra; & quod boni omnes (ut rursus adnotavit Thomassinus (i) ipsis non excipiendus Auctor) suas semper opiniones & voluntates, linguas, pennasque aptare debeant ei disciplinæ, quæ in universali viget Ecclesia eo ævo, quo ipsos Summi Providentia Numinis collocavit. Addens, Divinam sapientiam, illâ ipsâ „ mutabili Sanctissimæ „ in Ecclesia politiæ pulcritudine, ad sempiternam & immutabilem Cœlestis Civi- „ tatis

(g) Par. 1. lib. 2. cap. 18. (h) Par. 2. lib. 2. cap. 30. (i) Par. 2. lib. 2. cap. 48. n. 17.

„ tatis pulcritudinem nos provehere. Non „ fervore tantùm charitatis, sed & lumine „ sapientiæ nos abundare necesse esse." „ *Rectissimè tamen monet*: „ Summæ Sapientiæ esse, sapere ad sobrietatem, nec „ in tantum *desipere*, ut detrectemus ei ob„ sequi sempiternæ sapientiæ spiritui, quo „ Ecclesia Universalis vegetatur & regitur. „ *Conatus in contrarium nostros, tam irritos fore, quàm insanos.*„ Habent igitur Ultrajectenses sententiam Viri Doctissimi quem non oderunt; sed quo Judice, Spiritui Sancto resistunt, cùm Ecclesiæ Universalis disciplinæ contradicunt; &, quo pronuntiante, conatus ipsorum contrarii non tantùm sunt irriti, sed & insani.

Videamus an valeant se purgare à tam fœda & horrida labe.

Dicunt 1. (*l*)„ Tanta debet esse homi„ num ad Dei Statutum attentio, ot quid„ cumque divino jure necessariò faciendum „ esse cognoverint, sive quidcumque Deum „ perspexerint velle ut fiat, id omni post„ habitâ ratione exequantur, nec ab hac „ executione ullis consuetudinibus aut in„ stitutionibus humanis deterreantur. At„ qui, *subsumunt*, Ecclesiæ Ultrajectinæ „ jure divino necessarius est Episcopus, „ sive quod idem est, Deus vult Ecclesiæ „ Ultrajectinæ Episcopum præponi. At „ obstare supponitur Confirmationis Ponti„ ficiæ denegatio: Verùm ista Confirmatio „ ex consuetudine tantùm, aut humana „ institutione introducta est. Igitur si ista „ Confirmatio sine causa denegetur, haud „ ideo in Ecclesia Ultrajectina consecratio „ vel institutio Episcopi omittenda est.„

Scitè dictum est, nescire nos quid ferus vesper vehat. Hæc mea est de Ultrajectensibus Sacerdotibus opinio, quod, cùm primùm cœpere cristas attollere, nolle jugum pati, esse velle quod non sunt, & usurpare jus alienum; quod, inquam, aliquem tunc servare modum voluerint, ut importunitate potiùs, quàm jure obtinerent quod vellent. Sed cùm id non succederet, tandem Schismaticæ perversitatis infelicitate venerint in profundum. Hoc namque deerat contumaciæ, ut postquam inordinati conatus omnes ceciderant irriti, tandem rebellioni suæ obtenderent etiam Divinam voluntatem, ut quidquid in Ecclesia Dei sacratum est, & sanctum, fortiter contemnere possent, & conculcare. O! vos nuper Consacerdotes mei, & Fratres in Christo anteliac carissimi, jam verò præda factii illius, qui est Deus divisionis; quis vos fascinavit, ut obstinationi vestræ mantellum quæreretis per speciem cognitæ vobis solis Divinæ voluntatis; & hoc per positum à vobis fophisma quod ad horridas ducit laxitates? Quin pravæ consuetudines & institutiones homanæ noxiæ & peccaminosæ, cedere debeant legi naturali & divinæ, non est qui ambigat. Sed impius sit, qui vel solâ cogitatione secum reputat, quod antiquissimæ S. Sedis Apostolicæ consuetudines, & sanctissimæ Ecclesiæ Leges pugnent, aut repugnent legi naturali, aut divinæ. Et utinam ab hoc scelere immunes sitis! Dicite proinde ad hæc: Lex humana habet & Sancta Romana Ecclesia ab antiquo custodit, quòd Electi in Episcopum confirmatio petenda sit & obtinenda à S. Sede Apostolica. Vos contenditis, Steenovii vestri consecrationem procurari & effici posse prætermisso Romani Pontificis assensu. Igitur consuetudinem hanc & institutionem de petenda & obtinenda Romani Pontificis confirmatione, adnumeratis Institutionibus & consuetudinibus humanis noxiis, & pravis, & legi divinæ adversantibus? Quid horribiliùs dici, aut cogitari possit, non video. Olim S. Augustinus (*m*) à Januario consultus de Consuetudine Ecclesiastica servanda, adferens exemplum matris suæ, quæ illum Mediolanum secuta, invenerat Ecclesiam Sabbatho non jejunantem, cùm illa inde turbaretur & fluctuaret, re ad S. Ambrosium delatâ, & habito responso, quod; qui *ad aliam fortè Ecclesiam venit, ejus morem servare debeat, si cuiquam non velit esse scandalo, nec quemquam sibi* tam fecit Augustinus particularis etiam Ecclesiæ Mediolanensis consuetudinem, ut S. Ambrosii de illa sententiam semper habuerit *tamquam cælesti oraculo susceptam*. Et postea suam proferens de consuetudine Ecclesiastica Generali, & de recepto universaliter more servando sententiam, pronuntiat; *si quid* TOTA *per Orbem frequentat* ECCLESIA ... *quin ita faciendum sit disputare, insolentissimæ insaniæ esse*. Et vos, qui Ecclesiam Dei contemnitis, & facitis ea quæ patres vestri fecerunt numquam, circa sanctissimam, saluberrimam, & receptissimam Ecclesiæ consuetudinem disputabitis non tantùm, sed etiam arroganter, superbè, & ferociter eam respuetis? Et sapientes vos esse credetis, cùm receditis ab illa, non jam consuetudine, sed Lege, quam Universus Catholicus Orbis sequitur & veneratur, & propter contentiosam obstinationem vestram, tam difformes ab omnibus Ecclesiis induetis mores, ut nihil rectum existimetis, nisi quod vos feceritis?

Unde habetis, *Deum velle Ecclesiæ Ultrajectinæ Episcopum præponi* in his rerum & temporum circumstantiis, in quibus nec eorum, qui vobis dominantur, Religio, nec vestra Fides Episcopum creari permittunt? Creari debere Ecclesiæ Ultrajectinæ Episcopum proprium, nec Pontifici videtur, nec Ecclesiæ

Dissert. XXII. An electus in Episcopū consecrari possit sine confirmatione Romani Pontificis?

Pppp

(*l*) *Dissert. de misero Statu Eccles. Ultraj.* Pag. 28. (*m*) Ep. ad Januar. 118.

Dissert. XXII An electus in Episcopū consecrari possit sine confirmatione Romani Pontificis?

Ecclesiæ Dei, sed vobis solis per somnium.

Et unde vobis pestiferum illud axioma: quod omni posthabitâ ratione, spretisque consuetudinibus & institutionibus humanis universis, exequendum sit, quidquid Deum velle, vos soli scilicet, cognoveritis, perspexeritisque? Primùm, illud quæro: An perspectam haberetis Dei voluntatem, cùm Anno 1694. cœpistis Sacramenta administrare in lingua vulgari, contra receptos & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus; & an ideo spreveritis consuetudinem & institutionem humanam, sed sanctissimam? Deinde, si aliquando somnia vestra vobis persuaserint, Deum velle, ut sanctificetis Sabbathum more Judæorum; An polluetis diem Dominicum, posthabitâ ratione Christianorum, spretisque consuetudinibus, & Institutionibus Apostolicis? Quid si imaginationem vestram turbaverit venter esuriens, & per medias inediæ nebulas intellectus vester conspexerit Deum velle, ut carnibus vescamini toto vitæ tempore, an dies esuriales, & quadragesimales ferias corporibus animisque curandis sacratiùs institutas antiquabitis, *nec ab hac executione ullis consuetudinibus aut institutionibus humanis deterrebimini?* Et cùm sitis homines circumdati infirmitate, quam Deus tamen adjuvat; si vos, illuminati præ cæteris, *cognoveritis*, *divino jure* hominem quemcumque, etiam Sacerdotem, conditum esse ad propagationem generis humani, *sive quod idem est*, *Deum velle*, ut omnis homo convolet ad nuptias, an rursus, valere jussâ omni consuetudine Ecclesiasticâ, & omni Institutione humanâ, spretoque voto solenni castitatis quod Sacris Ordinibus adnectitur, accipietis uxores, aut saltem mulieres, ut aliquando formosus vobis è collo pendeat nepos? Et cùm filii filiorum vestrorum & ipsi convolare volent ad nuptias, an crimen incestûs auctoritatem accipiet ex divino Jure prætensè cognito, nulla habitâ ratione impedimentorum, quæ ex humanâ institutione posita sunt? Tam fœda sunt hæc quæ consequuntur, ut illa è quibus nata sunt, nec honesta esse possint, nec vera.

Quærant proinde illi remedium tantis flagitiis, aut deponant opinionem cognitæ voluntatis divinæ, quâ miserè ægri sunt, & quæ Ecclesiæ Dei perspecta non est. Exuant arrogantiam quâ turgent. Abjiciant continuum illum primæ Sedis, ejusque Auctoritatis despectum, ex quo proferunt: Confirmationem Pontificiam *non habere originem valde vetustam, seculo XIII. scilicet*, ut ipsi nugantur, *posteriorem.* Id, ut verum esset, nihil juvaret Ultrajectenses. Consuetudo recepta, quin jus statuat, nemini dubium est; & transgressor consuetudinis punitur, quia est transgressor legis; atque omnia Jura clamant, servandum esse, quod Catholica custodit Ecclesia. Audiant Gregorium Magnum ad Joannem Subdiaconum scribentem in hæc verba: „ (n) Quantò Apostolica Sedes, Deo Auctore cunctis prælata constat Ecclesiis, tantò inter multiplices curas, & illa nos valdè sollicitat ubi *ad consecrandum Antistitem, nostrum expectatur arbitrium.* Defuncto igitur Laurentio Ecclesiæ Mediolanensis Episcopo, sua nobis relatione Clerus innotuit, in electione se filii nostri Constantii Diaconi sui unanimiter consensisse .... (*Igitur*) eum à propriis Episcopis sicut antiquitatis mos exigit, *cum nostræ auctoritatis assensu*, solatiante & auxiliante Domino, *facias* consecrari; quatenus hujusmodi servatâ consuetudine, & *Apostolica Sedes proprium vigorem* retineat, & à se concessa aliis jura non minuat.„ In eumdem quoque sensum Romano Patricio, & Exarcho Italiæ scripsit, (o) *necesse fuisse pro servanda consuetudine*, Clericum Romanæ Ecclesiæ à se mittere, qui legitimè electum cum assensu Summi Pontificis, à suis Episcopis consecrari faceret. In Ordinatione (p) Deodati in locum Constantii eadem Gregorii sollicitudo, eadem auctoritas eluxit. Quàm autem graviter tulerit remotioris etiam Ecclesiæ, se inconsulto, Ordinationem factam fuisse, satis patet ex ejus Epistolæ verbis ad Constantiam Augustam. (q). „ Salonitanæ Civitatis Episcopus, me ac Responsali meo nesciente ordinatus est, & facta res est, *quæ sub nullis anterioribus Principibus evenit.* Quod ego audiens ad eumdem prævaricatorem, qui *inordinatè ordinatus est* protinus misi, ut omnino Missarum solemnia celebrare nullo modo præsumeret.„ Et ad Universos Episcopos per Dalmatiam his verbis intonat: (r)„ Ex B. Petri Principis Apostolorum auctoritate præcipimus, ut nulli penitus *extra consensum*, *permissionemque nostram*, quantùm ad Episcopatûs Ordinationem pertinet, in Salonitana Civitate manus præsumatis imponere, nec quemquam in Civitate ipsa aliter quàm diximus, ordinare. Quod si contrà hæc quippiam vel sponte vestra vel à quolibet coacti præsumpseritis vel tentaveritis agere, decernimus vos à Dominici corporis & sanguinis participatione privatos, quatenus ex eadem vos ipsa attrectatione vestra, vel voluntate transgrediendæ præceptionis nostræ, à Cœlestibus mysteriis alieni sitis, *nec is quem ordinaveritis habeatur Episcopus* .... Sin verò in qualibet persona ita voluntarius „ omnium

(n) Lib. 2. Ep. 30. Indict. XI. (o) Idem Ep. 31. seq. (p) Lib. 8. Ep. ult. Indict. III. (q) Lib. 4. Ep. 34. Indict. XIII. (r) Lib. 3. Ep. 15. Indict. XII.

„ omnium consensus accesserit, ut Auctoro Deo digna sit, & non sit qui ab ejus ordinatione dissentiat, hanc à vobis in eadem Salonitana Ecclesia *ex præsentis Epistola nostra concessa licentia* volumus consecrari : exceptâ dumtaxat personâ Maximi de quo ad nos multa mala prolata sunt. „

Hæccine disciplina à GREGORIO MAGNO vindicata, Seculo XIII. posterior est? Plura in hanc rem collegerunt alii, & videri potest *Franciscus Hallier de sacris Electionibus & Ordinationibus. Par.* 2. *Sect.* 5. *Cap.* 4. *Art.* 3. §. 1. Apud quem etiam discent, quid jure & consuetudine egerint Romani Pontifices in confirmandis Episcopis ante Concilium Nicenum, & ab illo tempore usque ad ætatem Caroli Magni; quando instituti Primates, qui S. Sedis Vicarii existentes, Ordinationibus Episcopalibus auctoritate Apostolicâ intendebant; (s) sine quorum consensu nemini Metropolitanum ordinare permissum, ipsis Metropolitanis ad Primatem referre coactis de Comprovincialium suorum institutionibus. Videant etiam apud eumdem (t) quid à tempore Caroli Magni usque ad ALEXANDRUM III. ex auctoritate S. Sedis servatum sit in Episcoporum Ordinationibus; ubi hoc occurrit singulare (u) quod Metropolitanis, præsertim in Gallia, detrectantibus de Ordinatis à se Episcopis ante consecrationem ad Primatem, ut Sedis Apostolicæ Legatum, referre, ipsi ioter Electi Episcopi cœperint Metropolitani jugum excutere, & ad Summum Pontificem immediatè confugere, idque jam sub initium Seculi XI. Præscripta nobis brevitas non permittit, & res ab aliis luculenter præstita, atque ipsis sat cognita Adversariis, non exigit, ut ulla in hanc rem proferamus exempla. Juvat tamen ad Ultrajectensium instructionem ac confusionem sedulò hic adnotare cum Hallierio (v) quod quotiescumque „ Romanus Pontifex „ Ordinationem alicujus Episcopi inferioris „ ad se traxit *de ejus potestate numquam* „ *dubitatum fuerit*, do facti æquitate ali„ quando disceptatum; quosdam modestiæ „ ac reverentiæ limites excessisse, dum „ contentiosiùs adversùs Summam Sedem „ disputarent : sicut enim pro Canonum „ & receptæ disciplinæ observantia instare „ æquum erat ac rationabile : ita *pervica*„ *cius* Principis voluntati *resistere*, & *om*„ *nem lapidem cantra Summam Sedem mo*„ *vere, seditiosum ac temerarium* videbi„ tur. „ Hæc ab Auctore Gallo prolata meditentur ipsi secum, & intelligant etiam, eumdem præterea, sequentem ex dictis suis Conclusionem formare; nimirum : „ *Ap*„ *probationem Romani Pontificis* ante, vel „ post Ordinationem *necessariò expectatam* „ fuisse, ad hoc ut Ordinatio rata habere„ tur. „ Et illo sensu de Sedo Apostolica scribebat Ivo Carnotensis ad Richerium Senonensem Archiepiscopum; (x) „ Ad ip„ sam principaliter & generalissimè pertinet, „ tam Metropolitanorum, quàm cætero„ rum Episcoporum consecrationem con„ firmare vel infirmare. „ Et præmiserat, quod *Sedis Apostolica* in Episcoporum Ordinationibus „ *Judiciis & constitutionibus* „ *obvisre, planè esset heretica pravitatis* „ *notam incurrere.* „ Quid plura? Probarum dat Auctor ille (y) & Thomassinus quoque variis locis, aliique multi, quod prærogativa Summorum Pontificum sit, ut ab illis, Sacerdotalis ex omnibus terræ partibus Ordinatio desumenda sit, & extra ipsorum consensum & communionem, Episcopalis Ordinatio nullam vel obtineat, vel legitimam habeat officii sui executionem; adeo ut Sedis Apostolicæ auctoritas in Confirmatione Episcoporum, sive per se, sive per alios, Vicarios, aot Legatos suos, non sit nova disciplina, sed ipsius Ecclesiæ institutioni coæva *inquit Thomassinus.*

Dissert. XXII. An electus in Episcopū consecrari possit sine confirmatione Romani Pontificis?

Dicunt 2. (z) „ Salus animarum supre„ ma lex est in Ecclesia Christi : quod adeò „ verum est, ut si animarum saluti non „ aliâ ratione, quàm disciplinam Eccle„ siasticam transgrediendo prospici possit, „ illam transgredi omnino liceat, imò non„ numquam oporteat. Ergo cùm ex insti„ tutione Episcopi tot animarum salus de„ pendeat, rectè concluditur, legem Pon„ tificiæ Confirmationis prætermitti posse. „ Et ponunt exemplum in Sacerdote non approbato, qui in casu necessitatis non tantùm potest, sed tenetur absolvere.

Habet hic discursus hypotheses duas, generalem unam, particularem alteram; utramque falsam. Generalis hypothesis est; quod animarum saluti aliquando prospiciatur transgrediendo disciplinam Ecclesiasticam. Id inprimis falsum est; nam quandocumque ob animarum salutem aliquid faciendum est, vel omittendum, quod sit contra, vel præter legem aut disciplinam, tunc enimvero cessat Lex, & illam non transgredimur. Omnis enim transgressio legis peccaminosa est. Hypothesis particularis est, quod animarum Ecclesiæ Ultrajectensis saluti, non aliâ rationo prospici possit, quàm transgrediendo Disciplinam Ecclesiasticam; id autem non tantùm falsum est, sed insuper Disciplinæ Ecclesiasticæ, id est, ipsi Ecclesiæ Catholicæ injuriosum & contumeliosum. Immò verò animarum illarum salus procurari non potest, nisi observando Disciplinam Ecclesiasticam. Sed miserrimum hoc argumentum ostendit,

(s) Hallier ibid. §. 3. (t) §. 4. (u) N. 24. & 26. (v) N. 28. (x) Ep. 8. (y) §. 6. n. 59. (z) Dissert. de Misero Statu Eccles. Ultraj. Pag. 185

Dissert. XXII. An electus in Episcopû consecrari possit sine confirmatione Romani Pontificis?

ostendit, etiam prima Theologiæ principia Adversariis ignorari. In exemplo enim Sacerdotis non approbati, & in casu necessitatis Pœnitentiæ Sacramentum administrantis, Lex non excipiendi Confessionem & non absolvendi, cessat *contrariè* ut loquuntur Theologi; id est, Legis observatio fini legis adversatur, & ob circumstantiam *necessitatis* turpe foret observare legem non absolvendi. Dicentne, turpe fore observare legem petendæ Confirmationis Pontificiæ? Neque objiciant, necessitatem Episcopi in Ecclesia Ultrajectina etiam facere ut cesset Lex petendæ Confirmationis: Nam, ut supra monui, non privatur Ecclesia Episcopo, sed caret ipsorum dumtaxat culpa, adeòque abest necessitat quæ à legis impletione excusaret; & Episcopum habere non possunt aliâ ratione, quàm disciplinam Ecclesiasticam observando; sicuti Sacerdos non approbatus qui in necessitate absolvit, Disciplinam Ecclesiasticam observat, cùm illa ipsa Disciplina habeat, quod omnis Sacerdos non approbatus, in illo casu absolverè possit & valeat. Et quamvis in utroque Casu supponeretur adesse circumstantia *necessitatis*, differentia tamen & dispar ratio insiliret in oculos. Videlicet, quod Sacerdos absolvens non possit tollere necessitatem quæ illi licitam facit absolutionem: Ultrajectenses tollere valeant carentiam Episcopi, observando legem. Et illi non vident, in Casu Sacerdotis esse legem negativam, ad cujus impletionem sive non violationem sufficit quod, stante & non cessante Lege, actus prohibitus non ponatur; in ipsorum autem causa, legem esse affirmativam, ad cujus impletionem requiritur, ut actus præceptus ponatur scienter, voluntariè, & illo modo, quem lex requirit. Hæc omnia procedunt hic etiam in certa hypothesi, nimirum; quod Sedes Ultrajectina, Capitulumque subsistat cum jure electionis, & quod canonicè Electi Confirmatio petenda sit: quæ cùm, nobis etiam dolentibus, jam non obtineant, modus providendi saluti animarum Fœderati Belgii, est, ut illi obicem quem posuerunt, removeant, & Romano Pontifici integrum faciant, Vicarium dare consecratum.

Dicunt 3. (*a*) Legem Pontificiæ Confirmationis negligi posse, ob Ecclesiæ utilitatem, & ne in rebus temporalibus jacturam patiatur. Hic descendunt enimverò ad particulares casus, & ad species necessitatis, ob quam volunt „ quaslibet leges etiam vetustissimas prætermitto posse juxta percelebratam hanc regulam: *Quod non est licitum in Lege, necessitas licitum facit.* ii „ *de Reg. Juris. C.* 4. „ quam regulam omninò valere volunt, & „ consecrationem „ Episcopi, quæ sine Pontificia Confirmatione alioquin illicita foret, licitam hic „ fieri ob apertam Ecclesiæ Ultrajectinæ „ necessitatem. „ Igitur de prætextu necessitatis videndum hic est. Sciendum porrò, necessitatem variè partiri, sed omnem ejus divisionem adferre, parum faceret ad propositum, quâ de re videri posset *Menoch. de arbitr. Judic. quæst. Lib.* 2. *Cent.* 2. *Casu* 182.

Alia est necessitas *fatalis*, sive *Casualis*, quæ casu evenit, ut cùm quis in latrones fortuitò incidit, & omnibus bonis exuitur; & huic necessitati leges succurrunt; adeò ut illa justam causam præbeat alienandi feudum, vel Fideicommissum aliàs inalienabile. *Menoch. ibid. num.* 23. Similis ferè necessitas obvenit Ecclesiæ Ultrajectinæ, cùm mutato Reip. & Religionis statu, non in latrones quidem incidit, sed in novam Dominationem, quæ illam exuit temporalibus & spiritualibus possessionibus omnibus, nec Episcopum habere permisit, nec Canonicos, nec Jurisdictionem. In hac necessitate, justa aderat causa mutandi regiminis Ecclesiæ Ultrajectinæ, cui succurrere licebat mediis alias legi ordinariæ adversantibus. Quare Nuntius Apostolicus primùm, tum Romanus Pontifex Gregorius XIII. urgente necessitate fatali, quæ humano consilio præveniri non potuerat, loco Episcopi, Sasboldum Vosmerum, hominem extraneum, à Capitulo non electum, Ecclesiæ Ultrajectinæ præfecit præter legem; id est non ordinaria (ex Lege & Canone) facultate, sed planè extraordinariâ, in solo necessitatis casualis, seu fatalis articulo adhiberi solitâ. Et hæc est necessitas, quæ præteriit.

Secunda necessitatis species, quæ *naturalis* est, dicitur illa, quæ à natura ipsa causatur, ut edere, bibere, vestibus indui, servitores habere &c. Hæc etiam varia facit licita; hæc præstat justam alienandi causam; imò ob causam necessarii victûs, furari licet; ob necessitatem famis, licitum est alienare vasa sacra; & quæ fiunt ex causa necessaria fatali vel naturali, in fraudem facta non creduntur, ut multis probat *idem Menoch. à n.* 25. Hanc naturalem necessitatem Ecclesiæ Ultrajectensi etiam contendimus non adesse, nisi remotè admodum; adfuisse tamen dabimus Adversariis, dicendo, quod Ecclesiæ Ultrajectinæ Institutio, Conditio, Natura, ad opus fidelium subditorum exegerit, petierit, requisiverit Episcopum, qui spiritualem eis panem frangeret, potum porrigeret, vestes quoque & servitores, sive Ministros, aliaque subsidia ad animarum salutem requisita, procuraret. Hic certè ab ipsis inibimus gratiam; sed cavere debent, ne statim in rem suam concludant. Notari enim jubeo duo: I. quod quæ necessitati

(*a*) Pag. 28, & 59.

cessitati conceduntur contra legem, debeant
esse proportionata ad ipsam necessitatem
superandam. Sic bonis omnibus exutus, ex
alienatione fundi aliàs inalienabilis restitui-
tur in bonis. Fame pressus, per panem fur-
to acceptum inediam depellit. Non esset actu-
tem proportionatum, si fame enecatus, nul-
lam haberet præter lapides arripiendi facul-
tatem. Ut ut enim ille saxis se onerarit, fa-
mem non depulerit. II. Notari debet & illud,
necessitatem nihil valere contra legem,
quando necessitati occurri potest alio mo-
do, quàm contra legem agendo. Sic in ne-
cessitate naturali positus, si alia bona libera
habuit unde edere, bibere, operiri; verbo,
unde ali potuit, non potest ex causâ victûs
necessarii feudalia vel fideicommissaria alie-
nare. *Menoch. ibid. n.* 31. Videamus quàm
rectè hæc Ecclesiæ Ultrajectinæ applicen-
tur, & conveniant. Quod primum attinet,
id quod ipsi ex necessitate licitum esse con-
tendunt, proportionatum non est ad ipsam
necessitatem superandam; ut ut enim ipsi
contra legem petendæ Confirmationis Pon-
tificiæ, Episcopum consecrare conentur,
illum tamen quem dicent Episcopum Ul-
trajectinum, nec in Sede Episcopali, nec
in Jurisdictione, nec in subditis, nec in
possessionibus valebunt restituere, & ma-
nebit omnis illa, quæ tanto tempore adfuit,
necessitas. Quoad secundum: posita ab ipsis
necessitas prætermittendæ Pontificiæ Con-
firmationis, nihil potest contra legem, cùm
necessitati occurri possit alio modo, nem-
pe per Vicarios Apostolicos consecratos,
à quibus Fideles Hollandiæ populi spiritua-
lem panem & potum & Ministros accipere
possunt. Et hoc ipso specificè modo, ne-
cessitati per omnia sobventum fuisse docuit
consensus & assensus omnium Fœderati Bel-
gii fidelium per vix non sesqui seculum;
neque enim proprii Episcopi necessitatem
prætexuêre Ultrajectenses ante hos ultimos
elapsos annos.

Tertia est necessitatis species, quæ *cul-
pabilis* seu datâ operâ appellatur, ut cùm
quis bona sua dilapidavit, & hæc necessi-
tas regulariter justa non est, nec excusa-
bilis. Et cùm quis culpâ ad actum præme-
ditatâ, & ordinatâ ad casum, in necessi-
tatem incidit, is nullo jure adjuvatur. *Me-
noch. sup. à n.* 37. Hæc est præsens neces-
sitas Ecclesiæ Ultrajectinæ, sive Sacerdo-
tum Ultrajectensium, qui datâ operâ om-
nia bona sua dilapidarunt, cùm famam Ro-
manorum Pontificum, omni bono tempo-
rali pretiosiorem, abstulerunt apud illos
qui S. Sedis æquitatem justitiamque per-
spectam habentes, per integrum, & am-
pliùs seculum passi fuerant, necessitati sub-
ditorum suorum Romanæ communionis,
provideri in omni pace & tranquillitate.

(*b*) Pag. 30.

Necessarius ipsis est Vicarius consecratus,
sed cùm Romanum Pontificem impediunt
ab illo constituendo, in necessitatem inci-
dunt quæ excusabilis non est. Et cùm se
primæ Sedis dispositioni opponunt per vim
& violentiam, nihil aliud agunt, quàm cul-
pâ præmeditatâ & ordinata ad casum, pro-
curare sibi necessitatem; sed culpabilem.
Notum est istud juris essatum: *Delinquens
debet perdere privilegium sibi indultum.* Si
ergo perdit privilegium quod habet; à for-
tiori, ex eo delicto, id quod non habet,
acquirere non potest. Item: *Dignum est ut
malè meriti egestate laborent.* Et: *Impu-
tandum illi est, qui se suo facto in neces-
sitate posuit.*

Dissert. XXII. An electus in Episcopû consecrari possit sine confirmatione Romani Pontificis?

Quod autem Ultrajectenses hìc adducunt
ex *Cap. 44. x. de Elect. & Elect. pot.* &
ex alio *Cap.* malè citato, rem ipsorum ne-
quicquam promovet. Cùm enim Pontifex
remotioribus ab Urbe Ecclesiis, DISPEN-
SATIVO *propter necessitates* ipsarum *& uti-
litates in spiritualibus & temporalibus* in-
dulget, ut ante acceptam confirmationem,
Electi *administrent*, id verò probat totum
quod nos volumus scilicet, necessitates Ec-
clesiarum à Pontificia Romani arbitrio, in-
dulgentia, & (ut hìc in Decretali) *Dispen-
satione* pendêre. De illa igitur sibi provi-
deant Ultrajectenses, & nos acquiescemus.
Neque hìc ipsos excusare potest rerum sua-
rum periculum, temporalis jactura, damna,
sumptus &c. quæ objiciunt; nam nullo casu
licet *pro temporali commodo inobedientiæ
notam incurrere, & Apostolicis jussionibus
contraire.* Cap. Illud. x. de Major. & obed.

Dicunt Ultrajectenses 4. (*b*) Prioribus
seculis, Metropolitano Electum inferioris
Ecclesiæ confirmare vel consecrare recu-
sante, Comprovinciales Episcopi consecra-
bant, ergo Pontifice Romano Steenovium
confirmare nolente, licebit tamen, neces-
sitate id poscente, ad ejus Consecrationem
procedere.

De necessitate sat superque diximus, &
plus quàm illi optent. Hæc interim argu-
mentatio claudicat, nam illi, quamvis nul-
lius juris homines, hìc magna petunt; non
Episcopi, sed Archiepiscopi, & Metropolita-
ni consecrationem. Atqui nulli sunt Epis-
copi Comprovinciales qui consecrent, nul-
li vicinarum Ecclesiarum Præsules, quan-
tumvis per seditiosas Epistolas interpellati,
qui istud officium, non jubente Pontifice,
conferre velint. Quo igitur eodum ipsis
est, nisi eò quò antiquitùs Metropolitano-
rum sive negligentia sive reluctatio ita
coëgit, ad S. videlicet Sedem Apostolicam?
Sic STEPHANUS Papa Guilberto Patriar-
chæ rescribens minatur, quod si Comeosia
Ecclesiæ Antistitia consecrationem diutiùs
differat, *proculdubio* ad ipsum *veniens*

con-

Dissert. XXII. An Electus in Episcopū consecrari possit fine confirmatione Romani Pontificis?

consecratus abibit. Sic URBANUS II. Arialdum Elatensem Episcopum nolente Metropolitano consecravit, & Ivonem Carnotensem, recusante Richerio. Id quod æquum erat omnino, inquit *Hallier sup. n.* 37. ut adversùs injustitiam vel negligentiam, ad supremum Ecclesiæ tribunal perfugium esset.

Dicunt 5. (*c*) „ In Concordatis Germaniæ ..... Pontifex pacto se obligat, nisi „ evidens & justa ratio obstiterit, confirmaturum se quotquot à Canonicorum „ Collegiis eligendi erunt Episcopi ..... si „ verò Pontifex, confirmationem fine justa „ & evidenti causa denegando, Concordata violet, reditur ad Jus commune. Jus „ autem commune Ecclesiarum Germanicarum non exigit, ut Confirmatio à Papa „ petatur.„ Pag. præced. dixerant: *Confirmationem Pontificiam præter rationem denegari ponimus.* „

Hæc verò est inepta garrulitas, quæ iterum multa supponit quæ sunt in quæstione, ut existentiam Capituli, liberam electionem &c. quæ non subsistunt ampliùs. Et ut subsisterent, jam non ad jus commune, sed ad modernam Ecclesiæ disciplinam esset redeundum. Sed quâ demùm divinarum pariter atque humanarum rerum subversione evênit, ut pauculi in Hollandia Sacerdotes obscuri, ignotique (noti tamen per insignem rebellionem) illud in Ecclesia Dei obtineant summum Tribunal, ut judicare ipsis fas sit, an Romanus Pontifex, an prima Sedes, Confirmationis suæ denegandæ causam habeat, nec ne? Illi pronuntiant, Confirmationem pseudo-electi sui fine justa ratione denegari. Nempe fine ratione declaratum fuit à viginti annis & sæpius, quod penes prætensum Romanum Missionariorum Ultrajectensium (si tamen Missionarii sunt, qui nullam legitimam habent Missionem) Collegium, nulla sit Jurisdictio spiritualis Ecclesiastica. Dico ego, usurpationes, sacrilegia & schisma, etsi permagnas & justas, non tamen solas exstitisse causas denegatæ Confirmationis.

Dicunt 6. (*d*) „ Non possunt ii ad quos „ jus confirmandi pertinet, Confirmationem pro suo arbitrio denegare, sed cùm „ nihil obstat, Electum confirmare *tenentur.*„ Et citant Cap. *Postquam* x. de Elect. & INNOC. III. Item Cap. 1. x. de suppl. negl. præl. ubi dicitur: „ si Episcopus, tertiò cum humilitate ac devotione „ sicut convenit requisitus, substitutos Abbates benedicere fortè renuerit, eisdem „ Abbatibus liceat proprios Monachos benedicere, & alia quæ ad officium hujusmodi pertinent exercere, donec ipsi E„piscopi suam duritiem recogitent, & Abbates benedicere non recusent.„ Et volunt, pari ratione argumentari licere de Confirmatione per Pontificem Electis Episcopis impertienda.

Hic leviter valdè juris dispositionem attingunt. Poterant tamen fine multo studio, ex Glossa in Cap. *Postquam*, intelligere, quod quando confirmatio electionis petitur à Superiore, Superior inquirere debeat de vita & moribus electi, in loco in quo conversatur, ut si dignus inveniatur, & electio sit Canonica, sine dilatione debeat confirmari.„ Confirmator ex officio suo habet jus confirmandi „ vel cassandi electionem prout sibi videbi„tur expedire pro bono communi.„ *Barb. ad d. Cap.* Non puto ipsos dubitare, quin de pseudo-electo suo inquisitio facta sit multa *in loco in quo conversatur.* An dignus inventus fuerit, judicari potest ex dictis ad Objectionem præcedentem, ex quibus unusquisque secum statuet, an pro mero arbitrio Confirmatio denegetur, & an nihil hic obstet. Sed quid ipsis cum *Cap. 1. x. de suppl. negl. præl.*? An ignorant, per Prælatos intelligi omnes & solos Ordinarios, Romano Pontifice inferiores? An in primam Sedem cadit negligentia, formalis scilicet & propria, de qua loquitur hæc Rubrica, ut ostendit *Barbos. ad d. Cap.*? Discant illi, in denegata Confirmatione pseudo-electionis suæ non negligentiam intervenisse, sed prudentiam. Volunt insuper argumentari à paritate rationis, & dicunt, „ „ Sicut Abbas ab Episcopo confirmandus „ in antedicto Casu confirmatus censetur, „ & perinde ac si confirmatus esset omnia „ quæ Officii sui sunt obire potest, ita E„piscopus à Pontifice confirmandus in eo„dem casu confirmatus censetur, & tam„quam si confirmatus esset omnia, quæ ad „ dignitatem suam spectant, potest peragere, „ adeoque ad Consecrationem procedere.„ Hic ergo faciunt æquiparationem inter Episcopum Superiorem Abbatum, & Romanum Pontificem Superiorem Episcoporum. Atqui ab æquiparatis non valet argumentum quando militat ratio diversitatis. *Barbos. in loc. com. argum. Jur. loc. 6. n.* 3. Diversitatis autem ratio est, quod non sit æqualis Juris dispositio in Episcopo, & Romano Pontifice. Ille negligens aut reluctans, habet Superiorem à quo negligentia corrigatur & reluctatio suppleatur, idque de Jure; Romanus Pontifex non item, qui causâ cognitâ, nec negligens est, nec reluctans, cùm postulata concedere abnuit. A sententia Juris ad sententiam hominis non valet argumentum. *Card. Tusch. Pract. Concl. Tom. 1. verb. Argumentum. Concl.* 509. *n.* 5. Sententia juris concedit Abbati Monachos benedicere postquam Episcopus cum humilitate & devotione requisitus Abbatem benedicere

(*c*) Ibid. (*d*) Pag. 31.

dicere renuerit; idque ideò, quia probandum est Episcopo, quod rationabiliter renuerit benedictionem; sententia autem hominis sive Pontificis Romani pro tempore existentis, habet probationem jam factam de indignitate personæ cui negatur confirmatio. Sic in spolio sententia juris non impedit restitutionem, sententia verò hominis impedit. *Card. Tusch. ibid. Oldrad. Cons.* 227. *n.* 4. Sed ipsi fortassis accusabunt in his Pontificem *duritiei*, cujus Pontifex Episcopos damnat. Sed hæc iterum æquiparatio nihil valet. Servandum est quod Papa decernit, quamvis durum. Ita Carolus Magnus, relatus *Can.* 3. *Dist.* 19. „In memoriam Beati „Petri Apostoli honoremus Sanctam Romanam & Apostolicam Sedem: ut quæ nobis sacerdotalis mater est dignitatis, esse „debeat Ecclesiasticæ magistra rationis. „Quare servanda est cum mansuetudine humilitas: ut licet *vix ferendum* ab illa sancta Sede imponatur *jugum*, tamen feramus, & pia devotione toleremus.„ Optamus ut hanc Deus humilitatem inspiret Ultrajectensibus, & ob illam mereantur S. Sedis gratiam & communionem.

Tandem dicunt 7. „Si quis in iis circumstantiis versetur ut è duabus legibus disciplinam spectantibus, necessariò alterutram præterire debeat, tum certò prætereunda est illa, quæ levioris est momenti. Atqui in illis circumstantiis modò versatur Ecclesia Ultrajectina, ut è duabus legibus circa disciplinam versantibus alterutram necessariò negligere debeat, „nempe vel illam, quæ diuturnam Ecclesiarum vacationem prohibet, vel aliam, „quæ Electum sine Pontificia Confirmatione consecrari vetat.„ Ergo &c.

Falso rursus innititur supposito hæc argumentatio, nimirum quod Sedes Archiepiscopalis Ultrajectina *vacet*. Hanc insipientiam multis castigavimus in DISSERTATIONE IV. Sed hic ipsos aliud volo. Dicunt se versari inter duas leges; hoc verum. Sed non versantur inter duas leges tales, quales explicant in objectione, & quarum unam sibi fingunt, quia servit ambitioni, aliam timent, quia obstat rebellioni. Lex prohibet diuturnam Ecclesiarum in sua integritate subsistentium vacationem: hoc intelligo. Sed, evici quod Sedes Archiepiscopalis Ultrajectina non subsistat ampliùs, adeoque Ecclesia ipsa non *vacet*, verùm destructa sit, & ad conditionem nudæ Missionis redacta, cujus provisio ad solam spectet Sedem Apostolicam. Ex hoc Jure oritur Lex prima, quam nos verbis convenientibus proferemus; scilicet: *Nullus Ecclesiis Fœderati Belgii providere potest nisi Romanus Pontifex*. Altera, ipsis consentientibus, Lex est hæc: *Electus sine Pontificia Confirmatione, consecrari non potest*. Habemus duas leges inter quas verè versantur Ultrajectenses, id est, versantur inter duo illicita. Atqui dum *utrumque est nefarium, non debet quis alterum pro altero perpetrare sed utrumque vitare*. S. Aug. relatus in *Can. Si quod veriùs dicitur* 9. *Caus.* 33. *quæst.* 2. Hujus proinde verbis Ultrajectenses compello: *Quis est tam demens ut dicat vobis facite quod non licet*, scilicet Episcopum eligere, *ut liceat vobis, quod non licet*, scilicet Electum consecrare invitâ S. Sede? *Cùm enim utrumque secundùm legem Ecclesiæ illicitum sit*, sive Episcopum eligere, sive consecrare, *ab utroque abstinendum est, non illicitum pro illicito faciendum*.

Tandem concludunt (*e*) sub exemplo petito ex Historia Regni Lusitaniæ superioris seculi, cùm Summi Pontifices URBANUS VIII. & INNOCENTIUS X. nominatos à Joanne IV. Rege Portugalliæ nondum agnito, Episcopos confirmare renuerunt. Ad hæc Doctores quarumdam Universitatum (quas nobis ignotas volunt) desuper consulti censuissent, potuisse nominatos illos ad Episcopatum, sine Pontificia confirmatione, consecrari ob necessitatem illam in qua regnum Lusitanum tunc versabatur. Et citant, nescio quod scriptum cujus titulus sit: *Balatus ovium* INNOCENTIO X. *à tribus Lusitaniæ Ordinibus oblatus Anno* 1649. Hoc Opusculum nancisci non potui, & tota objectio à me præteriri poterat, cùm adnotarint Ultrajectenses, quod *Rex Lusitaniæ eo consilio uti non voluerit*; sed incidi in Librum duobus tomulis editum Amstelodami Anno 1702. (*f*) de Rebus Lusitaniæ, in quo Auctor Acatholicus objectam Historiam fusè perhibet. Suppeditat autem varia ex quibus pœniteat Ultrajectenses quod in illo exemplo esse voluerint.

Refert enim & ille (*g*) quorumdam Doctorum sententiam illâ occasione & petente Rege depromptam, quod Confirmatio Pontificia juris tantùm esset humani, & quod jus illud non obligaret in necessitate extrema non tantùm, sed ne in gravissima quidem. Sed hanc, aliasque in hanc rem opiniones, damnatas scribit idem Auctor per supremam Inquisitionem Regni Lusitaniæ, quæ illo referente, Decreto suo inseruit doctrinam his temporibus non minùs,

Dissert. XXII. An Electus in Episcopum Consecrari possit sine confirmatione Romani Pontificis?

(*e*) Pag. 32. & seq.

(*f*) *Relation de la Cour de Portugal sous D. Pedre II. à present regnant. Avec des Remarques sur les intérêts de cette Couronne par rapport aux autres Souverains; & l'Histoire des plus considerables Traitez qu'elle ait faits avec eux. Traduite de l'Anglois. A Amsterdam chez Thomas Lombrail Marchand Libraire, dans le Beurs-straet* 1702.

(*g*) Par. 2. Cap. 1. p. 300.

Dissert. XXII. An electus in Episcopū consecrari possit sine confirmatione Romani Pontificis?

nùs, quàm illis pernecessariam. Scilicet: (*h*) *Pontificem Romanum ut Caput Universale Ecclesiæ, totam possidere potestatem Monarchicam & fontem in se habere omnis Spiritualis Jurisdictionis, quæ sine expressa suo concessione & voluntate derivari non potest ad Ministros Ecclesiæ.* Et non tantùm S. Inquisitionis Lusitanicæ tribunal, exterarum Universitatum atque Doctorum sententiam, rebellioni excitandæ idoneam, rejecit atque confutavit, sed & ipsi tres Illustrissimi Ordines Regni, pro sua in S. Sedem Apostolicam, & in Disciplinam Ecclesiasticam observantia, in illo ipso scripto, seu *Balatu Ovium*, Innocentio X. porrecto, seditiosa consilia respuerunt; satiùs ducentes, Episcoporum indigentiam tantisper ferre, donec res Pontificem inter & Regem componeretur, quàm sacrilegà ratione ad Antistitum novorum consecrationem prosilire. Præclara certè utuntur Oratione, quam nos compendiò dabimus ex fide dicti Auctoris, dùm nec primigenia verba Idiomate Lusitano concepta, nec ipsa Latina, quæ Adversariis visa sunt, habere potuimus.

Præmittunt autem: „ (*i*) Quod firmissimè teneant, Summum Pontificem ut „ Jesu Christi Vicarium in terris, Pa„ storem Ecclesiæ Universalem & legiti„ mum S. Petri Successorem, esse supre„ mum Ecclesiæ Monarcham; quod integrè „ derivetur ab illo aliorum Ministrorum „ auctoritas omnis & potestas, quam sus„ pendere possit, & limitare eo modo & „ formâ quibus judicaverit convenire; quòd „ licitum non sit ulli alteri Potestati sese „ ingerere in ejus regimen, & quod Prin„ cipes seculares non habeant quod curent „ circa res Ecclesiæ, & ipsis aliud incum„ bat nihil, quàm adjuvare Ecclesiæ pros„ peritatem, defensionemque. „

Tum declarant appositè ad rem: „ Quod, „ quamvis diversis olim rationibus perfice„ retur Episcoporum Electio & Confir„ matio, indubitatæ nihilominus veritatis „ sit, quod adfuerit semper vel expressa vel „ tacita approbatio Papæ, diversis hisce „ rationibus assensum Præbentis secundùm „ diversas temporum conditiones; & quod „ *probatum exstiterit nunquam, habitum* „ *fuisse ullo umquam tempore Episcopum* „ *sine ejus Confirmatione.* „ &c.

Hanc ipsam declarationem viderunt illi in *Balatu Ovium*, sed procul sint, ut illà stare velint. Nec deposuerunt antiquos mores, ex quibus dissimulant aut occultant quidquid ipsis adversatur. Quare maluerunt Doctorum aliter sentientium opiniones arripere, quàm Lusitanorum, ad quos provocaverant, probam, rectamque de S. Sedis Apostolicæ Jurisdictione confessionem imitari. Jam verò cùm Illustrissimorum inclyti Regni Ordinum sensa protulerim, ipsorum nempe placitis contraria, multùm fallar, ni Lusitanos omnes, & truncos, & stipites, & fungos, & vilia Aulæ Romanæ mancipia vocent. Sic enim malæ causæ Patronis plerumque est mos, ut dum solà obstinatione rem agunt, etiam Catones contra se stantes appellent asinos, & suos, quamvis plumbeos homines, in cœlos ferant. Sed si solemnem hanc Lusitanorum Ordinum professionem eludere ipsi velint, egregiè imitabuntur Acatholicum hunc scriptorem, ex quo nos illam decerpsimus; & per nos licet, ut ab illo mutuentur illusiones novas, & scommata, & invectivas in Sedem Romanam: neque enim interest ex quo fonte hauriant, dum statuerunt spuere in os Vicarii Christi. Intelligant tamen illud unum, etiam ingratiis suis, quod apud Lusitanos essent plures, illæque integrè subsistentes Sedes Episcopales, verè vacantes; Quod ex omnibus Regni Episcopis superesset unicus; Quod Pontifex nominatos Episcopos confirmare recusaret, & nihilominus in tanta indigentia, aut, ut ipsi volunt, necessitate, omnes Regni Ordines judicent, declarent, edicant, Episcopum haberi seu consecrari non posse sine Confirmatione Pontificis. Ab his circumstantiis longè

(h) *Que le Pape comme Chef Universel de l'Eglise Romaine, avoit toute la Puissance Monarchique, & étoit la source de toute la Jurisdiction spirituelle, qui ne sçauroit être dérivée aux Ministres Ecclésiastiques sans son expresse concession & volonté.* Pag. 302.

(i) *Qu'ils tiennent pour vérité infaillible, que le Pape, entant que Vicaire de Jesus Christ sur la Terre, Pasteur Universel de l'Eglise, & légitime Successeur de S. Pierre, est le Souverain Monarque de l'Eglise: Que toute l'autorité & toute la puissance des autres Ministres est dérivée entierement de lui, laquelle il peut suspendre & limiter en la forme & en la maniere qu'il juge à propos: Qu'il n'est point licite à aucune autre Potentat de se mêler de son gouvernement, les Princes Séculiers n'aiant rien à voir aux choses qui regardent l'Eglise, & n'aiant à faire à cét égard, qu'à contribuer à sa défense & à sa prospérité.*

Qu'encore qu'on ait usé de diverses voïes pour l'Election & la Confirmation des Evêques, c'est pourtant une vérité indubitable que ç'avoit toujours été avec l'expresse, ou du moins la tacite approbation du Pape, qui avoit consenti à ces diverses voïes, selon les différentes circonstances des tems; & que l'on n'avoit jamais prouvé qu'il y eût été en aucun tems des Evêques sans sa Confirmation. Pag. 308.

longè absunt Ultrajectenses, quibus eripuimus omnem necessitatis prætextum, adeo ut in hac quæstione existimemus nos ipsis præterea debere omnino nihil. Pergimus igitur ad aliam.

DISSERTATIO XXIII.

An Consecratio Episcopi perfici possit ab uno Episcopo sine Commissione Romani Pontificis?

Dissert. XXIII. An Consecratio Episcopi perfici possit ab uno Episcopo sine Commissione Romani Pontificis?

HIs verbis proponendam puto quæstionem, non illis quibus Adversarii utuntur *Cap. 4. Dissertationis de Misero Statu &c.* ubi pro titulo ponunt (*l*) hanc propositionem affirmativam: *Quod consecratio Episcopi perfici possit ab uno Episcopo, dum plures obtineri non possunt.* Nemo non videt, hanc modificationem: *Dum plures obtineri non possunt*; adjectam esse de industria, ut serviret præmeditatæ intentioni perficiendi Consecrationem per unum duntaxat Episcopum, sub prætextu quod plures obtineri non possint. Illi, plures obtinebunt Episcopos, quando Episcopis licitum erit propositam consecrationem peragere sine Sacrorum Canonum violatione. Neque enim à Catholicis Episcopis jam sunt remotiores, quàm ante hos triginta sex annos, dum Petrus Coddæus ex auctoritate Sedis Apostolicæ, in Archiepiscopum Sebastenum consecratus fuit Bruxellis per Archiepiscopum Mechliniensem, assistentibus Antverpiensi & Namurcensi Episcopis. Sed tunc aderat Commissio Apostolica, quam si & ipsi assequantur, spondeo ego de pluribus Episcopis.

Proposita quæstio duplicem habet sensum, scilicet I. An sine commissione Romani Pontificis Episcopalis Consecratio, per unum Episcopum perfici possit *validè*; & 2. An *licitè*. Illi multa proferunt de validitate Consecrationis factæ ab uno tantùm Episcopo, & trium Episcoporum præsentiam dicunt non esse de essentia, aut substantia Consecrationis. Non est animus hic ipsis occurrere, cùm res sit inter gravissimos Auctores multùm controversa, ut videri potest apud *Hallier sup. cit. Art. 2. Pignatel. Consult. Canonic. Tom. 1. Consult. 182.* & optimè *apud Vasquez de Ordine Disp. 243. Cap. 6. Dianam Par. 12. de Consecr. Epis. Resol. 27. & seqq. Aliasque.* Et novissimè in *Dissertatione*, quam *de numero Episcoporum ad validam ordinationem Episcopi requisito*, in lucem emisit HERMANNUS DAMEN in Universitate Lovaniensi S. Theol. Doctor Regens & Prof. Ordinarius. Sufficere debet, quod de jure, adeòque de necessitate præcepti requirantur três Episcopi, & quod secundùm omnes Theologos & Canonistas, illicita sit Consecratio per unum Episcopum, nisi ob gravissimas causas, & ne tunc quidem, nisi accedente Commissione Romani Pontificis: Adeo ut *Diana* doceat (*m*) Dispensationem Pontificiam absque justa causa datam super ternario numero Episcoporum, non tantùm illicitam esse, sed etiam nullam & invalidam.

Et certè, res tanti momenti exigit, ut à Disciplina ab Apostolis accepta non recedatur, nisi dum supremo Ecclesiæ Rectori ex prudentissimo judicio aliter visum fuerit, & indultum ex plenitudine potestatis. Gravissimum sanè est effatum ANACLETI Papæ relatum *Can. porro Dist. 66.* ubi perhibet, B. Jacobum Apostolum qui secundùm carnem, Domini nuncupatus est frater, ordinatum fuisse à tribus aliis Apostolis Petro, Jacobo, & Joanne; admonens Ecclesiam, quod iidem tres Apostoli, *successoribus suis dederint formam ut non minùs, quàm à* TRIBUS EPISCOPIS, *reliquisque omnibus assensum præbentibus, ullatenus Episcopus ordinetur.* Imò ANICETUS Papa ad Christi institutionem pertinere dicit, ut ad Consecrationem Episcopalem tres conveniant Episcopi; nam postquam retulit verba ANACLETI de Ordinatione Jacobi à tribus, subjungit ipse in hunc modum (*n*) *Si enim non minùs quàm à tribus Apostolis, tantus vir fuit ordinatus Episcopus, patet profectò, eos formam* INSTITUENTIS DOMINO *tradidisse, non minùs quàm à tribus Episcopis Episcopum ordinari debere.* Quantumvis hæc loca sint dubiæ auctoritatis, ut Neotericis placet, qui illa his Pontificibus abjudicant, antiquitate tamen suâ testimonium reddunt Disciplinæ Ecclesiasticæ.

Neque video hactenus quare ab illis citandis abstinendum sit. Consentiunt enim Eruditi, quod Decretales Epistolæ ab Isiduro quodam, Mercatore seu Peccatore, primùm editæ, *è sententiis & verbis Legum, Canonum antiquorum, & Sanctorum Pa-*

(*l*) Pag. 33. (*m*) Sup. Resol. 32. (*n*) Ep. unic. ad Episc. Gall.

Digitized by Google

Dissert. XXIII. An Consecratio Episcopi perfici possit ab uno Episcopo sine Commissione Romani Pontificis?

trum qui quarto & quinto Seculo floruerunt, si pauca demas, concinnata sint, inquit Petrus à Marca. (*aa*) Qui & adnotat (*bb*) *frequentissimè ab Episcopis laudata fuisse verba Epistolarum illarum Decretalium, & earum auctoritatem usurpatam*: adeo ut non ferat, *atrocioribus verbis Epistolas dilacerari*. Ecce autem Zegerus Bernardus van Espen Schismaticorum Ultrajectensium causam palam rursus & apertè defendere ausus, illas *spurias* appellat (*cc*) & *fetidas impostoris alicujus merces*, multùmque debacchatur contra Decretales Epistolas omnes; nempe quia non serviunt intentioni Schismaticorum clientum suorum. Novit tamen ille, Petrum à Marca ex Hincmari Remensis sententia docuisse, *honorem iis Epistolis deberi ob dignitatem Auctorum, quorum nomina praeferunt*; (*dd*) Novit deindo, hanc Parisiensis Archiepiscopi moderationem, adeo placuisse Philippo Labbeo, ut post suam de suppositittiis Decretalibus censuram, totam illius de his Disputationem, suae Conciliorum collectioni insertam voluerit. Novit indubiè tertiò, quod Schelstratius observaverit (*ee*) Decretales à Petro à Marca rejectas fuisse, non quòd erroribus in Fide aut moribus scateant, sed quod ei visae sint contrariae posterioribus Canonibus, ex quibus Archiepiscopus ille libertates Ecclesiae Gallicanae conatur eruere; Novit praetereà quartò, quod idem Schelstratius acriora Baluzii verba contra Isidorum prolata perstrinxerit, & prudenter adnotarit, quod *Isidorum omnium primum has Epistolas edidisse constet, fabricasse, non constet*. Quintò denique, apud Schelstratium saepius legerit Espenius (nisi incurrere velit ignorantiae notam, quam Adversario suo, nullo habito respectu, petulanter impingit) legerit, inquam, quod *quantumcumque de Epistolarum Decretalium suppositione constet, de veritate tamen sententiarum ambigere vix liceat*; (*ff*) Et, allatis superioribus Archiepiscopi Parisiensis verbis, ita concludat Schelstratius contra obtrectatores quoscumque: „Hic aures erigat, quicumque has „ Epistolas detestandas proclamat: suppositas primis Pontificibus fateor, sed *illorum Pontificum loco succedunt Sacra „ Scriptura, Canones Conciliorum, Sanctissimi Pontifices & Patres, qui quarto & „ quinto Seculo floruerunt*, ut subsequentia „ Secula facilè potuerint decipi in primorum Pontificum nominibus, cùm videbant in Epistolis eorum nomine propositis, sacra Antiquitatis vestigia, & orthodoxa Veterum elucere dogmata. Hinc „ tempore Isidori peccatoris luci datas suscepit omnis Hispania, hinc & à Riculpho „ Moguntino allatas in hasce partes venerata est cum Hincmaro Remensi ad hoc „ usque Seculum omnis Gallia, hinc demum „ & oblatas Hadriano I. non rejecit Sedes Apostolica, cujus Pontifices, uti „ eruditiores Catholici, *eis frequenter usi „ sunt solo errore Auctoris, non veritate „ sermonis*. „ Ita praeclarè Schelstratius, concinens Petro à Marca. Quare meritò cordatis omnibus placere debet sententia Joannis Morini, concludentis: (*gg*) quod harum Decretalium *suppositio*, ARGUMENTO VIM NON DETRAHAT, *sed solam antiquitatem*.

Quae cùm ita sint, & Doctori van Espen non ignorata, licuitne illi, ad singulas ferè *Responsionis Epistolaris* paginas, atrocioribus verbis in Decretales Epistolas debacchari, adeoque illas detestandas proclamare? Docuit illo alibi, prout infra videbimus, quod trium Episcoporum in Consecratione adhibendorum disciplina, ab Apostolis tradita sit, & jam Decretales Epistolae, quantumcumque suppositittiae, sed quae *è sententiis & verbis Legum, Canonum antiquorum, & Sanctorum Patrum qui quarto & quinto Seculo floruerunt, si pauca demas, concinnata sunt*, ipsi repente fiunt *fetida merces*. Ostendat, si possit, hanc, trium in Consecratione adhibendorum Episcoporum, disciplinam, ex Decretalibus Epistolis esse *demendam*, illamque nec Legum, nec Canonum antiquorum, nec Sanctorum Patrum qui quarto vel quinto Seculo floruerunt, sententiis & verbis commendari. Id si non possit, superest ut ostendat, Canonibus posterioribus derogatum fuisse priscis hisce Decretalibus duabus, quantumvis suppositittiis, circa numerum Episcoporum ad Episcopi Consecrationem requisito; praescindendo tantisper, an in illis agatur de valore Ordinationis. Fidenter asserimus neutrum probari posse, adeoque manet hoc: quod, agnitâ etiam suppositione harum duarum Decretalium, suâ tamen antiquitate testimonium reddant antiquae Disciplinae, quam Espenius contemnit & conculcat, ut amico suo Erckelio, & rebellibus asseclis turpiter adulctur, & magis, magisque conciret seditionem.

Sed, quidquid sit de duabus hisce Decretalibus Anacleti & Aniceti, formam trium in Consecratione Episcoporum adhibendorum *in Ecclesia perpetuò servatam legimus*, inquit Hallier. (*o*) Et adducit ex Concilio Carthaginensi tertio; Africae hunc morem

(*aa*) De Concord. Sac. & Imp. Lib. 3. Cap. 5. n. 1. mihi. pag. 424. (*bb*) Ibid. n. 3. pag. 416. (*cc*) Responsio Epistolaris occasione Dissert. Eximii D. Damen. n. 9. pag. 3. (*dd*) Sup. n. 5. pag. 427. (*ee*) Antiq. illust. circa Concil. Gener. Diss. 3. Cap. 5. Art. unic. mihi. pag. 452. (*ff*) Ibid. n. 324. pag. 464. (*gg*) Morinus de Sac. Ordinat. Par. 3. Exercit. 4. Cap. 1. n. 13. (*o*) Sup. Cap. 2. Art. 1. §. 2. n. 6.

morem fuisse, ut à Carthaginensi Primate, adscitis duobus saltem Episcopis Suffraganeis, Ordinationes Episcoporum subditorum celebrarentur; ex quo etiam Concilio notandum dicit, quod solemnis forma hæc, scilicet: *Ut non minùs, quàm tres Episcopi sufficiant*; ibidem vocetur *antiqua forma* Ordinationis celebrandæ; quæ forma observari ibidem præcipitur. Sic etiam in Concilio Arelatensi primo habetur: (p) „ De his qui „ usurpant sibi, quod soli debeant Episco- „ pum ordinare, placuit, ut nullus hoc sibi „ præsumat, nisi assumptis secum aliis septem „ Episcopis; si tamen non potuerint sep- „ tem, *sine* TRIBUS *fratribus non audeant* „ *ordinare*.„ Concilium quoque Romanum sub Sylvestro statuit (q) ne Episcopus in ordinem adsciseretur, nisi ab omnibus, vel saltem à TRIBUS Provinciæ Episcopis. Concilium Nicænum I. Si aut propter instantem necessitatem aut itineris longitudinem, Episcopi omnes Provinciæ interesse non possint, „ TRIBUS tamen omnimodis convenientibus, & absentibus quoque priori modo „ decernentibus, & per scripta consentientibus ordinationem celebrari.„ præcepit. Concilium Arelatense II. in *Cap.* 7. *x. de Temp. Ordin.* „ Nec Metropolitanus sine „ TRIBUS, vel duobus Episcopis Comprovincialibus præsumat Episcopum ordinare, ita ut alii Episcopi Comprovinciales admoneantur Epistolis, ut se suo „ responso significent consensisse.„ Notat Glossa, quod illud *vel duobus* non erat in antiqua compilatione; idem insinuat Hallier. Concilium quoque Regense (r) animadvertit in ordinatum à non TRIBUS Episcopis: „ Ordinationem quam Canones irritam definiunt, nos quoque vacuandam „ esse censuimus, in qua prætermissa TRIUM „ præsentiâ, nec expetitis Comprovincialium Litteris, Metropolitani quoque voluntate neglectâ, *prorsus nihil, quod* „ *Episcopum faceret, ostensum est*.„ Ex quibus verbis nonnulli concludunt, Consecrationem Armentarii de quo Synodus agit, non tantùm illicitam, sed & invalidam declarari. Arausicanum I. Apud Hallier (s) temerarios ejusmodi ordinatores æque severè plectit. „ Sicubi contigerit duos Episcopos Episcopum invitum facere, auctoribus damnatis, unius eorum Ecclesiæ, ipse qui vim passus est, substituatur, si tamen vita respondet: & alter in „ alterius dejecti loco nihilominus ordinetur: si voluntarium duo fecerunt, & ipse damnabitur, quò cautiùs ea quæ sunt „ antiquitùs statuta serventur.„ GREGORIUS

MAGNUS in responsis ad Augustinum Anglorum Episcopum, cum moneret, quandoquidem solus esset Episcopus in Anglia, ... ordinaretur, Galliæ Episcopos veniant, qui consecrationi testes ... Ecclesiis & ut illi quos ordinaturus esset, ... Urbibusque tam vicinis ... ipsi, ut ad aliorum ordinationes ... possent; rationem subjungens: *Nam Episcoporum* ... *congregatis* TRIBUS *vel quatuor* ... *ordinari non debet*. Cap. Fraternitatem ... Dist. 80. Vide etiam Cap. ult. & Cap. Episcopum. Dist. 64. ... ZACHARIUS III. Bonifacium Moguntinum ... his verbis: „ (t) Quoties Episcopum consecraveris, duo, vel tres Episcopi, ut ... [illegible] ... & omnia ostendunt. ... consuetudinem. Igitur, qui antiquam ... Ecclesiæ ... sacratissimam legem ... Ecclesiæ Catholicæ de magnificentissimo ... esse putant, aut qui ex privato ingenio existimant, præteriri posse disciplinam ... quam tenendam dicit GREGORIUS III. *Si Deo gratum esse volumus quod ecclesiæ ...* quam ab Apostolis traditam, imò à Christo Domino institutam prisci pronuntiavêre Pontifices; quam tot Concilia præscribunt, exigunt, imperant; qui, inquam hæc contemnunt, Ecclesiam ipsam ipsos contemnere necesse est.

Eusebius refert (v) facinus Novati hæretici, hominis vaferrimi, qui (vv) postquam Episcopalis dignitatis cupiditate diu ... ambitionem tamen suam multo tempore celaverat, imò & tremendis quibusdam Sacramentis affirmaverat se „ Episcopatum non concupiscere: repentè „ tamquam ex machina quadam in medium „ projectus, Episcopus apparuit. Et is qui „ se doctorem & Ecclesiasticæ disciplinæ „ propugnatorem ferebat, cum Episcopa- „ tum

(p) Cap. 2. (q) Apud Platin. in Sylvestr. (r) Cap. 1. (s) Cap. 21. (t) Ep. ad Bonif. in fin. (u) Eccles. Afric. pag. 154. ... (v) Eccles. Hist. Lib. 6. Cap. 43. (vv) Legendum: *Novatiani*. qui fuit primus Antipapa. Ex Typographorum errore *Novatus* cum *Novatiano* confunditur apud Eusebium in *Historia Ecclesiastica* loc. cit. At in *Chronicis* uterque exactè distinguitur. Vid. Ciaconium ex recensione Oldoini. Labbe, & Tillemontium in vitis S. Cornelii, & S. Cypriani, aliosque passim.

Dissert. XXIII. An Consecratio Episcopi perfici possit ab uno Episcopo sine Commissione Romani Pontificis?

„ tum sibi à Deo minimè concessum rapere ac vindicare conaretur, duos deploratæ salutis homines sibi socios adjunxit: ut eos in exiguam ac vilissimam Italiæ partem mitteret, atque illinc accitos *tres Episcopos*, homines planè rudes ac simplices, fraudulentâ quâdam molitione deciperet; constantissimè affirmans ipsos quamprimùm Romam proficisci oportere, ut omnis undecumque orta discordia, ipsorum unà cum aliis Episcopis interventu, atque arbitrio sedaretur. Qui cùm advenissent, homines, ut jam diximus, simplicioris ingenii, nec in his perditorum hominum artibus ac fallaciis satis triti: eos ille à quibusdam sui simillimis quos ad id comparaverat, inclusos horâ decimâ, temulentos & crapulâ oppressos, adumbratâ quadam & inani manuum impositione Episcopatum sibi tradere per vim cogit: eumque nullo sibi jure competentem per fraudem atque insidias vindicat. „

Habemus, quomodo Novatianus per summum nefas ad Episcopatûs ordinem ascendens, tanti tamen fecerit antiquam & perpetuam Ecclesiæ disciplinam ut TERNARIUM Episcoporum numerum adhibuerit, ne ex hoc defectu adulterinus Episcopus reputaretur. Videant illi, qui hanc disciplinam statuunt negligere, an non convolent ad Sacra Sacrilega: neque in hunc inducantur errorem, ut sibi leviter persuadeant & temerè, quasi consuetudo per omne seculum servata, sic ad cæremoniam potiùs pertineat, quàm ad Consecrationis veritatem, ut abjici possit pro libitu. Præceptum est, nec leve, nec inane, contra quod nihil potest variorum Doctorum opinio tantùm probabilis de validitate Consecrationis ab uno peractæ Episcopo, sine commissione supremi in Ecclesia Episcopi, à quo solo Ritus & Disciplina temperari, mutari, aboleri possunt.

Profectò, Adversariis patrocinari nequaquam valent exempla Ordinationum ab uno vel duobus Episcopis habitarum. Etenim cùm eò processum fuit aliquandu, sive antiquitùs, sive recentioribus seculis, id factum fuit, ob veram & inculpabilem necessitatem, quando nimirum in remotissimis locis, quæ vel unum dumtaxat habebant Episcopum, vel viciniam Catholicam in qua Episcopi essent, non habebant, necessitate quasi naturali compulsi sunt ad celebrandam, uno tantùm operante Episcopo, Ordinationem. Et hæc rara admodum exempla sunt, quibus semper adfuit vel S. Sedis, vel Primatis, vel Metropolitani, vel Compruvincialium assensus, ut satis indicant Auctoritates supra adductæ, ubi providè semper cavetur; *Ut Provinciales Episcopi per scripta consentiant; suo se responso significent consensisse; ut expetantur Comprovincialium litteræ. Ut Metropolitani voluntas non negligatur; ut Augustinus in Anglia solus Episcopus, Gallia Episcopos venientes præstoletur &c.* Hanc nostram sententiam probarunt ipsimet Adversarii (v) adducto Decreto Constitutionum Apostolicarum: „ Quod si necessitas coëgerit ab uno ordinari, quod propter persecutionem, aut aliam causam plures adesse non possint, *afferatur Decretum Commissionis plurium Episcoporum.* „ Exemplum Syderii à solo Philone in Palabiscæ Episcopum ordinati, non probat ordinationem fuisse licitam, cùm ipse *Synesius* (qui id refert) *aquas & acerbas fuderit querelas quod nec Alexandriæ facta fuisset, nec à* TRIBUS *Episcopis, nec assensu Episcopi Alexandrini.* Vide Thomassinum. (y) Similiter, quod Paulinus Episcopus Antiochenus solus Episcopum ordinaverit Evagrium, non evincit Ordinationem fuisse licitam, quantumvis Orientales cum illo communionem coluerint; nam Theodoretus qui id refert, reclamat: (z) uno eo facto *plures simul violatos fuisse Canones*: quia nempe successorem sibi adsciverat, & non omnes Provinciæ Episcopos, aut TRES saltem convocaverat. In facto GREGORII MAGNI pro Regno Angliæ, adest illa, quam nos requirimus, Commissio Apostolica: (a) *Et quidem in Anglorum Ecclesia, in qua adhuc solus tu* (Augustine) *Episcopus inveniris, ordinare Episcopum non aliter sine Episcopis potes.* In Schenckii Consecratione, docent ipsimet, PIUM IV. concessisse, ut à duobus tantùm Episcopis ordinari posset. Similem dispensationem habuit Jacobus do la Torre. PELAGIUS Papa à duobus tantùm Episcopis ordinatus, cùm Superiorem non haberet, à nemine potuit Commissionem accipere; & omnem irregularitatem ab ejus Ordinatione abfuisse, alio etiam ex capite Thomassinus contendit, dicens: (b) „ quod PELAGIUS Papa non plures duobus habere potuerit Episcopos à quibus ordinaretur, addito tertio quasi subsidiario Presbytero Ostiensi; sive suspicionibus obliquis exagitaretur PELAGIUS, quasi VIGILII Papæ morti assensus esset: sive quod complures adhuc animi penderent, & anxiè fluctuarentur circa tria Capitula, à Concilio V. Generali damnata cui adhærere ferebatur PELAGIUS. Hæ quippe tum causæ esse poterant, quæ Episcopos ab ejus ordinatione abalienarent. „ Sustinet interim Thomassinus tum ex hoc, tum ex aliis pluribus exemplis, & auctoritatibus, Consecrationem ab

(x) Diss. de Mis. Statu pag. 35. (y) Par. 2. Lib. 2. Cap. 12. n. 8. (z) Ibid. n. 3. (a) Ibid. n. 6. (b) Ibid. n. 5.

ab uno factum Episcopo validam esse, sed hac de re nequaquam contendimus cum Adversariis, cùm sufficiat Nobis, quod secundùm Scriptores omnes, tum Theologos tum Canonistas, illicita sit sine assensu Superioris.

Atque hæc sunt exempla omnia quæ illi adferunt de Consecratione à non tribus Episcopis peracta. Neque enim numerum facere judicavi alios duos ab ipsis adductos, Timotheum Elurum & Petrum Mongum in Alexandrinæ Episcopos ab hæreticis ordinatos, nam Thomassinus (c) hæc exempla uno destruit verbo, dum primum docet fuisse impium, alterum pseudo-Episcopum, ut intelligi potest ex Epistolis Gelasii Papæ Tom. 4 Conc. Labb. Superi faciant! ut moderno tempore nil simile videant!

Ex dictis perspicuum est, consecrationem à minùs quàm tribus Episcopis peractam, vel necessitatem habuisse has ubique circumstantias; videlicet, simul cum Superioris assensu juxta vel Superioris, aut illorum, quorum repræsentabat, diversæ ætatis disciplinam interesse; Sacerdotes intentioni suæ servire faciant Ultrajectenses hac lationem. Quare, ut Ultrajectenses debent, nulla existente, probare hæc exempla, probare debent nulla existentia. Primum: In locis Catholicis fuisse consecrationem per unum Episcopum sine assensu vel S. Sedis Apostolicæ, vel Primatis, vel Metropolitani, vel Comprovincialium Episcoporum secundùm diversi ævi disciplinam. 2. In locis Catholicis, sed à Fidei hostibus occupatis, & vigente persecutione, celebratam fuisse consecrationem per unum Episcopum, invito Superiore. 3. In locis noviter ad Fidem adductis, aut in Missionibus inter Paganos, Turcas, Acatholicos, (quos tamen omnes eodem loco non habemus) celebratam fuisse consecrationem per unum rursus Episcopum, invito & prohibente Romano Pontifice. Nihil horum probabunt ipsi, nisi Episcopos hæreticos aut schismaticos in numero habeant, ut supra dixi. Atqui tamen extra hos tres casus, nullum exemplum applicari potest rei præsenti, id est, Ultrajectensium Sacerdotum intentioni.

Non capio proinde, quo jure, imò quâ ratione, velint illi licitum esse Consecrationem celebrare per unum Episcopum, ob *solam necessitatem*: Pontifex enim novavit, & negare pergit ipsis modo-electi Confirmationem & consecrandi licentiam. Ipsi (d) collocant necessitatem in eo, quod *tres Episcopos obtinere non possint quantumlibet adhibeant diligentiam*. Hanc tantiam, quæ non nisi hominibus sub sole viventibus persuaderi potest, jam ab initio nomen deponendam esse. Sed desunt, adesse necessitatem veram; id est, abesse

(c) Ibid. n. 4. (d) Pag. 36. (e) Par. 2. Tit. 15. Cap. 1. n. 8.

[illegible] pos, non esse viciniam Catholica [illegible] habeat Episcopos; aut si habeat, [illegible] Consecrationem; remotiores, illos [illegible] adesse non posse, aut non velle, [illegible] prohiberi. Jam saltem licebit Consecra[illegible] operante Episcopo? Minimè gen[illegible] Rationem dedi superiùs invictam, [illegible] inevitabilem; sed illa à nobis pro[illegible] non placebit hominibus, ad [illegible] palatum sapientibus. Proponend[illegible] ab homine ipsis grato à quo [illegible] accipere non renuant. Interim [illegible] periatur, adducimus Doctorem [illegible] pronuntiantem in hæc verba: [illegible] ergo disciplina hæc, (de [illegible] secratione adhibitis Episcopis) [illegible] ab Apostolis nobis tradita [illegible]

[illegible]

Disciplinam sanctissimam subsequentem, Universalis Ecclesiæ præsumptione. Atque, quia illud adesse debet Superiorum judicium, quod hic mani Pontificis assensus & Commissio, sic Romanus negabit præter Ultrajectenses, nullgant quidquid ipsis obest vel deest, qui nosuis inserviant commodis.

Sed velint, nolint Adversarii, hic observanda sunt duo: Primum; quod sicut antiquitus, ex supra citatis Conciliis & Canonibus, ad Consecrationem à minùs quàm tribus Episcopis *in necessitate* peragendam, requirebatur *Commissio Plurium Episcoporum, Consensus Comprovincialium, voluntas Metropolitani, auctoritas Primatis*; ita (præcedendo semper à primis Sæculis Dignitate, Prærogativa & Jure) ex recentiori Disciplina, ex qua soli Romano Pontifici competit jus Confirmationis & Consecrationis, ejusdem etiam requiritur voluntas, consensus, Commissio, ut à minùs quàm tribus Episcopis quis ordinetur; neque enim ab Ecclesiastica subjectione & Superioris imperio quemquam eximere po-

Ssss steriorum

Dissert. XXIII. An Consecratio Episcopi perfici possit ab uno Episcopo sine Commissione Romani Pontificis?

steriorum sæculorum mutata Disciplina, & qui in nullius se diceret potestate existere, in S. Sedis Apostolicæ communione non esset. Alterum quod observari cupio, suggerit Doctor Van Espen, scilicet: quod, necessitate cogente & accedente Superioris judicio, non statim liceat *omnino* recedere à Disciplina Ecclesiæ in Ordinatione Episcoporum, sed liceat *nonnihil ab illa recedere*; quam locutionem juvabit explicare. Doctor ille loco citato (*f*) adnotat ex vero, *quod sicuti Episcoporum confirmatio, ita & Consecratio ad Pontificem devoluta sit*; adeoque illa aliqualis (non omnimoda) declinatio ab antiqua Disciplina, petenda est à Romano Pontifice; qui inspectâ necessitate, & rei adjunctis sive circumstantiis, indulget, ut vel à duobus Episcopis cum uno Abbate usum Mitræ habente; vel ab uno Episcopo & duobus Abbatibus similibus; aut his quoque deficientibus, cum duabus Dignitatibus munus Consecrationis recipere quis valeat; & hæc Romani Pontificis, ut Supremi Ecclesiæ Rectoris arbitrio permittuntur, & sic licitè *nonnihil receditur* ab antiqua Ecclesia disciplina. Recederetur autem *omninò*, & illicitè, si quis propriâ auctoritate, ab Episcopo, non Metropolitano, non Comprovinciali; sed vago, suspenso, legitimam Ordinationis celebrandæ potestatem non habente, in aliena Diœcesi Pontificalia exercente sine licentia, Episcopalis Consecrationis munus aut peteret, aut consequeretur. Hæc enim omnia vel maximè pertinent ad disciplinam & ad consuetudinem atque observantiam Ecclesiasticam. De his omnibus memores esse volo Ultrajectinos Sacerdotes; & cùm illi formam hujusmodi Dispensationis Pontificiæ ex Fagnano attulerint, è re ipsorum magnoperè erit, sedulò advertere ad primarias Dispensationis leges atque conditiones, scilicet: quod Episcopus Ordinans debeat esse *Catholicus, & in Communione S. Sedis Apostolica existens.*

Videntur interim ignorare illi, quod per illam ipsam illicitam, quàm sibi proponunt, consecrationem, attingere nequaquam valeant scopum illum, quò omnia ipsorum spectant consilia. Cùm enim, uno operante Episcopo, sine Romani Pontificis assensu, seu Commissione, peracta fuerit pseudo-electi sui consecratio, præposterus ille Episcopus receperit quidem characterem in sententia illorum qui dicunt, quod talis Consecratio valida sit; sed illa ipsa irrita erit quoad Officii executionem, & Ordinis exercitium, & ille ita consecratus, erit suspensus ipso jure à Pontificalibus, & illa exercens etiam fiet irregularis. *Cap. Archiepiscopus Dist. 66. Glossa ibid. Cap. 1. & 2. x. de Schism. & Ordin. ab eis. Glossa ibid. V. irritas. Cap. si eo tempore 45. de Elect. in 6., Barb. Jur. Elect. univ. Lib. 1. Cap. 9. n. 51. Pignatell. sup.* Adeoque post illicitam Consecrationem, novâ opus erit prævaricatione, ut illegitimus Episcopus ad Ordinis exercitium prorumpat.

Bonif. VIII. *in Cap. 1. Injunctæ. Extrav. Comm. de Elect.*, alias etiam pœnas statuit in illicitè promotos. Ubi Pontifex tam ex Civilibus, quàm ex Canonicis Institutis considerans quàm periculosum sit, ut quis se in Officio, Dignitate vel Gradu esse asserat, si id legitimis documentis non ostendat; perpetuò valiturâ Constitutione sancit, quod Episcopi, qui apud S. Sedem promoventur, aut qui ab eadem S. Sede Confirmationis aut Consecrationis munus recipiunt, ad commissas sibi Ecclesias sine Litteris, hujusmodi eorum promotionem, Confirmationem aut Consecrationem continentibus, accedere, vel bonorum Ecclesiasticorum administrationem accipere non præsumant; prohibens, ne ullus eos absque dictarum litterarum ostensione recipiat, aut eis pareat vel intendat. Hæc non de illis solùm Episcopis statuta sunt qui S. Sedi Apostolicæ immediatè subjiciuntur, sed & de illis quoque, qui Confirmationis aut Consecrationis munus ab eadem S. Sede accipiunt. Igitur si fingamus exstare etiamnum Sedem Ultrajectinam cum juribus suis omnibus & privilegiis, prohibebitur præposterus ille Episcopus, qui à S. Sede Confirmationem accipere debet, ad Ecclesiam suam accedere, aut ejus administrationem accipere, & omnes ei impunè detrectabunt obedientiam, quamdiu Litteras Apostolicas non ostenderit. Si verò præsumpserit administrare, irritum erit quidquid medio tempore actum fuerit; imò Capitulum Ultrajectinum, si etiam illud subsisteret, & tali pseudo-Episcopo sine Litteris Apostolicis advenienti obediret, à Beneficiorum suorum perceptione suspensum esset; ut ibidem decernit Pontifex.

Habemus igitur, unde omnibus per Hollandiam Catholicis innotescere debeat, quod Cornelius Steenovius, si ad Episcopatûs gradum sine Romani Pontificis assensu & Commissione (quod Deus avertat) ascendere ausus fuerit, ab ipsis nec honorem, nec reverentiam, nec obedientiam exigere valeat. Et hæ pœnæ, quamvis graves, incurruntur ob solum Litterarum Apostolicarum contemptum aut neglectum, etiamsi reliqua omnia circa Episcopum peracta fuissent secundùm Sacrorum Statuta Canonum. Putà Electio ritè peracta sit, Confirmatio indulta; & sola desiderentur Litteræ Apostolicæ de prædictis ritè factis fidem facientes. Quas igitur pœnas dabit pseudo-Episcopus, ubi nihil horum actum est, & ipse interim

Ecclesiæ

(*f*) N. 13.

Ecclesiæ administrationem arriperet, nec dimittere vellet, & Consecrationem suscepisset ab uno Episcopo, qui legitimam potestatem non habet Ordinationis celebrandæ, & suam ipse suspensionem à Pontificalibus agnovit & fassus est?

Oportet Catholicum pectus omne dolore scindi ad tantæ prævaricationis conspectum, quam sola suadet desperatio frustratæ ambitionis. Horrent profectò piæ mentes audire, quod per fraudem atque insidias, etiam Novatiani audaciam superantes, ascenderetur ad locum Apostolorum. Utinam hic non obtineat illud CHRISTI Domini Salvatoris nostri effatum: (g) *Qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro.* Omni dubio caret, quin omnis legitimus Episcopus, ab origine Ecclesiæ usque in hunc diem, in ovile suum intrarit per S. Sedis Apostolicæ ostium, si non immediatè, saltem mediatè; nullus autem illâ invitâ & prohibente. Huc spectat Decretum Siricii Papæ ad Afros transmissum: *Extra conscientiam Sedis Apostolicæ, hoc est Primatis, nullus audeat ordinare.* Quam lectionem contra Quesnellum vindicavit Emmanuel Schelstraete in *Ecclesia Africana Dissert.* 1. Cap. 6. n. 8. *mihi pag.* 37. Eadem etiam utitur *Thomass. Par.* 2. *Lib.* 2. *Cap.* 4. n. 6. Ex quo Decreto habemus, quod dum Episcoporum ordinationi & Consecrationi, per Metropolitanum faciendæ assentiebatur Primas; dum Metropolitanus ordinabat, dum Comprovinciales eligebant aut consecrabant, totum illud per illos operabatur S. Sedes Apostolica, quæ omnis auctoritatis depositum & jus in sinu semper suo gestavit, & aliis per Orbem Universum Superioribus & Hierarchis communicavit. Prævaricationes verò & illicitæ ordinationes

[illegible] Metropolitanorum auctoritatem [illegible] semper castigavit; quia ipsis [illegible] prima Sedes ipsa in contemptu [illegible] Edmundus Martene (h) [illegible] ejus rei exemplum affert per Epistolam JOANNIS Papæ VIII. ad Episcopos [illegible], in qua, inter cætera damnatur [illegible] quod, antiquo more contemptor [illegible] quem à Metropolitano suo consecrari debuerant, alter ab altero consecrari [illegible]; quod nefas minatur Pontifex [illegible], quia non Pastores, sed invasores [illegible] nebantur. „ Quapropter [illegible] „ monemus, Apostolicaque [illegible] expressè præcipimus, ut ad [illegible], ad Matrem vestram Sanctam [illegible] Ecclesiam [illegible]

[illegible] & de [illegible] Ecclesiam [illegible] Romanam [illegible] antiquam consuetudinem [illegible] perpetrata [illegible] sibi quærant à Summo Pontifice [illegible] quoque veniam impetrent [illegible] imminentem publicam ab Ecclesia [illegible]

DISSERTATIO XXIV.

De Sacrilega Consecratione Cornelii Steenovii, multiplicique peccato ejus omniumque qui huic facinori immixti sunt.

Res est difficilis, scribere ad illos quibus displiceas, quibus non sapit quod loqueris, quorum animum scias aversum, & de quorum mutandâ voluntate periculosè promittas. Sed injuriam veritati facerem, si consummatam Ultrajectinorum Sacerdotum prævaricationem, ad cujus quidem Catholici omnes tam mente, quàm corpore perhorruerunt, aut fuco obducerem aut dissimulatione, & ideo scelus non attingerem, quia illud verbis explicari non potest.

(g) Joan. 10. ℣. 1. (h) Veterum Scriptorum Collectio nova Tom. 1. par. 1. pag. 51. (i) S. Cyprian. de Unitat. Eccles. fol. 256.

(i) „ Per Apostolum præmonet Spiritus Sanctus, & dicit: Oportet & hæreses esse, ut probati manifesti fiant in vobis. Sic probantur Fideles, sic perfidi detegentur, sic & ante judicii diem hic quoque jam justorum atque injustorum animæ dividentur,

Dissert. XXIV. De sacrilega Consecratione Cornelii Steenovii, multiplicique peccato ejus, omniumque qui huic facinori immixti sunt

„ duntur, & à frumento paleæ separantur. „ Hi sunt (*l*) qui se ultro apud temerarios „ convenas sine divina dispositione præfi- „ ciunt, qui se præpositos sine ulla ordina- „ tionis lege constituunt, *qui nemine Epis-* „ *copatum dante, Episcopi sibi nomen as-* „ *sumunt*; quos designat in Psalmis Spiri- „ tus Sanctus, sedentes in pestilentiæ Ca- „ thedra, pestes & lues Fidei, serpentis ore „ fallentes, & corrumpendæ veritatis arti- „ fices, venena lethalia linguis pestiferis evo- „ mentes, quorum sermo ut cancer serpit, „ quorum tactus pectoribus & cordibus „ singulorum mortale virus infundit. Con- „ tra ejusmodi clamat Dominus, ab his re- „ frænat & revocat errantem plebem suam, „ dicens: Nolite audire sermones pseudo- „ Prophetarum, quoniam visiones cordis „ eorum frustrantur eos. Loquuntur, sed „ non ab ore Domini. Dicunt eis qui abji- „ ciunt Verbum Dei: Pax erit vobis; & „ omnibus ambulantibus in voluntatibus „ suis: Omnis qui ambulat in errore cordis „ sui, non venient super eum mala. Non „ locutus sum ad eos, & ipsi prophetave- „ runt. „

Hæc non ad eos scribimus qui aures habent & non audient; sed ad vos, O! Fideles Hollandi, hæc se convertit oratio. Ad vos, inquam, qui de communi Patriæ vestræ diluvio altero, Dei benignitate servati, Steenovium nescitis, Varletium respuitis, & Sanctissimo Romano Pontifici, id est, Cathedræ Petri communione sociamini; qui in arca Dominici Gregis permansistis immobiles, cùm Schismatis & rebellionis turbo superbas paleas abstulit; qui scitis, & profitemini: fratribus olim vestris, quamdiu extra Arcam sunt, perire necesse esse; omnesque illos, qui extra hanc domum agnum comedunt, esse profanos. Vidistis & luxistis hominem sine divina dispositione præfectum, sine ulla ordinationis lege præpositum, rapientem honores & Episcopatum quem nemo dedit, imò quem Episcopatuum omnium dispensator, Supremus Episcopus Ecclesiæ Dei, arripi vetuit. Horretis visiones seri temporis de Capitulo Metropolitano Ultrajectensi, ejusque jure; & quod loquuntur ad Vos, scitis non ab ore Domini procedere, sed à nudis Presbyteris, à nemine missis, & ambulantibus in voluntatibus suis. Audistis fallacem sermonem promittentium pacem & unionem, postquam consummata fuisset iniquitas, & finem accepisset peccatum. Sed opinionem fallentes omnium, etiam Patriæ vestræ Moderatorum, locuti sunt falsa, prophetaverunt soli, & Dominus non est locutus ad eos. Multa Vos sollicitant, anguntque, quæ unius paginæ sermo non capit. Malletis tacere, & Domino relinquere vindictam, & migrare domo propter afflictionem & multitudinem prævaricationum, & habitare in terra, ubi inveniretis requiem. Sed libenter sufferetis patienter, donec (*m*) veniat illa dies, quâ ad vocem tubæ pavebit terra cum populis, & Vos gaudebitis; cùm, judicaturo Domino, lugubre mundus immugiet, Tribus ad Tribum pectora forient, & abortivi Episcopi nudo latere palpitabunt; cùm adducetur cum suis stultus Plato discipulis, cùm Aristotelis argumenta non proderunt, cùm Vos gementes, & afflicti, & oppressi, exultabitis, & ridebitis, & dicetis: Pastoris vocem secuti sumus, non alienorum; & accipietis mercedem ab illo, qui de Episcopis, & de Pastoribus divina dispositione, & legitimâ ordinatione præfectis, dixit: *Qui vos audit, me audit.*

Nemo hìc intempestivâ misericordiâ motus, & iniquâ ductus commiseratione Vos conturbet, arguatve inclementiæ. Augustissimus Ecclesiæ Senatus, Cardinalium inquam Collegium, gravissimè Vos admonet (*n*) *ut eosdem Presbyteros pro alienis atque subversis habeatis.* Sanctissimus Pontifex Benedictus XIII. Apostolico ore denuntiat (*o*) *Cornelium Steenoven turbulentæ factionis antesignanum fuisse, & Ecclesiasticis Censuris obstrictum.* His illum numquam solutum fuisse, imò immortuum esse, doletis, & trepidatis. Audiant illi, si audire possint, S. Hieronymum, (*p*) & contremiscant! „ Non omnes Episcopi, Episcopi sunt. Attendis Petrum, sed & Judam considera. Stephanum suspicis, sed & Nicolaum respice, quem Dominus in „ Apocalypsi suâ damnat sententiâ; qui „ tam turpia & nefanda commentus est, ut „ Nicolaitarum hæresis ex illa radice nascatur. Non facit Ecclesiastica dignitas „ Christianum .... Non est facile stare loco „ Pauli, tenere gradum Petri, jam cum „ Christo regnantium, ne fortè veniat Angelus, qui scindat velum templi tui, qui „ candelabrum tuum de loco moveat. „ Vidistis, & luxistis Steenovium loco motum, (sed loco non suo) antequam ageret pœnitentiam.

Non dicant illi, se locum istum petiisse à Romano Pontifice, & per Epistolam non unam ad thronum Apostolicum accessisse. Habemus enim testimonium publicum, (*q*) impu-

(*l*) Agit contra Novatianum & ejus schismatis sequaces, ut notat Pamelius ad n. 34. Nos autem in superiori *Dissertatione* execrandam Novatiani Consecrationem descripsimus ex Eusebio. (*m*) Ex S. Hieron. Epist. ad Heliodor. de laude vitæ solit. (*n*) Epist. Sacri Coll. S. R. E. Cardinalium Apostolicâ Sede vacante ad Internuntium Bruxellens. 8. Aprilis 1724. (*o*) Breve Bened. XIII. ad univ. Cath. in Fœd. Belg. commor. de 21. Feb. 1725. (*p*) Epist. ad Heliodor. de laude vitæ solit. (*q*) Epist. Sacri Coll. Card. sup.

impudentes adeo Litteras fuisse, ut Sanctissimus Pontifex INNOCENTIUS XIII. eas animi responso indignas meritò reputaverit. Fecerunt hic, quod olim Fortunatus schismaticus pseudo-Episcopus Carthaginensis fecit, misso ad CORNELIUM Papam cum Litteris Felicissimo, *stipato catervâ & factione desperatorum.* (r) De qua re S. Cyprianus testatur in hæc verba: (s) „ Post ista ad-„ huc insuper pseudo-Episcopo (*Fortuna-*„ *to*) sibi ab hæreticis constituto, navigare „ audent, & ad Petri cathedram, atque ad „ *Ecclesiam principalem, unde unitas Sa-*„ *cerdotalis exorta est*, à Schismaticis & „ profanis Litteras ferre, *nec cogitare eos* „ *esse Romanos* (quorum Fides, Apostolo „ prædicante, laudata est) *ad quos per-*„ *fidia habere non possit accessum.*„ S. COR-„ NELIUS Papa schismaticas Litteras respuit, nec recipere voluit, ipsumque præterea Felicissimum de Ecclesia ejecit, uti ea de re certiorem fecit S. Cyprianum per Saturum Acolythum. (t) Pari passu processit INNOCENTIUS XIII. cùm schismaticorum Ultrajectensium Litteras *impudentes*, animo, & vigore Pontifice dignus, abjecit; qui latores etiam, si accurrissent, pro meritis excepturus fuisset.

Sed mirandum magis est, quàm dolendum, quod Sacerdotes Ultrajectini pede pressò imitati sint schismaticos illos Felicissimi asseclas in S. Cyprianum insurgentes! Hi, & illi minis & terroribus S. Sedem Apostolicam commovere, & Sanctissimos Pontifices terrere conati sunt. Felicissimus cum suis minabantur, (u) „ quod si Litteras quas „ attulerant non accepisset (CORNELIUS „ PAPA) publicè eas recitassent, & multa „ turpia ac probrosa, & ore suo digna pro-„ tulissent. „ Ultrajectini, etiam longiùs progressi, per Anonymos quosdam libellos in vulgus sparsos, *affirmarunt*, (v) *Apostolicâ Sede oblatas preces rejiciente, se quasi cujusdam necessitatis obtentu compellendos, vicinos Episcopos adire, ipsis vero reluctantibus, quemlibet Episcopum Consecratorem adhibituros.* Et ut id scitum ipsis esse, argumento liquidissimo constaret, emiserunt libellum de quo nos supra (x) meminimus, in quo infandâ luctu mistâ, & furiis agitatâ audaciâ evomunt, cruciant, minantur, institutionem Episcopi in Ecclesia Ultrajectina ab ipsis omittendam non esse ob *timorem Schismatis inter Fideles, nec ob timorem Excommunicationem, nec ob reconciliationem nunquam obtinendam cum Curia Romana.* Sic timorem hominum excutiunt. Utinam veniat super illos timor Dei salutaris!

Cæterùm has minas INNOCENTIUS XIII.

... fuit, prout nec S. CORNELIUS ... tras Felicissimi cum suis; quem his ver... mabat S. Cyprianus. (y) „ Quod ... cos est, Frater charissime, ut ne ... orum timeatur audacia, & quod ... atque æquitate non possunt, teme... ac desperatione perficiant... Episcopatûs vigore, & de ... gubernandæ sublimi ac divina ... te; nec Christiani ultra aut durare ... esse jam possumus, si ad hoc ventum ... ut perditorum minas atque ... timescamus. Nam & Gentiles ... minantur, & Hæretici, atque om... rum pectora & mentes diabolus ... ; venenatam rabiem suam ... voce testantur; non tamen ...

... Primis, adumbratâ quidem ... Steenovius assumptus fuit ... Cathedram Ultrajectensem ... homines nullum jus eligendi ... potuit ex Dissertationibus nostris ... XVIII. & XIX.

2. Etiamsi Capitulum Ultrajectinum superesset, & huic competeret jus Electionis (quod utrumque falsum est) illicitum tamen erat, & prohibitum, Archiepiscopi electionem procedere, ut Clementina *in plerisque*, & ex Extrav. *Sancta Romana Ecclesia* docemus loco non uno.

3. Obstabat solemnis prohibitio CLEMENTIS P. XI. ne Sacerdotes Ultrajectini Capituli usurparent ulla in parte jura ... pœna Excommunicationis ipso facto incurrenda.

4. ... Electio facta est à suspensis & Excommunicatis, & de homine suspenso ... & excommunicato. Nostrum autem ... est, similem electionem nullam esse & irritam.

5. Quamvis daretur & supponeretur, Sacerdotes Ultrajectinos jus eligendi habere, quod certè non habent; non licuisset tamen ad sacrilegam Steenovii Consecrationem procedere sine Romani Pontificis confirmatione, prout in Dissertatione XXII. abundè probavimus. Quibus addi potest

Sacri

(r) S. Cyprian. Epist. 55. ad CORNELIUM Papam fol. 114. (s) Ibid. fol. 115. (t) Vide eamd. Epist. Cypr. in initio. (u) Ibid. fol. 114. (v) Epist. Sac. Coll. Card. cit. (x) Vide sup. Hist. Art. XIX. fol. 61. (y) Epist. ad Corn. sup.

Dissert. XXIV. De facrilega Consecratione Cornelii Steenovii, multiplicique peccato ejus omniumque qui huic facinori immixti sunt

Sacri Concilii Trid. Decretum, atque adeo Ecclesiæ Universalis; edicentis, & statuentis Sess. 24. Cap. 1. de Reform. *ut Summus Pontifex plenâ totius negotii, ac personarum* (ad Episcopales Sedes promovendarum) *notitiâ habitâ, pro Gregis Dominici commodo de illis, si idonei per examen, seu per inquisitionem factam, reperti fuerint, Ecclesiis possit utiliùs providere.* Hæc est Ecclesiæ Universalis suprema lex, suprema auctoritas, contemptui tamen habita Presbyteris Ultrajectensibus, quamvis in quorumcumque Episcoporum tam veteris, quàm novi Orbis creatione, ad religiosè observari videamus. Scribit Thomassinus (z) laudi datum fuisse Archiepiscopo Goano, tantis tamen terrarum spatiis Româ dissito, quòd numquam Ecclesiæ suæ regimen voluerit assumere, donec accepisset Pontificiæ Confirmationis litteras, quas consignatas quidem sciebat, sed casu deperditas; adeo ut religiosissimus ille Archiepiscopus maluerit toto quinquennio Ecclesiam suam Pastore carere, quàm periculum subire sacrilegæ administrationis; memor effati Apostolici: (a) *Quomodo verò prædicabunt, nisi mittantur?* Ex quo loco patet, neminem audiendum esse, nisi legitimè sit missus à Deo, saltem mediatè, per Vicarium Christi Romanum Pontificem, ut docet *A Lapide ad loc. cit.* Fit igitur, ut Steenovius cum suis, de numero illorum sint, de quibus subjungit Apostolus: *sed non omnes obediunt Evangelio.* Et de quibus S. Cyprianus supra: *qui se ultro apud temerarios convenas sine divina dispositione præficiunt, qui se præpositos sine ulla ordinationis lege constituunt, qui nemine Episcopatum dante, Episcopi sibi nomen assumunt.*

6. Peccatum gravissimum est, & sine exemplo, quod execranda Steenovii Consecratio, non à tribus Episcopis (ut instituente Domino fieri debere, in Dissertatione XXIII. aperuimus) sed ab uno dumtaxat Episcopo peracta sit. Quot, in uno facinore, sunt crimina? 1. Nulla adfuit S. Sedis Apostolicæ dispensatio, aut commissio. 2. Ipsâ S. Sede invitâ, reluctante, prohibente, eâque contemptâ, scelus admissum est. 3. In Factionis antesignanum, in hominem Excommunicationis vinculis sæpe irretitum Sacra Unctio effusa est, si hæc tamen Sacra fuit, aut Sancta. 4. Denique facta fuit ab Episcopo excommunicato, suspenso, irregulari.

Ex his porro sequitur primò, quod Steenovius illicitè, & sacrilegè consecratus, perpetuò suspensus fuerit ab omni exercitio Ordinis Episcopalis; quod exercitium tamen arripuit, uti infandâ temeritate, & audacissimâ insultatione, per Litteras circulares vicinis Episcopis Catholicis intimare non exhorruit. Vide *Append. Monum.* N. CXII.

Sequitur secundò, quod, si ad Sacros Ordines conferendos prolapsus fuerit, omnes ab illo sacrilegè ordinati, ipso jure suspensi extiterint; & si in suscepto Ordine ministrarint, etiam irregulares. Vid. Breve Benedicti XIII. *in Appendice* N. CXIII.

Et quomodo ea, quæ Episcopalis, sive Ordinis, sive jurisdictionis sunt, exercere potuisset ille? *Umbram* namque potestatis habuit, *& nihil in effectu, quia fundamentum potestatis, Petro solùm & suis Successoribus collatum, deficit, & à fonte vero rivus non fluit. Unde Cyprianus ipse: A fonte præcide rivum, præcisus arescit. Ab arbore frange ramum, germinare non poterit.* Et Episcopi potestatem non potest, nec honorem habere. *Et Gregorius: Qui in ovile ovium non per ostium sed aliunde ascendit, ad æternæ salutis bravium in vanum se fatigat, nisi honorem, in quo deliquerit, penitus derelinquat.* Simon de Granaudo Patriarcha Alexandrinus de Intrusis in Papatu tempore magni Schismatis. (b)

Sequitur tertiò, illa omnia, quæ ad Jurisdictionis Episcopalis potestatem pertinent, invalidè collata & commissa fuisse à Steenovio, & nulliter; ita ut Sacerdotes ab illo approbati, invalidè absolvant, invalidè matrimoniis assistant, illicitè baptizent, omniaque Sacramenta sacrilegè administrent. *Sacrificia eorum quasi panis lugentium, omnes qui comedent eum, contaminabuntur.* Oseæ 9. v. 4. Hæc sciant omnes illi, quos infelix sors turbulentæ factioni copulavit, & si æternæ salutis suæ solliciti sint, sapiant dum tempus est, & schismaticis valere jussis, ad Ecclesiæ redeant unitatem.

Diximus in *Dissertatione* XXII. (c) quod Gregorius Magnus Episcopis Dalmatiæ prohibuerit, ne sibi Maximum Salonæ ordinarent Metropolitanum. Intruserat interim se ille, subreptitio nixus Rescripto Imperatoris, quare Gregorius protinus illum Sacrorum celebratione interdixit. „ Sed „ Maximus inauditâ quâdam & insolentissimâ temeritate, *inquit Thomassinus*, (d) „ publicè proscindi fecit chartam, quâ illum Sacris Mysteriis celebrandis arcebat „ Gregorius; tum verò justissimâ, sanctissimâque indignatione inflammatus Pontifex, ne Majestas Apostolicæ Sedis vilesceret, & dedecoraretur remissione & „ indulgentiâ suâ, impium & nefandum „ facinus ulcisci statuit, & sepositâ paulisper patientiâ & lenitate, totâ se justitiæ „ &

(z) Vet. & nov. Eccles. Discipl. Par. 2. Lib. 2. Cap. 42. n. 10. (a) Ad Rom. 10. v. 15. (b) Martene Thesaur. Anecd. Tom. 2. col. 1231. (c) Vid. sup. fol. 334. (d) Par. 2. Lib. 2. Cap. 29. n. 4.

" & zeli, intrepidàque armavit fortitudine. "

" Hanc Maximi Episcopi intrusi audaciam Ultrajectenses nostri imitati sunt, si non superarunt. Etenim cùm primùm ad ipsos perlata sunt Apostolica Rescripta contra pseudo-electionem Steenovii, & meditatam execrabilem Consecrationem; libellis in vulgus emissis, S. Sedis Ministros, ipsaque Mandata, convitiis & calumniis prosecuti sunt. Apostolicum in Belgio Austriaco Internuntium impudenti illusione *eruditum* dixerunt *in Romana accusationis & criminationis Schola*. Et quia Apostolica ad ipsos Rescripta transmiserat, eumdem vafrè calumniati sunt, admisisse *ausum temerarium, ne vel ipsis Principibus Catholicis tolerandum*. Ipsa porro Mandata, *rectæ rationi contraria* esse prædicant & mentiuntur, de quibus plura protulimus supra. (e)

Quid hoc aliud est, quàm *publicè Maximi* chartam Apostolicam *scindere*? Sed enimverò timeant illi justissimam, sanctissimamque indignationem S. Sedis Apostolicæ, per os GREGORII MAGNI fulminatam. (f) *Quod Ego qualiter patiar, scis, qui ante paratior sum mori, quàm beati Petri Apostoli Ecclesiam meis diebus degenerare. Mores etiam meos bene cognitos habes, quia diu porto; sed si semel deliberavero non portare, contra omnia pericula lætus vado.*

Non tempero mihi, quin ad Fidelium consolationem, & ad confusionem Schismaticorum adjiciam, quem exitum habuerit S. GREGORII sancta severitas. Ita pergit Thomassinus: " Denique ut invicta semper, ut " numquam non victrix tandem aliquando " justitia est, fatigatus Maximus septennii " contumaciâ & rebellione, Ravennam fessus " cessit, publicàque ibi pœnitentiâ exhaustâ, " enormitatem facinorum penè superavit " pœnitendi constantiâ. GREGORIUS, quàm " contumacibus infractum, tam resipiscentibus mitem se & humanum præstans, Pal" lio illum honestavit tum demum, idque " ad eum misit Confirmationis suæ specimen. "

Utinam pseudo-Episcopus Steenovius, qui Maximum secutus est contumacem, secutus quoque fuisset pœnitentem. (g) Maxi" mus venit in Civitatem Ravennatem ad " Beatissimum Marinianum Archiepisco" pum, & jactavit se tensus intra Civitatem " in media silice, clamans & dicens: Peccavi " Deo, & Beatissimo Papæ GREGORIO. " Clamasset, utinam! pseudo-Archiepiscopus Steenovius: *Peccavi Deo, & Beatissimo Papæ* BENEDICTO XIII. Moveri etiam potuisset Sanctitas sua ad misericordiam, & pontifex, qui contumaci viro infracto animo restitit ne Beati Petri Ecclesiam diebus suis

[...] [illegible] ...rare sineret, resipiscenti mitis esset, & benignus. [illegible] pseudo-Episcopum [illegible] dico. Præterea dico Steenovium [illegible] afferri possunt, plurima, quæ in hanc [illegible] ratam, justamque, ut hanc appellationem [illegible] audire Humbertum Cardinalem S. [illegible] undecimo scribentem. (h) " Quicumque [illegible] consecratur Episcopus secundùm [illegible] Decretales Sanctorum Regulas, priùs [illegible] Clero eligendus, deinde à plebe expetendus, tandemque à Comprovincialibus Episcopis cum Metropolitani judicio consecrandus. Neque enim alter certus & [illegible] Episcopus, vel verus Episcopus dici vel haberi [illegible] erit, nisi certum Clerum & populum [illegible] cujus præsit habuerit, & à Comprovincialibus [illegible] auctoritate Metropolitani [illegible]

[illegible]

Igitur tria requiruntur, ut quis certum & verus Episcopus dici vel haberi possit, nimirum: ut certum Clerum & populum, & ut ab Episcopis Sedis Apostolicæ gerentibus, consecratus fuerit. Ultrajecti nullum esse *Cardinalem Clerum*, diximus loco non uno, & probatum dedimus; nullum certè agnoscit Sedes Apostolica. Populus, cui præfuisset Steenovius, etiam nullus est; qui enim illi, & sequacibus suis adhærent, non sunt populus ejus, cùm Dominus non miserit eum pascere Gregem Ultrajectinum, sed minus seducere, & pervertere. Sed ut hæc se aliter haberent, nondum verus Episcopus dici, vel haberi potuisset; neque enim sufficit Clerum & populum habere, sed quicumque efficitur Episcopus secundùm Decretales Sanctorum regulas, priùs est *à Clero eligendus*, deinde *à plebe expetendus*. Quotam verò Cleri Ultrajectini partem constituunt octo inquieti tum Presbyterorum manus! Numquid major & maxima Cleri pars, numquid plebs ferè universa repugnavit, reluctata est schismatica

(a) In Prologo ad Dissert. XIX. & seqq. à fol. 112. (f) Lib. 7. Indict. 1. Epist. 1. (g) Lib. 5. Regist. in Præfat. (h) Apud Martene Thesaur. Anecd. Tom. 5. col. 643.

Dissert. XXIV. De sacrilega Consecratione Cornelii Steenovii, multiplicique peccato ejus, omniumque qui huic facinori immixti sunt

ticæ electioni? Et, (quæ est consolatio nostra) quantula pars Fidelium Catholicorum Diœcesis Ultrajectinæ schismatica signa secuta est? Igitur nec à Clero electus, nec à plebe expetitus fuit Steenovius. Denique affirmare non ausint, quod consecratus fuerit ab Episcopis *vicem Sedis Apostolicæ* gerentibus. Superest igitur, ut Steenovius nec certus, nec fundatus, nec vetus, sed *pseudo-Episcopus* dicendus sit & habendus, nec inter canonicè plantatos vel fictos Episcopos computari possit; sed, Humberto Cardinale docente, falso oummo comparandus.

Subjicit idem Cardinalis, antiquis temporibus per Apostolos, eorumque Successores, consecratos nonnumquam fuisse Episcopos quibus (*i*) *tria illa non aderant Capitula, videlicet electio Cleri, expostulatio populi, judiciumque Metropolitani*; quos tamen pseudo-Episcopos dicere nullus nisi sacrilegus præsumat. Et affert exemplum Perigenis in Petris ordinati, & Procli in Cituco consecrati sine Clero & plebe. Sed ne hinc Adversarii nostri in suam concludant rebellionem, præclarè observat, & veluti hodiernas perturbationes præsagiens, aptissimè admonet his verbis: „Hæc tamen „dicendo, ita Sanctorum Patrum nostro„rum Ordinationem veneramur ex ne„cessitate temporis, & eorum *maximâ* „*auctoritate*, ut posteris nostris „& nobis ipsis contestemur, Ecclesiasticas „regulas observatum ire, quia *Antiquos* „*excusat necessitas & sua libertas; moder*„*nos autem accusat sola sua voluntas & te*„*meritas*.„ Vident, opinor, moderni, auctoritate Apostolicâ omni Seculo opus fuisse in Episcoporum consecratione; & Ecclesiasticas regulas omni tempore observandas fuisse; in quibus dispensare nemo possit, nisi cui est maxima auctoritas, ut Apostolis fuit, & primi Apostolorum Successoribus est, Romanis Pontificibus.

Quantum verò peccatum admiserit *Dominicus Maria Varlet* Episcopus Babilonensis suspensus & irregularis, & quantùm in Ecclesiasticas & Decretales Sanctorum Regulas injurius fuerit, discere poterit ex similis prævaricationis punitione & pœna. Diximus sup. (*l*) Novatianum consecratum fuisse à tribus Episcopis, qui erant (*m*) *homines planè rudes ac simplices, nec in perditorum hominum artibus ac fallaciis satis triti*. Testatum reliquit S. Cornelius Papa, (*n*) quod non multò post nefandam illam Consecrationem Novatiani, „unus ex „illis Episcopis ad Ecclesiam redierit, de„lictum suum cum lamentis ac fletibus „confitens. Quem Nos, „(*inquit Pontifex*.) „cùm universus populus pro illo „intercessisset, *ad communionem laicam* sus„cepimus. Reliquis etiam duobus Episco„pis *Successores ordinavimus*, eosque in lo„ca illorum direximus.„ Non intercessit populus pro sacrilego Consecratore, nisi postquam ille *delictum suum cum lamentis & fletibus confessus* fuisset; & tam grave visum est scelus S. Cornelio, ut, non obstante *universi populi intercessione*, prævaricatorem in omnimodam gratiam recipere noluerit, attributâ ei tantùm *Communione laicâ*.

Animus est rem hanc omnibus palam facere, ut intelligant, quàm gravis fuerit hæc punitio quâ Episcopus ad *Communionem laicam* redactus est, ut ex gravitate pœnæ, gravitatem metiantur culpæ.

(*o*) „Cùm Communio Christiana gene„raliter sumpta nihil sit aliud, quàm com„munio seu communicatio, quam quisque „Fidelis habet in corpore Christi mystico, „seu Ecclesia, cum cæteris fidelibus; & „cùm in Ecclesia duo sint Christianorum, „seu fidelium ordines, unus scilicet Ec„clesiasticorum & alter Laicorum, ideo „Christiana communio dividebatur olim in „*Ecclesiasticam* & *Laicam*; & inter utram„que media erat *Peregrina* communio, & „istis addi possunt duæ aliæ olim primos „inter Christianos usitatæ, *Eulogica* nimi„rum & *Agapica*.

„*Ecclesiastica* communio dicebatur illa, „quâ quis communicabat Ecclesiæ, seu erat „cum fidelibus aliis in Ecclesia & de Ec„clesia, ut Ecclesiasticus, v. g. ut Epis„copus, ut Presbyter, ut Diaconus &c. „Unde tot censebantur hujus communio„nis species, quot sunt Ordinum gradus: „nam Episcopus longè aliâ ratione commu„nicabat, seu hujusce communionis par„ticeps erat, quàm Presbyter; & Presby„ter aliâ quàm Diaconus, & cæteri; & si „contingeret quis ob crimen aliquod enor„me deponi, & omnimodâ ac perpetuâ „depositione deponi, ut loquuntur Cano„nes, seu si quis ita deponeretur, ut ne„dum sui gradûs honore privaretur, sed „etiam ab omni functione removeretur, „tunc ille censebatur integro suo commu„nionis Ecclesiasticæ jure privatus, & in„ter Laicos, hoc est ad Laicam communio„nem relegatus & ejectus.

„*Laica* communio erat ea, quâ quis com„municabat Ecclesiæ, seu erat cum fide„libus in Ecclesia & de Ecclesia ut Lai„cus, qualis erat illa de qua S. Cyprianus „in Epist. 52. ad Antonianum data, loquens „de Trophimo quondam Episcopo lapso, „qui sacrificaverat & idolis incensum ob„tulerat,

(*i*) Ibid. Col. 646. (*l*) Dissert. XXIII. fol. 343. (*m*) S. Cornelius Papa apud Euseb. Hist. Eccles. Lib. 6. Cap. 43. (*n*) Ibid. (*o*) Petrus Annatus in Apparatu methodico ad posit. Theol. Tom. 1. Lib. 3. Art. 7. §. *de multiplici fidelium communione* pag. mihi 236. Edit. 2.

» tulerat, quem ut Episcopum restitutum » fuisse conquerebatur Antonianus, & cui » respondet Cyprianus, eum quidem pœ- » nitentem & satisfacientem fuisse admis- » sum, non ut Episcopum, sed ut Laicum, » dum ait: *Sic tamen admissus est Tro- » phimus, ut Laicus communicet, non se- » cundùm quod ad te malignorum Littera » pertulerunt, quasi locum Sacerdotis usur- » pet*: unde Clericum reduci ad communio- » nem laicam, erat Clericum reduci de Or- » dine Clericali seu Ecclesiastico, ad Or- » dinem laicalem, & fieri quasi de Clerico » Laicum.»

Ad hæc trepidant piæ mentes, cùm vi- dent sacrilegum Consecratorum, eodem lo- co haberi, eodemque judicio judicari, quo sacrificator idolorum, & utrumque de Or- dine Episcopatûs dejici, honore privari, functione removeri, perpetuâ depositione deponi, & de Clerico, de Episcopo, fieri *Laicum*. Hoc contingere debet Episcopo Ba- bilonensi, cùm S. Sedi Apostolicæ vitium fuerit, Sacrorum Canonum violationem, con- temptum, & transgressionem amplius non tolerares aut, uti Gregorius Magnus loquitur, cùm *semel deliberaverit non por- tare*. Vident etiam rudi illi Presbyteri Ul- trajectenses Erckelius & Daelenortius, qui huic sacrilegæ Consecrationi adstiterunt, quid ipsis evenire debeat; neque enim illi sunt *homines planè rudes ac simplices, aut simplicioris ingenii*, quales fuisse, testatur S. Cornelius, Episcopos Novatiani Con- secratores, qui tamen de loco dejecti fue- runt, Successoribus in eorum Episcopatus immissis.

Hucusque scripsimus contra homines apertè schismaticos, & qui ab Ecclesiæ Romanæ communione ac [illegible] volentes dis- cesserunt; nec metuit nobis vel levis suspi- cio, futurum aliquando, ut hac in parte negotium nobis esse posset cum Catholicis, aut certè cum hominibus inter Catholicos habitantibus. Quare nemo, ut opinor, fa- cilè mirabitur, quòd in Universitate Lova- niensi inventus fuerit Sacrorum Canonum Professor, non quidem tyro, aut novitius, Scholastico adhuc pulvere conspersus caput, & cui plus fiduciæ sit & audaciæ, quàm eruditionis, & scientiæ; sed veteranus Doctor, Vir annosus, senex, & declivis ætate, qui Canonum scientiam longo tem- pore professus quâ voce, quâ scripto, nu- per admodum pronuntiare ausus est, quòd Consecratio Cornelii Steenovii in pseudo- Archiepiscopum Ultrajectinum, per Epis- copum Babilonensem [illegible], invitâ, & prohibente S. Sede Apostolicâ, peracta, li- cita fuerit, & permissa, atque ab omni culpâ vacua, ab omni transgressione libe- ra. Ad hunc viri imaginem, unusquisque satis intelligit, sermonem esse de Zegero

Bernardo Van Espen, alium enim nemo ... 353

... dicta Universitate Doctorem cui ... possint; maximè post Sancti[ssimi] ... Domini Nostri Benedicti XIII. Bre[ve Apos]tolicum ad universos Catholicos in [Fœderato] Belgio commorantes datum 21. [Februarii] 1725. Rem accipe, & rei occa[sionem].

Cornelii Steenovii Consecratio [in] Orbe stupente peracta, variè [in] Universitate Lovaniensi ... ab [in]signi Doctore Theologo ... Hermanno Damen ... etiam ut probabilius ... Christianus Erckelius, inva[sor] ... Trajectensis fax & incentor, ... Hollandici præcipuum fulcrum, ... per Litteras Doctorem ... oraculum, ut ...

Bernardus Van Espen, non jam unius Ad- versarii ... sed Orbis universi ingenium subiturus. Num. ult. *Responsionis* ... *epistolaris* ... adeoque ... mente ... edit sententiam in S. Sedis Apo- stolicæ injuriam; quam Superi faciant, ut non confirmaverit Deus ... ros schismaticos Ultrajectenses ... do illos malo consilio, & confusioni ... mo, ex ... quibus sine metu mali, sine for- midine ... sublata spe redeundi ad Eccle- ... omni ... reverentiam, obedientiam, com- ... fiæ Romanæ ... & Videmi! Desunt autem Espe- ... munione ... fuevit enim *definire*) quod ... nius (co) ... Consecratione Steenovii) ... *in re* ... *contra Spiritum Ecclesiasticæ Dis-* *ciplinæ* ... ut SS. Canonum ... *actum* ... *reverentiam Superioribus debitam* ... verum apertè ... *contra Spiritum Canonum* ... contra ... *observatio Canonum* ... *clesiæ* ... (Ultrajectinæ) & saluti ani- ... *fuisset* ... per ... gam illam Consecrationem; quam adeo probat, ut enuntiet, Sacerdotes Ultrajecti- nos

Digitized by Google

Dissert. XXIV. De sacrilega Consecratione Cornelii Steenovii, multiplicique peccato ejus, omniumque qui huic facinori immixti sunt

nos *unicè præ oculis habuisse, ne Canonum externo rigore servato, a sensu & mente Matris Ecclesiæ recederent, & saluti populi illis commissi haud satis providerent.* Igitur *licita* non tantùm fuit, sed *laudabilis*, sed *sancta*, & *pia* Steenovii Consecratio. Hæc habet *Responsio Epistolaris*, & hoc scribit Doctor ille post visum, quinimò à se citatum Breve Apostolicum, per quod Summus Pontifex declaravit, Consecrationem Cornelii Steenovii fuisse *illicitam & execrandam*; & manuum impositionem per Episcopum Babiloniensem factam, fuisse *detestabilem & sacrilegam*; atque omne quod hic actum est, admissum fuisse, *Apostolicâ auctoritate, & Sacrorum Canonum contemptis regulis.*

Hic, tu Lector, fortasse pronuntiabis, Espenium esse hominem omni honestate spoliatum, qui tam atrociter contumeliosus est in Romanum Pontificem; & optimè contra Ecclesiæ fulmina & anathemata universa paratum, armatumque esse oportere illum, qui tam apertè & tam procaciter petulanti sputo suo inquinare audet Vicarium CHRISTI. Sed Summo Romano Pontifici relinquamus vindictam; Tu mecum paulisper considera, quàm sit Ecclesiæ militantis miserrima sors in terris præ miseriis humanis omnibus! Sunt quos insidiantium inimicorum iræ non sinunt esse quietos; Reges & Principes hostes habent suos, implacabiles, inexorabiles; sed hi sunt hostes & sciuntur hostes esse: hi sunt inimici & noscuntur inimici esse. Habet Ecclesia Dei etiam hostes suos, & pro talibus cognitos; Paganos dico, Hæreticos, Schismaticos; sed habet hoc singulare & miserrimum, quòd filios educaverit, qui spreverunt eam. Adeo ut miseria sit major longè longèque, & miseriarum omnium maxima, cùm filiorum turba rebellatrix insurgit in Matrem, & Nati Natorum, & qui nascuntur ab ipsis, impugnant, quamdiu in hac mortali lucta sumus, uterum qui eos genuit. Habet tamen suos rebellio gradus, & nocentiores præ cæteris sunt, qui intra Ecclesiæ gremium (quantùm quidem putant) se continentes, latenter, improvisò, & repentè Matris sinum vellicant, dilacerant, discerpunt. Hæc *Responsio Epistolaris* in Hollandiam primùm erat mittenda, ut inde ad nos veniret, quasi nulla satis ex illa Regione Ecclesiæ Dei vulnera adferrentur. Similiter & Consultatio illa (Espenii opus) quinque Doctorum Lovaniensium, Anno 1717. 25. Maii signata, & in superioribus Dissertationibus nostris eversa, clanculum debuit Hollandis consignari, & tacita servari, donec quinquennio pòst, centoni illam suo assuit Anonymus Gallus. Si quæras ex illis, quid eos moverit, ut cornua erigerent & calcibus incursarent, non alia occurret causa, quàm pertinax libido, & inflexibilis obstinatio, quâ & cogitatione, & verbo, & opera resistere voluerunt Ecclesiæ Romanæ, & S. Sedi Apostolicæ.

Dicat Doctor Van Espeo (neque enim dissimulandum est quidquam, postquam larvam sibi ipse detraxit, & Ecclesiæ, datâ operâ, indixit bellum) dicat, inquam, quid moverit eum, ut perditissimæ Schismaticorum Ultrajectinorum causæ suffragaretur jam plus vice simplici, nisi quod turpissimæ factioni Jansenianæ, quæ tot jam annis afflictissimum Belgium divexavit, nomen dederit olim sub fictâ *Fratris* ANTONINI appellatione; illamque hodie, quantumvis profligatam jam, & membratim pereuntem, deserere nolit? A multis annis accusatus fuit erubescendæ collusionis cum Quesnello (quem *sapientissimum* appellare non erubuit) aliisque, qui rebellionis Hollandicæ folles inflarunt, unde tantus ignis exarsit. Hæc ipsi probro, vitio, pudori data fuerunt per impressos din libros totâ Europâ vulgatos, nec tamen mutatus est, imò ne quidem à se culpam amovere conatus est umquam. Ut proinde videatur illam de se opinionem concepisse, quasi extra omnem teli jactum, extra omnem fortunæ aleam positus sit, & jam liceat sibi dicere, facere, scribere quæcumque lubet. Exotica enimverò libertas! Et terreret profectò Vir ille, si adferret aliquid tantâ confidentiâ dignum. An plus adferat præter verba seditiosa, quæ inquietum & indomitum ingenium produxit, Tu Lector, æstimato ex his quæ sequuntur.

Mentem suam enuntiat his verbis, de primis Ecclesiæ seculis loquens: „Sola tunc „ necessitas, & salus populi excusabat hu- „ jusmodi Ordinationes: *(ab uno Episcopo* „ *factas)* prout & in similibus rebus, etiam „ quæ S. Ordinationem concernebant, ne- „ glecto rigore Canonum, non dubitabant „ SS. Episcopi ea facere, quæ Fidelium sa- „ luti necessaria videbantur. Quin imò exi- „ stimabant, facturos se contra spiritum Ca- „ nonum & mentem Ecclesiæ, si obser- „ vato Canonum rigore, necessitati Eccle- „ siæ & saluti animarum non succurrerent.„

Sic magistraliter pronuntiat ille, nullâ dicti sui probatione allatâ. Sed observa 1. *Insitatas* fuisse, & *raras* ejusmodi Ordinationes, ut in Dissertatione XXIII. ostendimus sup. fol. 344. Quod patet etiam ex rarissimis exemplis ibidem adductis, & ex Thomassino; quinimò ex Espenio *Jur. Eccles. univ. Par. 1. Tit. 15. Cap. 1.* Hic subdolè innuit, ac si frequenter, & promiscuè in primis Ecclesiæ Seculis ejusmodi Ordinationes occurrerent. 2. Insitatas illas ac raras Ordinationes, à non tribus Episcopis factas, non fuisse leviter, aut facilè *excusatas*, ut leviter ipse pronuntiat; nam fuerunt

runt improbatæ potiùs, & nonnullæ rejectæ, ut ostendimus ibid. 3. Falsum esse, quòd SOLA *tunc necessitas & salus populi excusabat hujusmodi Ordinationes*; nam in aliquibus, Superioris intervenit auctoritas, ut in Ordinatione Evagrii, quam ab Occidentalibus approbatam fuisse adnotat Thomass. Cùm enim facta fuisset tempore schismatis Antiocheni, non aliter voluit INNOCENTIUS I. pacem & communionem Ecclesiæ Occidentalis reddere Alexandro Antiocheno Episcopo, quàm ut communicatores Evagrii suæ consociaret communioni. Neque aliter loquendum videtur de Siderii in Palibiscæ Episcopum Ordinatione; nam, ut loquitur Thomass. *Athanasio ipsi visum fuit dispensatione utendum*. PELAGII Papæ ordinatio facta in *vera* necessitate, (cùm non essent tres Episcopi, qui eum possent promovere, ut docet Espenius ipse loc. cit.) numquid ab universa Ecclesia suscepta fuit? Ubinam igitur sunt illæ Ordinationes quas sola excusavit necessitas? Hæc omnia cùm non ignoraverit Espenius, quid sibi volunt voces rerum inopes, & nugæ canoræ, quibus Sacerdotibus Ultrajectensibus adulari pergit? Nonne Steenovii Consecratio mundi manu, & voce damnatur? Irreverens proinde est, & contumeliosa assertio, cùm supponit, sanctissimos antiquæ Ecclesiæ Episcopos, Canonum rigorem leviter, facilè, promiscuè neglexisse, ut excogitatæ à se Ecclesiarum necessitati succurreretur; de quibus videri possunt verba Cardinalis Humberti paulò superiùs relata.

Pergit tamen Espenius in hunc modum: „ Hanc porro necessitatem & exigentiam „ salutis populi fuisse in Ordinatione *Cornelii Steenovii*, per solum Episcopum Babiloniensem peracta, dubitare non sinunt „ vestra, Amplissime Domine, jam pridem „ mihi nota, erga SS. Canones ac notanter „ Nicænos reverentia & amor, prout etiam „ summa erga Sedem Apostolicam observantia. „ Sic ipse ad Joannem Christianum Erckelium. Nempe,

——Adulandi gens prudentissima, laudat
Sermonem indocti, faciem deformis amici.

De prætensa *necessitate* multis egi in *Dissertatione* XXII. & sup. fol. 337. ostendi, necessitatem in quam se conjecerunt Ultrajectenses, esse culpabilem, vitiosam, facinorosam, quæ nullo jure adjuvatur. Et hanc laudat Espenius; Qui probè novit, Ecclesiam Romanam, in Sacri Collegii S. R. E. Cardinalium Epistola de 8. Aprilis 1724. explosisse ac damnasse prætensam *necessitatem*, cujus *obtentu*, *Factio* Ultrajectensis edixerat, se *compellendam vicinos Episcopos adire, ipsis verò reluctantibus, quemlibet Episcopum Consecratorem posse adhibere*.

Sed quo nomine appellanda venit inconsideratio hominis, Erckelium suum commendantis à *SS. Canonum & notanter Nicænorum reverentia & amore*? Ego vix non pronuntiavero, senem illum Comœdiam agere. BENEDICTUS XIII. dicit, Cornelii Steenovii Consecrationem factam esse SACRORUM CANONUM CONTEMPTIS REGULIS; Espenius, amici sui faciem pingit uti plenam *reverentia & amoris erga SS. Canones*. Numquid ludere eum dicas? Sed impudenter.

Dissert. XXIV. De sacrilega Consecratione Cornelii Steenovii, multiplicique peccato ejus, omniumque qui huic facinori immisti sunt

Quis verò intellectu assequi valet, quod Espenius Sacrorum Canonum Doctor & Professor, Erckelium commendet à SS. Canonum non tantùm, sed *notanter à Nicænorum* reverentia & amore? Hic mihi vox faucibus hæret. Nam ut S. Hieronymus scribit ad Heliodorum in Epitaphio Nepotiani: „ Grandes materias ingenia parva non sustinent, & in ipso conatu ultra vires ausa „ succumbunt: quantoque majus fuerit „ quod dicendum est, tantò magis obruitur, qui magnitudinem rerum verbis non „ potest explicare. „ Fateor equidem, tardum mihi esse ingenium, & ultra vires esse, ut Espenii sermonem assequar, nedum explicem.

Tentandum est tamen; videor enim mihi parum aliquid assecutus. Canon Nicænus IV. ita habet: *Episcopum convenit maximè quidem ab omnibus qui sunt in Provincia Episcopis ordinari. Si autem hoc difficilè fuerit, aut propter instantem necessitatem, aut propter itineris longitudinem*; TRIBUS *tamen omnimodis in idipsum convenientibus, & absentibus quoque pari modo decernentibus, & per scripta consentientibus, tunc ordinatio celebretur*. Ad quem Canonem Scholion scribens Espenius, in eam inclinat sententiam, ut hìc non tantùm de *electione*, sed & de *ordinatione* Episcopi agatur; cui sententiæ favere dicit versionem *Dionysii Exigui*, quæ est illa ipsa quam exhibemus. Tum Canonis rationem adferens ex INNOCENTIO I. *Voluit Synodus*, inquit, *ut Episcopus non* FURTIVE, *sive* CLAM *in ovile seu Ecclesiam Christi intraret, sed Ecclesiâ integrâ .... quasi probante & assentiente*. De TRIBUS porro Episcopis adhibendis, dicit esse *sanctissimam Disciplinam, sæpissimè innovatam, & rigorosè observari præceptam*. Et in *Jure Eccles. univers.* ut sup. vidimus, eamdem Disciplinam dixit, *ab Apostolis nobis traditam*; & ab illa recedi non posse, nisi *necessitate cogente*, & EX SUPERIORUM JUDICIO.

Jam ego tardus & hebes, non capio quomodo in Cornelii Steenovii consecratione eluceat Joannis Christiani Erckelii erga Nicænos Canones *reverentia & amor*. Canon IV. vult adhiberi *tres* Episcopos; Erckelius adhibuit unicum. Ab hac sanctissima Disciplina, sæpissimè innovata, & rigorosè observari præcepta, atque ab Apostolis tradita;

Dissert. XXIV. De sacrilega Consecratione Cornelii Steenovii, multiplicique peccato ejus, omniumque qui huic facinori immixti sunt

dita, recedere non licet, nisi necessitate cogente, & ex *Superiorum judicio*; atqui adfuit Superiorum prohibitio, damnatio ac detestatio. Restat igitur, ut in Erckelio eluceat Canonum Nicænorum *contemptus & odium*, & ut Steenovius *furtivum* beneficium acceperit; ut *clam* intrarit in ovile Christi velut fur & latro. Restat, inquam, ut Espenius, insigniter ludat & Canones Nicænos, & Disciplinam Ecclesiasticam sanctissimam & Apostolicam, & Summum Pontificem, & Superiores omnes, & Ecclesiam Universam. Quod patet etiam ex eo, quod eundem suum Erckelium commendet à *summa erga Sedem Apostolicam observantia*; hominem, inquam, qui à viginti & ampliùs annis Sedem Apostolicam contempsit, impugnavit & audacissimè sprevit: adeo ut Espenius, & Summum Pontificem, & Ecclesiam Romanam, & S. Sedem Apostolicam idoneos judicaverit, quibus turpissimè illuderet, nisi quis velit, caput illius velut turbine circumactum fuisse, cùm hæc scripsit.

Sed ne id credamus, magnam injiciunt dubitationem, quæ sequuntur. „ Sed & id „ satis evincunt (*sic pergit Espenius*) tot „ doctissimæ Lucubrationes & Scripta, „ tum ab Amplitudine Vestra, tum ab aliis „ Viris eruditis in lucem edita: Quæ si le„ gerentur, ut decet, *non dubito, quin sa„ tis omnibus appareret, nihil contra spiri„ tum Ecclesiasticæ Disciplinæ aut SS. Ca„ nonum, vel adversùs reverentiam Su„ perioribus debitam, hac in re à Vobis „ actum fuisse; sed Vos unicè præ oculis „ habuisse, ne, Canonum externo rigore „ servato, à sensu & mente Matris Eccle„ siæ, recederetis, & saluti populi Vobis „ commissi haud satis provideretis.* „

Hæc verò contumeliosa sunt adeo, ut nihil suprà. Canonum rigorem *externum* servatum non esse concedit Espenius; *internum* violatum fuisse, jam evidenter ostendimus. Quis igitur est ille pruritus novaturiens & rebellis, ut licitum, honestum, laudabile, sanctum pronuntiare audeat, quod Pontifex Romanus illicitum dixit, detestabile, sacrilegum, execrandum? Quid enim? Si à sensu & mente Matris Ecclesiæ recessum fuisset observando rigorem Canonum; si saluti populi Ultrajectini haud satis provisum fuisset omittendo Consecrationem Steenovii; nonne licita illa fuit, honesta, laudabilis, quin imò sancta & pia? Quid ergo judicavit & declaravit Pontifex eamdem Consecrationem, fuisse *illicitam, detestabilem, sacrilegam, execrandam*? Judicium scilicet facit Espenius de Romano Pontifice, de Sede Apostolica! Nec poterat profectò expressiùs Pontifici resistere in faciem; adeo ut insigni convitio Sacerdoti Dei maledicat. Nec satis meminit Apostoli Actor. 23. qui (ut ibid. docet *A Lapide*) tam præsentibus quàm posteris exemplum reliquit modestiæ & reverentiæ erga Prælatos, etiam impios & tyrannos, qualis erat Ananias ille Summus Sacerdos Judæorum, quo Jubente Paulus percussus fuerat.

Unde idem A Lapide ex S. Cypriano ita arguit: „ Si ita Paulus reveritus est Ponti„ ficem, qui tantùm inane nomen & um„ bram Pontificis gerebat, quomodo re„ verendi sunt Pontifices Catholici & Ro„ mani, quibus Sacerdotalis auctoritas & „ potestas de divina dignatione firmatur? „

Sacrilegam Steenovii Consecrationem detestatur Summus Pontifex cum Ecclesia Romana; Episcopi vicini illam execrantur; Fideles horrent; solus Espenius doctus & eruditus, qui nobis miscere se voluit, illam suscipit defendendam, illamque conformem dicit Disciplinæ & Canonibus; sed hi Canones quos Espenius supponit, ad aliam debent spectare Ecclesiam, quàm ad nostram. Fallitur namque, si illam dicat non esse *detestandam*, ideo quod valida sit: nam quamvis matrimonia à filiis-familiàs sine consensu parentum contracta, valida sint, *nihilominus Sancta Dei Ecclesia ex justissimis causis illa semper* DETESTATA *est, atque prohibuit*, ut est in Sac. Conc. Trid. Sess. 24. Cap. 1. de Reform. Matrim. Ut proinde, quæ aliàs rata sunt, tamen *detestanda* fiant, cùm Superiorum accedit prohibitio.

Sed, *nihil actum est*, inquit Espenius, *adversùs reverentiam Superioribus debitam.* Hoc verum est, si Pontificem & Ecclesiam Romanam è numero Superiorum expungat. Sed lepidum est, quod velit ille, ut *doctissima lucubrationes & Scripta, tum ab Erckelio, tum ab aliis Viris eruditis in lucem edita, legantur ut decet*. In primis, illi *Viri eruditi*, præter Erckelium, qui sunt? Nonne Quesnellus & Espenius? Sed horum, uti & Erckelii Scripta damnavit Roma. An tamen lecta sint à nobis, patebit, opinor, cùm hoc Opus nostrum perlectum fuerit. Sed *legenda* sunt *ut decet*: id est; legenda sunt animo ab Ecclesia Romana averso, & Pontificias jussiones omnes fastidiente, ac taliter composito; ut cùm S. Sedes ingratum quid præceperit, statim in ipsam insurgatur fronte protervâ, ferreo ore, obstinatâ, pertinaci, & flecti nesciâ cervice. Talem nos animum non habemus; adeoque non *apparebit* nobis, *nihil contra spiritum Ecclesiasticæ Disciplinæ aut SS. Canonum, vel adversùs reverentiam Superioribus debitam* hac in Consecratione Steenovii ab Ultrajectensibus *actum fuisse*. Vult præterea, Pontificem ipsum intellecturum, *sibi in hoc negotio esse subreptum*, si *omnia quæ in iisdem lucubrationibus exposita sunt & probata, eâ sinceritate exhiberentur, quâ scripta sunt*.

tu sunt. Quasi si exhibita non forent.

Sed quorsum tot ambages? Quorsum hæc diverticula? Depromat Espenius animi sui sensa, loquatur mentem suam; dicat se partes sequi Schismaticorum Ultrajectensium; apertum bellum indicat Pontifici. Quid proficit, illos clam, occultè, latenter adjuvasse tot jam annis? Hæc enim ei sunt objicienda, donec aut collusionem fateatur, aut Factionem deserat. Profiteatur se adversarium Sedis Apostolicæ, ut noverimus quocum nobis res sit. Pro nobis stabit sententia, quam S. Cyprianus Ep. 69. ad Florentium asserit se in visione à Deo audivisse: *Qui Christo non credit Sacerdotem facienti, postea credere incipit Sacerdotem vindicanti*. Vindictam inchoavit Augustissimus Imperator & Rex noster Catholicus per Decretum Concilii Statûs de 12. Septemb. 1725. ex quo Espenii fetus proscriptus, suppressus, & laceratus fuit, quod Decretum ad calcem damus.

Cæterum si Espenius accingat se ad reddendam omni poscenti rationem de ea, quæ in ipso est, spe Fidei & Religionis, eum in Domino exhortor, ut à gloriosa retractatione initium faciat. Si porro disputare lubeat, velim meminerit doctrinæ suæ in *Jure Eccles. univ. loco sup. cit.* quod *hodie, sicuti Episcoporum Confirmatio, ita & Consecratio ad Pontificem devoluta sit*; adeoque futurum spurium, abortivum, pseudo-Episcopum, qui aliter quam Pontificiâ auctoritate creatus aut confirmatus fuerit; & schismaticum esse omnem illum, qui contra Pontificis voluntatem Episcopum constituit, sive facto, sive consilio. Quare non abs re erit audire S. Optatum Milevitanum Episcopum Lib. 2. adversùs Parmenianum. „ Negare non potes, scire te in Urbe Roma Petro primò Cathedram Episcopalem esse collatam: in qua sederit omnium Apostolorum Caput Petrus, unde & Cephas appellatus est: in qua una Cathedra unitas ab omnibus servaretur, ne cæteri Apostoli singulas sibi quisque defenderent: *ut jam schismaticus & peccator esset, qui contra singularem Cathedram, alteram collocaret*. „ Audiatur etiam Julianus Cardinalis, Præses Concilii Basileensis, qui in Flavianensi cum Aenea Sylvio colloquio, suam ad Apostolicam Sedem conversionem his verbis enarrat apud Schelstratium: (oo) „ Vero matris lacte nutritus ad fontem veri perveni, quem Sancti Doctores Græci & Latini ostendunt, quorum una vox est, *salvari non posse, qui sanctæ Ecclesiæ Romanæ non tenet unitatem: omnesque illas virtutes mancas esse ei, qui Summo Pontifici obedire recusat*, quamvis in sacco & cinere jacens, dies & noctes jejunet, & oret, & in cæteris videatur legem implere: quia melior est obedientia quàm victimæ, & omnis anima potestatibus sublimioribus subdita est: & Romanum Præsulem in Ecclesiæ vertice constitutum esse constat, *à quo nullam ex ovibus Christi exemptam novimus*. „

Dissert. XXIV. De sacrilega Consecratione Cornelii Steenovii, multiplicique peccato ejus, omniumque qui huic facinori immixti sunt

Jam redit sermo meus ad vos, Fideles Hollandi! Videtis schisma, horretis schisma! Punitionem intelligitis, de pœna trepidatis, quia etiam pro fratribus antehac vestris commoventur viscera vestra, & quos lugetis ab Ecclesia pro tempore separatos, optatis post pœnitentiam habere in Fide socios, & in regno Cœlorum tandem consortes. Clamatis ad Deum ut convertantur illi, & vivant. Clamorem adjuvat S. Sedes Apostolica per os S. Cypriani. (p) „ Opto omnes in Ecclesiam regredi, opto universos commilitones nostros intra Christi castra, & Dei Patris domicilia concludi: remitto omnia, multa dissimulo studio & voto colligendæ fraternitatis, etiam quæ in Deum commissa sunt, non pleno judicio religionis examino, delictis plusquam oportet remittendis penè ipse delinquo: amplector promptâ & plenâ dilectione *cum pœnitentia revertentes, peccatum suum satisfactione humili & simplici confitentes*. „

Habetis benignitatem Apostolicam, facilemque modum reconciliationis obtinendæ, & resarciendæ nobiscum pacis, unionisque Ecclesiasticæ. In hanc rem incumbite, & votis, precibus, exhortationibus fratres vestros reducite. Sed, si tremendo Dei judicio permittente, id non contingat, habeat saltem Ecclesia Dei hoc solatium, quod de Fortunato schismatico pseudo-Episcopo Carthaginensi S. Cyprianus ad Cornelium misit, dicens: (q) „ *Eum* postquam pseudo-Episcopus ab hæreticis factus est, *jam penè ab omnibus esse desertum*. Namque ii, quibus in præteritum *præstigia obtendebantur, & dabantur verba fallacia, quod simul ad Ecclesiam regressuri dicerentur*; postquam viderunt illic pseudo-Episcopum factum, frustratos & deceptos se esse didicerunt, & remeant quotidie, atque ad Ecclesiam pulsant. „

Si verò, (quod misericors Deus avertat) sint nonnulli, qui obfirmatè & firmiter renituntur, & qui nec S. Sedis benigno invitatu, nec terrore pœnæ, nec fœditate culpæ moti, ignorare videntur, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam illos invitat; hos Vos devitate, illis ne quidem *Ave* dixeritis, (r) *neve cum illis ullo pacto, præsertim in divinis, communicate*.

Jam olim decrevit Nuntius Apostolicus, modò Eminentissimus Cardinalis Bussius,

(oo) Antiq. Eccles. Tom. 2. Edit. Rom. Dissert. 6. Cap. 5. fol. 484. n. 21. (p) In sæpe cit. Epist. 55. fol. 120. (q) Ibid. fol. 129. (r) Bened. XIII. in Brevi Apost. cit.

Dissert. XXIV. De Sacrilega Consecratione Cornelii Steenovii, multiplicique peccato ejus, omniumque qui huic facinori immixti sunt

orandum non esse pro illis, qui sub Presbyterorum refractariorum cura & directione hanc vitam finierant, & multò minùs pro iisdem Presbyteris in Schismate defunctis. Idem illud Summus Pontifex CLEMENS XI. in Petrum Coddeum statuit. Dura visa est hæc pœna canonica; sed illis tantùm, qui ignorabant semper obtinuisse in Ecclesia, ut Excommunicatorum nomina eraderentur è *Dypticbis*; ne, dum illa recitarentur inter Missarum solemnia, ut mos vester est, Schismatici aut hæretici haberentur pro membris Ecclesiæ si existebant in vivis; aut putarentur in Communione Ecclesiæ defuncti, si decesserant è vivis. Innumeris posset exemplis hæc consuetudo elucidari. Suffecerit adducere Mandatum LEONIS MAGNI ad Anatolium Episcopum Constantinopolitanum (*s*) prohibentis, *nomina* DIOSCORI, JUVENALIS & EUSTATHII *ad sacrum Altare recitari. Nam iniquum nimis est atque incongruum*, inquit LEO, *eos, qui innocentes & Catholicos suâ persecutione vexarunt, Sanctorum nominibus sine discretione misceri, cùm damnatam impietatem* (*t*) *non deserentes ipsi se suâ pravitate condemnent; quos convenit aut percelli pro perfidia, aut laborare pro venia.*

Hæc ioviâ proferimus oratione, dum optabiliùs nobis est, ut Ultrajectenses Sacerdotes laborent pro venia, quàm ut vel in hoc seculo, vel in futuro, percellantur pro perfidia.

Sed dum hæc scribimus, derelinquimur ab omni spe. Nuntiatur siquidem, Ultrajectenses Sacerdotes iterasse cursum rebellem, &, ut schisma producatur ad posteros, celebratam iterum esse pseudo-electionem Episcopi de persona CORNELIS JOANNIS BARCHMAN WUYTSERS Ultrajectini, quem etiam pari scandalo, pari temeritate, majorique cum inquinamento consecrandum asseruot. Nimirum toti Orbi testatum oportuit, rebellionem & injuriam S. Sedis Apostolicæ apud Ultrajectenses perpetuam fore. „ Neque enim aliunde „ *inquit rursus Cyprianus* „ (*u*) hæreses obortæ sunt, aut nata sunt Schismata, quàm „ inde, quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, & ad tempus judex vice „ Christi cogitatur. Cui si secundùm magisteria divina obtemperaret fraternitas universa; nemo adversùs Sacerdotum collegium quidquam moveret; nemo post divinum judicium, post populi suffragium, „ post Coepiscoporum consensum, judicem „ se jam non Episcopi, sed Dei faceret; „ nemo discidio unitatis Christi Ecclesiam „ scinderet; nemo sibi placens ac tumens „ seorsum foris hæresim novam conderet, „ *nisi si ita est aliquis Sacrilegæ temeritatis* „ *ac perditæ mentis, ut putet sine Dei judicio* „ *fieri Sacerdotem &c.* „

Hæc tam multa, & tam varia, ex S. Cypriani Epistola 55. vobis deprompsimus, quia illa, TILLEMONTIO, viro eruditissimo teste, (*v*) exemplar est, specimen & opus perfectissimum vigoris, fortitudinis, & magnanimitatis Episcopalis. *Le chef d'œuvre de la magnanimité Episcopale.*

Superest, ut vos postremùm alloquar & admoneam, verbis Apostoli ad Hebræos ult. *Mementote Præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei: quorum intuentes exitum conversationis, imitamini fidem.* JESUS CHRISTUS *heri & hodie, ipse & in secula. Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci.* Peregrinum est, quidquid abhorret à Schola veritatis, à doctrina Sedis Apostolicæ, à Fide Ecclesiæ Romanæ. Quod JESUS CHRISTUS heri docuit quando in terris positus cum hominibus ambulavit, id hodie docet, & in secula præcipit, nimirum: *Obedite præpositis vestris & subjacete eis. Ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes.* Qui enim obedit, „ leve onus facit Præposito, ut scilicet gaudeat in ejus obedientia & profectu. Inobediens verò, onus „ Præposito aggravat, facitque eum gemere. *Gemunt* enim Prælati sub onere „ Regiminis, dum suos labores irritos & „ frustraneos esse vident, dum satagunt subditos promovere in virtute & disciplina, „ & subditi id subterfugiunt, imò reluctantur: dum iis reluctantibus invigilant, rationesque & modos omnes excogitant & „ ineunt, quibus eos ad sanam mentem „ reducant, omnibusque excogitatis & factis, nihil se proficere, imò duriores fieri „ subditos vident: tunc enim Rectorum „ onus hac inobedientiâ & rebellione subditorum mirè aggravatur, & penè deprimitur, ut sub eo gemant & suspirent. „ *A Lap. in adductum locum Apostoli.*

Nolite igitur contristare Præpositos vestros, sed mementote SASBOLDI qui vobis locutus est verbum Dei, quem non sine Sanctitatis opinione defunctum prædicant Adversarii, (*x*) imò miraculis à morte inclaruisse. Hujus igitur viri exitum contemplantes, & imitantes conversationem, doctrinam ac Fidem, præclarissimam quoque Confessionem ejus tenete, dum dixit: quod JESUS CHRISTUS (*y*) „ ne quid ad „ salutis viam nobis deesset, Ecclesiam suam „ hic in terris militantem *visibili Capite*, „ & *summâ potestate* exornarit; CERTITU-

„ DINEM

(*s*) Epist. 60. (*t*) *Eutychianam* hæresim intelligit. Nos dicimus *Jansenianam* & *Quesnellianam*. (*u*) Ibid. fol. 115. (*v*) In vita S. Cypriani fol. 514. Edit. Parisiens. in 4. (*x*) Bat. Sac. Par. 2. fol. 56. col. 2. (*y*) Ibid. fol. 66. col. 2.

„ DINEM SALUTIS in ejus veneratione & „ OBAUDITIONE statuens, dum dixit Petro *Pasce oves meas*, & ad omnes Apostolos: *Qui vos audit me audit, & qui vos spernit, me spernit. Quidquid ligaveritis in terris, erit ligatum & in cœlis, & quidquid solveritis super terram, erit solutum & in cœlis.*„

Hoc numquam labatur memoriâ, hoc inculcate infantibus, narrate senibus, & vobiscum ferte ad sepulchrum; ferte ad judicem tamquam securissimum orthodoxiæ vestræ testimonium. Latret contra hæc & frendeat hæreticus & schismaticus; vos state in Fide immobiles, latrabunt illi, non mordebunt. Suscipiet autem Vos Christus servos suos bonos & fideles in gaudium suum. Hæc est doctrina Patrum vestrorum, hæc est hæreditas Sanctorum, hæc est via salutis. Attollat licet sævis emissus latebris coluber perfidiæ caput, & serpentinis evomat venena pectoribus, sola in Fide constantia, sola obedientia, sola Communio cum Sancta Sede Apostolica in corde puro, & conscientia bona & fide non ficta, conteret caput ejus, & omnium insidiantium calcaneo vestro. Didicistis in Scholis pueri, Fidem esse fundamentum omnium virtutum, radicem Salutis, & sine illa impossibile esse placere Deo. Hanc tenete, hanc propugnate, pro hac vivite, pro hac occumbite; numquam erit aut pugna gloriosior, aut finis beatior. Oremus autem Deum & Patrem misericordiarum, ut illos, qui propriâ voluntate currunt ad interitum, suâ omnipotenti Gratiâ revocet ad salutem. Sed Vos cavete, ne ab illis seducamini, & quamdiu à Domino & Patre nostro Romano Pontifice ad Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ Communionem admissi non sunt, nolite illis credere. Jam diu est, quod à Fidelium *Communione, debitâque S. Sedi obedientiâ turpiter defecerint.* Jam diu est, quod Sanctissimus D. CLEMENS XI. per primum Sedis Apostolicæ Administrum declaravit (z) quod *falsò Catholico-Romani appellentur, cum eos Pontifex Maximus, non solùm ut Excommunicatos & à Romana Ecclesiæ unitate disjunctos, sed etiam, ut ejusdem Ecclesiæ, Pontificiaque auctoritatis apertos hostes agnoscat, damnet, ac detestetur.* Pressuras vestras & afflictiones sustinete paulisper, & scitote, quia *custodit Dominus animas Sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.* Psalm. 96.

Dissert. XXIV. De sacrilega Consecratione Cornelii Steenovii, multiplicique peccato ejus, omniumque qui huic facinori immixti sunt

(z) Vide Append. N. XCI.

F I N I S.

MANTISSA

Quâ exhibetur Decretum Cæsareo-Regium contra Responsionem Epistolarem Espenii, cum binis jussionibus, ut coram Rectore Universitatis Lovaniensis in jus vocetur.

R*Esponsio Epistolaris Zegeri Bernardi van Espen*, quam statim impugnavimus, & quæ per Belgium Austriacum, & præcipuè per Universitatem Lovaniensem, adnitente Presbytero *Cnucq* (qui multa audet) liberaliter, & cum ostentatione disseminata fuit, graviter pupugit animum Illustrissimi & Reverendissimi Domini JOSEPHI SPINELLI Apostolici per Belgium Ministri, jam Archiepiscopi Corinthiensis, & apud Serenissimam Archiducem MARIAM ELISABETHAM, quæ pro Augustissimo Imperatore & Rege nostro Catholico CAROLO VI. Belgii gubernacula nuper suscepit, *Nuntii*; qui, cùm in ea deprehenderet varias assertiones, totidem manifestis assertionibus Romanorum Pontificum directè & è diametro contrarias ac repugnantes, quibus Apostolicæ Sedis auctoritas inverecundo ausu, & magno cum scandalo, ac CHRISTI Fidelium offensione & obloquio, contemnitur & calcatur; judicavit Officii sui munus exigere, ut de tam immoderata audacia referret ad Augustissimi Imperatoris & Regis nostri præfati Senatum Belgicum supremum, sive *Concilium Status*, ut quem Apostolica & Pontificalis reverentia hactenus non cohibuit, Imperatoria & Regalis auctoritas compesceret.

Die 12. Septembris labentis Anni 1725. exiit Edictum quod hic subjicimus, & per quod Senatus Belgicus supremus decernit, ut RESPONSIO EPISTOLARIS *publicè laceretur tamquam injuriosa S. Sedis Apostolicæ Decretis, scandalosa & perniciosa sequelæ.* Mandatum executioni datum est eodem die. Et præterea ex ejusdem Supremi Senatûs Mandato duplici, Actio intentatur in Espenium coram Rectore Universitatis Lovaniensis, ut, si ejusdem *Responsionis Epistolaris* Auctor sit, contra eumdem decernatur pœnæ & Censuræ Ecclesiasticæ quas commeritus fuerit.

L'EM-

L'EMPEREUR ET ROY.

A Yant fait examiner en nôtre Conseil d'Etat certaine Réponse Epistolaire, imprimée sous le nom de Z. Be. van Espen Docteur en Droits & Professeur des Sts. Conons dans l'Université en nôtre Ville de Louvain, concernant la pretendut Election & consecration de Corneille Steenhoven en Archevêque d'Utrecht, laquelle Election nôtre Saint Pere le Pape Benoit Treizième par son Bref du 21. Fevrier de la presente Année a declarée nulle & de nulle valeur, & la dite Consecration illicite & execrable; Nous avons (par avis de nôtre Conseil d'Etat, ouis prealablement les Conseillers Fiscaux en nôtre Grand Conseil dans nôtre Ville de Malines, & à la deliberation de nôtre très-cher & tres-aimé Cousin Viric Philippe Laurent *Comte de Daun, Prince de Thiano, Chevalier de nôtre Ordre de la Toison d'Or, nôtre Conseiller d'Etat actuel intime, Marechal de Camp de nos Armées, Intendant General des Arsenaux, Colonel d'un Regiment d'Infanterie à nôtre service, Colonel & Gouverneur de nôtre Ville & Residence Imperiale de Vienne, Lieutenant, Gouverneur & Capitaine General de nos Pays-Bas) Ordonné, que ladite Réponse Epistolaire seroit lacerée publiquement, comme injurieuse auxdits Bref & autres Decrets du Saint Siege émanés sur ce sujet, scandaleuse, & d'une pernicieuse consequence: en nôtre Conseil d'Etat par l'Huissier, à l'intervention de deux Conseillers commis à cet effet, en presence des Procureurs, Agens, & autres personnes, ce qui a été executé le 12. du present mois, avec ordre à chacun qui en pourroit avoir des Exemplaires, de les remettre incessâment és mains du Secretaire d'Etat de Heems, avec defense à tous de les garder, à peine de trois-cent florins d'amende pour chaque Exemplaire, qui sera trouvé en leur pouvoir; & comme il convient pour le bien de nôtre sainte Religion & la conservation de la discipline Ecclesiastique, de supprimer aussy ladite Lettre Epistolaire dans toutes les autres Provinces & Villes de nôtre Domination, Nous enjoignons à toutes personnes de quelle qualité & condition qu'elles puissent être, qui en ont des Exemplaires, de les remettre incessâment du moins trois jours après la publication de cette, entre les mains de nos Conseillers Fiscaux dans les respectives Provinces de nos Pays-Bas sous ladite peine de trois-cent florins d'amende pour chaque Exemplaire qui sera trouvé en leur pouvoir, à partager ladite amende, la moitié pour le Denonciateur & l'autre moitié à nôtre profit; Nous defendons sous la même peine à tous imprimeurs, Libraires, & autres de les imprimer, vendre, debiter, ou*

IMPERATOR ET REX.

EXaminari jussâ in nostro Concilio Statûs quadam Responsione Epistolari, impressâ sub nomine Z. Be. van Espen Jurium Doctoris & Sacrorum Canonum Professoris in Universitate Oppidi nostri Lovaniensis, spectante prætensam Electionem & Consecrationem Cornelii Steenhoven in Archiepiscopum Ultrajectinum, quam electionem Sanctissimus Pater noster Papa Benedictus decimus tertius suo Brevi dato 21. Februarii currentis Anni, declaravit nullam & nullius roboris, & præfatam Consecrationem illicitam & execrabilem; Nos (ex judicio nostri Concilii Statûs, auditis priùs Consiliariis Fiscalibus in nostro Magno Senatu in Civitate nostra Mechliniensi, & ex deliberatione Carissimi ac Dilectissimi Cognati nostri Virici Philippi Laurentii Comitis de Daun, Principis de Thiano, Equitis Ordinis nostri Aurei Velleris, Consiliarii nostri Statûs actualis intimi, præfecti Castrorum in Exercitibus nostris, Procuratoris Generalis Armamentariorum, Chiliarchi unius Legionis peditum in obsequio nostro, Præfecti & Gubernatoris Civitatis nostræ & Residentiæ Imperialis Viennensis, Locum-tenentis, Gubernatoris & Capitanei Generalis Belgii nostri) decrevimus, dictam Responsionem Epistolarem publicè lacerandam, ut dicto Brevi, aliisque S. Sedis Decretis super eadem materia latis injuriosam, scandalosam, ac sequelæ perniciosæ, in Atrio nostri Concilii Statûs per Apparitorem, intervenientibus duobus Consiliariis ad id deputatis, præsentibus Procuratoribus, Negotiorum gestoribus, aliisque, quod executioni mandatum fuit die 12. præsentis Mensis, præcipientes cuicumque, illius exemplaria nacto, ut hæc sine mora tradat in manus Secretarii Statûs de Heems, vetantes omnibus, ne ea apud se retineant sub mulcta trecentorum florenorum in singula Exemplaria, quæ apud ipsos deprehensa fuerint; & cùm è re sanctæ nostræ Religionis & Conservationis Ecclesiasticæ Disciplinæ sit, ut supprimatur etiam dicta Responsio Epistolaris in omnibus aliis Provinciis & Oppidis Ditionis nostræ, injungimus omnibus cujuscumque Statûs & conditionis existant, & qui illius exemplaria obtinent, ut illa sine mora, & ut minùs intra triduum à publicatione hujus, consignent ad manus nostrorum Consiliariorum Fiscalium in respectivis Provinciis Belgii nostri, sub eadem mulcta trecentorum florenorum in singula exemplaria, quæ apud ipsos deprehensa fuerint; & dividetur dicta mulcta, dimidio in delatorem, & dimidio altero in nostros usus; vetantes sub eadem mulcta omnibus Typographis, Bibliopolis, aliisque, ne

ou secretement distribuer; & afin que personne n'en pretexte cause d'ignorance sera cette presente Ordonnance publiée & affichée par tout ou besoin sera; Ordonnont à tous nos Conseillers Fiscaux & autres Officiers d'y tenir la main; Donné en nôtre Ville de Bruxelles le douzième de Septembre 1725. Etoit paraphé, Elis.m vt. *Signé,* P. D. T. C. de Daun, *contresigné,* F. Gaston Cuvelier.

ne ea imprimant, vendant, distrahant, aut secretò distribuant; & ut nullus causam ignorantiæ prætexat præsens Decretum publicabitur & affigetur ubicumque opus fuerit; injungentes Consiliariis nostris Fiscalibus, aliisque Ministris, ut huic Decreto advigilent. Datum in Oppido nostro Bruxella 12. Septembris 1725. Subnotatum erat, *Elis.m vt.* Signatum, P. D. T. C. de Daun. Contrasignatum, *F. Gaston Cuvelier.*

L'EMPEREUR ET ROY.

Venerable Cher & Bienaimé.

N*Ous vous remettons cy-jointe nôtre Ordonnance du 12. du present Mois par laquelle nous avons ordonné de faire lacerer publiquement la Lettre Epistolaire imprimée sous le nom de Z. B. Van Espen Docteur en Droits, & Professeur des Sts. Canons en l'Université en nôtre Ville de Louvain, concernant la pretenduë Election, & Consecration de Corneille Steenhoven en Archevêque d'Utrecht, comme étant injurieuse au S. Siege, scandaleuse, & d'une pernicieuse consequence, & vû que l'on ne peut souffrir, n'y dissimuler de pareils Ecrits si prejudiciables à notre Sainte Religion Catholique Romaine, & à la discipline Ecclesiastique, & si contraires à la Prohibition du Pape reprise dans son Bref donné à Rome le 21. Fevrier de la presente année; Nous vous faisons cette par avis de nôtre Conseil d'Etat, & à la deliberation de nôtre Gouverneur General de nos Pays-Bas, pour vous avertir, que nous avons enjoint au Promoteur de ladite Université d'intenter son action pardevont vous, & d'agir vivement servato juris ordine à charge dudit Docteur Van Espen, & en cas qu'il soit trouvé l'Autheur de ladite Reponse Epistolaire; Nous vous ordonnons de proceder contre luy par decretement des Peines & Censures Ecclesiastiques qu'il peut avoir merité, & decider ladite Cause avec toute l'acceleration possible, preferablement à toute autre. A tant Venerable, cher & Bienaimé Notre Seigneur vous ait en sa Sainte Garde. De Bruxelles le 12. de Septembre 1725. Et étoit paraphé,* Elism. Vt. *Signé* J. B. de Heems. *La superscription étoit,* A Venerable nôtre Cher & Bienaimé le Recteur magnifique de Louvain.

Pour Copie.

J. B. de Heems.

IMPERATOR ET REX.

Venerabilis Care & Dilecte.

COnsignamus tibi hic adjunctam Ordinationem nostram de die 12. hujus Mensis, quâ decrevimus, lacerandam publicè Responsionem Epistolarem editam sub nomine Z. B. Van Espen jurium Doctoris, & Sacrorum Canonum Professoris in Universitate Oppidi nostri Lovaniensis, spectantem pretensam Electionem & Consecrationem Cornelii Steenhoven in Archiepiscopum Ultrajectensem, ut injuriosam S. Sedi, scandalosam & sequelæ perniciosæ; Cùmque nec tolerari nec dissimulari possint Scripta hujusmodi, Sanctæ nostræ Religioni Catholicæ Romanæ, Disciplinæque Ecclesiasticæ adeo damnosa, & tantopere adversantia prohibitioni Romani Pontificis contentæ in ejus Brevi dato Romæ 21. Februarii præsentis anni; Has ad te mittimus ex judicio nostri Concilii Statûs, & ex deliberatione Gubernatoris nostri Generalis Belgio nostro præfecti, ut certiorem te faciamus, injunxisse Nos Promotori dictæ Universitatis, ut intentet coram te Actionem suam, & pro viribus agat, servato juris ordine, contra dictum Doctorem Van Espen, & casu quo deprehendatur auctor esse præfatæ Responsionis Epistolaris, præcipimus tibi, ut contra eum procedas decernendo pœnas & Censuras Ecclesiasticas quas commeritus fuerit, & ut dictam Causam quàm citissimè fieri potest, decidas, aliâ quacumque posthabitâ. Interea Venerabilis, Care & Dilecte, Dominus Noster te sospitet. Bruxellis 12. Septembris 1725. Erat subnotatum, *Elism. Vt.* signatum, *J. B. de Heems.* Inscriptum erat, *Venerabili Caro nostro & Dilecto Rectori Magnifico Lovaniensi.*

Pro Copia

J. B. de Heems.

L'EMPEREUR ET ROY.

Cher & Bienaimé.

N*Ous vous remettons cy-jointe nôtre Ordonnance du 12. du present Mois par laquelle Nous avons ordonné de faire lacerer*

IMPERATOR ET REX.

Care & Dilecte.

SUbmittimus tibi hic adjunctam Ordinationem nostram de die 12. præsentis Mensis, quâ decrevimus lacerandam publi-

 cè

lacerer publiquement la Lettre Epistolaire imprimée sous le nom de Z. B. Van Espen Docteur en Droits, & Professeur des Sts. Canons en l'Université dans nôtre Ville de Louvain concernant la pretenduë Election, & Consecration de Corneille Steenhoven en Archevêque d'Utrecht, comme étant injurieuse au S. Siege, scandaleuse, & d'une pernicieuse consequence; & comme l'on ne peut dissimuler, n'y souffrir de pareils Ecrits si prejudiciables à nôtre sainte Religion, & à la Discipline Ecclesiastique, & si contraires à la prohibition du Pape reprise dans son Bref donné à Rome le 21. Fevrier de la presente Année; Nous vous faisons cette, par avis de ceux de nôtre Conseil d'Etat, & à la deliberation de nôtre Lieutenant Gouverneur & Capitaine General de nos Pays-Bas, pour vous ordonner d'intenter action & d'agir vivement servato juris ordine, à charge dudit Docteur Van Espen, pardevant le tribunal du Recteur Magnifique, vous avertissans qu'en cas qu'il soit trouvé d'en être l'Autheur que Nous avons ordonné audit Recteur de proceder contre luy par le decretement des peines, & Censures Ecclesiastiques que ledit van Espen peut avoir merité, & de decider ladite Cause avec toute l'acceleration possible preferablement à toute autre Cause. A tant Cher & Bienaimé Nôtre Seigneur vous ait en sa sainte Garde. De Bruxelles le 12. Septembre 1725. Etoit paraphé Elism. vt. *Et signé* J. B. de Heems. *Et plus écrit* au Promoteur de l'Université de Louvain.

Pour Copie

J. B. de Heems.

cè Responsionem Epistolarem editam sub nomine Z. B. Van Espen Jurium Doctoris & Sacrorum Canonum Professoris in Universitate Oppidi nostri Lovaniensis, spectantem prætensam Electionem, & Consecrationem Cornelii Steenhoven in Archiepiscopum Ultrajectinum, ut injuriosam S. Sedi, scandalosam & sequelæ perniciosæ; Cùmque nec tolerari, nec dissimulari possint ejusmodi Scripta sanctæ nostræ Religioni, Disciplinæque Ecclesiasticæ adeo damnosa; & tantopere adversantia prohibitioni Romani Pontificis contentæ in ejus Brevi dato Romæ 21. Februarii currentis Anni, has ad te mittimus, ex Judicio nostri Concilii Statûs & ex deliberatione nostri Locum-tenentis Gubernatoris & Capitanei Generalis Belgii nostri, ut tibi injungamus, ut Actionem intentes & impigrè agas, servato Juris ordine, contra dictum Doctorem Van Espen coram tribunali Rectoris Magnifici, monentes te, quod, si dictæ Responsionis Epistolaris auctor esse deprehendatur, præcepimus præfato Rectori, ut contra eum procedat decernendo pœnas & Censuras Ecclesiasticas, quas dictus Van Espen commeritus fuerit, utque dictam causam quàm citissimè fieri potest, decidat, aliâ quacumque posthabitâ. Interea Care & Dilecte, Dominus noster te sospitem servet. Bruxellis 12. Septembris 1725. Erat subnotatum, *Elism. vt.* Et signatum, *J. B. de Heems.* Inscriptum erat, *Promotori Universitatis Lovaniensis.*

Pro Copia

J. B. de Heems.

Digitized by Google

SERIES
CHRONOLOGICA
ADMINISTRATIONIS
ECCLESIÆ ULTRAJECTINÆ
A
FREDERICO SCHENCKIO
PRIMO ET ULTIMO ARCHIEPISCOPO
Usque ad hæc tempora.

Google

PSEUDO-REGIMEN
Missionis Hollandicæ, sive usurpationes Sacerdotum Ultrajectinorum.

1702. EXcogitavit *Joannes Christianus Erckelius* pseudo-Capitulum Ultrajectinum, cujus ne vestigium quidem apparet in superiore Serie *Chronologica*.

1703. *Zegerus Bernardus van Espen* J. U. D. in Universitate Lovaniensi, imaginario Capitulo attribuit Jura Sedis vacantis; hinc eodem Anno,

Jacobus van Catz } Jurisdictionem Ecclesiasticam usurparunt usque ad Vi-
Hugo van Heussen } cariatum GERARDI POTCAMP.

1706. Iidem eamdem jurisdictionem usurparunt ex auctoritate excogitati Capituli.

1719. *Cornelius Steenoven* }
1724. *Gysbertus van Dyck* } Tamquam Vicarii pseudo-Capituli.

1724. *Cornelius Steenoven* abortivus Archiepiscopus Ultrajectinus.

1725. *Cornelius Joannes Barchman Wuytiers*, tamquam Vicarius pseudo-Capituli, & pseudo-Electus Ultrajectinus.

ELENCHUS HISTORIÆ.

Elenchus Monumentorum.

III. IV.

XXVIII.

Digitized by Google

LXXXIV,

ELENCHUS

Refutationis Instrumenti Appellationis à Constitutione *Unigenitus*, interpositæ per Sacerdotes Ultrajectinos.

Elenchus Dissertationum.

INDEX

INDEX
RERUM MEMORABILIUM.

A

datam

B

 Rege

C.

quinque

Digitized by Google

D

Da

E

FA-

F

G

H

I

In-

K

L

M

Mezius

PACI-

P

Abro-

Digitized by Google

Q

R

ejus

S

Ultra-

T

Archi-

U

V

F I N I S.

ERRATA TYPOGRAPHICA.

Folio 20. Columna 2. lin. 19. 28. Augusti. *lege:* 24. Augusti.
Fol. 23. Col. 1. lin. 3. authentima *lege:* authentia.
Fol. 39. Col. 1. lin. 20. docet illa. *lege:* docet illos.
Fol. 66. Col. 2. lin. penult. reminiscere. *lege:* reminisci.
Fol. 67. Col. 1. lin. 20. interdicta. *lege:* interdictus.
Fol. 102. Col. 2. lin. 42. lii Anno 1717. *lege:* Julii Anno 1717.
Fol. 105. Col. 2. lin. 27. Die 9. Octobris. *lege:* Die 11. Octobris.
Fol. 203. Col. 1. lin. 24. plurima. *lege:* plurimæ.
Fol. 214. Col. 2. lin. 5. recuperationis. *lege:* occupationis.
Fol. 220. Col. 2. lin. 31. ededit. *lege:* edidit.
Fol. 223. Col. 1. lin. 25. severimis. *lege:* severissimis.
Fol. 237. Col. 1. in fin. inviolarit. *lege:* involarit.
Fol. 249. Col. 1. lin. 47. nugare. *lege:* nugari.
Fol. 272. Col. 2. lin. 2. cui. *lege:* quibus.
——— lin. 3. qui. *lege:* quæ.
——— spectabilis sit. *lege:* spectabiles sint.
Fol. 274. Col. 2. in fin. undecim numero. *lege:* septem numero.
Fol. 290. Col. 2. lin. 19. apud Locus adstruxit. *lege:* apud Locas strusit.
Fol. 303. Col. 2. lin. 36. & 37. innnotia. *lege:* innocentia.

Reliqua prudens Lector nullo negotio emendabit ipse.

Digitized by Google

A01 1470395

Digitized by Google